

LEXICON ANTIQUITATUM ECCLESIASTICARUM.

Ex optimis quibuſque Auctoribus antiquis & Recentioribus, ad ſeriém Alphabeti, inſtar Locorum Communium concinnatum, & in gratiam ſtudioſæ juventutis cæterorumque φιλαρχαίων in lucem nunc editum

à

JOSUA ARNDIO






Sumptibus JOACHIMI WILDII.
Typis Matthæi Doiſcheri.
GRIPSVVALDIÆ.
Cum Privilegio Seren. Regis Sveciæ.

ANNO MDCLXIX.



Generosis, Magnificis, Consultissimis, Nobilissimis, Amplissimisq;

VIRIS,

DN. DN. DN. DN. DN.

DIETERICO von der LUHEN/
Supremo Consiliorum Præsidi, & Ministro Celſ.S. primario.

JOHANNI SLUTERO, J. U. D.
Cancellario & Consiliario intimo, Jurisconsulto celeberrimo.

PAULO OTTONI VIREGGIO
Marescallo Mecleburgensi Gustroviensi splendidissimo.

ADAMO HENNING de BüLOVV
Cameræ Præsidi longè eminentissimo.

ADAMO OTTONI VIREGGIO
Archi-Pincernæ & Magistro aulæ undiquaque spectatissimo.


Dominis Fautoribus & Amicis suis omni honoris cultu ætatem prosequendis.

S. P. D.

JOSUA ARNDIUS.

Genero

Generosi, Magnifici & Nobilissimi DOMINI.



SAlvianus de Gubernatione DEI ut omnia eleganter dixit, sic cum de gentilium Scriptis ageret, religiosè scribit: Omnes causas tantum egerunt suas, & propriis magis laudibus, quam aliorum utilitati consulentes, non id facere adnisi sunt, ut salubres ac salutiferi, sed ut diserti haberentur. Itaque Scripta eorum aut vanitate sunt tumida, aut falsitate infamia, aut verborum fœditatibus sordida, aut rerum obscœnitate vitiosa: Ut verè cùm ingeniorum tantum laudẽ aucupantes, tam indignis rebus curam impenderent, nõ tàm illustrasse mihi ipsa ingenia, quam damnasse videantur. A quo crimine cum omnes Christianos tum eos potissimùm alienos esse oportet, qui in templis Deo serviunt; Quos inter ipse in præsens id omni conatu agere volui, ne quid mihi, sed publico usui laborâsse videar. Vivunt vulgò & in diem sacris student Juvenes nostri, antiquorum ignari, præsentium curiosi, raro interim ad lucem ipsius sacræ veræque sapientiæ penetrantes. Mihi contrà inde à juventute carum fuit illud Plinii L. VIII. ep. 24. *Sit apud te honor Antiquitatis*; utpote quæ, Cicerone judice, *& plurimum habet ad probandum auctoritatis, & jucunditatis ad audiendum.* Verrin. III. c. 98. Hujus nec minor usus in Sacris est, in quorum repetitione sæpè exclamet, qui legit illud Nasonis: *Quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?* Quamobrem ut aliqua frangeretur glacies, vastum illud Ecclesiasticæ scientiæ pelagus intrare cupientibus cœpi ea, quæ jam inde ab anno æræ Christianæ cIↃ IↃC XLVI. in privatos usus collegeram, idque non uno ex loco monitus, in ordinem redigere, & ad prælum ita apparare, ut pro legentium aut desiderio aut voluptate omnibus undique occurrerent potius argumenta, quàm quærerentur. Cumque ex veterum ritu huic meo qualicunque Libro Patronos dispicienti *Vos Viri eminentissimi*, cumprimis vestraque alluceret Dignitas, suaderet favor, traheret verò commune & solum & servitium sub uno eoque literatissimo Principe, suo cuique loco divinitùs adscriptum, nihil cunctatus eundem ad Aram Vestri Patrocinii suspendo, reverenter orans, ut quicquid ipsi Operi deesse animadverteritis, ex vestri favoris copiâ supplere velitis, memores Hieronymiani effati, quod *Apologia ad Ruffinum* scripsit: In tabernaculo DEI offert unusquisque quod potest; Alii aurum & argentum & lapides pretiosos; Alii byssum & purpuram, & Hyacinthum. *Nobiscum benè agitur si obtulerimus pelles, & caprarum pilos.* Valete sub umbra & tutela Altissimi semper felices. GUSTROVI. ANNO cIↃ IↃC LXIX. m. Martio. a. d. XXI.

Ad

Ad Lectorem.

DUo cumprimis monendus es, *Amice Lector*, ne quid hæsites. Ac prius quidem illud est, Cur Libri titulum fecerim *Lexici*, cujus ingenium aliàs versatur circà Vocum apices & dictionum. Hîc autem potissima pars laboris est, rituum dogmatumque Historia, qui in Ecclesiasticis occurrunt passim. Putavi non absurdum id frontispicium fore, partim ideò, quia formam Lexici Alphabetariam liber gerit, partim quoque quia voces non minus ac res ipsas pariter exhibet tùm Græcas tùm Latinas. *Alterum* concernit ordinem. Fiet quippe non semel, ut minùs commodè sita videantur hoc loco, quæ isto conspici debebant, vel, ut dicta brevius initio mox prolixiusculè recurrant. Sed quòd vetus illud me excusare poterat: *Decies repetita placebit*; vel illud solùm apud æquos æstimatores locum veniæ dabit, quòd in tanta varietate semper non ordo tam elegans requiri debeat, quam concinnus. Ita enim classes & alveos digessi, ut unum quodque loco non inconvenienti sistere se *cupido Lectori* valeat; *Auctorum* denique, quibus usi sumus, nomina & Indicem, ut & *Locorum Communium Titulos*, sequentes paginæ repræsentant. Sed nec illud ingratum futurum credidi, si integros sæpè tractatus earum rerum, quas vel rariores inventu vel necessarias scitu arbitrabar, ut sunt, de *Cardinalibus*, de *usu Patrum*, de *Romana Ecclesia*, in gratiam eorum insererem, ad quorum manus ista vix pervenire possunt. Meditor pari filo *Lexicon Antiquitatum judaicarum* brevi proditurum, siquidem hoc promulsidis loco non ingratum fuisse intellexero. Vale, *Benevole Lector*, & in conatu tàm difficili vel solùm illud *Voluisse* laudare memento.

INDEX LOCORUM.

FINIS.



A.

ALTARIA.

§. 1.



RimiChristiani Altaria non habuere. Hinc objecerunt Pagani apud *Origen.* Cels. l. 8. & *Minut. Felix* Octav. Cur nullas aras habent, nulla Templa? *Arnob.* 300. ann. l. 6. init. Quod nō altaria fabricemus, non aras? *Clem. Alex. strom.* 7. Altare Christianorum definit: Terrestrem congregationem τῶν ταῖς εὐχαῖς ἀνακειμένων. Et: animam justam & ejus θυμίαμα, i. e. Preces.

§. 2. *Lactantius*, ætate Constant. M. l. 6. 24. Aram Dei, nominat, quæ in corde hominis collocata coinquinari non potest sanguine. *Julian Apost.* exprobrat ap. *Cyrillum l.* 10. Non altaria Deo erigitis, non ædificatis θυσιαστήρια. R. *Cyrillus*; Figurarum tempore, vigebant figuræ; jam verò spiritualem cultum necesse est vigere. Sic docuere ad ann. 400. & ampliùs. V. Dallæum.

§. 3. Obj. 1. *Canon. Apost. III. IV. V.* Sed R. esse adulterinos, nec tantæ ætatis. Tum & Altare tunc temporis fuit Mensa. Sic & Dion. Hier. c. 2. ἱερὰν τράπεζαν. Sic & ap. Tertull. Orat. c. 14. Ad aram Dei stare, est mensæ sacræ assistere. Sic & de Pœn. c. 9. Sed & ipsorum Pamel. in Not. h. l. ait legendum esse (aris Dei:) & addit rationem: Nam Pœnitentes ne ad pastophoria quidem virorum aut mulierum, multò minus intra septa cleri ad aras usq; permittebantur. 3. *Cyprianus*, altare contra altare erectum queritur. Contr. Novat. Sed alludit ad schisma Israelitarum sub Jeroboamo, & est metaphora. 4. Quando audivimus

Patres ejusdem ferè seculi, *Minut. Origen. Arnobium*, &c. negare, fuisse tunc altaria, necesse est, ne fiat contradictio, rem sic explicare, ut diximus, ut illi Propriè, hi Figuratè loqui dicantur.

§. 4. *Obj. 2.* Christianos illos negare quidem sibi Aras esse cum foco, sed non Altaria simpliciter: Idq; è *Cypr. ad Demetr. ep.* 2. volunt probare. Sed 1. *Cyprianus* ibidem agit de Altari, non de Aris, nominat enim Altaria, & *Dei altaria*, ait, *vel nulla sunt, vel occulta.* Ergo non potest esse Altare sine foco, quod illi volunt. Et 2. Paganis ista objicit *Cyprianus*; Unde igitur illi de Christianis? 3. Ex aliis Patribus evanescet hæc distinctio: *Arnob. l. 6.* Altaria non fabricemus, non aras. *Minut. Octav.* Nullas aras habent? Rectius igitur Isidorus l. 2. diff. 227. Altaria Deo ponuntur, aræ etiam defunctis; scil. inter Ethnicos, de quibus Com. Virgil. & Senec. Delrio & Taubman. &c.

§. 5. Mensa igitur fuit, & ἱερὰ τράπεζα ex 1. Cor. 10, 11. Harum mensarum crebra mentio in Ecclesiâ jam adultâ. *Concil. Nic. 1. Gelas. Cyzic. c. 31.* Περὶ τῆς θείας τραπέζης καὶ τοῦ ἐπ᾽ αὐτὴν μυστηρίου. Hinc frequens querela *Nazianzeni in Basil.* contumeliâ affici τὴν ἱερὰν τράπεζαν, & προσέρχεσθαι τῇ μυστικῇ τραπέζῃ. Sic & *Athanas. ad orthod. in Persec. Et ad Solitar.* ξυλίνην τράπεζαν. Et *Theodoret. Hist. III. c. 11. de Juliano dicit*: Minxisse eum adversus sacram mensam.

§. 6. Usus fuit, ut oblationes super eâ offerrent. *Theodoret. lib. 5. c. 17.* δῶρα προσφέρεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ. *Opt. Mil. 6. ad Parm.* Quid est tam sacrilegum, quam Altaria Dei frangere? *Et:* Altaria in quibus fraternitatis munera non poni jussit Salvator. &c.

§. 7. Fuere ligneæ & linteo coopertæ. Sic *idem ille loc. cit.* Quis fidelium nescit in peragendis mysteriis ipsa ligna linteamine cooperiri? Inter ipsa Sacramenta velamen potuit tangi, non lignum. *Et Aug. Joan. Tract. 26.* In Dominica mensa præparate, & de mensâ Dominicâ sumite, *Idem Tr. 84.* Ad mensam Domini accedimus. *Is ipse ep. 59.* Quod supra dixit, mensam Dominicam & Domini, id hic nominat altare, ut; Accedere ad altare potest nolens. *Tr. 26.* Sic & accipere de altari, & sumere de mensâ Domini-

Dominicâ. *Et ep. 59.* Illud quod eſt in menſa Domini benedici incipiat. *Ibid.* Maximè ſancti altaris oblatio. Ecce *oblatio* altaris, & illud, *quod eſt in menſâ Domini*, unum idemq́; ! ſcil. deductâ è V.T. phraſi, quâ utitur & Paulus 1. Cor. 9, 13.

§. 8. Portatiles fuere. Apud Balſamon. in Synod. 7. cap. 7. et. l. III. jur. oriental. qu. XI. fit harum mentio. Et dicebantur voce Hybrida ἀντιμήνσια, Menſarum vicaria, & Amerbachius fin. conſtit. Carol. M. teſtatur, hunc Imperatorem tali Ara portatili uſum in caſtris fuiſſe, idque aræ genus ſe vidiſſe in Monaſterio S. E-Merami.

§. 9. Poſt Conſtan. M. lapideæ factæ. *Nyſſen. Or. de Bapt.* altare hoc ſanctum, inquit, cui aſſiſtimus λίθος ἐστὶ φύσει μὲν κοινός. Inde ſenſim fixæ & immobiles factæ. Hinc *Biel. Can. ſect. XIII.* B. Silveſter decreto firmavit, ut nullum deinceps altare eſſet, niſi lapideum.

§. 10. Quod tamen non obſervatum ubiq́;. *Hinc ibid. ille:* Super altare ligneum in modum arcæ concavum, qvod portabatur à Sacerdotibus, Miſſam celebrabant.

§. 11. Durand. Rat. 1. c. 7. rationem reddit cur lapidea ſit: Quia per ipſum lapidem Chriſtus intelligitur.

§. 12. Sic Ara ann. 314. in Baſilicâ. *Euſeb. l. 10. c. 4.* à Paulino Tyrio condita media ſtetit, θυσιαστήριον ἐν μέσῳ. Circumlocati erant throni præpoſitorum. *Θρόνοι τε οἱ ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμήν.*

§. 13. Collocatæ in medio, & Cancellis vallatæ. *Euſeb. lib. 10. c. 4. Aug. de verb. Dom. Serm. 46. ſecund. Joan.* Menſa ipſius eſt illa in medio conſtituta. Apud *Crantz. metrop. c. 9. l. 1.* Witikindus ad Carol. M. Poſteaquam menſam adieras Templo Mediam: Scil. ſic manſit ad ann. 800. usq́;, ut Sacerdos populum ſemper in conſpectu haberet.

§. 14. Unicum in Templo fuit. *Ignat. ad Philad.* de Cœnâ loquens: ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. *Chryſoſt. hom. 18. in 2. Cor.* rationem dedit, ut ἓν σῶμα ſint. Sic *Sigism. Baro Com. rer. Moſcov.* in ſingulis templis unicum eſt altare, *de Græcis agens:*

 & de

& de Abissynis *Alvarez. Æthiop. c. 11.* Non est in eorum Ecclesiâ nisi unum altare.

§. 15. Dicatæ soli DEO; Non martyribus, nec Sanctis. Nam August. & alii sæpe id exprobrant Paganis. *De verb. Dom. serm. VII.* Illi quod numen habeant, & pro numine accipiant illam statuam, ara testatur. Quid illis faciat ara, si illud non habetur pro numine? *Innoc. III. de Myst. Miss. l. 3. c. 11.* Ad latriam pertinent, templa, altaria, Sacerdotia &c. soli DEO exhibenda. Sic ille & Dedic. Templ. Serm, 2. Idololatriæ crimen, ait, incurrunt, qui secus agunt.

§. 16. Mox ingruente Sanctorum invocatione & Missæ sacrificio consecratæ & Unitæ *Can. Epaun. 26.* Altaria nisi lapidea in fusione Chrismatis non sacrentur.

§. 17. Soli Episcopo licebat id peragere. *De consecr. dist. 1.* C.Nullus. Quæ Pontificii ex Augustino & Agath. Conc. & aliàs citant refutat Morn. de Euch. l. 2. c. 1. p. 381. quæ vide. *Concil. Aquisgr. sub Pipin. l. 1. c. 24.* Modum depingit consecrandi, qui in his consistit: 1. Oleum superfunditur. 2. S. Chrismate perungitur. 3. Melodia canitur. 4. à fidelibus oblationes, vota & alia ad usum Ecclesiasticum necessaria dantur, quæ illis dicuntur *donaria.*

§. 18. Candelæ & colores additi sunt ab *Innocent. III. serm. 2. de Consecr. Alt. & Durand. Rat. 1. 7.* Aspergitur aqua, vino, sale & cinere mixta; fiunt cruces, cum aqua benedicta in quatuor cornibus & in medio, Episcopus circumit altare septies Ps. 51. canens: Asperge me hyssopo &c. rogat Deum, ut sacrificia in hoc altari habeat accepta. Reconduntur reliquiæ in capsulis quatuor, cruces cum chrismate fiunt quatuor, & ponuntur illæ in capellâ cum tribus granis thuris &c. Tandem inungitur mensa altaris, & inter unguendum canitur illud: Erexit Jacob altare &c. Et sic in *Pontifical. Rom. de Dedic. Eccl.* Quæ omnia ab Apostolis annis 700. 800. 900. 1000. demum ab hominum cerebro fluxere. Conf. *Durand. l. 6. c. 76.* Apud Dionys. Hier. Eccl. c. 4. seculo Quinto, dicitur hæc consecratio, τελείωσις τῆς θυσιαστηρίου. V. plura in *Tit. Sancti. & Martyres.*

ANI-

ANIMARUM STATUS POST MORTEM.

§. 1. *Augustin. Tract. XLIX. in Joh.* Habent omnes animæ, cum ſeculo exierunt, diverſas receptiones ſuas, habent gaudium boni, habent mali tormenta. Sed cum facta fuerit Reſurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta graviora, quando cum corpore torqvebuntur. Recepti ſunt in pace ſancti Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, boni Fideles, omnes tamen in Fine recepturi ſunt, quod promiſit Deus. Promiſſa enim eſt reſurrectio etiam carnis, mortis conſumtio, vita æterna cum Angelis, hoc omnes ſimul accepturi ſumus. Nam requiem, quæ continuò poſt mortem datur, ſi eâ dignus eſt, accipit tum cum quisq; moritur.

§. 2. *Iren. l. 5. c. ult.* ſtatuit; Animas abire in locum inviſibilem definitum ipſis à DEO, & ibi commoraturas uſque ad reſurrectionem.

§. 3. *Origen. l. 2. c. 2.* in Rom. Epiſt. dicit, habendum id eſſe inter occulta DEI, ſi extra corpus poſiti agunt aliquid & laborant pro nobis, ad ſimilitudinem Angelorum, qui ſalutis noſtræ miniſteria procurant. Et *Cyprian. Ep. XII. ad Cornel.* ait; Memores invicem noſtri ſimus, & ſi quis noſtrum prior præceſſerit, perſeveret apud Deum noſtra dilectio pro Fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris non ceſſet Oratio.

§. 4. *Auguſtin. lib de Cur. pro Mort.* Ibi ſunt ſpiritus defunctorum, ubi non vident, quæ curis aguntur aut eveniunt in iſta vita hominibus. *Idem de divite in orco ſtatuit h. m.* Ita illi curam fuiſſe de vivis, quamvis quid agerent omnino neſciret, quemadmodum eſt nobis cura de mortuis, quamvis quid agant omnino neſciamus.

§. 5. *Idem Enchirid Laurent. c. CIX.* Tempus quod inter Hominis mortem & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, Animas abditis receptaculis continet, ſicut unaquæque digna eſt, vel requie vel ærumna, pro eo quod ſortita eſt in carne, cum viveret.

§. 6. Sunt & ex Vett. PP. qui credunt, præſentes adeſſe

Sanctos suis sepulcris posse aut ubi vellent. *Hieron. cont. vigilant.* Nam is negaverat, Martyres posse suis tumulis, aut ubi vellent, præsentes esse. *Maxim. Taurin. Natal. Mart. Tauricor.* Universi, *ait,* Sancti ubiq; sunt & omnibus prosunt. Semper nobiscum morantur, h. e. & in corpore nos viventes custodiunt, & de corpore recedentes nos excipiunt. *Sulpic. Sever. epist. 2. de S. Martino inquit:* Intererit de se sermocinantibus. *Hinc ap. Basil. Nazianz. &c.* per προσωποποιΐαν illæ ad Sanctos apostrophæ. Hinc deniq; invocatio illa Sanctorum seculo CCCC. & postea.

§. 7. *Hieron. contr. Vigilant.* verba sunt: Tu DEO leges pones? Tu Apostolis vincula injicies, ut usq; ad judicii diem teneantur custodia, nec sint cum Domino suo, de quibus scriptum est: Seqvuntur agnum quocunq; vadit? si agnus ubiq; est, ergo & hi, qvi cum agno sunt, ubiq; esse credendi sunt. Et cum Diabolus & Dæmones toto vagentur in orbe, & celeritate nimiâ ubiq; præsentes sint; Martyres post effusionem sanguinis sui, ara operientur inclusi, & inde exire non poterunt?

§. 8. Memorabile est, quod ap. *Aug. de C. D. l. 20.* legimus; Veterum qvorundam opinionem fuisse, Beatorum Animas ante Christum natum apud inferos fuisse; *verba sunt:* Si non absurdè credi videtur, antiqvos & Sanctos, qvi venturi Christi tenuerunt fidem, locis qvidem à tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sangvis Christi & ad ea loca descensus erueret; Profectò deinceps boni fideles, effuso illo pretio jam redemti prorsus inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus bona recipiant, quæ merentur.

§. 9. E recentioribus *Urban. Regius* non abit ab illa sententia, *Catech. edit. ann. 1541.* Omnes Electi & Christi fideles ab initio mundi ex hoc seculo emigrantes requiescebant in sinu Abrahæ, & eximiam illam ac cœlestem benedictionem in benedicto semine Abrahæ Christo expectabant. *Aitq; p. 20.* Christum descendisse ad Inferos, i. e. ad pias animas Adam, Noa, Loth, Abraham, Isaac, Jacob. &c. & aliorum expectantium plenam redemtionem, ut eas consolaretur.

§. 10. *Eucher. Lugd. Homil. fer. 5. post 2. Dom.* ait. Abraham

bam & cæteri Patriarchæ & Prophetæ in inferno erant, inferni tamen pœnas non patiebantur.

§. 11. *Nazianz. Orat. X. sic* sentit de statu Animæ post mortem: Πείθομαι σοφῶν λόγοις (Nota ergò in Ecclesia communis tunc hæc fuit doctrina) ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ. (Hic nulla mentio Purgatorii) Εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γινομένη, ἀεὶ τοῦ ἐπισκοποῦντος ἀνακαθαρθέντος ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ᾽ ὅτι καὶ λέγειν χρὴ, θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα. Sic ille p. m. 173.

§. 12. *M. Anton. de Domin. l. V. c. 8.* §. *75.* Sic Vett. opiniones concinnat: Circa statum animarum tres invenio opiniones: I. Animas post mortem neq; gaudere neq; tristari, sed dormire ad usq; resurrectionem. II. Animas post mortem statim vel ad beatitudinem plenam transire vel ad plenam damnationem. III. Expiari in purgatorio. Mediam *ait id ibid.* esse, Animas electorum ad æternam gloriam statim transire, eaq; frui, non tamen plenè, sic & damnatorum, usq; donec fiat resurrectio. *Vide prolixè p. m. 369. 370. seqq.*

§. 13. Et hæc postrema vero simillima est. *Justin. quæst. LX.* Ante resurrectionem negat Præmium reddi, sc. totale & integrum. *Sic Iren. l.V. circ. fin. Chrysost. in 1. Cor. hom. 39. Theodoret. in c. XI. ad Ebr. uti & Theophyl. & Oecumen. Areth. in Apoc. 6. Euthymius in 16. Luc. Lactant. l. 7. c. 21.* negat judicium particulare. *Ambros. de Bono mortis c. 10. Aug. l. 1. Retr. c. 14.* etiam apertè plenam gloriam animabus denegat. *ep. III. Enchir. c. CVIII. de Genes. l. 22. 31. de C. D. l. XII. 9. XXI, 26. Bernh. Serm. III. omn. Sanct.* Tres ponit status animarum, ipsas vero post mortem ante resurrectionē in atriis domus æternæ cœlestis, & ait: Neq; sine nobis intrabunt, nec sine corporib. suis.

§. 14. August. sive ut alii malunt, *Gennad. de Eccl. dogm. c. 76.* Sic: Post ascensionem Christi omnium Sanctorum an[...]

cum Chriſto ſunt, & exeuntes de corpore ad Chriſtum vadunt, expectantes reſurrectionem corporis ſui, ut ad integram & perpetuam beatitudinem cum ipſo pariter immutentur. Sicut & peccatorum animæ in inferno ſub timore poſitæ expectant reſurrectionem ſui corporis, ut cum ipſo ad pœnam detrudantur æternam.

§. 15. Occurrit & in Veterib. longis ſeculis confirmata ſententia; Animas fidelium in V. T. ante Chriſti per mortem in eam ingreſſum non fuiſſe paradiſo receptas. *Theophil. Antioch. lib.* 4. Omnes Sancti ante adventum Dn. noſtri J. C. ad inferna licet in refrigerii locum deſcendiſſe dicuntur. *Chryſoſt. hom.* 4. *in Matt. Hieron. ad Heliodor.* Epitaph. *Nepot.* Ante Chriſtum Abraham apud inferos, poſt Chriſtum latro in paradiſo. *Aug. l. 20. de C. D. c. 15.* Non abſurdè id credi, aſſerit.

§. 16. Qva tini & deſcendiſſe Chriſtum aſſerit *Concil. Toletan. Anno 633. c.* 1. Deſcendit ad inferos, ut ſanctos, qui ibidem tenebantur, erueret.

§. 17. Poſt mortem Chriſti peractam ſtatuerunt antiquiſſimi; Animas fidelium ſtatim ab exceſſu recipi in paradiſum. *Iren. l. 2. c. 62.* Pleniſſimè Dominus docuit, non ſolum permanere animas, &c. ſed & dignam habitationem unamquamq; percipere etiam ante judicium. Quod fusè probatum vide in *I. Dallæ. de Satisfact. l.* 4. Hoc notatu dignum eſt in lectione Patrum, éos uſurpare vocem ἅδε & *Inferni* non uno modo. 1. modò pro ſtatu animæ damnatæ. 2. mòdo pro commmuni ſtatu tam piorum, quam malorum poſt mortem, ut apparet ex *Iren. l. V. cap. XXX. 8. Lactant. l. 7. c. 21.* ubi vocat, *Communem cuſtodiam.*

§. 18. Præ cæteris memorabilis eſt annotatio *Theophyl. Luc. XVI.* Multos putare ἅδην eſſe μετάςασιν ψυχῆς ἀπὸ τοῦ ἐμφανοῦς εἰς τὸ ἀφανὲς, καὶ ἀειδές. Nam ἅδης eſt qs. ἀΐδης. Et liber *Cyprian. de mort. cap.* 3. 4. 13. 16. 18. multis phraſibus confirmat; Piorum animas ſtatim ad Chriſtum evolare, ad Chriſtum properare, ad conſpectum Domini proficiſci, ad Chriſti ſedem. Ut & *Ambroſ. de bon. Mort c. XII.* Adde *Lud. Vivem ad Aug. l. 12. de C. D. c. 9. & Tertull. lib. de Anim. c. 56.* Ubi verbis claris ſententiam veram exprimit; Dicimus omnem animam quâquâ ætate deceſſerit,

serit, in eâ stare ad illum diem, usq; quò perfectum illud repromittitur ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum.

§. 19. De scientiâ & actionibus Animarum quoad Ecclesiam itidem non una est eorum sententia: *Iren. lib. 2. c. 62.* statuit è *Luc. 16.* meminisse operum, quæ egerunt hîc, & à quibus cessaverunt. *Cyprian. in lib de Mortal.* varios affectus iis tribuit, desiderat, expectat nos, de salute nostrâ adhuc solicita turba. *Id. l. 1. ep. 1. de Cornelio:* Si quis nostrûm prior divinæ dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio, pro Fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio. *Nazianzen. Orat. fun. Basil. sic:* Ille nunc in cœlis, pro nobis ὡς οἶμαι, ac pro populo sacrificia offert. Ita *Hieron. ad Paulam de Blesillâ filiâ defunctâ:* Pro te Dominum rogat, mihiq; veniam impetrat peccatorum. *Origen. l. 2. in ep. Rom. c. 2.* Si etiam extra corpus positi sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid, & laborant pro nobis ad similitudinem Angelorum, habeatur hoc quoq; inter occulta Dei. *Nazianz. Orat. XXIV.* de Athanasio defuncto: Ille nunc res nostras, εὖ οἶδα, cœlitus inspicit, ac virtutis causa laborantibus manum porrigit. *August. L. de Curâ pro Mort. c. XVI.* statuit; defunctos per Naturam propriam, quid agamus vel patiamur non novisse. *c. 15.* audire verò ab eis, qui hinc ad illos moriendo pergunt, vel etiam, *ut addit,* ab Angelis. *Hieron. Epitaph. Nepot. c. 15. fin.* Felix Nepotianus, qui hæc non vidit, qui hæc non audit, sc. Barbaras incursiones.

§. 20. *Bernh. in obit. Humbert.* Nec ego eum video, nec ille Forsitan me audit.

§. 21. De transitu animarum ad statum beatitudinis statim à morte piorum docent, *Iren. l. 2. adv. hæres. c. 64. Justin. M. quæst. 75.* Post egressum, *inquit*, è corpore, εὐθὺς γίνεται τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἡ διαστολή, ibidemque vocat receptacula amborum tam beatorum quàm damnatorũ ἀξίους τόπους, *digna loca;* illis tribuit συντυχίαν καὶ θέαν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων. *Macarius Ægypt. hom. 22.* de damnatorum morientium animabus, dicit; eas suscipi à choris dæmonum, & portari εἰς τὸ ἴδιον μέρος, quod

quod desumtum ab illo arbitror ex *Act. c. 1. v. 25.* ubi de Judâ moriente proditore Apostoli affirmant, illum abiisse εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. *Basil. Mag. Hom. in Ps. 14.* discedentibus à nobis animabus tribuit ἀνάπαυσιν ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις. Quibus cum consentiunt *Cyrillus Hieros Catech. 18. in Ps 115. Epiphan. Hær. 59. Hieron Com. in cap. 9. Eccles Fulgentius lib. 1. de Remiss pec. c. 6. & lib. 2. c. 22. & Athanas. in lib. de Virginit.*

§. 22. Confer Luc. 16. de Sinu Abrahæ. Κόλπος. *Augustin. Ep. XCIX.* Quod si nusquam in divinis auctoritatibus legitur, non utiq; sinus ille Abrahæ i. e. secretæ cujusdam quietis habitatio aliqua pars inferorum esse credenda est. Quanquam in his ipsis tanti Magistri verbis, ubi ait, dixisse Abraham, inter vos & nos chaos magnum firmatum est, satis apparet, non esse quandam partem & quasi membrum inferorum, tantæ illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum, quid est nisi quidam hiatus, multum ea separans, inter quæ non solum est, verum etiam firmatus est.

§. 23. *Tertull. adv. Marc. l. 4.* erroneè putat, Sinum Abrahæ esse certum locum; sub corpore terræ, *ait*, in parte ignotâ, quidam locus extat apertus luce suâ fretus: Abrahæ sinus ille vocatur.

§. 24. *Dionys. Areop. c. 7.* τόπον nominat ἐν τούτῳ οὐκ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. Addens: Κόλποι δὲ εἰσιν ὡς οἶμαι τῶν μακαρίων πατριαρχῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων ἁπάντων αἱ θειόταται καὶ μακάριαι λήξεις, αἱ τοὺς θεοειδεῖς ὑποδεχόμεναι πάντας, εἰς τὴν αὐταῖς ἀγήρω καὶ μακαριωτάτην τελείωσιν.

§. 25. *Aug. ad Euod. ep. 99. & lib. 12. de Gen. ad lit. c. 22.* Sinum Abrahæ apud inferos locandum esse negat. Sed *ep. 67.* hæsitantiùs censet: Utrum sinus ille Abrahæ vel Paradisi censendus vocabulo, vel ad inferos pertinere existimandus sit, non facilè dixerim. Non enim facilè alicubi Scripturarum Inferorum nomen invenitur in bono. &c.

§. 26. *Id. l. 4 de Orig. Anim. c. 16.* Sinum Abrahæ, ait, intellige remotum sedem quietis, atq; secretum, ubi est Abraham. Et ideo Abrahæ dictum, quod non ipsius tantum sit, sed quod ipse Pater multarum gentium sit positus.

Ambros.

§. 27. *Ambrof. in Luc. c. 20.* Lazarum in Abrahæ gremio collocat, quafi in quodam finu quietis & Sanctitatis receffu.

§. 28. *Gloff. Ordin.* Sinus Abrahæ eft requies beatorum pauperum, quorum eft regnum Cœlorum, in quod poft hanc vitam recipiuntur.

§. 29. *Auguftin. deniq; l. 8. de Gen. ad lit. c. 4.* Sic ἐπιχείρει. Quomodo intelligenda fint illa flamma inferni, ille finus Abrahæ, illa lingua divitis, ille digitus pauperis &c. vix fortaffe à manfuetè quærentib. jam, à contentiosè aut certantibus nunquam invenitur.

§ 30. Cœlum Tertium quid? *Theophyl.* Paradifum & Cœlum Tertium diverfa loca facit: Illum τὰς περὶ τὴν Τριάδα τύπους explicat; Hoc τὸν ἐν ἀρχῇ δημιουργηθέντα μέγαν οὐρανὸν μετὰ γῆς. Idq; ex *Athanafio,* qui id totidem verbis fcripfit, Et fic *Damafcen. l. 2 c. 6. & Bafil. Homil. II. Hexaëm.* de Tertio Cœlo loqvuntur, & tamen per τρίτον οὐρανὸν intelligunt τόπον τῆς βασιλείας τῆς θείας πνευματικῆς. *Ambrof. de h. l. Pauli ait,* Paulum è Tertio Cœlo raptum in Paradifum effe. Videturq; idem Cœlum Tertium & Paradifum pro eodem loco accipere, quando à minori corpora noftra immortalia facta futura effe in Cœlo probat ita: Quid, *inquiens,* ergò mirum, fi poft Refurrectionem corpus jàm expiatum atq; tenuatum factum immortale, credatur in cœlis, quomodo non dubitat Apoftolus adhuc mortale corpus potuiffe levari ad Cœlos & tolli in Paradifum Dei Patris cœleftem. *Et idem ait*: In Patris, ubi & Civitas dicitur effe Hierufalem mater noftra.

§. 31. Tum pergit *Ambrof.* de loco opinari Cœli Tertii hoc modo: Et fortè quibusdam vim non magnam effe videatur, fi homo Chrifti raptus eft ad Tertium Cœlum, cum in Tertio Circulo dicatur effe Luna. Sed non ita eft, quia ultra omnia mundi fidera raptus intelligitur, & ideò magnificum & mirabile eft, quod narrat: fignificat enim fupra firmamentum in Tertium numero cœlum de fpiritualibus Cœlis raptum femetipfum. *Auguftin. de Gen. ad Lit. lib. XII. cap. XXXIV.* Hunc locum fic interpretatur: Merito, *inquit,* Paradifus dici poteft non folum Tertium Cœlum, quicquid illud eft, quod profectò magnum fublimiterq; præclarum eft, verum etiam in ipfo homine lætitia quædam bonæ con-

ſcientiæ Cœlum eſt ſ. Paradiſus. Unde & in ſanctis Eccleſiæ piè & temperanter viventibus Paradiſus rectè dicitur, pollens affluentiâ gratiarum, caſtisq; deliciis.

§. 32. *Lombard. lib. 2 Diſt. II. ita:* Teſtimonio quarundam auctoritatum evidentèr monſtratur, Angelos ante caſum fuiſſe in Cœlo, & inde corruiſſe quosdam propter ſuperbiam; alios verò qui non peccaverunt, illîc perſtitiſſe. Nec appellatur hoc Cœlum Firmamentum, quod ſecundâ die factum eſt, ſed Cœlum ſplendidum, quod dicitur ἐμπύρειον à ſplendore non à calore, quod ſtatim factum Angelis eſt repletum, quod eſt ſupra Firmamentum. *Strabus Gloß. ordinariâ:* Non viſibile Firmamentum hic appellat, ſed Empyreum, i. e. igneum vel intellectuale, quod non ab ardore ſed à ſplendore dicitur, quod ſtatim factum repletum eſt Angelis. &c. *Beda ap. Strab. lib. cit. ait:* Hoc ſuperius cœlum, quod à volubilitate mundi ſecretum eſt, mox ut creatum fuit, Sanctis Angelis impletum eſt, quos in principio cum Cœlo & Terrâ conditos Dominus teſtatur, dicens Jobo: Ubi eras, cum me laudarent aſtra matutina & jubilarent omnes filii Dei? Aſtra matutina & filios Dei eosdem Angelos vocat. Cœlum enim, in quo poſita ſunt luminaria non in principio ſed ſecunda die factum eſt. &c. *Hæc Beda. Damaſcen. lib. 2. c. 6.* definit Cœlum Συνοχὴν τῶν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων. *Et ibid.* Cœlos ita diſtinguit: ὁ πρῶτος οὐρανὸς dicitur illi ὁ ὑπεράνω τοῦ στερεώματος, Cœlum Primum quod eſt ſupra Firmamentum. Ἰδοὺ, ait, οἱ δύο οὐρανοὶ, καὶ γὰρ τὸ στερέωμα ὁ Θεὸς ἐκάλεσε τὸν οὐρανόν. Deinde etiam ἔθος γραφικὸν *ut appellat Athanaſ. eſſe ait,* τὸν ἀέρα οὐρανὸν ὀνομάσαι. è Pſalm. CXLVII, ubi τὰ πετεινὰ οὐρανοῦ pro ἀέρος. Tunc claudit; ἰδοὺ οἱ τρεῖς οὐρανοὶ, οὓς θεῖος ὁ Ἀπόστολος ἔλεγε, ad h. l. Pauli reſpiciens. *Auguſtin. de C. D. lib. XXI. cap. IV. & cap. XXI.* docet; Corpora ſurſum levati, ferri in cœlum, ſublimari. *Baſil. lib. I. Homil. 3.* ὑπερκόσμιον φῶς appellat, in quo beati degant.

§. 33. Paradiſus. Luc. 23, 43. De hac voce Pollux l. 9. c. 3. εἰ δὲ παράδεισοι βαρβαρικὸν εἶναι δοκοῦν τοὔνομα ἥκει δὲ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν ἑλληνικὴν ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν. *Baſil. Seleucienſis* vocat, ἀβροδίαιτον ἐνδιαίτημα. *Juſtin. Quæſt.* 76. inter-

76. interpretatur Paradiſum συνάθροισμα τῶν ἁγίων ἐν ᾧ φυλάττονται ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἀναστάσεως.

ANNATÆ.

§. 1. ANnatæ ab Anno dicuntur, ſuntque fructus primi Anni ex vacante beneficio Papæ Rom. pendendi; inſtituti primitùs ab eodem ex ſpecioſa ratione pro inferendo Turcis bello, quaſi ſacro.

§. 2. Initium Annatarum refertur ad P. R. Johann. XXII. cui illæ pro tempore fuerunt conceſſæ, ex aliis dignitatibus & beneficiis, exceptis Abbatiis pro bello ultrà mare Turcis inferendo. *Theodor. à Niem. Ejusd. Secretarius, & Stella*: Cupidus augendæ Eccleſiaſticæ dignitatis, primus Annatarum uſum impoſuit, hâc conditione, ut qui beneficium conſequeretur, dimidii Anni proventus Apoſtolicæ Cameræ perſolveret. *Platina*: Sunt tamen qui hoc inventum Joanni XXII. adſcribant. Hanc autem conſuetudinem omnes admiſêre præter Anglos, qui id de ſolis Epiſcopatibus conceſſere, in cæteris beneficiis non adeò.

§. 3. Deinde alii Pontifices ſimiles aliquando inſtituerunt exactiones, certis cauſſis expreſſis; illasq; clerus & principes tolerarunt aliquando, quandoq; etiam recuſarunt, ſicut in Anglis ſuprà allegatum. Initio verò, quotiescunq; vacare contigiſſet beneficium, etiamſi plusquam ſemel in anno, à beneficiatis erigebantur Novæ Annatæ, de quo fusè *Nicol. de Clemangis in Faſciculo rerum expetendarum*.

§. 4. In Concordatis tamen Nationis Germanicæ Anno Chr. 1447. cum Gregor. XIII. eò rediit res, ut nec de omnibus beneficiis ſolvendæ fuerint Annatæ, nec de omnibus Eccleſiis aut locis, & niſi ſemel, quamvis etiam contigiſſet intrà Annum bis vel plures vacare beneficium. Itaq; nec Annatarum debitum tranſibat ad ſucceſſorem. Aliàs, vel primi anni integros fructus, vel dimidiam partem ſolvit Pontifici, qui beneficium Eccleſiaſticum obtinuit, pro Annata.

§. 5. *M. Anton. de Domin. l. IX. c. IX.* §. 63. 64. Eas in more poſitas fuiſſe cenſet etiam ante Joannem XXII. ita ut pro occaſione

casione ad tempus certum exigerentur. *Zabarella apud Genebrard. Chronol. sub. Bonifac. IX.* ait: In concilio Viennensi Annatas fuisse sublatas, & mediam Decimam fuisse Annatis substitutam. *Pius V. in 7. l. 2. tit. de* Annat. c. 7. inquit, Annatas in recognitionem Dominii universalis esse antiquissimas.

§. 6. *Joann. Gerson de Potest. Eccl. Consid. 8.* Simoniæ arguit istam Annatarum exactionem: Si judicia minora reprobantur in Moyse, videamus in summo Pont. & Curia ejus, quid de tot profanissimis causarum & litigiorum continuis occupationibus? Quid de Annatarum exactionibus? Sanè, dum recipit Annatas, orietur inevitabiliter leprosa pestis simoniæ, inficiens sua contagione nedum caput, sed & singula penè Ecclesiæ membra.

§. 7. Fundamentum Annatarum tale allegat *Petrus de Aliaco lib. de Eccl. auctor. c. 2.* Papam velut universalis Ecclesiæ gubernatorem habere jus in temporalia Ecclesiæ ad se suosq; Cardinales sustentandos: sicut in V. T. levitæ tenebantur decimarum decimam dare summo Pontifici. Ac propterea posse justè Papam Decimam omnium beneficiorum erigere, loco verò Decimæ *Annatas* exigi.

§. 8. Sustulit decreto solenni *Concilium Basileense Session. 21. 31.* & in *Appendice Concilii:* Transmittit, *ajunt ad Eugenium P.* Synodus decretum de Annatis, vacantiis & servitiis communibus tollendis, prout in ipso decreto clariùs continetur. Quamvis enim istæ Annatæ introductæ fuerunt ex caussa Passagii terræ sanctæ, nunc autem cessante causâ, cessare poterit & effectus.

§. 9. Azonius Institut. Moral. P. 2. l. 7. c. 12. adducit *Cosmam, Auctorem Glossæ, Duarenum lib. 6. de Sacr. Eccl. Minist* variis argumentis usum Annatarum improbantes, *quod sint* contrà totius juris divini & Canonici constitutiones atq; Leges. *Nicol. de Clemang.* duas causas adducit, cur tollendæ sint Annatæ? 1. Quia cessant caussæ, quæ tunc erant, eò quod non sit passagium Ultramarinum, vel aliud virtuosum ex talibus pecuniis. 2. Quia committatur illis Labes Simoniæ, & clarum perjurium & damnatio animarum.

§. 10. In Comitiis Noribergensibus A. C. 1523. Imp. Carolus V. literis ad Hadrianum VI. P. exponens Imperii egestatem, postula-

postulabat, ne Annatæ ampliùs Romam exportarentur, sic loquens de statibus Germaniæ *Inter cætera cum meminissent, Annatas, quas novi Antistites Romano Pont. solvere consueverunt, ab origine eâ maximè ratione concessas esse, ut hujusmodi pecuniis Christi fidei hostes arcerentur. Nunc autem ipsi Turcæ magna parte inferioris Pannoniæ occupata, Germaniæ inhient, æqvum esse, ut hujusmodi Annatæ in Germania retineri, & illic in hunc usum converti debeant.* Quod ipsum & Ferdin. I. Imp. repetiit, & Carolus iterum A. C. 1526. ad P. Clement. VII. scripta satis dura epistola, in quâ inter alia generosæ veritatis verba appellat, Annatas & cætera lucra sedis Romanæ, CLAVES AUREAS *quibus Papæ bellorum Archiva pro libitu aperire & claudere solent.*

APOSTOLI.

§. 1. Considerantur ista. 1. Etymon. 2. Peregrinatio officii. 3. Scripta supposititia in Antiquitate. Qvorum sunt Tria. Liturgiæ. Epistolæ. Constitutiones. De hisce postremis adi titulum s. Rubricam *Canonum*, infrà.

§. 2. Græcè Ἀπόστολοι Ebræis, שלוחי vel שליחי quomodo appellantur Moses & Aaron à Chaldæo *Jerem.* 11. *v.* 1. Non nudè *Nuncium* sonat, sed legatum, qvi vices mittentis gerat. Dicunt *Rabbini*, שלוחי של אדם כמותו i. e. Apostolus cujusvis est, sicut ipse à quo deputatur.

§. 3. Ideò allecti à Domino. 1. Ut cum ipso essent operum ejus oculati testes, & doctrinæ studiosi. Non enim statim à primo suo discipulatu ad prædicandum se contulerunt; sed diu ad pedes Magistri assidentes doctrinam imbiberunt ex ore ejus, quam erant prædicaturi. 2. Ut Prophetæ ejus forent ad prædicandum & miracula edenda.

§. 4. A. C. 49. Divisionem Apostolorum in orbem Terrarum statuunt passim Eruditi. Quâ de re duæ sunt Traditiones: Una est *Cypriani & Ruffini in Symbol. Apostol.* qui tradunt, Apostolos, priusquam in mundum Universum dispergerentur, Normam prædicationis & summam Doctrinæ Christianæ in commune constituisse, quod vulgò dicunt *Symbolum Apostolorum.* De quo adi *Vossium*

stum & *Ussserium* peculiariter scribentes. *Altera est Origenis in Genesin*, & *Eucherii Lugdunensis*, qui scribunt, certas provincias Apostolis designatas fuisse, in quibus præcipuè docerent; *Orientem* Thomæ & Bartholomæo; *Meridiem* Simoni & Matthæo, *Septentrionē* Philippo & Thaddæo; *Mediterraneas regiones*, Matthiæ & Jacobo justo; *Provincias Maris Mediterranei* Johanni & Andreæ; *Occidentem*, Petro & Jacobo Zebedæi, sed totum Gentilismum, *Paulo*. Hinc Festum *Divisionis Apostolorum* quotannis in Ecclesia Romana d. XV. JulI celebratur. Vide *Galat. c. 2. v. 7.*

§. 5. Apostoli omnes in omni officio & munere Apostolico ac in omni potestate fuerunt inter se pares, & omninò æquales. *Joann. c. XX. Matt. XXVIII.* Augustin. *Epist. CXVIII.* Unde & Hieronymo in cap. 1. Esai. nominantur *Principes Ecclesiarum*. Et Cajetanus Commentar. *in 1. Corinth. C. XII.* Suprema, *inquit*, Membra Apostolos explicat, ad eos enim spectat universale regimen Ecclesiæ, non solùm verbo & Actione, sed etiam Scriptura.

§. 6. Atq; adeò omnibus data est jurisdictio plenissima, etiam exterior, immediatè à domino. Et Apostolica dignitas, quæ omnibus data est, prima est & suprema Dignitas in Ecclesia, *1. Cor. C. XII. v. 28.* πρῶτον Ἀποστόλους. Hinc *Apocal. XXI.* dicuntur duodecim Fundamenta Ecclesiæ. Nec obstat, quod Petrus *Primus Matth. c. X. v. 2.* appellatur πρῶτος, Primatum quippe Ordinis, qui in omni collegio est necessarius, & cujusdam præsidentiæ, ætatis atq; reverentiæ concedimus, non *Suprematum Monarchicum* aut *Potestativum*. Atq; hinc passim Petrus Patribus dici solet, κορυφαῖος, κορυφαία ἀκρότης, *Dionys. c. III. de divin. Nom. Basil. Seleuc. orat. XVII. Hieron. l. 1. Contr. Jovin.* Caput, Princeps Apostolorum, in Catal. script. Eccles. cap. 1. Quo sensu & Latini scriptores *Principem* usurpare solent pro *Primo*. Cic. de opt. Serm. Orat. Cæsar l. 6. de bell. Gall. l. 1. de bell. Civil. Vellei. Paterculus l. 1. Gell. l. 4. c. 10.

§. 7. Unde Chrysost. Tom. X. *Homil. de util. Lect. Scriptur.* officium commune Apostolorum, ipsumq; adeò Nomen eorum vocat, Ἀρχὴν μεγίστην Ἀρχὴν πνευματικωτάτην, Ἀρχὴν τὴν ἄνω. Propheta Princeps est. Qui Dæmones expellit, Princeps est,

est, Pastor & Doctor, Princeps est, Ἀλλὰ τούτων ἁπάντων μείζων ἐστὶν ἡ ἀποστολικὴ Ἀρχή. οὐκ ἀρχὴ δὲ μόνον ἐστὶ, ἀλλὰ καὶ ὑπόθεσις καὶ ῥίζα.

§. 8. Et nulla apud Patres hic elogiorum singularitas. Sic de Paulo prædicat *Chrysostom. Tom. 5. Homil. XXXIII.* quòd sit, τῆς οἰκουμένης Διδάσκαλος, τῶν Ἀποστόλων μείζων. Scil. quoad Laborem *2. Cor. XII. XIII.* Hieron. Ps. 67. Petrum & Andream Apostolorum Principes appellat. *Cyrill. Alex Tom. 2 Concil. Part. 1. Concil. Ephesin.* ait: Πέτρος τε καὶ Ἰωάννης ἰσότιμοι ἀλλήλοις *Damascen. Orat. de Transfigur.* Petrum, Jacobum, & Joannem vocat τοὺς κορυφαίους τῶν Ἀποστόλων. Quid quòd & cæteros Doctores ornant titulis splendidis, e. gr. *Nazianz.* Orat XVIII. XIX. Basilium Magnum appellat στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας. *V. Forbes. Histor. Theol. l. 15. c. 4. & Blondell. in Pseud. Isidor* &c.

§. 9. Falsissima est hypothesis *Bellarmini lib. 1. de P. R. cap XI. XII.* ubi statuit, Disparitatem Successionis Apostolicæ, ita ut Petrus habeat summam atq; amplissimam potestatem, ceu Præfectum & Pastorem ordinarium; quia ei in plenitudine Clavium h. e. potestatis successum est & succedetur usque ad finem Mundi; Reliqui autem Apostoli habeant summam atq; amplissimam potestatem, ceu legatos & extraordinarios Pastores, quia potestatis illius, quam post Petrum plenam acceperant, nullum reliquerunt successorem. *Coster. Enchirid. cap. III.* Qvod dogma cum tota Antiquitate pugnat non sine magno crimine ἀδιαστρεψίας.

§. 10. *Hieronymus ad Evagrium*: Ubicunq; fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem est Sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit. Cæterùm omnes Apostolorum successores sunt. *Hæc ille.* Et longè illo antiqvior *Cyprianus l. 4. ep. 2. sive Epist. 52.* Cum sit à Christo una Ecclesia per totum Mundum in multa membra divisa; item episcopatus unus, Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus. Quod ipsum repetit *Epist. 67. l. III. ep. XIII.* & *Epist. 72. l. 2. epist. 1.* Epiphanius Hæres. 79.

 §. I. de

§. J. de Jacobo Hierosolymorum Episcopo agens, inquit, ab illo & ab omnibus Apostolis constitutas esse successiones Episcoporum ac Presbyterorum in domo Dei, διαδοχὰς ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων. *Isidor. Hispal. l. 2. de off. Eccles. cap. 5.* Cæteri Apostoli cum Petro par consortium honoris & potestatis acceperunt, qui etiam in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt, quibusq; decedentibus Episcopi successerunt, qui sunt constituti per totum Mundum in sedibus Apostolorum.

§. 11. Hinc & omnes dicuntur passim *Apostolici.* Sidon. l. 6. ep. ad Lupum Episcopum, officium, quod incomparabiliter eminenti Apostolatui tuo sine fine debetur, *& l. 6. ep. 1. & ep. 7.* & Ennodius ad Marcellinum Episcopum: *His ergo servitia, ait, Apostolatui vestro debita repræsentans.* Et in Vet. Hist. S. Lupi: Germanus ac Lupus Apostolici Sacerdotes. Sic Basil. Cæsar. Ep. 55. ad Ambros. Mediolan. ait: Ipse Te Dominus ad præsidentiam Apostolorum transtulit, ἐπὶ τὴν προεδρίαν τῶν Ἀποστόλων. *In Tom. III. Bibl. Patrum* leguntur Epistolæ cum his inscriptionibus:

Domino Sancto & beatissimo ac Apostolicâ reverentiâ suscipiendo Papæ Ruricio, Sedatus.

Domino Sancto, meritis beatissimo Papæ, honoris cultu suscipiendo, atq; Apostolico Patri Ruricio Episcopo Eufrasius.

Domino Sancto & Apostolico Papæ Æonio Ruricius Episcopus. *Et sic deinceps.*

§. 12. Porrò, in quibus Pastorum Ecclesiasticorum ab Apostolis successio commendatur, sunt Tria. 1. *Locus.* 2. *Officium.* 3. *Doctrina.* Successio in loco sive ejusdem Ecclesiæ particularis præfectura, quandoque utilis est, sed non est necessaria; imò nonnunquam inutilis est ac fallax. De quo vide *Irenæum lib. III. cap. III. Tertull. De præscript. cap. XXXVI. Cyprian. epistola 52.* § Successio in officio est necessaria. *Ebr. c. 5. v. 4. Johann. 10. v. 1.* § Successio in officio sola, vel cum successione in loco, non sufficit ad ostendendum veros ac genuinos Apostolorum successores, quibus tutum sit auscultare & adhærere. *Gal. c. 1. v. 8.* Tertull. de præscr. cap. III. *Ipse traditor Christi de Apostolis fuit.* adde *cap. XXXII.* Ambros. l. 1. de Pœnit. cap. 6. *Non habent Petri Hereditatem*

reditatem, qui fidem Petri non habent. § Successio in Doctrina est potissima pars Successionis Apostolicæ. Propter hanc enim instituta est Successio in officio, & non vicissim. § Legitima Successio verorum Pastorum interrumpitur per Simoniam, interatia. § Successio Pastorum quæ plena est, & in omni constituta Ecclesia post Apostolorum, tempora requiritur, successionem in doctrina cum successione legitima in officio conjunctam exhibet, sive, successionem legitimam in officio pastorali cum Veritate Doctrinæ connectit. Disciplinam autem & mores ad Doctrinam referimus. *Irenæus l. 4. cap. 43. 45. Forbesius lib. XVI. Cap. 6.* ex professo.

§. 13. Non itaq; Monarchicum Ecclesiæ Regimen Christus instituit, dum ex æquo omnibus Apostolis Ecclesiam commisit; sed Aristocratiam optimatum: *Quinta Synod. Generalis Constantinopol. Collat. VIII.* Licet S. Spiritus gratia circà singulos Apostolos abundaret, ut non indigerent alieno consilio ad ea, quæ agenda erant, non tamen aliter voluerunt definire negotia, priusquàm communiter congregati S. S. testimoniis unusquisq; sua dicta confirmaverat. §. *Cajetanus Tractat. de Autorit. Papæ cap. 2.* Quatuor adducit expositiones, quarum 1. distinguit potestatem ordinis & jurisdictionis, & omnes dicit esse inæquales potestate ordinis, Petrus autem omnibus superior dicitur potestate jurisdictionis. 2. Dicit, quòd omnes Apostoli fuerunt in potestate jurisdictionis pares. 3. declarat, & est S. Thomæ 2. 2. qv. 33. art. 4. Quòd fuerunt pares in aliquo, quantùm ad fidei defensionem. 4. Est ejusdem *Comment. ad Galat. c. 2.* Qvod omnes fuerunt æquales, quantum ad executionem Auctoritatis; sicut Paulus Petro, at non in autoritate regiminis. § *Bellarm. l. 1. de P. R. cap. XII.* ita distinguit; Fatemur Apostolos pares honore & potestate fuisse, & habuisse in populos Christianos eandem omninò auctoritatem, sed non fuisse pares inter se. § De quo *M. de Domin. lib. I. c. III. §. XXIII.* rectè judicat, inqviens: Qvæ mihi videtur manifesta contradictio. Nam si ratione Apostolatus comparati ad populos omnes prorsus sunt æquales, cur eidem Apostolatui nihil addendo, nihil detrahendo etiam inter se non erunt pares? Vide ex professo *Matt. Sutlivium l. 1. de Pont. R. & l. 2. c. 1. 2.* seqq.

§. 14. De *Vicariatu*, ut loqvuntur, Antiquitas docet, si de vero & proprio *Vicario* loqvamur Christi Domini in Ecclesia, hunc esse *Spiritum Sanctum* Joann. *c. XII. c. XVI. Tertull. de Præscript.* inter Articulos Fidei recenset, credere Jesum C. in cœlos receptum misisse *vicariam* vim Spiritus Sancti. *Et mox*: Ad hoc missus à Christo, ut esset Doctor Veritatis, neglexerit officium Dei villicus, Christi *vicarius*, sinens Ecclesias aliter credere, quàm quod ipse prædicaverat. Et *inde Veland. Virg.* ait: Cum propterea Paracletum miserit Dominus, ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur ab *Vicario* Domini Spiritu Sancto. *Ambrosius in epist. ad Rom. cap. I.* A Deo ergò Patre per Christum Dominum hanc acceperunt potestatem, ut *Vice Domini* signis doctrinam acceptabilem facerent, &c. & hanc esse Dei voluntatem, ut in Christo & per Christum omnibus misereatur, *Vicariis* ejus prædicantibus. Ubi omnes Apostolos nemine excepto aut prælato appellat *Vicarios* Domini in Ecclesia. *2. Cor. 5. Ephes. 6. Hugo Eterianus in Bibl. Patrum c. 14. de regressu Animæ*, agens de Traditionibus ait: Multa esse in Ecclesia plena vigoris, quæ chartis à primo Pastore commendata non sunt, sed occulto suo judicio habenda ipse tradidit, & per *Vicarios* suos Apostolos paginis & atramento amiciri non permisit. § In *Præfat. Missæ* sic canitur: Qvos operis Tui *Vicarios* eidem contulisti præesse Pastores.

§. 15. Jam sub ipsa initia prædicationis & nascentis Evangelii supposita & ficta esse scripta sub nomine Apostolorum, ac deinde majori audacia idem factitatum passim occurrit. Huc pertinet *primò*, Epistola Salvatoris ad Abagarum Edessæ Principem scripta apud *Euseb. l. I. c. XIII. Histor.* cum inscriptione: Epistolæ Jesu ad Abagarum & Abagari ad Jesum. De quibus § *Erasmus* in Tom. 4. Hieron. censet: *Impudentissimæ sunt illæ inscriptiones.* § *Cōsterus Enchir. cap. 1.* sic: Eusebius refert, Christum dedisse literas ad Abagarum Regem, sed neq; illæ propriâ Christi manu extant, neque unquam ab Ecclesia pro ejusmodi acceptæ sunt. § Epistolæ Pauli ad Senecam & Senecæ ad Paulum sunt supposititiæ, & extant apud *Sixtum l. 2. p. 113.* Jacobus Faber Viennensis Episcopus

pus scripsit in eas breves Commentariolos. *Salmeron* Com. in Philipp. c. 4. & *Binius* Tom. 7. Bibl. PP. fidem earum tuentur. § Sed *Erasmus Schol. in Hieron. de Eccl. script.* ait: Nihil in illis est neq; Paulo dignum, neq; Seneca. *Lud. Vives Comm. in l. VI. Augustin. de C. D. cap. X.* Epistolæ quæ circumferuntur Pauli ad Senecam, & hujus vicissim ad illum, non credo ab illis esse scriptas. *Baronius* Annal. Tom. 1. A. C 66. n. XI. sic: Suspectæ nobis redduntur, quamvis sciamus eas non recens esse excogitatas, sed antiquitùs scriptas, & à S. Hieronymo cognitas atq; probatas. Recensentur à Sixto l. 2. sub nomine *Paulus* hoc modo:

Paulo, Annæus Seneca Salutem.

CRedo tibi, Paule, nunciatum, quod heri cum Lucilio nostro de apocrisi, & aliis rebus habuimus. Erant enim quidam disciplinarum tuarum comites mecum. Nam in hortos Sallustianos secesseramus, quo in loco occasione nostra aliò tendentes hi, de quibus dixi, nobis adjuncti sunt. Certè quod tui præsentiam optamus, & hoc scias volo: Libello tuo lecto, id est, de plurimis literis, aliqvas epistolas, quas ad aliquam civitatem, seu caput provinciæ direxisti, mirâ exhortatione vitam moralem continentes, usq; refecti sumus: Quos sensus non puto ex te dictos, sed per Te, certe aliquando ex te & per te. Tanta enim majestas est earum rerum, tantaq; generositate clarent, ut vix suffecturas putem ætates hominum, quibus institui perficiq; possint. Benè te valere frater cupio. Vale.

Paulus Senecæ Salutem.

LIteras tuas hilares heri accepi, ad quas rescribere statim potui, si præsentiam juvenis, quem ad te missurus eram, habuissem. Scis enim, quando & per quem, & quo tempore, & cui quid dari committiq; debeat. Rogo ergò, ne te putes neglectum, dum personæ qualitatem inspicio. Sed quòd literis meis vos refectos scribis, felicem me arbitror tanti viri judicio. Neq; enim diceris Censor, Sophista ac Magister tanti Principis, & etiam omnium, nisi quia vera dicis. Opto te diu benè valere.

Paulo, Annæus Seneca Salutem.

QUædam volumina ordinavi, & divisionibus suis statum eis dedi. Ea quoq; legere Cæsari sum destinatus, & si modò sors prosperè annuerit, eris forsitan & tu præsens. sin aliàs, reddam tibi diem, ut invicem hoc opus inspiciamus. Decreveram, non priùs ei edere hanc Scripturam, nisi priùs tecum conferrem, si modò impunè hoc fieri potuisset, ut scires, & Te non præteriri. Vale, Paule charissime.

Paulus Senecæ Salutem.

QUotiescunq; literas tuas audio, præsentiam tui cogito, nec aliud existimo, quàm omni tempore te nobiscum esse. Cum primùm itaq; convenire cœperis, invicem nos & de proximo videbimus. Benè te valere opto.

Paulo, Annæus Seneca Salutem.

NImio tuo angimur secessu. Qui est, vel quæ res te remoratum faciunt? Si indignatio Domini, quòd à ritu & secta veteri recesseris, & alios rursus converteris, erit postulandi locus, ut ratione factum, non levitate hoc existimet. Vale.

Paulus Senecæ & Lucilio S.

DE his, quibus vel quæ mihi scripsisti, non licet arundine & atramento loqui, quarum altera res notat, & designat aliquid; altera evidenter ostendit, præcipuè cum sciam, inter vos esse, sicut apud nos, & in nobis, qui me intelligunt. Honor habendus est omnibus, & tantò magis his, qui indignandi occasionem captant. Quibus si patientiam ostendemus, omni modo eos ex quacunq; parte vincemus; si modò hi sunt, qui pœnitentiam sui gerant. Benè valete.

Paulo Annæus Seneca S.

PRofiteor benè me acceptum in lectione literarum Tuarum, quas Galatis, Corinthiis & Achæis misisti: Spiritus enim Sanctus in te & suprà te excelsos, sublimiores valdeque venerabiles sensus exprimit. Vellem itaq; cùm res eximias proferas, ut majestati earum

rum cultus sermonis non desit. Et ne quid tibi, Frater, surripiam, aut conscientiæ meæ debeam, confiteor Augustum sensibus tuis permotum, cui lecto literarum tuarum exordio hæc vox fuit: Mirari eum posse, ut qui non legitimè imbutus sit, taliter sentiat. Cui ego respondi, solere Deos ore innocentium effari, addens ei exemplum Vaticani hominis rusticuli; cui cùm duo viri apparuissent in agro Reatino, qui Castor & Pollux sunt nominati, divinitùs instructus fuit. Vale.

Paulus, Senecæ Salutem.

LIcet non ignorem, Cæsarem nostrarum rerum admiratorem, & amatorem esse, permittes tamen, te non lædi, sed admoneri, puto enim, te graviter fecisse, quod in notitiam perferre voluisti, quid ritui & ejus disciplinæ sit contrarium, cum & ille gentium Deos colat. Quid tibi visum sit, ut hoc cum scire velles, non video; sed nimio amore meo hoc te facere existimo, rogo te de futuro, ne id agas. Cavendum enim est, ne, dum me diligis, Domino facias offensam. Cujus quidem offensa nec oberit, si perseveraverit, neq; si non sit, proderit, si est regina, non indignabitur, si mulier est, offendetur. Benè vale.

Paulo, Annæus Seneca Salutem.

SCito, te non tàm mei causa commotum literis, quas ad Te de editione epistolarum tuarum Cæsari feci, quam Natura rerum, quæ ita mentes hominum ab omnibus artibus & moribus revocat, ut non hodiè admirer, quippe ut is, qui multis documentis hoc jam notissimum habeam. Igitur novè agamus, tu si quid facilè in præteritum actum est, veniam irrogabis. Misi tibi librum de verborum copia. Vale Paule charissime.

Paulus Senecæ Salutem.

QUoties tibi scribo, & nomen meum tibi præfero, gravem & sectæ meæ incongruam rem facio. Debeo enim, ut sæpè professus sum, cum omnibus omnia esse, & idem observare in tuam personam; quòd Lex Romana honori senatus concesserit, ne cum aporia & dedecore cupiam efficere, quod mei arbitrii fuerit.

Vale

Vale devotissime Magister. Datæ V. Kal. Jul. Nerone quart. & Messala Coss.

Paulo Annæus Seneca Salutem.

AVe, mi Paule charissime, si mihi nominiq; meo Vir tantus & dilectus omnibus modis, non dico fueris junctus, sed necessariò mixtus, aptè actum erit de Seneca tuo, cum sis igitur vertex & altissimorum omnium montium cacumen, haud te indignum in prima facie epistolarum nominandum censeas, ne tàm tentare me, quàm ludere videaris, qvippe cum scias, civem te esse Romanum. Nam qvi meus tuus apud te locus, qvi tuus, velim ut meus. Vale, Paule charissime. Data X. Kal. April. Apriano & Capitone Consulibus.

Paulo Annæus Seneca Salutem.

Ave, mi Paule charissime. Putasnè me haud tristari, & non luctuosum esse, quod de innocentia vestra subinde sumatur supplicium? Dehinc quod tàm obnoxios vos reatui omnis populus judicet, putans à vobis effici, quod in Urbe contrarium fit? Sed feramus æquo animo, & utamur foro, qvod sors concessit, donec invicta felicitas finem malis imponat. Tulit & priscorum ætas Macedonem Philippi filium & Dionysium, nostra quoq; Cajum Cæsarem, quibus quicquid libuit, licuit. Incendium unde sæpè patiatur urbs Romana manifestè constat; sed si effari humilitas humana potuisset, & impunè his tenebris loqvi liceret, jam omnes omnia viderent, Christiani & Judæi quasi machinatores incendii supplicio affici solent. Grassator iste, quisquis est, cui voluptas carnificina est, & mendacium velamen, tùm tempori suo destinatus est, & sicut optimi cujusq; caput pro uno donatur capite, ita unum pro multis dabitur caput, & hic devotus pro omnibus igni cremabitur. Centum XXX. II. domus, Insulæ quatuor sex diebus arsere. Septimus pausam dedit. Benè te valere opto. Data V. Kal. April. Frigio & Basso Coss.

Paulo Annæus Senecæ Salutem.

AVe, mi Paule Charissime. Allegoricè & ænigmaticè multa à te usqveqvaq; opera conduatur, & ideò rerum tanta vis & muneris

neris tibi tributa, non ornamento verborum, sed cultu quodam decoranda est. Sæpiùs te dixisse retineo, multos qui talia affectant, sensus corrumpere & rerum virtutes evitare. Cæterum hoc mihi concedas velim, latinitati morem gere, honestis vocibus speciem adhibe, ut generosi muneris concessio, dignè à te possit expediri. Benè vale. Data V. Non. Jul. Leone & Savino Coss.

Paulus Senecæ Salutem.

PErpendenti tibi ea sunt revelata, qvæ paucis Divinitas concessit. Certus igitur ego in agro jam fertili semen fortissimum sero, non qvidem materiam, qvæ corumpi videtur, sed verbum stabile Dei derivamentum crescentis, & manentis in æternum. Qvod prudentia tua assecuta est, indeficiens fore debebit. Ethnicorum Israëlitarumq; observationes censeto vitandas. Qvæ propemodùm adeptus es, Regi temporali ejusq; domesticis atq; fidis amicis insinuatis. Qvibus etsi aspera & incaptibilis erit persuasio Tua, cum plerique eorum minimè flectantur insinuationibus tuis. Sermo tamen Dei instillatus, novum in his hominem pariet ad Deum hinc properantem. Vale Seneca charissime. Data Kal. Aug. Leone & Savino Coss.

§. 16. *Sixtus Senens.* l. 2. *Bibl. sub Pauli* nomine scripta adjicit illa: *Evangelium Pauli.* *Epistolam unam ad Laodicenses,* errore ex 2. Tim. II, 8. & Col. 4. hausto. *Tertiam ad Corinthios* epistolam, *Tertiam ad Thessalonicenses.* *Apocalypsin*, vel, *de suo ipsius Raptu librum unum*, dictum etiam *ἀνάβασιν* s. *Ascensionem Pauli.* *De Actibus suis librum unum.* *De Pauli & Theclæ actibus librum unum.* Qvos omnes Sixtus recenset & judicium suum ex antiqvitate addit. Habet etiam nonulla *D. Waltherus Officin. Bibl.* in calce.

§. 17. Adde Irenæum l. I. cap. 35. l. III. cap. II. Euseb. l. Histor. cap. 3. & 22. *Gelasius Dist. XV.* C. Sanct. Rom. breviter ita omnes complexus est: *Itinerarium* Petri, qvod appellatur S. Clementis lib. VIII. *Actus Andreæ.* *Actus Philippi.* *Actus Petri.* *Actus Thomæ.* *Evangelia Thaddæi.* *Evangelia Thomæ*, qvibus Manichæi utuntur. *Evangelia Barnabæ.* *Evangelia Andreæ.*

Evangelia, qvæ falsavit *Lucianus*. *Evangelia*, qvæ falsavit *Hyritius*. Liber *de infantia Salvatoris*. *De nativitate Salvatoris*. *De Maria & de obstetrice Salvatoris*. *Actus Theclæ & Pauli*. *Revelatio Pauli, Revelatio Thomæ*. *Revelatio Stephani*. *Liber*, qvi appellatur *Transitus Mariæ*. *Liber*, qvi appellatur *Sors Apostolorum*. Liber *Canonum Apostolorum*. Omnes Apocryphi.

§. 18. Huc pertinent seqventia scripta ψευδώνυμα: Apostolorum vitæ obsignatio. Apostolorum Constitutiones. Apostolorum Liturgiæ. Apostolorum Doctrina. Apostolorum Evangelium, qvod Nazarenorum esse Ebraicum statuit *Hieron. lib. III. adv. Pelag.* Itinerarium Apostolorum, in Concil. Nicen. II. reprobatum. Apostolorum Memoria, qvo Priscillianistæ usi fuerunt. *Oros. epist. ad Augustin.* Apostolorum Scripta, *Dictinnio* auctore, damnantur *Canon. XVII. in Concil. Bracarens.* Apostolorum XII. vitæ, auctore *Abdia*. Is fuit primus Babylonis Episcopus. Editæ sunt Libris X. sub titulo: *De Historia Certaminis Apostolici*. Veteribus auctor iste planè incognitus est, & annos ante non adeò multos à W*olfgango Lazio* in Germania editus. *Augustin.* censet hunc *Abdiam* esse illum, qvem Manichæi pro vera Apostolorũ Historia supposuerunt. *V. l. 22. contr. Faust. c. 79.* & *l. 1. contra adv. Legis & Prophet. cap. XX.* inqvit: Historias illas nunqvam esse ab Ecclesia receptas. Baron. Annal. Tom. 1. a. c. 44. ait: Præter rejectas illas Recognitiones Clementis, feruntur etiam *Abdiæ Babylonii* nomine vitæ Apostolorum. n. 45. sic censet: *Difficile est, è tot mendaciorum lacunis puram defecatamq; haurire veritatem.* Possevinus App. Sacr. in verbo, Sulpitius inquit: Abdias Babylonicus est Apocryphus & nullius fidei. Plura vide *Gerard. Conf. Cathol. Tom. 1. l. I. part. II. c. 8. Rivet. Crit. Sacr. l. I. Voss. de Histor. Græc. l. 2. cap. IX.* ubi spurios hosce numerat: *Prochorum de vita B. Joannis*. *Abdiam* Babylonium de certamine Apostolorum. Linum de Passione Petri & Pauli. Anonymum de Passione Andreæ. De actibus Pauli & Theclæ. Clementem Romanum, cui Recognitionum libri tribui solent. *Vide omninò l. c. pag. 162. 163. seq.*

§. 19. *Apostolicus liber*, volumen est à Marcione collectum ex epi-

ex epiſtolis Paulinis. Exemplar ejus inſeruit *Epiphan. lib. 1. adv. Hæreſ. Marcion.* Theodoretus ſcribit, Manetem, qvi ſe dicebat eſſe Paracletum XII. diſcipulos aſciviſſe, titulo Apoſtolorum, qvibus ſingulis unum ex Chriſti Apoſtolorum nominibus impoſuit. Hic deinde ſub iſtis nominibus varia in vulgus edidit ſcripta; unde mox factum, ut tot vera ſanctorum Apoſtolorum monumenta eſſe, licet ficta, crederentur. *Irenæus* adv. Hæreſ. *l. 1. c. 17.* refert, qvòd Diſcipuli Simonis Magi inenarrabilem multitudinem Apocryphorum & Scripturarum, qvas ipſi finxerant, protulerint ad ſtuporem inſenſatorum, & qvi ſint veritatis non ſcientium litteras. Qvod ipſum *l. III. Cap. XI.* de Valentinianis repetit.

§. 20. *Baronius Tom. 1. Annal. A. C. 44. N. 46.* Sic recenſet ſuppoſititia ex Antiqvitate ſcripta: Nomine Petri Hieronymus memorat ferri *quinque libros*, qvorum primus inſcribatur Actuum Petri, Alter, Evangelium Petri, Tertius, Prædicationes Petri, Quartus, Apocalypſis Petri, Quintus, Liber Judicii. Nomine Pauli, ipſius Evangelium, Apocalypſis, Aſcenſus, Joannis & reliqvorum Apoſtolorum ſeorſim. Omnium Apoſtolorum conjunctim. Judæ Proditoris, qvem Caini Hæretici laudabant, & ipſius nomine Evangelium compoſuerant, ut annotat *Iren. l. 1. Cap. 35. Epiphan. Hæreſ. XXXVIII.* Chriſti deniq; ipſius, quaſi is *Librum de Magia* ad Petrum & Paulum ſcripſiſſet. *Anguſt. l. 1. c. 9. 10. de Conſenſu Evang.* turpiſſimi ac patentiſſimi mendacii arguit, horum auctores, ſive Gentiles fuerint, ſive Hæretici.

§. 21. Apoſtolorum *Canones. Liturgias. Conſtitutiones.* Vide unumquodq; literâ conveniente. Viſum quippe eſt Lectori commodius futurum, ut ſeriem Alphabeti ſeqvatur, qvàm ſi diffuſam per Claſſes certas materiam inqvirere habeat neceſſum.

B.

BAPTISMUS.

§. 1.

OLim Veteres in Ecclesiâ baptisandi orantes jejunabant, & confitebantur delicta sua. *Tertull. l. III. de bapt. cap. XX.* Ingressuros baptismum orationibus crebris, jejuniis & geniculationibus & pervigiliis orare oportet, & cum confessione omnium retrò delictorum, ut exponant etiam baptismum Joannis: Tingebantur, *inquit,* confitentes delicta sua. *Idem cap. V.* deleri mortem per Ablutionem peccatorum, ait, Exempto scil. reatu, eximuntur & pœnæ. *Et Cyprian. Tom. I. Ep. 2.* Postquam undæ genitalis auxilio superioris ævi labe detersâ in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infundit, postqvam cælitùs Spiritu S. in novum me hominem Nativitas secunda reparavit. &c. *Ibid.* appellat, Mortem Criminum, Vitam, Virtutem.

§. 2. Actum sui ævi in Baptismo describit *Tertull. l. 2. de Coron. c. III. IV. h. m.* Aqvam adituri in Ecclesiâ sub Antistitis manu contestamur, nos renunciare Diabolo, & pompæ & Angelis ejus. Dehinc Ter mergitamus, aliqvid amplius respondentes, (ἐπερώτημα) qvàm Dominus in Evangelio determinavit. Inde suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus.

§. 3. Interrogatio. *Tertull. & Cyprian: Tom. I. ep. 70. & 76.* Ipsa Interrogatio, qvæ fit in Baptismo, testis est Veritatis. Nam cum dicimus: Credis in vitam æternam & remissionem peccatorum, per sanctam Ecclesiam? Intelligimus remissionem peccatorum. &c. Habes formulam ἐπερωτήματος.

§. 4. Justin. M. Apolog. II. & alii φωτισμὸν appellant Baptismum. De quo Casaubon. contra Baron. p. 413. & 364.

§. 5. Ecclesia vetus diem qvo Christus baptisatus φωσφόρον ἡμέραν dixit. Hinc & φωτιστήριον, τὸ βαπτιστήριον. Hinc & Ebr. X, 32. ἐν αἷς φωτισθέντες *Paraphrast. Syr. Arab. Æthiop. verterunt*; Baptizatos. Hinc & φωσφόρος ἡμέρα dicta φωτοκηία sunt

ſunt alio nomine, qvæ propter ſolenne purificationis in perendinum ſunt translata, cum φωσφόρος ἡμέρα ſexta Januar. celebraretur.

§. 6. *Nazianz. orat. XXXIX.* Tria facit ut & alii Baptiſmi genera, Βάπτισμα ἐν ὕδατι, de qvo *Matt. XXVIII. 29.* vel Βάπτισμα ἐν πνεύματι, ut *Matt. III, 11.* vel Βάπτισμα μαρτυρίου καὶ αἵματος, de qvo *Matt. 20. Pſ. 22.* & *Marc. 10, 32.* Qvod & lavacrum & Baptiſmum appellat *Tertull. de Bapt. c. XVI. Cyprian. Epiſt. LXXIII.* A priori ob ſimilitudinem defluxit origo *affligendi* ſignificatus, metaphora ab Aqvis deſumpta. *Pſ. 69. 1. 15. 16. XVIII. 17. XXXII. 6.* Alii inde deducunt, qvod ſicuti in Baptiſmo Aqvâ, ita in Martyrio ſangvine perfundimur. Unde *Baſil. homil. de XL. Martt.* ἐβαπτίσθη εἰς χριστὸν οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς οἰκείας πίστεως, οὐκ ἐν ὕδατι, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι. Et *Gennad. Maſſil. de Dogm. Eccl. c. 74.* prolixè comparationem inſtituit inter Aqvæ & ſangvinis Baptiſmum. *Proſper. Epigr. XXCVIII.* eo etiam convenire cenſet, qvod utrumq; baptiſma parit remiſſionem peccatorum.

§. 7. PP. etiam faciunt Βαπτισμὸν μετανοίας, qvando lacrymis perfuſi, remiſſionem poſtulamus. *Nazianz.* dicitur τὸ διὰ δακρύων βάπτισμα, vel τὸ τῶν δακρύων βάπτισμα. *Orat. XXXIX.* & *Athanaſ. ad Antioch. Quæſt. 72. Sedulius l. III.* Purgata receſſit per gemitum, propriisque lavans in gurgite fletus Munda ſuis lacrymis redit. Et *Athanaſ. Interpr. Parabol. Evang. Qvæſt. CIII.* octo recenſet Baptiſmatum genera. Et *Damaſcen. Orthod. Fid. lib. IV. c. X.* Primum eſt τοῦ κατακλυσμοῦ βάπτισμα, cujus ἀντίτυπον eſt noſtrum *1. Pet. III. 21. Tertullian. l. de Bapt.* appellat Baptiſmum Mundi. Secundum eſt ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ θαλάσσῃ *1. Cor. X. 2.* Ita ut mare ſit, Aqua Baptiſmi, Columna Nubis Spiritus S. in Baptiſmo. Tertium eſt Νομικὸν legale ſ. Moſaicum, qvo immundi ſe veſtesq; lavabant. Qvas Leviticas lotiones *Heb. IX. 10.* Apoſtolus dicit, διαφόρους βαπτισμοὺς. Quartum eſt τὸ Ἰωάννου βάπτισμα εἰς μετάνοιαν. Qvintum τὸ τοῦ χριστοῦ in

in Jordane. Sextum τὸ τῆς μετανοίας καὶ δακρύων. Septimum τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος. Octavum τὸ τοῦ θανάτου in igne Gehennæ.

§. 8. *Cedren. in Anton. p. 206. ed. Basil. è Gregorio Mag.* sic citat: ἐβάπτισε Μωϋσῆς ἐν ὕδατι καὶ πρὸ τούτου ἐν νεφέλῃ καὶ θαλάσσῃ. Hic est Mosis primus. 2. Joannis. ἐβάπτισε καὶ Ἰωάννης, οὐκέτι μὲν ἰουδαϊκῶς, οὐ γὰρ ἐν ὕδατι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς μετάνοιαν. 3. Βαπτίζει καὶ Ἰησοῦς, ἀλλ' ἐν πνεύματι, οὗτος ἡ τελειότης. 4. Τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος. 5. Τὸ τῶν δακρύων. Christi, mortis, lacrymarum.

§. 9. Pædobaptismus. Matth. 19. v. 14. Παιδία. Marcus etiam habet παιδία, Lucas βρέφη. Βρέφος autem Græcis notat, τὸ ἄρτι γεγονὸς παιδίον τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιτθῆς. Eustath. il. 8. Unde Act. VII. 19. tribuitur infanti in cunis vagienti. Et 1. Pet. 2. 2. dicitur de infantibus Israëliticis recens natis, ὡς ἄρτι γέννητα βρέφη. Et Luc. 1, 41. dicitur de fœtu utero concluso.

Susceptores.

§. 10.

Justino M. Quæst. LVI. dicuntur οἱ προσφέροντες τὰ βρέφη τῷ βαπτίσματι. *Augustin. serm. CXVI. & CLXIII. & CCXV.* Fidejussores. *Ep. XXIII.* Fidei Doctores. *Synod. Moguntina,* Compatres vocat cap. XLVII. Præcipimus, ut unusquisq; Compater vel proximus Spirituales filiolos suos Catholicè instruat.

§. 11. Nam hic finis fuit susceptorum. *Durand. de Ritib. Eccl. Cathol. l. 1. c. XIX.* Apud Gratian. Dist. IV. de Consecrat. Non plures ad suspiciendum de Baptismo infantem accedant, quam unus, sivè Vir, sive mulier. *Synod. Mediolan.* vetat susceptoribus, ut quicquam iis quos susceperunt vel illorum parentibus largiantur. Initio moris erat, ut Parentes ipsi susciperent. *Augustin. s. Auctor Hypogn. l. 6.* Novimus parvulos parentum manibus ad gratiam Sancti Baptismi deportatos. Sed *Synod. Mogunt. c. 55.* id prohibuit.

§. 12. Nec tantum baptizati infantes, sed etiam ad Cænæ Domini fructum admissi. *Cyprian. serm. de Lapſ. Augustin. Epist. CVII.*

Et

Et Capitula Legum Francic. *l.* 1. *Cap. CLV.* Ut Presbyter semper paratam habeat Eucharistiam, ut quando quis infirmaverit, ut Parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet. Apud Æthiopes teste *Osorio l. IX. de Gest. Eman.* Infantes eo die, quo salutaribus sacris initiati sunt, Eucharistiam in panis micâ sumunt.

§. 13. Osculum quoq; infantibus in baptismo dabatur à Sacerdote, dicente: PAX TIBI! *Cyprian. Ep. LIX.* quâ respondens Fido, qui putabat infantes in primis partus sui diebus mundos non esse dicit: Neminem debere id horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam & si adhuc infans à partu novus sit, non ita tamen esse ut quisquam illum in gratiâ dandâ atq; in pace facienda horrere debeat Osculari, quando in Osculo infantis unusquisque nostrum pro suâ religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato ac recens nato quodammodò osculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur.

§. 14 *Augustin. l. IV. contr. Donatist. cap. XXIII.* Veraciter conjicere possumus, quid valeat in parvulis baptismi Sacramentum, ex Circumcisione carnis, quam prior populus accepit. Et *de Peccat. Mer. & Remiss. cap. IV.* Dat sui Spiritus occultissimam gratiam, quam & latenter infundit parvulis.

§. 15. Adde quod & integra Concilia id comprobant. *Concil. Milevitan. Anno 418. Can. II.* Quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, anathema sit. *Concil. Gerundens. anno 1017. Can. V.* De parvulis, qui nuper è materno utero editi sunt, placuit constitui, ut si infirmi, ut assolet, fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eâdem die, quâ nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur. *Conc: Bracarens. Secundum Anno 1072. Can. VII.* Placuit, ut unusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi qui infantes suos ad Baptismum offerunt, &c.

§. 16. *Augustin. l. 1. de Pecc. Mer. cap XXVI. dicit;* Esse Auctoritatem Ecclesiæ, & procul dubio per Dominum & Apostolos traditam. Et *serm. X. de verb. Apost.* Hoc semper Ecclesia habuit, semper tenuit, hoc à majorum fide accepit, hoc usq; in finem perseveranter custodit. Ita *Clem. Et Dionys: Hierach. cap. ult.* ταῦτα οἱ θεοειδεῖς ἡμῶν ἱεροτελεσταὶ πρὸς τῆς ἀρχαίας μυηθέντες παραδόσεως εἰς ἡμᾶς προσήγαγον.

§. 17. Ac

§. 17. Acceſſit pedetentim Crux, Chriſma, Confirmatio, Manus impoſitio. *Tertul. l. III. c. 4.* Ad ſimplicem actum computat ſimilitudo, ut quoniam vice ſordium delictis inquinamur; aquis abluamur. Hæc Aqua ideo conſecrata. *Synod. Afr. Can. XVIII.* Aqua Sacedotis prece in Eccleſiâ ſanctificata, abluit delicta. *Areop. cap. 2. & 4.* τρὶς ἐν τύπῳ ςαυρȣ̃ τὸ ἁγιώτατον χρίσμα fundi jubet. *Tertull. l. de Reſurr. cap. VIII.* Caro abluitur, ut anima emaculetur, caro ungitur, ut anima conſecretur, Caro ſignatur (cruce) ut anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, ut anima ſpiritu illuminetur. Habes omnia!

§. 18. Sed Unctio ter fiebat. Prima Oleo ante baptiſmum, quod Catechumenorum vocant, in pectore & ſcapulis. Altera poſt baptiſmum Chriſmate per Sacerdotem in vertice capitis. Tertia per ſolos Epiſcopos in fronte, ut quæ fit in Sacramento Confirmationis Amalar. Off. Eccl. 23. Cyprian. l. 2. ep. 70. Prolixè adi S. Dallæum de Confirmatione.

§. 19. Confirmatio. Hujus materia Chriſma eſt à ſolo Epiſcopo conſecratum. *Cyprian. Tom. III. Serm. de unct. chriſm.* Sacrum conficitur Chriſma, in quo mixtum Oleo balſamum regiæ & Sacerdotalis gloriæ exprimit unitatem. *Et*: Hodie ungventum ad ſanctificationem paratur. Hoc Oleo uncti cum ſpiritalibus nequitiis colluctamur, nec fœtoribus ſpuriis imbui poſſumus, qui balſami ſpiritalis odore fragramus. *Tertull. de Reſurr. cap. 8. Cyprian. ep. LXXIII.* Qui in Eccleſiâ baptizantur Præpoſitis Eccleſiæ offeruntur, & per noſtras orationes ac manûs impoſitionem Spiritum S. conſequuntur, & ſignaculo dominico (cruce) conſummantur.

§. 20. Nulla diſtinctio eſt mari quis an alveo, lacu an ſtagno, flumine an fonte lavetur. Tertull. III. de Bapt. cap. IV.

§. 21. Confirmare. Veteribus non uno modo ſumitur. I. Neophytus baptiſatus unctione illis dicitur Confirmari. 2. Et Unctus taliter ſumtione Calicis confirmari. *Eucher. Ann. 440. Homil. de Pentec.* Quid, *ait*, mihi prodeſt poſt myſterium baptismatis, miniſterium Confirmationis? *Concil. Barcinon. Can. 2. Anno. 599.* Chriſma quod pro confirmandis Neophytis datur. 3. Ipſum

ſæpe

ſæpe Baptiſmum unctione confirmari dicunt. *Ordo Rom. de Sabb. T. 10. Bibl. P P.* Omne Baptiſma legitimum Chrismatis nomine confirmatur. Hinc *M. Ant. de Domin. l. 5. §. 24.* cenſet dici debere, non tam Confirmationis Sacramentum, quàm Confirmationem Sacramenti. 4. Quia in Euchariſtiâ poſt panem Calix dari ordine ſolet; dixerunt, Communionem Calice *confirmari.* 5. Sic & quando Hæreticos receperant in Eccleſiam per manûs impoſitionem, Hæc eorum converſio dicebatur iis Manûs impoſitione *confirmari.* Vid. Gennad. c. 52. de dogm. Eccleſ. 6. Deniq; ipſæ perſonæ his actibus Eccleſiaſticis ſive Sacramentis initiatæ dicebantur iisdem *Confirmati.* Ut omnino turpiter erraverint Scholaſtici & recentes Theologi, qui Sacramentum unum & diſtinctum ac ſingulare ex confirmatione procuderunt.

§. 22. Unctio & Chriſma, ut & Manus impoſitio in Baptiſmi Sacramento poſt Ann. Chr. 160. cæperunt. Nam ſeculo *Juſtini M. Apol. II.* nondum in uſu fuit, qui in actu Sacramentali ſolius aquæ meminit, τὸ ἐν ὕδατι λουτρὸν τότε ποιοῦνται ſcil. poſt editam confeſſionem. Primus omnium memorat eam *Tertul. c. 7. de Bapt.* ubi inquit, de V. Teſt. diſciplinâ eſſe, quâ Aaron à Moſe unctus eſt. Ita ſenſim crevit & invaluit in Eccleſiâ. *Walafr. de rebus Eccl. cap. 26.* cenſet; Gradatim per temporum augmenta baptiſmi celebrationem in majus creviſſe. *Amalarius l. 1. de off. Eccl. c. XII.* ſic: Apoſtoli oleo utebantur in redintegratione infirmorum: Apoſtolici Viri in Conſignatione Neophytorum.

§. 23. Tertulliani ævo Secul. II. quatuor jam acceſſerant Baptiſmo: 1. Solemnis formula ad aquam corã antiſtite; Abrenuncio Diabolo & pompæ & Angelis ejus. 2. Trina immerſio in reflexione ad fidem Trinitatis. 3. Lactis & mellis prægustatio. Et 4. abſtinentia à lavacro communi per ipſam illam hebdomadem.

§. 24. Succeſivè adjecta ſunt & iſta 1. Exorciſmi certis precibus concepti, ut Dæmones recedant à baptizando. Quod jam tertio, quarto, quinto ſeculo factum ex *Cypriano, Cyrillo, Auguſtino,* aliis patet. 2. Conſecratio frontis, uſitata iisdem temporibus. 3. Salis Guſtus, quod apud *Auguſtinum* vocatur, Catechumenorum Sacramentum. 4. Nares aureſq; Salivâ unctæ, additis his

ex Evangelio verbis, Ephata, ut est apud *Ambros. l. 1. c. 1. de Sacram.* 5. Signum Crucis in fronte & pectore. 6. Exsufflatio *Augustin l. 6. cont. Julian. c. 2.* 7. Osculum pacis. 8. Cereus accensus. 9. Vestis candida, quæ totâ septimanâ ornabat neophytos. *Paulinus*: Fulgentes animas vestis quoq; candida signat.

§. 25. Bellarminus l. de Baptism. Cap. XXV. XXVI. XXVII. recenset in Ecclesiâ Romanâ cerimonias baptismales Viginti duas; Duodecim, ante Baptismum, quinq; in actu ipso, & totidem post finitum lavacrum.

§. 26. Diversa itaq; planè erat à recenti modernâ Latinorum Confirmatio Veterum, utpote Baptismi lotionem statim sequens, ejusq; appendix & simul unum actum Sacramenti conficiens, quod probe contra Romam hodiernam notandum, ubi ab illo ad hanc plurium annorum, minimùm decem, aut XII. seculorum intervallum intercedit. *Dion. Areopagit. de Hierarch. c. 2.* Scriptor sexti seculi, apertè inter Baptismi cerimonias Chrisma refert, & *cap. V.* exprimit: οὔποτε τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν ὁ ἱερεὺς ἐνεργήσει χωρὶς τοῦ θειοτάτου μύρου. i. e. *Sine divino unguento baptismum sacerdos nunquam ritè peraget.*

§. 27. Responsio patrinorum in baptismo jam usitata fuit seculo Quinto sub Ann. Christi 494. *Gennad. Masil. de dogm. Eccles. cap. 52.* si parvuli sunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt, juxta morem baptizandi, & sic manus impositione & Chrismate communiti admittantur.

§. 28. Hæretici quando conversi in Ecclesiam recipiebantur, & tunc pariter ungebantur Chrismate, ut quod in baptismo erratum erat, sancti unguenti unctione corrigeretur, ut de Novatianis loquitur *Pseudo-Justinus. Theodoret. l. III. Hæret. Fabul. Synodus Arausic. I.* Hæreticos, si Catholici esse desiderant, cum Chrismate & benedictione consignari placuit. Sic *Synod. Arelat. II.* ann. Chr. 452. repetiit.

§. 19. Appellatur variè, Benedictio, *Conc. Arausic. cit. c. 8.* Manus impositio. *Syn. Arelat. 1. c. 1.* Ἅγιον χρίσμα. *Laod. Conc. c. 7.* Sanctum Chrisma. Chrisma simpliciter. *Conc. Arel 2. c. 17.*

§. 30. Tam Neophyti quam Hæretici conversi per hanc dicebantur Confirmari, Consignari. *Synod. Arauf. l. c. 1.* Communiri,

niri, Ad ingressum sanctæ Ecclesiæ reformari. *Gregor. l.9. ep.61.* Eucharistiæ recipiendæ idoneos fieri apud *Gennad c.32.*

§. 31. Seculo Quarto, Cæptum est, tingendos oleo ungere, tinctos verò Balsamo s. unguento, non oleo. *Clem. Constitut. Apostol.l. III.c.15.16.* Ante hæc una erat tantum illa unctio, eaq; ex simplici oleo. *cap.17.* Causas symbolicas ita, enarrat: Baptismus datur in mortem Jesu, aqua, pro sepulturâ, ἔλαιον ἀντὶ πνεύματος ἁγίου, Sigillum pro Cruce, Unguentum, confirmatio Confessionis, &c. *l.7.c. 28.* vocat unguentum postbaptismale σφραγίδα τῶν συνθηκῶν, Pactionum signaculum. Vid. & *Justin Pseudo-Martyr. qu. 137.* qui Autor est seculi hujus Quarti.

§ 32. Ordine præcedebat *Chrismatio*, sequebatur, *Manuum impositio.* Hinc *Optatus l.4.contr. Donat.* ait; Ita ordinatum esse in Christi baptismo, ut primò, tingeretur. 2. Chrismaretur. 3. tum imponerentur manus. Vid. *eundem l. 7.* Usqve ad seculum Nonum, ubi ap. *Rabanum* occurrit mutatio hujus ordinis, qui per sex ipsa secula constanter obtinuit.

§. 33. Commune erat Episcopis & Presbyteris Chrismare, donec *Silvester P. R. Anno 314.* id immutavit. De quo Pontificale in *Vit. Silv.* ait: Constituit & Chrisma ab Episcopo (scil. solo) confici. Et *Concil. Rom. Ann. 325. Canon. 5.* Constituit, ut nemo Presbyter Chrisma conficeret. Idem tamen, ut addit Pontificale *l.Citat.* concessit, ut in mortis periculo presbytero liceret, Chrismate linire, *ut verba sonant,* propter occasionem transitûs mortis. Quæ differentia deinceps mirè crevit, in vertice, in fronte & aliis.

§. 34. *Innocent. P.R. Ann. Chr. 416.* Decretalem fecit, quà concedit Presbyteris Chrismare sed extra frontem. Hanc quippe Uni Episcopo tribuit. Unde mox ista distinctio Chrismationis in Episcopalem & Presbyteralem, etsi in Galliâ id *Ann. 441.* non observatum testetur *Synodus Arausic. 1. Canon. 2. Tom. 1. Conc. Gall.*

§.35. Ab ann. Dom.370. usq; ad seculũ 7. Chrisma ab impositione Manûs non nihil sejunctũ fuit, ita, ut illud quidem Baptismo, tanquã unus ex ejus ritib⁹, adhæreret. Hæc verò ab Episcopo aliquantò post conferretur, si quis eo absente baptisatus esset. Quæ χειροθεσία

 Episcopali,

Episcopalis, tunc dici cœpta fuit distinctè Confirmatio. *Eucherius. Hilarius.*

§. 36. Unctio extrema, quæ vocatur hodie, Seculo XII. sumsit initia ex immutatâ veterum praxi, ut constat ex *Bernardo, Hugone, Victore & Lombardo.* Tunc Peccatorum remissio Chrismationi huic tributa & adscripta fuit. Quam doctrinam postea Ann. 1439. *Eugen. P.R.* decreto confirmavit in *Synodo Florentinâ*, ubi Quintum Sacramentum appellat.

§. 37. Est autem Græcorum Oleum Sanctum, quo utuntur, & εὐχέλαιον *in Ritual. Goar. p.* 431. dicitur, diversum ab Extremâ Latinorum Unctione. I. quia Græcorum illa Unctio VII. ad minimum tres Sacerdotes requirit in administratione. Latinis, Unus sufficit. II. Oleum Græcorum potest consecrari à Presbytero, Latinorum debet ab Episcopo. III. Græcorum Oleum ministri ipsi in re præsenti non aliàs quàm ad usum consecrant, Latini contrà illud tantùm deferunt vel adhibent, quod jam ante ab Episcopo benedictum. IV. Græci ungunt suo Εὐχελαίῳ ægrotos, Latini tantùm moribundos. Imò sanis quoq; ac optimè valentibus suum impertiunt. *Vid. Euchol. Goar. p.* 436. ubi recenset, quomodo Feria Quinta quotannis pleriq; omnes sese offerant in Ecclesiâ ungendos publicè. V. Etiam mortuos illo ungunt Græci; & quidem ad salutem, uti arbitrantur; De quo jam meminit *Synod. Florent. seß. XXV.* & *Dionys. de Eccl. Hier. Cap. 7.* VI. Latini ungunt oculos, aures, nares, os, manus, pedes, & renes; Græci suo Frontem, faciem, manus. VII. Græci non tantùm hominem sed & totam, in quâ jacet, domum perungunt, adhibito signo Crucis. VIII. Latini semel, Græci septies ægrotantem inungunt, ita ut singuli septem sacerdotes suo quisq; ordine Chrismatione persungantur. IX. Græci suo utuntur ad Corporis valetudinem principaliter, Latini suo, ad remissionem peccatorum unicè.

§. 38. Ἐρώτημα. Cl. Voss. de Bapt. disp. IV. Th. III. ἐπερώτημα est non simpliciter Interrogatio, sed ea quæ interrogationi alteri subjicitur. Nam baptizandi rogant Deum, Annon Deus suus esse velit, & Deus vicissim eos, Annon bonam conscientiam habituri sint erga Deum. *Oecumenius* in *hunc locum* exponit

ἐπι-

ἐπερώτημα, per ἀῤῥαβῶνα ἐνέχυρον καὶ ἀπόδειξιν. Itaq; Deus in Baptiſmo bonam à nobis conſcientiam ſtipulatus fuit, & nos eam promiſimus. Hinc Petro vocatur συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεόν. *Ac Tertull. ad h. l.* Et Catechiſtarum interrogationes reſpiciens *lib. de Reſurr.* inquit: Anima non lavatione ſed reſponſione ſancitur. *Oecum.* Οἱ γὰρ συνειδότες, *ait*, ἑαυτοῖς ἀγαθὰ, hoc eſt, οἱ βίου ἀντεχόμενοι ἀμώμου καὶ τοῦτο ἐκ παντὸς ἐπιζητοῦντες καὶ οἷον ἐρωτῶντες. (Hoc enim nempe τὸ ἐρωτᾷν τοῖς ζηλοῦσι τι ἐπακολουθεῖ, inquit: οὗτοι καὶ τῷ ἁγίῳ προστρέχουσι βαπτίσματι. Luculenta habet *Ambros. l. 2. de Sacram. C. VII.* ubi ait: Interrogatus es, Credis in Deum Patrem omnipotentem? Dixiſti, Credo: Et merſiſti h. e. ſepultus es. Iterum interrogatus es; Credis in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & in Crucem ejus? Dixiſti: Credo, & merſiſti, ideo & Chriſto conſepultus es. Tertiò interrogatus es: Credis & in Spiritum S.? Dixiſti; Credo. Tertio merſiſti, ut multiplicem lapſum ſuperioris ætatis abſolveret Trina Confeſſio.

§. 39. Ex *Salviani lib. V.* de *Gub. Dei*, apparet ordo talis hujus interrogationis; Ubi enim cùm ageret de ſpectaculis Chriſtianis vitandis & per pompam Diaboli in baptiſmo abrenunciatam ea intelligi docuiſſet, ſic pergit: Si ad Unum reverteris, ad utrumq; remeâſti. Abrenuncio enim, *inquis*, Diabolo, pompis, & operibus ejus. Et quid poſtea? (*Vides igitur hoc primò quæſitum.*) Credo, inqvis, in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus: Ergò primùm renunciatur Diabolo, ut credatur Deo. *Sic ille.*

§. 40. Porrò, Eſt Baptiſmus verè Sacramentum. *Id. ibid. Cap. 1.* Felix Sacramentum Aquæ noſtræ quâ ablutis delictis in vitam liberamur æternam. Et *1. ad Marc. C. 28.* Sacramentum Fidei nominat. *Cyprian. l. III. de Bapt. Chriſt.* Chriſtus venit ad Baptiſmum, ut Sacramento perennis daretur Auctoritas.

§. 41. Tollit peccata. *Cyprian. de habit. Virg.* Ab omni fece contagionis antiquæ, lavacri vitalis Sanctificatione purgamur.

§. 42. Confertur in Baptiſmo Spiritus S. *Cyprian. ep. LXIII.* Per Baptiſma Spiritus S. accipitur. Et *LXIV.* Peccata purgare & ſanctificare hominum aqua ſola non poteſt, niſi habeat & Spiritum Sanctum.

§. 43. Neceſſarius, non liber eſt. *Tertull. cap. XII.* Præſcribitur, nemini ſine Baptiſmo competere ſalutem. *Cyprian. l. III. ad Qvirin. c. XXV.* Ad regnum Dei niſi baptiſatos pervenire non poſſe.

§. 44. Matth. 28. Pſ. 19. εἰς τὸ ὄνομα. *Prudentius ſerm. 14.* Hoc obſervat; in nomine, non in nominibus. Pater enim Deus eſt, & Filius Deus eſt, & Spiritus S. Deus eſt. Et *Ambros. l. 1. de Sp. S. c. 14.* addit: Non ergo aliud nomen Patris, aliud Filij, aliud Spiritus Sancti, qui unus Deus. Non plura nomina, quia non duo Dii, non tres Dii. Edoctum eſt igitur, non eſſe in Patre, & Filio, & Spiritu S. nominis diverſitatem.

§. 45. Βαπτίζεσθαι εἰς ὄνομά τινος eſt, Ei per ablutionem initiari & conſecrari in religionem & cultum veræ fidei, ut illius arbitrio vivamus. An hinc formula neceſſaria baptiſandi poſſit produci, quæritur. Et Negatur. Et ſi veteres & recentiores formulam hinc totam eliciunt: Βαπτίζω σὲ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ πνεύματος. &c. Verum huic obſtat, quod Chriſtus non ait; Ite, docete omnes gentes, DICENTES: βαπτίζω σε &c. Sed contentus dixiſſe fuit: βαπτίζοντες, quod fieri poteſt, etiamſi ſimpliciter dicatur: *Baptizo te in nomine Dei vel Jeſu Chriſti.* Itaq; licet in Actis legamus *c. 2. 38.* Apoſtolos baptiſaſſe in nomen JESU, non tamen eâ formulâ uſos eſſe conſequitur; *Ego te baptizo in nomen JESU*, ſimiliterq; nec cum juſſi ſunt baptizare in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. eo juſſi ſunt hanc formulã uſurpare: *Baptizo te in Nomen Patris, Filii, & Sp. S.* Sed tum, qui diceret; *Baptizo te in nomen Patris, Filii & Sp. S.* baptiſaret in nomine Chriſti, tum qui dicat, *Baptizo te in nomine Chriſti,* baptizat in nomine Patris, Fil. & Sp. S.

§. 46. Quæ etſi ita ſunt, omnino tamen præſtat, ut tres perſonæ exprimantur. 1. quia ita per totum terrarum orbem & olim obti-

obtinuit & nunc fit, eòq; satis verosimile est, morem istum ab Apostolis promanare. 2. Quia eo pacto vis & efficacia Baptismi clarius explicatur: Nam cum Pater, Filius, & Spir. S. nominantur, distinctè ob oculos ponitur, atq; in memoriam vocatur, ut Deus Pater nos gratis adoptet in Filio, & Filius passione ac morte suâ promeritus sit remissionem Peccatorum & vitam æternam. Et Spir. S. creet in nobis cor novum, quô in novitate Spiritus serviamus Deo.

§. 47. Formula, quâ Occidentis Ecclesiæ uti solent, est: *Ego te baptizo in nomine* (vel nomen) *Patris, Filii, & Spir. Sanct.* Ea continet causam Baptismi efficientem & principalem, quæ est S. Trinitas; & 2. Instrumentalem, quæ est minister. Cujus mentio à Græcis omitti solet. Horum enim est talis formula: *Baptisatum servum Christi &c.* Quos verè baptizare agnovit etiam *Ferrariense s. Florentinum Concilium.* Cur id faciant causa adfertur à *Thomâ Aqu. & Alphonso Castrensi* & aliis, quia initiò nascentis Ecclesiæ alii aliis se eo nomine præferrent, quod à præstantiori ministro baptizati forent. Quod probant ex *1. Cor. 1. 11, 12, 13.* Isti malo obviam se utrinq; ituros putabant Ecclesiæ Orientis, in quibus Evangelium primò prædicatum fuit, si Tertiâ utentes personâ se ministros tantùm baptismi esse eâ formulâ ostenderent.

§. 48. Multis modis hic errat *Innocent. c. 1. de Bapt.* qui negat, legitimum fore baptismum, si Græcus in Occidentali Ecclesiâ suam formulam usurpet. Nam si Ecclesia variare nequit Essentias rerum, quod uno in loco sacramentum est, id utiq; Sacramentum erit. Unde rectè hunc errorem refellit *Adrian. in IV. sent. qu. 1. art. III.* Ac spissius idem Innocent. peccat, cum pro baptismo haberi posse negat, si quis dicat, *Ego Petrus, vel, Ego Sacerdos baptizo te, &c.* Nam nihil hîc variatur de essentiâ non solum principalis, sed etiam ministerialis causæ. Idem Innocent. non agnoscit pro Baptismo vero, si quis pro *Baptizo*, dicat, *Balneo seu Abluo,* Et *Glossator Decret. Super Can.* Multi de *Consecr. Dist: II.* negat Sacramentum fore, si dicatur, Ego te mergo. Et *Gabriel in IV. dist: III.* quæst. unicâ, circa finem rationem reddit, quia verba non sint Synonyma, quia Baptizo non quamlibet significet ablutionem,

sed

ſed hanc ſacram. Quod arguit ignorantiam Græcæ Linguæ. Quamquam enim *Balneo* licenter nimis uſurparetur cum illud alium ſignificet effectum, uti etiam, ſi qvis dicat; *Do te præcipitem in aquas.* Tamen de TINGO aut IMMERGO, dici id non poteſt, quando idem ſunt quod βαπτίζω. Hinc *Tertull. de Coron. mil. c.* III. Mergitare vertit. Et verba hæc Matthæi ſic citat: *Ite ad docendas & tingendas nationes.* &c. Et *Cyprian.* Tingentes eos *epiſt.* XXIII. *ad Presbyt. & Diac. Rom.*

§. 49. Verus autem Baptiſmus eſſe deſinit, cum Formula mutatur ſecundũ rem ipſam. Talis erat illa Marcitarũ, qui ut ait *Irenæus l.* 1. *c.* 18. & *Epiphan. hær.* XXXIV. inter baptiſandũ his verbis utebantur: εἰς ὄνομα ἀγνώςου πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ιησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. Et illa Eunomianorum: εἰς ὄνομα θεοῦ ἀκτίςου, καὶ εἰς ὄνομα υἱοῦ κεκτισμένου, καὶ εἰς ὄνομα πνεύματος ἁγιαςικοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ κεκτισμένου υἱοῦ κτισθέντος. *Epiphan. hær.* 76. *Et Nicetas Choniat. Theſaur. Orthod. l.* 5. *c.* 37. *Juſtin. Mart. Apol.* II. ita Formulam περιφράζει: Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ χριςοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου. Hic baptiſmus verus eſt, manet enim ſententia formulæ & rei eſſentia.

§. 50. *Auguſtin. l.* 2. *Contr. Ep. Parm. c.* 13. dubitat; Utrum ab eo, qui nunquam Chriſtianus fuerit, Baptiſmus poſſit conferri, quod ſine autoritate Concilii non affirmat, nequè negat. In *Eliberitan. Conc. Can.* XXXVIII. ſancitur, ut peregrè navigantes ingruente neceſſitate à quocunquè Fideli, qui non ſit bigamus, baptiſari poſſint.

§. 51. *Poſt Baptiſmum* inſtituta jejunia, & preces. Cauſam hujus rei dicit *Clem. Alex. Epit. Theodot.* διὰ τοῦτο νηςεῖαι, δεήσεις, εὐχαὶ, χειρῶν γονυκλισίαι, ὅτι ψυχὴ ἐκ κόσμου καὶ ἐκ ςόματος λεόντος ἀνασώζεται.

§. 52. *Poſt baptiſmum*, ſuſcepti è ſacro fonte deguſtabant Concordiam lactis & mellis. *Tertull. de Coron. c.* III. *Hieronym. Adv.*

adv. Lucif. qui & alterius meminit ritus, quo in Occidentis Ecclesiis recens baptizatis Vinum ac lac dabatur, *In Esaiæ locum*: Venite & emite Vinum & Lac.

§. 53. Accessit *Exorcismus. Cyprian. ep. LXXVI.* vel l. IV. c. 7. Si non fugatur diabolus exorcismis, cum tamen venitur ad aquam salutarem, ibi Diabolus opprimitur. *Clem. Alex. Strom. II.* ex Barnabâ citat, πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ esse nos οἰκητήελον δαιμονίων, eò quod faciamus ὅσα ἐστὶ τἀναντία τῷ θεῷ.

§. 54. *Exsufflatio.* II. *Areopagit. Eccl. Hierarch.* Interp. ait; Occidentem versus statui baptizandum & juberi Ter Exsufflare diabolum, & profiteri Abrenunciationem. *De quâ vid. Epist. Pauli. Prudent. agone Roman.* Ingressus ille ut hos paratus perspicit, insufflat ipsos ceu videret Dæmones. Hoc dicebant & Despuere. *Herald. ad Felic. p. LXXI.*

§. 55. *Aquæ benedictio.* Vera est illa vox Augustini: Cum Verbum accedit ad elementum, fit Sacramentum. Deinde accessit & externa alia, de qua *Steph. Durant. de rit. Eccl. Cath. c. XIX Num. 12.* docet in casu necessitatis licere tamen etiam in non consecratâ aquâ baptizare. *Amalar Fortunat. de Eccl. Off. l. 1. Cap. 25.* Modum describit; Primò oratione mundari & serenari habitaculum hospitis, qui Deum debet suscipere. Tum ipsum Hospitem alloquitur, & gratias agit, quòd voluerit in tam humile hospitium descendere. Recolit miracula per Aquam facta. Expellit deinde Diabolum ab aquâ. Aquam munit signo Crucis. Prima benedictio est: Benedico te Creatura aquæ per Deum vivum, qui te separavit ab aridâ. Secunda: Benedico Te Per Jesum Christum, qui Te in Canâ Galilæâ convertit in Vinum. Spiritus S. oratur, ut aquas etiam purificandis mentibus efficaces reddat, & veniat ideo in Naturam aquæ. Descendat in hâc plenitudine Fontis virtus Spiritus tui. &c. *Basil. ad Amphiloch.* ἐκ παραδόσεως fieri illam εὐλογίαν scribit: *Ireneus l. 1. c. XIIX.* narrat Valentinianus Oleum Aquæ in Baptismo miscuisse.

§. 56. *Sal* etiam adhibebatur. *Raban. Maurus Instit. Cleric. l. 1. c. 27.* Datur Sal benedictum in os, ut per Sal Typicum Sapientiæ sale conditus fœtore careat iniquitatis & ne à vermibus pecca-

 torum

torum putrefiat. Sale initiatos esse Catechumenos, *Isidor.* ait, qui vixit Ann. DCXXX. & *Beda*, Ann. Dom. DCCCXXXII. *Augustin. l.1. Confeßion. Cap. XI. Concil Carthag. III.* A. CCCXCVIII. Salis quidem meminerunt, sed non in Baptismo usurpatur.

§. 57. *Saliva* Sputo aures & nares tangunt, dicentes ἐφφαθά. *Canon LXVI. de Consecr. Dist. IV. Raban. loc. cit. c. 27.* ideo fieri docet, ut per Salivam Typicam Sapientia & Virtus divina salutem Catechumeni operetur, Nares ut aperirentur ad accipiendum odorem Notitiæ DEI, Aures, ad audienda Dei mandata. *Ambros. Lib. 1. de sacram. Cap 1.* Contrectationis Aurium & Narium meminit, & ita explicat, ut bonum odorem accipias Pietatis æternæ.

§. 58. *Tempus* Vetus Ecclesia Paschate & Pentecoste baptizavit. *Tertull. de Bapt.* diem solemniorem Baptismo Pascha præstat, cum & Passio Domini quâ tingimur adimpleta est. Exinde Pentecoste ordinandis lavacris latissimum spatium est. *Socrat. l. V. c. 19.* in Thessalia scribit Paschate tantùm baptizatum fuisse. Hinc septimana in Albis dicta prima post Pascha, quia baptizati albis induti tunc erant, ad indutam innocentiam Christianam declarandam, idq; septem diebus. Octavâ die deponebant, & hoc Tempus dictum *Pascha clausum.* Ambros. in Ep. ad Eph. Cap. IV. Omnibus inter Initia concessum est & Evangelizare & Baptizare. Ubi autem omnia loca circumplexa est Ecclesia, cæpit alio ordine gubernari Ecclesia, &c. Hinc est, unde nunc neque Diaconi in populo prædicant, neque Clerici vel Laici baptizant, neque quocunque die credentes tinguntur, nisi Ægri.

§. 59. Mediolani, teste *Ambrof. l. III. de sacram. Cap. I.* baptizatis lavabantur pedes, ex *Joh. XIII. 10.*

§. 60. Tum statim ad Communionem admittebantur. *Ambrof. lib. de iis, qui Myst. &c. c. 8. & l. IV. de sacram. cap. XII.*

§. 61. *Quæstio*: Utrum baptizari possit in nomine Christi, omisso Patris & Spir. S.? Resp. Multis id placet, ideò, quod Apostoli nunquam leguntur aliter baptizasse, quàm in nomine JESU. *Act. 19. Gal. 3, 27. & Ambrof. l. 1. de Sp. Sancto c. III.* Qui benedicitur in CHRISTO, benedicitur in nomine Patris & Spiritus S., quia unum nomen, potestas una. *Et paulo post*: Qui unum dixit,

xit, Trinitatem signavit. *Basil. lib.* περ. ἀγ. πνεύμ. *inquit*: ἡ ἐν Χριστῷ προσηγορία τῶν παντὸς ἐστιν ὁμολογία. Δηλοῖ γὰρ τόν τε χρίσαντα θεὸν, καὶ χρισθέντα υἱὸν καὶ τὸ χρίσμα τὸ πνεῦμα. Quæ probat *Nicolaus Papa Canon. A quodam. de Consecr. d.* 4. & *Sotus In.* 4. *dist.* 4.

§. 62. Contra *Thom. Aquin. IV. sent. dist. III.* citat pro se *Zachar. Papam Can. in Synod. de Consecr. dist. IV. ubi ait*: Perfectus Christianus nemo est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. fuerit baptizatus. Cum quibus faciunt *Didym. l. II. de Sp. S. Tertull. de Bapt. c. XIII.*

§. 63. Cajetanus autem rebaptizandum negat, dummodò usurpata sit formula idem significans Et *Luther. de capt. Babyl. c. de Baptism.* Quocunque (ait) modo tradatur Baptismus, modò non in nomine hominis, sed in nomine DOMINI tradatur, verè salvum facit. *Cl. Voß. de Baptism. Disp.* 2. *p.* 49. *Euseb. l. Histor. VII. c.* 2. narrat, de Stephano & Dionysio de baptismate invicem scribentis; Et inquit quæstionem fuisse: εἰ δέοι τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας διὰ λουτροῦ καθαίρειν. Et quid antiquitus illic fieri solitum ostendit: Παλαιοῦ γε κεκρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ. Et Stephanum Cypriano rebaptizationem approbanti restitisse memoratur, & dixisse: μὴ δεῖν τι νεώτερον παρὰ τὴν κρατήσασαν ἀρχῆθεν παράδοσιν ἐπικαινοτομεῖν. *Et Concil. Nicen. I. Can.* 8. de conversis Catharis statuit: ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. Sed *Can* 19. *de Samosatenianis* dicitur, debere ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἅπαντας. Causa erat, quia illi non in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. baptizabant.

§. 64. Ubi baptizârit Antiquitas, videamus. Baptisteria primis temporibus nondum fuerunt. *Cusalius cap.* 5. Sancti Dionysii tempore instituta censet fuisse, & in Gallia sub Rege Clodoveo, exstructaq; in sinistra parte ad ingressum templorum. *Concil. Ilerdens. c.* 7. *Gr. M. l.* 11. *ep.* 24. *Aug. de C. D. l.* 22. *c.* 8. In lecto baptizati sunt ægroti κλινικοὶ, id appellatum ῥαντίζειν. Deinde hæretici quidam in privatis ædibus baptizarunt, quæ παραβαπτί-

σματα dicuntur. Contra hos *Concil. Quinisext. Canon. 59.* Μηδαμῶς ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι βάπτισμον ἐπιτελείσθω. ἀλλ' οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἀκηράτου φωτίσματος ταῖς καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις. In casu autem necessitatis presbyteros id facere vult ὑπὸ γνώμης τοῦ κατὰ τόπον ἐπισκόπου, ut vel baptizent.

§. 65. Quibus liceat baptizare, Patres ita docent. *Ignat.* Diaconis non licuisse ostendit *ad Heronem Diacon. Epist.* Ἐκεῖνοι (Episcopi) βαπτίζουσι, ἱερουργοῦσι, χειροτονοῦσι, σὺ δὲ αὐτοῖς διακονῇ. *Epiphan. hær. 29.* ὅτι διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιστεύθησαν τι μυστήριον ἐπιτελεῖν, l. neque baptizari. *Gelas. Pap. Rom. Ep. 9. ad Episc. Univ.* Diaconi absque Presbytero vel Episcopo baptisare non audeant. *Isidor. Hispal. de Offic. Eccl. l. 2. c. 24.* Quod nec privatis nec clericis sine gradu baptizare liceat, nisi tantùm Sacerdotibus, in Evangelio legimus tantùm Apostolis permissum. Et adducit *Joann. 20, 21. & Matt. 28, 19. Tertullian. de Bapt. c. 17.* Dandi Baptismum jus habet Episcopus, dehinc & Diaconi & Presbyteri, non tamen sine Episcopi auctoritate. *Augustin & Concil. Carthag. Can. 20.* Mulier baptizare non præsumat.

§. 66. Postea in Ecclesia veteri solis Episcopis & Presbyteris, Diaconis nisi certâ necessitate competebat baptizare.

§. 67. *Tertull. c. XVII.* Dandi Baptismi jus habet summus sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem. *Hieron. ad Lucifer.* Inde venit, ut sine Episcopi jussione, neque Presbyter, neq; Diaconus jus habeant baptizandi. *Epiph. hær. LXXIX.* ὅτι διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιστεύθησαν τι μυστήριον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ μόνον ἐπιτελούμενα διακονεῖν. *Clem. Constit. Apostol. l. 3. c. XI.* ὅτι τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν, uti ἀναγνώσταις, ψάλταις, πυλωροῖς, ὑπηρέταις, ἀλλὰ ΜΟΝΟΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ καὶ Πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων.

§. 68. Laicis quoque interdum. *Tertull. l. cit.* Alioquin etiam Laicis jus est. Quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari potest, nisi Episcopi eam, aut Presbyteri aut Diaconi vocantur. *Et mox:*

mox: Sed quantò magis Laicis disciplina verecundiæ & modestiæ incumbit, cùm ea majoribus competat, ne sibi adsumant dicatum Episcopis officium Episcopatus. Sufficiat scilicet, in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci, aut temporis, aut personæ conditio impellit. Tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum viget circumstantia periclitantis. Quoniam reus erit perditi hominis, si supersederit præstare, quod liberè potuit.

§. 69. *Clem. l. III. Constit. c. X.* ὅτι λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων, οἷον θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν. οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. *Walafrid. strabo c. XXVI. de off. divin.* Concilio Eliberitano fidelibus plenum baptisma habentibus, in necessitate baptizare permittitur. *Canon. XXXVIII.* ita sonat: Peregrè navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate, ita, ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manûs impositionem perfici possit.

§. 70. *Gelas. Papa Epist. ad univ. Episcop.* Absque Episcopo vel Presbytero baptizare non præsumat Diaconus, nisi necessitas extrema compellat, quod & Laicis Christianis facere plerumque conceditur.

§. 71. Ex his constat, solis Sacerdotibus baptisma esse traditum, cujusq; mysterium nec ipsis Diaconis explere licitum est absque Episcopis vel Presbyteris, nisi illis absentibus, ultima langvoris cogat necessitas, quod & Laicis fidelibus plerumque permittitur, ne quisquam sine remedio salutari de seculo evocetur. *Augustin. contr. Parmen. l. 2. c. XIII.* ait de Laici istiusmodi facto: Nullà cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est, si autem necessitas urgeat, aut nullum aut veniale delictum est.

§. 72. Sic & de Mulieribus.

§. 73. *Tertull. c. XVII.* Petulantia mulieris, quæ usurpavit docere, utique non etiam tingendi jus sibi pariet. *Et de Vel. Virg. c. IX.* Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre. *Et de Præscript. cap. XLI.* Ipsæ mulieres hæreticæ quàm procaces! quæ audeant docere, tingere, exor-

exorcismos agere, &c. *Epiphan. haer. LXXIX.* de foeminis: ἀλλ' ὐδὲ βάπτισμα διδόναι πεπίστευται Maria. *Et mox:* Τὸ ἐκκλησιαστικὸν ὐδαμῶ πρεσβυτερίδας, ἢ ἱερείας προσέταξε. *Concil. Carthag. IV. Can.* 100. Mulier baptizare non praesumat. Ubi *Lombard. IV. sent.* & *Gratian. de Consecr. Dist. III.* addunt: Nisi necessitate cogente.

§. 74. *Tempus Baptismi.* Ecclesia veterum tempore Paschatis baptismum exercebat. *Socrat. Eccl. histor. l. V. c.* 21. scribit, Thessalicas Ecclesias hoc in consuetudine habuisse, ut semel tantùm Paschatis festo baptizarent; διὸ, inquit, σφόδρα πλὴν ὀλίγων οἱ λοιποὶ μὴ βαπτισθέντες ἀποθνήσκουσιν. *Basil. exhort. ad Baptism.* ait: Τί δ' ἂν γένοιτο τῆς ἡμέρας τοῦ πάσχα συγγενέστερον πρὸς τὸ βάπτισμα; Causam addit, quia ipsa dies Paschae μνημόσυνόν ἐστιν ἀναστάσεως. Τὸ δὲ βάπτισμα, inquit, δύναμίς ἐστι πρὸς τὴν ἀνάστασιν.

§. 75. Africana Ecclesia etiam in Paschate & Pentecoste solita est baptizare. *Tertull. c. XIX. de Bapt.* diem Baptismo solemniorem Pascha praestat, cum & passio Domini, in qua tingimur, adimpleta est. *Leo I. Ep.* 62. Baptizandi duo tantùm tempora, *id est*, Pascha & Pentecoste servabantur. *Concil. Antisiuatorens. Ann. MLX. Can.* 18. Non licet absque Paschae solemnitate ullo tempore baptizare, nisi illos, quibus mors vicina est. *Walafr. Strabo de reb. Eccl. cap. XXVI.* Tempora baptizandi legitima, Pascha & Pentecoste.

§. 76. In plerisque tamen Ecclesiis etiam die Epiphan. baptizarunt. *Victor Uticens. l.* 2. *de persecut. Vandal. Joann. Moschus. Prat. Spiritual. cap. CCXIV.* Sed hoc interdictum. *Concil. Triburiens. Ann.* 1395. *Can. XII. Petr. Blesens. Serm. XIII.* Ecclesia sub anathemate interdixit, ne aliquis die Epiphaniarum baptizet, si articulus necessitatis non intercidat.

§. 77. Idq; die Sabbathi factum illis festis duobus. *Honor. Gemm. Anim. l. III. cap. CXVI.* Bis in anno canonicè baptizatur, in Pascha & Pentecoste. Ideò autem in Sabbatho, quia aeterna REQUIES per baptismum acquiritur.

§. 78.

§. 78. Et licuit integrâ hebdomade Paschali. *Victor Papa Epist. I. ad Theophil. Alex.* A quarta decima Luna primi mensis usque ad XXI. ejusdem diem, eadem celebratur festivitas, eâdem verò celebratur baptismus.

§. 79. Hora Baptismi erat Nona. *Amalar. Fortun. Off. Eccl. l. IV. cap. XXVIII.* Notandum, quod ea hora diei nunc celebret Ecclesia S. baptismum, quâ horâ Angelus Domini venit ad Cornelium, &c. Igitur eo in tempore circa primitivam Ecclesiam Hora nona Baptismus celebratus est.

§. 80. Sed tamen tempori certo nulli alligatum baptismum verè esse statuunt PP. *Chrysost. Hom. I. Actor.* Τὸν καιρὸν ἀναμένεις τῆς πεντηκοστῆς. Τίνος ἕνεκεν; Μὴ γὰρ ἔχει τι πλέον ἐκεῖνος ὁ καιρός; Οἱ γοῦν ἀπόστολοι οὐκ ἐν τῷ πάσχα κατηξιώθησαν τῆς χάριτος, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ καιρῷ. καὶ οἱ τρισχίλιοι καὶ οἱ πεντακισχίλιοι, ὅτι ἐβαπτίσθησαν, πάσχα οὐκ ἦν καιρός. Cum Apostolis, *inquit*, & quinque mille & ter mille baptizarentur, non certè erat Pascha. *Tertull. cap. XIX.* Omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo.

§. 81. *Ephes. V, 26.* & *Act. VIII. Matth. III. Joan. III, 23.* apparet, verâ aquâ opus esse in Baptismo, qui h. l. λουτρὸν ὕδατος dicitur.

§. 82. Ideoq; damnati olim ap. *August. hær. LIX.* Seleuciani & Hermiani, qui aquam in baptismo non accipiunt. Et Pauliciani apud *Euthym. Panopl. Part. II. Titul. XXI.* qui res materiales in Sacramentis aversabantur, pronunciatione solâ verborum Sacramenta perficientes.

§. 83. Neque temporibus Apostolicis aut primitivæ Ecclesiæ nota fuere, adjuratio aquæ, crucis immissio, consecratio, saliva &c. *Basil. de Sp. S.* ἐν παραδόσει numerat, & *S ep. Durant. de ritib. Eccl. l. 2. c. XIV. §. 12.* de hisce ait: Hæc non obtinent, quoties maxima premit necessitas. Tunc enim etiam aquâ non consecratâ sive in flumine, sive in mari, sive in fonte, sive in stagno baptizari licet.

§. 84. Signanter *Tertull. cap. III. Bapt.* Primus liquor, quod vive-

viveret, edidit: ne mirum ſit in Baptismo, ſi Aquæ animare noverunt. *Damaſc. l. II. orthod. Fid. cap. IX.* Πρώτῳ τῷ ὕδατι προσέταξεν ὁ θεὸς ἐξαγαγεῖν ψυχὴν ζῶσαν, ἐπειδὴ ἤμελλε διὰ ὕδατος καὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ἐπιφερομένου τοῖς ὕδασιν ἁγίου πνεύματος, ἀνακαινίζειν τὸν ἄνθρωπον. *Raban. l. V. c. XI. de serm. Propr. & l. 1. de inſtit. Clericor. cap. XXX.* Voluit Deus, ut res ſeu gratia hujus Sacramenti inviſibilis per convenientiam, per contrectabile & viſibile impenderetur Elementum, ſuper Quod etiam in principio ferebatur Spiritus.

§. 85. Candidâ veſte induebantur baptizati omnes. Unde à Theodoreto ἀξιόκτητος στολὴ vocatur *Baptismus.* Et Conſtantinus baptizatus λαμπροῖς, καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διαναπαύετο. Hinc *Sulpic. Sever. in vit. Martin.* Candidatum Baptismatis vocat Catechumenum. p. 410. m.

§. 86. *Paulinus Ep. XII. ad Sever.*

Inde parens ſacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes niveos, corpore, corde, habitu.

§ 87. Tingendi ſacro lavacro, ſeu qui pro infantibus reſpondebant, rogabantur ſolemni verbo, Abrenunciare Satanæ, operibus ac pompis ejus. *Origen. in Numer. XXI. Cyprian. de diſciplin. & habit. Virgin. §. 6.* Mundi pompis & deliciis jam tum renunciavimus, cum meliore transgreſſu ad DEUM venimus. *Ambroſ. Hexaem. l. 1. c. IV.* Derelinquit & deſerit principem hujus mundi, qui abluitur, dicens: Abrenuncio tibi, Diabole, & angelis tuis & operibus tuis, & imperiis tuis. *Chryſoſtom. Homil. 21. ad Antioch.* οὐκ ἔγγραφα ἡμᾶς ἅπαντες, ἀλλ' ἀρκεῖται ψιλῇ τῇ φωνῇ, ὅταν εἴπῃς ἀπὸ διανοίας, Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου. *Hieron. in cap. V. Matth. Cyrill. l. 7. contr. Julian. Gratian. Canon. LXXIII.*

§. 88. *Tertull. de ſpectacul. cap. IV.* Renunciaſſe nos Diabolo & pompis & Angelis ejus conteſtamur. Et *cap. XXIV.* Hoc erit pompa Diaboli, adverſus quam in ſignaculo Fidei ejuramus. *De Idol. c. VI.* Quomodo renunciamus Diabolo & Angelis ejus, ſi eos

si eos facimus? *De habit. Mul. cap.2.* Hi sunt Angeli quibus in lavacro renunciamus. *Cyprian. ep. VII.* Seculo renunciaveramus, cùm baptizati fuimus.

§. 89. Fiebat extra Ecclesiam *Dion. c. de bapt.* Puer ante fores Templi statuitur in signum humilitatis, postquam perficiuntur Exorcismi, in insufflationes, Renunciationes Templum cum fiducia ingreditur. Idque peragebant nudi, veluti Athletæ spirituales. Accessit ad abrenunciationem, Exsufflatio diaboli, quæ fiebat à baptizante in faciem baptizandi; & 2. à baptizando in diabolum. *Cyprian. de dupl. Martyr.* Renunciasti perpetuas inimicitias, renunciasti omnibus illis pompis, exsufflasti, exsibilasti. *Raban. l. 1. c. 27. Instit. Cler. ait*, à baptizato potestatem sævam exsufflari.

§. 90. Frequens hæc vox in ejectione dæmonum, vitis Patrum: *Exsufflatio, insufflatio, insputatio. vit. Pachom.* Signo crucis frontem muniens exsufflavit in eum, moxquè fugatus est. *Iren. l. 1. c. 9.* Exsufflantes & anathematizantes eum. *Tertull. de idol. XI.* Quo ore fumantes aras despuet & exsufflabit, quibus ipse prospexit. *Paulin. V.* - - ut flatu benedicti contigit oris. *Sulpic. dial. III.* Diabolum eminus exsufflans Martinus. *Ibid.* addit; Verbum esse parùm Latinum, tamen, ait, quia necesse est, sic loquamur. Hac finita dabatur illis Pallium Nigrum pro vestitu. *Ter. de Pall. c. 5.*

§. 91. Exorcismus. *Matt. 26. 63.* Occurrit & *1. Thess. 5. 27.* Exorcismi usus in Ecclesiâ primis duobus seculis fuisse, non videtur. Nam nec *Justinus* nec *Clem. Alex.* ejus faciunt mentionem. Sequentes PP. crebrò meminêre. *Concil. Constantinop. I. c 7. Nazianz. Orat. 40.* Μὴ διαπτύσῃς ἐξορκισμοῦ θεραπείαν, μηδ᾽ πρὸς τὸ μῆκος ταύτης ἀπαγορεύσῃς. *Cælestinus P. R.* seu potius Pseudo-Isidorus *Epist. VIII.* ait: In universo mundo S. Ecclesia uniformiter agit, cum nemo Fontem vitæ adit, quàm exorcismis & exsufflationibus Spiritus ab eo immundus abigatur.

§. 92. *August. de Nupt. l. 10. c. 20.* In veritate itaq; potestas Diabolica exorcisatur in parvulis. *Et de Fid. & operib. c. 6.* Exorcismum præmitti debere statuit.

§. 93. *Leo Epist. V. ait*, baptizandos secundum Apostolicam regulam

regulam exorcismis scrutandos & jejuniis sanctificandos esse *Cyprian. l. 4. ep. 7.* Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce humanâ & potestate divinâ flagelletur & uratur ac torqueatur Diabolus. *Et mox:* Cum ad aquam salutarem & ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus & fidere, quia illis Diabolus opprimitur.

§. 94. *Synod. Carthagin.* circ. *Ann. Chr.* 250. statuit; ab Hæreticis tinctos rebaptizari & exorcisari debere. De Ecclesiâ Africanâ scribit *Opt. Milevit. l. IV.* Neminem fugit, quod homo omnis qui nascitur, quamvis de parentibus Christianis nascatur, sine spiritu mundi esse non possit, quem necesse sit ante salutare lavacrum ab homine excludi atque separari. Hoc exorcismus operatur, & per illum Spiritus immundus depellitur, ac in loca deserta fugatur. *Aug. l. 1. adv. Julian.* Profectò exorcizatus & exsufflatus es, ut à potestate erutus tenebararum, in regnum Christi transferreris. *Id. l. II. de Nupt. c 7. adv. Julian. Pelagian.* hic accusat Ecclesiam, toto Orbe diffusam, in quâ Ubiq; omnes batisandi infantuli non ob aliud exsufflantur, nisi ut ab iis Princeps mundi mittatur foràs. Et iterum *l. 1. de symbol. c. 1.* Parvuli exsufflantur & exorcisantur, ut pellatur ab eis Diabolus, potestas inimica, quæ decepit homines, ut possideret homines.

§. 95. Baptizandi in Ecclesiâ Veterum, ut ex *Chrysost.* patet, jubebantur recitare illa verba Symboli; Πιστεύω εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ταύτῃ πίστει ἐβαπτίζοντο εἰς τὴν πηγὴν τοῦ σωτηρίου ὕδατος. *Chrysost.* Hæc est veterum quorundam opinio, qui illud βαπτιζόμενοι explicant; ἐξομολογοῦντες ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. *Profitentes de Mortuis.* Alii PP. explicant; Renunciando seculo, tanquam si in hoc Mundo non essent, h. e. Naturâ viventes, professione mortui. Alii ad Clinicorum Baptismum alludi putant, qui ἐν τῇ κλίνῃ morti vicini baptizabantur. *Cyprian. ad Fortunat.* Baptisma quod nos de Mundo recedentes statim Deo copulat.

§. 96. Hi clinici Trium generum occurunt: 1. Gentiles in morbis baptismum, dum ad Christum se convertunt, expetentes. 2. Catechumeni, ante mortem. 3. Et qui jam erant professi Christiani

ftiani. Hi periclitati de vitâ in lecto fuo baptifabantur .Epiphan Hær. XXVIII. τ' λυτρȣ̃ ἀξίȣς dicit morti vicinos, fi fuerint ὑ-κατηχȣμένοι. Alii datâ operâ Baptifmum differebant in vitæ terminum ex pravo intellectu. *Ep. ad Heb. VI. 4.* Si Conftantinus Imp. ab Eufebio Nicomediæ vicinus morti eft baptizatus. *Eufeb. l. IV.* de Vitâ illius. cap. LXII. Tertullian. c. VI. de pœn. dicit; Hos fibi commeatum facere deliquendi. *Cyprian. de Mortal.* *Baptismi* hujus petitionem appellat Commeatus Precationem. Commeatus autem funt literæ dimifforiæ militibus datæ. Liv. l. XXX. Et Pand. de re mil. leg. I. §. 12. Cod. de Commeatu. *V. Bofium c. 3. de Clinicis ex profeſſo.*

§. 97. Hoc *Nazianzen. Orat. de Bapt.* improbat; Βαπτιζώμεθα σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον ὑπὸ βίας μείζονος ἀναγκασθῶμεν.

§. 98. Marcionitæ ex *1. Cor. 15. 29.* cum quis apud ipfos obit, unum aliquem fub mortui lectum recondunt, mortuum circumftant, alloquuntur, rogant; εἰ ἐθέλοιτο βαπτισθῆναι. Tum cùm nihil refpondet, is qui fubtus latet pro illo refpondet; θέλω βαπτισθῆναι. Hunc pro mortuo baptizant, παίζοντες ὡς ἐν θεάτρῳ ait Chryfoft. in h. l.

§. 99. *Can. VI. Carthag. III.* Placuit, ut Corporibus defunctorum Euchariftia non detur. Et cavendum eft, ne mortuos baptizari poffe Fratrum infirmitas credat, quibus nec in Euchariftiam dare licitum eft.

§. 100. Alii PP. explicant fuper fepulcris Mortuorum. Antiquo enim more receptum putant, ut fuper fepulcris fedentes in genibus baptizarentur, ita ut ipsâ etiam ceremoniâ Refurrectionem confiterentur. Quo & refpexiffe videtur *Chryfoft. Hom. I. in Act. Ap.* reprehendens eos, qui ὕδωρ εἰς τȣ̀ς νεκρȣ̀ς, τὰ ἅγια εἰς γῆν ἀπορρίπτȣσι.

§. 101. *Chryfoft. Tom. III.* ritum eorum, qui fe pro defunctis baptizabant, fic defcribit: ἐπειδάν τις κατηχȣ́μενος ἀπέλθῃ, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τȣ̃ τετελευτηκότος κρύψαντες προσίασι τῷ νεκρῷ καὶ πυνθάνονται, εἰ βȣ́λοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα.

ὑπὲρ ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶν ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος.

§. 102. *Tertull. Resurr. cap. XLVIII.* Si & Baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illâ præsumtione hoc eos instituisse contendit, quâ alii etiam Carni Vicarium baptisma profuturum existimarent ad spem resurrectionis, quæ nisi corporalis, non aliàs sic baptismate corporali obligaretur.

§. 103. *Auctor Comm. in Epist. Paul. in h. l.* censet Apostolum istum morem tetigisse, inquiens: Exemplum eorum subjicit, qui tam securi erant de futurâ resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors prævenisset, timentes ne aut malè aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, verius nomine mortui tingebatur. *Walafrid. Strabo de reb. Eccles. cap. XXVI.* Primis prædicationis Evangelicæ temporibus tanti fervoris quidam in divinâ credulitate referuntur fuisse, ut pro quibusdam charissimis ante annunciationem veritatis vel baptismi perceptionem, & defunctis baptizari studerent. Quod Apostolus Paulus ad astruendam resurrectionis fidem commemorat. Quia, nisi crederentur resurrecturi, stultum erat pro eis, qui jam non existerent laborare.

§. 104. *Chrysost. in h. l. & Pelusiot. l. 1. ep. CCXXI.* explicant: ὑπὲρ νεκρῶν per ὑπὲρ τῶν σωμάτων. *Theophyl. in h. l.* de baptizatis in genere accipit, inquiens: οἱ μέλλοντες βαπτισθῆναι πάντες ἀπαγγέλλουσι τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο πρόκειται· πιστεύω εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν. Dixit igitur Apostolus; ὅτι οἱ πιστεύσαντες ὅτι ἔσται ἀνάστασις νεκρῶν σωμάτων καὶ βαπτισθέντες ἐπὶ
πιστεύσειν ἀπατηθέντες; τί δὲ ὅλως καὶ βαπτίζονται ἄνθρωποι ὑπὲρ ἀναστάσεως εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; *Photius* clarius: ὑπὲρ τῶν νεκρῶν explicat: ὡς ὑμεῖς διὰ τῆς ἰδίας δόξης ἀϊδίους νεκροὺς ἀπεφήνατε. Τί οὖν βαπτίζεσθε ὑπὲρ ὑμῶν τῶν μηκέτι ἀναστησομένων καθ' ὑμᾶς, ut vos docetis. ἀλλ' ἀεὶ νεκρῶν ἐσομένων.

In

In tertiâ autem Personâ loquitur, ne eos nimis acriter objurgare videatur, ἵνα μὴ πλέον καθαφάμεν☉ εἰς λέσηται, inquit idem. *Epiphan. hær. XXVII. §. VI.* ait: παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθησάντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματ☉, ἄλλους ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν ἀναστάσει αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότ☉. *Et inquit:* Τούτου ἕνεκα ἡ παράδοσις φησὶ τὸν αὐτὸν ἄξιον Απόστολον εἰρηκέναι, hæc hujus loci verba. Vult ergo, ut *Tertullian. l. contr. Marcion. & de Resurrect.* Baptizandos se curasse alios pro defunctis sine baptismo, & hoc Apostolos in argumentum adducere.

§. 105. NOTA. Baptismus Christi & Johannis differunt, sed ratione temporis. Nam Lex & Prophetæ usquè ad Joannem, Matth. XI. Non igitur pertinet ministerium Joannis ad V.T. nec tamen erat ἁπλῶς N.T. ut qui prænunciabat Messiam, non qui venisset, sed qui venturus esset, ut Matt.3. ait; Quod non incarnationis, sed ministerii ratione intelligendum. Erat itaquè Baptismus Joannis ejus temporis, in quo & Vetus desineret, & Novum inciperet Testamentum. Hinc *Tertull. adv. Marc. l. IV. c. 33.* appellat illum; Limitem constitutum inter Vetera & Nova, ad quem desineret Judaismus, & à quo inciperet Christianismus. *Nazianz. Orat. XXXIX:* παλαιᾶς καὶ νέας μεσίτην appellat. Magis tamen ad N. quàm ad V. T. pertinebat. Nam πρόδρομος rectè ex Rege & cum Rege eo censetur, quem præcurrit. Unde Baptismus Joannis à Justin. M. Quæst. ad Orthod. vocatur προοίμιον τοῦ εὐαγγελίου τῆς χάριτ☉. Et Bellarm. l. 1. de Bapt. c. 19. ex Thomâ refert, Baptisma Joannis non pertinuisse ad legem Veterem, sed potius ad novam. 2. Differunt, quod Baptismus Joannis à DEO quidem erat, sed non à Christo, nisi quatenus idem est naturâ cum Patre & Sp. S. Ast Baptismus Apostolorum est à Christo ut Mediatore in terris promulgatus. 3. Cum Baptismate Christi conjunctus erat.

§. 106. *Joh. 13. 10.* Veteres hinc probant, Baptismum non esse

esse iterandum. Optat. Milev. l. IV. Christus dicit: Qui semel lotus est, non habet necessitatem lavandi. Tu repabtizando iterum lavas? Non est hoc contemnere disciplinam? *Augustin. l. 2. contr. Donat. c.14.* Quid sit perniciosius, utrum omnino non baptizari, an rebaptizari, judicare difficile est. Invenio de utraq; re domini sententiam. Nam & Petro dixit: Qui lotus est, non habet necessitatem iterum lavandi: Et Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit. &c. Et *Fulgent. de Fide ad Petrum cap. XXXVI.* Baptisma etsi ab hæreticis administratum, modò in nomine Patris, Filii & Spiritus S. fuerit datum, nullatenus iterandum est. Salvator enim dicit: Qui semel lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet. Sed hæc ratio infirma est, quia etiam multi post baptismum denuo polluunt se peccatis, quales saltim prorsus esse immundos fatendum, eoq; si pœnitentiâ ducantur, rebaptizandos esse, imperitus posset arbitrari. Nam iterum immundos, non esse iterum baptizandos, nullis fidiculis ex h.l. extorqueri potest.

§. 107. *Tertull. l. contr. Marc. cap. 18.* Iteratio Baptismo non competit. Et de Pud. C. XVI. denuò ablui non licet. Et de *Bapt. c. XV.* Semel lavacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. Et de Hæreticorum baptismo *ait lib. de Præscript. c. XII.* Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur. Idcoquè & ejus ætate rebaptizati hæretici. De *Pud. c. XIX.* Hæreticus per baptisma veritatis utroq; homine purgatus admittitur. *Cyprian. ep. LXX. LXXI. LXXIII.* hæreticorum baptismum invalidum esse ostendit, & rebaptizandos quos illi baptizaverunt. Et *quia Ep. LXIII.* fatebatur, baptismum iterari non posse, *Ep. LXXI.* dicit; Nos dicimus, eos qui inde veniunt, non rebaptizari apud nos, sed baptizari. His Cypriani Epistolis opposuit *Augustin. contr. donat. de Bapt. libb.* quibus ea argumenta refellit, & contrà sentit.

§. 108. Sciendum prætereà, quod ante annos circiter M. & ccc. Cæpit in Asia & Africâ Error, quòd non rata sint Sacramenta ab hæreticis data. De Asiaticis refert Eusebius l. VII. hist. cap. VI. de Africanis lib. eodem cap. 2. Et ex Augustino discitur *de Bapt. L. 7.* ubi indicat, Auctorem hujus fuisse Agrippinum Epis. Carthag.

thag. cujus successor fuit Cyprianus. Sub illo Agrippino Tertullianus est initatus, docente Pamelio.

§. 109. *Synod Nic. I. Can. XIX.* & ejusd. citatis *Laodic. Can. VIII.* & *Arelatens. 2. Can. XVII.* Paulianistas & Cathaphrygas baptisari debere definit, quibus addit *Constantinopol. II. Can. VII.* Eunomianos, Sabellianos, Galatas. Et *Tertull. VI.* Manichæos, Valentinanos, Marcionistas. &c.

§. 110. Nam Cataphryges & Paulianistæ non baptizabant in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S. ut scribit *Innocent. I. Epist. XXII.* Eunomiani etiam non baptizant in nomine Trinitatis, sed in mortem domini, ut memorat *Socrat. l. V. c. XXIII.* Et Arriani baptisabant in nomine Patris per Filium in Spir. S. ut habet *Nicephor. l. XIII. hist. c. XXXV.* De quodam Deuterio Arriano Episcopo, cui hoc modo baptizare volenti, Aqua continuò divinitus subtracta est.

§. 111. Tertulliani ævo potissimum florebant Hermogeniani, quos eosdem cum Praxeanistis & Paulianistis fuisse tradit *Augustin. de Hæres. Cap. XLI. XLIV.* & Cathaphrygæ, Valentiniani, & Marcionitæ & Appellatiani & Quintillianistæ, de quibus omnibus ait *de Præscript. c. 12.* Omnia apud illos sunt extranea & contraria nostræ Veritati. *Et de Bapt. c. XV.* Non idem Deus est nobis & illis, nec idem Christus, ideo nec Baptismus unus, quia non idem.

§. 112. Quod constat de Hermogenianis, Praxeanistis, Cathaphrygis, Quintillianistis, qui aut unicam agnoscebant in Deitate personam, aut Patripassiani fuerunt. De Marcionitis, Valentinianis, Apellatianis ipse Augustinus *dubitat c XV. De Bapt.* an verbis Evangelicis in Nomine Patris & Fil. & Spir. S. baptisaverint, eò quod de Deo & Christo malè senserint. Quare, *inquit*, de Paulianis, nobis credere licet, Eos regulam Baptismi non tenuisse. Ideoq; *August. contr. Donat. Cap. XVIII.* Cyprianum adfirmat solum venialiter peccasse & salvâ Caritate. & *Ep. XLVIII.* suspicatur Cyprianum retractasse sententiam suam. Ipse enim *Cyprianus ait ep. LXXIII.* Nemini se præscribere aut præjudicare. Et *Hieron. adv. Lucifer.* eundem Cyprianum excusat, quia non edidit

ediditcum anathemate illorum, qui dissentiebant, sententiam suam.

§. 113. *Vincent. Lerinens. adv. hær. Novat. C. XI.* Auctores opinionis de baptismo hæreticorum non admittendo Catholici, Consectatores verò Donatistæ hæretici judicantur. Hæc ille. Nam Donatus originem rebaptizandi ex illo Agrippini & Cypriani dogmate hausit. Et *Augustin c: XIII. de Bapt.* conferens Donatistas cum Agrippino & Cypriano, inquit: Rebaptizare hæreticos, quod illi fecisse dicuntur, tunc fuit humani erroris, rebaptisare autem Catholicos, quod adhuc isti faciunt, semper est Diabolicæ præsumtionis.

§. 114. *Basil. epist. ad Amphiloch. Can. I.* Διὸ ὡς παρὰ λαϊκῶν βαπτιζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν hæreticorum ἐρχομένους ἐκέλευσαν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῆς ἐκκλησίας ἀνακαθαίρεσθαι.

§. 115. De Infantibus exposititiis, qui an baptizati jam sint nesciuntur, quæritur quid faciendũ, ne videantur rebaptizati, si fortè sint baptizati? Resp. *Concil. Carthag. V. Canon. 5.* Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptisatos esse sine dubitatione testentur, neq; ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi Sacramentis respondere, absquè ullo scrupulo esse baptizandos. *Leo Episcop. Epist. XXXVII. ann. 453.* Non potest in Iterationis crimen devenire, quod factum esse omnino nesciatur. *Gregor. M. l. III. ep. 4.* Parvulos qui an batizati sint ignorant, ut batizare jubeas secundum Patrum traditionem, si non fuerit qui testificetur, ratio poscit. *Lombard. IV. Sent. Dist VI. Sect. IV.* Quod non creditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Conferendum eis esse videtur, quod collatum esse nescitur.

§. 116. Causas cur rebaptizare non liceat, PP. potissimum afferunt hasce .I. *Basil. de sp. S.* quia εἷς ἐστιν ὁ ὑπὲρ τοῦ κόσμου θάνατος, καὶ μία ἐξανάστασις, ὧν τύπος ἐστὶ τὸ βάπτισμα. *Augustin. De ver. & fals. Pœniten. c. III.* Sicut semel Christus crucifixus est; sic baptismus iterandus non est. *Isidor. l. 2. off. Eccl. c. XXIV.* Semel in Christo nos oportet lavari, quia Christus semel

mel pro nobis mortuus est. *Damascen. Orthod. Fid. l. IV. c. X.* ὥσπερ ἅπαξ ἐπλέσθη ὁ τῦ κυρίυ θάνατος, ὕτω καὶ ἅπαξ δεῖ βαπτίζεσθαι. Unde & rebaptizationem esse ἀνασταύρωσιν χριστῦ. II. Ex *h. l. Johann. XIII. v. X. id* probant, ut vidimus. III. Ex *Heb. VI. 4. Ambros. l. 2. de Poenit. cap. II. Epiphan. haeres. 89. Hieron. contr. Jovin. l. II. Cyrill. in Joann. l. V. c. 17.* Et in hunc locum *Joh. XIII. Chrysost. Oecum. Theophyl. Sedul. Primasius.* IV. Ex Eph. IV. ubi dicitur; Unum baptisma. Cyrill. Hieros. Catech. praefat. & Leo Papa Gratian. Decret. de Consecrat. Dist. IV. Can. Non licet. Hugo l. II. de Sacr. c. XIII. Part. VI. Quod ergò Unum est, geminari non potest.

§. 117. Sed tamen apud *Osor. l. IX. de reb. Emanuel.* Æthiophica Ecclesia die Epiphaniae quotannis baptizat, ut illi ajunt, in μνημόσυνον baptismi Christo illo die collati.

§. 118. Marcionitae tertiari Baptismum posse docebant, ὅτι ἔξεστιν ἕως τριῶν λυτρῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδοσθαι, inquit *Epiphan. haer. XCII.*

§. 119. *Augustin. in Joann. Tract. XI.* etiam hoc argumento utitur: Quomodo uterus non potest repeti, sic nec baptismus. *Et Tr. XII. in Joann.* Regeneratio spiritualis una est, sicut generatio Carnalis una est.

§. 120. Verè autem Ecclesia rebaptizabat Haereticos. *Cyrill. Praefat. Catech.* ΜΟΝΟΙ οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα.

§. 121. Et sic Donatistae & Novatiani rebaptizabant Catholicos, dicente Augustino ad Quod vult Deum. *haer. LXIX.* Audent etiam rebaptizare Catholicos.

§. 122. Et Arriani *August. haer. XLIX.* Rebaptizari ab Arrianis Catholicos novimus.

§. 123. Et Aëtiani. *Epiph. haer. LXXVI. de Eunomio:* ἀναβαπτίζει τοὺς ἤδη βαπτισθέντας.

§. 124. Honor. & Theodos. Impp. *lib. 1. tit. VI. C. Ne S. bapt. iter. id vetant*: Si quis rebaptizare quempiam de ministris

 Catholi-

σματα dicuntur. Contra hos *Concil. Quinisext. Canon. 59.* Μηδαμῶς ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι βάπτισμον ἐπιτελείσθω. ἀλλ' οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἀκηράτου φωτίσματος ταῖς καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις. In casu autem necessitatis presbyteros id facere vult ὑπὸ γνώμης τοῦ κατὰ τόπον ἐπισκόπου, ut vel baptizent.

§. 65. Quibus liceat baptizare, Patres ita docent. *Ignat.* Diaconis non licuisse ostendit *ad Heronem Diacon. Epist.* Ἐκεῖνοι (Episcopi) βαπτίζουσιν, ἱερουργοῦσι, χειροτονοῦσι, σὺ δὲ αὐτοῖς διακονῇ. *Epiphan. hær. 29.* ὅτι διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιστεύθησαν ἢ μυστήριον ἐπιτελεῖν, l. neque baptizari. *Gelas. Pap. Rom. Ep. 9. ad Episc. Univ.* Diaconi absque Presbytero vel Episcopo baptisare non audeant. *Isidor. Hispal. de Offic Eccl. l 2. c. 24.* Quod nec privatis nec clericis sine gradu baptizare liceat, nisi tantùm Sacerdotibus, in Evangelio legimus tantùm Apostolis permissum. Et adducit *Joann. 20, 21. & Matt. 28, 19. Tertullian. de Bapt. c. 17.* Dandi Baptismum jus habet Episcopus, dehinc & Diaconi & Presbyteri, non tamen sine Episcopi auctoritate. *Augustin & Concil. Carthag. Can. 20.* Mulier baptizare non præsumat.

§. 66. Postea in Ecclesia veteri solis Episcopis & Presbyteris, Diaconis nisi certâ necessitate competebat baptizare.

§. 67. *Tertull. c. XVII.* Dandi Baptismi jus habet summus sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem. *Hieron. ad Lucifer.* Inde venit, ut sine Episcopi jussione, neque Presbyter, neq; Diaconus jus habeant baptizandi. *Epiph. hær. LXXIX.* ὅτι διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιστεύθησαν ἢ μυστήριον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ μόνον ἐπιτελούμενα διακονεῖν. *Clem. Constit. Apostol. l. 3. c. XI.* οὔτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν, uti ἀναγνώσταις, ψάλταις, πυλωροῖς, ὑπηρέταις, ἀλλὰ ΜΟΝΟΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ καὶ Πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων.

§. 68. Laicis quoque interdum. *Tertull. l. cit.* Alioquin etiam Laicis jus est. Quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari potest, nisi Episcopi eam, aut Presbyteri aut Diaconi vocantur. *Et mox:*

mox : Sed quantò magis Laicis disciplina verecundiæ & modestiæ incumbit, cùm ea majoribus competat, ne sibi adsumant dicatum Episcopis officium Episcopatus. Sufficiat scilicet, in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci, aut temporis, aut personæ conditio impellit. Tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum viget circumstantia periclitantis. Quoniam reus erit perditi hominis, si supersederit præstare, quod liberè potuit.

§. 69. *Clem. l. III. Constit. c. X.* οὔτε λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων, οἷον θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν. οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. *Walafrid. Strabo c. XXVI. de off. divin.* Concilio Eliberitano fidelibus plenum baptisma habentibus, in necessitate baptizare permittitur. *Canon. XXXVIII.* ita sonat: Peregrè navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate, ita, ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manûs impositionem perfici possit.

§. 70. *Gelas. Papa Epist. ad univ. Episcop.* Absque Episcopo vel Presbytero baptizare non præsumat Diaconus, nisi necessitas extrema compellat, quod & Laicis Christianis facere plerumque conceditur.

§. 71. Ex his constat, solis Sacerdotibus baptisma esse traditum, cujusq; mysterium nec ipsis Diaconis explere licitum est absque Episcopis vel Presbyteris, nisi illis absentibus, ultima langvoris cogat necessitas, quod & Laicis fidelibus plerumque permittitur, ne quisquam sine remedio salutari de seculo evocetur. *Augustin. contr. Parmen. l. 2. c. XIII.* ait de Laici istiusmodi facto: Nullà cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est, si autem necessitas urgeat, aut nullum aut veniale delictum est.

§. 72. Sic & de Mulieribus.

§. 73. *Tertull. c. XVII.* Petulantia mulieris, quæ usurpavit docere, utique non etiam tingendi jus sibi pariet. *Et de Vel. Virg. c. IX.* Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre. *Et de Præscript. cap. XLI.* Ipsæ mulieres hæreticæ quàm procaces! quæ audeant docere, tingere,

 exor-

exorcismos agere, &c. *Epiphan. hær. LXXIX.* de fœminis: ἀλλ' ὐδὲ βάπλισμα διδόναι πεπίστευται Maria. *Et mox:* Τὸ ἐκκλησιαστικὸν ὐδαμῦ πρεσβυτερίδας, ἢ ἱερίσσας προσέταξε. *Concil. Carthag. IV. Can.* 100. Mulier baptizare non præsumat. Ubi *Lombard. IV. Sent.* & *Gratian. de Consecr. Dist. III.* addunt: Nisi necessitate cogente.

§. 74. *Tempus Baptismi.* Ecclesia veterum tempore Paschatis baptismum exercebat. *Socrat. Eccl. histor. l. V. c. 21.* scribit, Thessalicas Ecclesias hoc in consuetudine habuisse, ut semel tantùm Paschatis festo baptizarent; διὸ, inquit, σφόδρα πλὴν ὀλίγων οἱ λοιποὶ μὴ βαπλισθέντες ἀποθνήσκυσιν. *Basil. exhort. ad Baptism.* ait: Τὸ δ' ἂν γένοιτο τῆς ἡμέρας τῦ πάσχα συγγενέστερον πρὸς τὸ βάπλισμα; Causam addit, quia ipsa dies Paschæ μνημόσυνόν ἐστιν ἀναστάσεως. Τὸ δὲ βάπλισμα, inquit, δύναμίς ἐστι πρὸς τὴν ἀνάστασιν.

§. 75. Africana Ecclesia etiam in Paschate & Pentecoste solita est baptizare. *Tertull. c. XIX. de Bapt.* diem Baptismo solemniorem Pascha præstat, cum & passio Domini, in qua tingimur, adimpleta est. *Leo I. Ep. 62.* Baptizandi duo tantùm tempora, *id est*, Pascha & Pentecoste servabantur. *Concil. AntisiVatorens. Ann. MLX. Can. 18.* Non licet absque Paschæ solemnitate ullo tempore baptizare, nisi illos, quibus mors vicina est. *Walafr. Strabo de reb. Eccl. cap. XXVI.* Tempora baptizandi legitima, Pascha & Pentecoste.

§. 76. In plerisque tamen Ecclesiis etiam die Epiphan. baptizarunt. *Victor Uticens. l. 2. de persecut. Vandal. Joann. Moschus. Prat. spiritual. cap. CCXIV.* Sed hoc interdictum. *Concil. Triburiens. Ann. 1395. Can. XII. Petr. Blesens. Serm. XIII.* Ecclesia sub anathemate interdixit, ne aliquis die Epiphaniarum baptizet, si articulus necessitatis non intercidat.

§. 77. Idq; die Sabbathi factum illis festis duobus. *Honor. Gemm. Anim. l. III. cap. CXVI.* Bis in anno canonicè baptizatur, in Pascha & Pentecoste. Ideò autem in Sabbatho, quia æterna REQUIES per baptismum acquiritur.

§. 78.

§. 78. Et licuit integrâ hebdomade Paschali. *Victor Papa Epist. I. ad Theophil. Alex.* A quarta decima Luna primi mensis usque ad XXI. ejusdem diem, eadem celebratur festivitas, eâdem verò celebratur baptismus.

§. 79. Hora Baptismi erat Nona. *Amalar. Fortun. Off. Eccl. l. IV. cap. XXVIII.* Notandum, quod ea hora diei nunc celebret Ecclesia S. baptismum, quâ horâ Angelus Domini venit ad Cornelium, &c. Igitur eo in tempore circa primitivam Ecclesiam Hora nona Baptismus celebratus est.

§. 80. Sed tamen tempori certo nulli alligatum baptismum verè esse statuunt PP. *Chrysost. Hom. I. Actor.* Τὸν καιρὸν ἀναμένεις τῆς παρασκευῆς. Τίνος ἕνεκεν; Μὴ γὰρ ἔχει τι πλέον ἐκεῖνος ὁ καιρός; Οἱ γοῦν ἀπόστολοι οὐκ ἐν τῷ πάσχα κατηξιώθησαν τῆς χάριτος, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ καιρῷ. καὶ οἱ τρισχίλιοι καὶ οἱ πεντακισχίλιοι, ὅτε ἐβαπτίσθησαν, πάσχα οὐκ ἦν καιρός. Cum Apostolis, *inquit*, & quinque mille & ter mille baptizarentur, non certè erat Pascha. *Tertull. cap. XIX.* Omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo.

§. 81. *Ephes. V, 26.* & *Act. VIII. Matth. III. Joan. III, 23.* apparet, verâ aquâ opus esse in Baptismo, qui h. l. λουτρὸν ὕδατος dicitur.

§. 82. Ideoq; damnati olim ap. *August. hær. LIX.* Seleuciani & Hermiani, qui aquam in baptismo non accipiunt. Et Pauliciani apud *Euthym. Panopl. Part. II. Titul. XXI.* qui res materiales in Sacramentis aversabantur, pronunciatione solâ verborum Sacramenta perficientes.

§. 83. Neque temporibus Apostolicis aut primitivæ Ecclesiæ nota fuere, adjuratio aquæ, crucis immissio, consecratio, saliva &c. *Basil. de Sp. S.* ἐν ἀγράφοις numerat, & *S eph. Durant. de ritib. Eccl. l. 2. c. XIV. §. 12.* de hisce ait: Hæc non obtinent, quoties maxima premit necessitas. Tunc enim etiam aqvâ non consecratâ sive in flumine, sive in mari, sive in fonte, sive in stagno baptizari licet.

§. 84. Signanter *Tertull. cap. III. Bapt.* Primus liquor, quod vive-

viverer, edidit: ne mirum sit in Baptismo, si Aquæ animare noverunt. *Damasc. l. II. orthod. Fid. cap. IX.* Πρώτῳ τῷ ὕδατι προσέταξεν ὁ Θεὸς ἐξαγαγεῖν ψυχὴν ζῶσαν, ἐπειδὴ ἤμελλε διὰ ὕδατος καὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ἐπιφερομένου τοῖς ὕδασιν ἁγίου πνεύματος, ἀνακαινίζειν τὸν ἄνθρωπον. *Raban. l. V. c. XI. de serm. Propr. & l. 1. de instit. Clericor. cap. XXX.* Voluit Deus, ut res seu gratia hujus Sacramenti invisibilis per convenientiam, per contrectabile & visibile impenderetur Elementum, super Quod etiam in principio ferebatur Spiritus.

§. 85. Candidâ veste induebantur baptizati omnes. Unde à Theodoreto ἀξιόκτητος στολὴ vocatur *Baptismus.* Et Constantinus baptizatus λαμπροῖς, καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο. Hinc *Sulpic. Sever. in vit. Martin.* Candidatum Baptismatis vocat Catechumenum. p. 410. m.

§. 86. *Paulinus Ep. XII. ad Sever.*

Inde parens sacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes niveos, corpore, corde, habitu.

§ 87. Tingendi sacro lavacro, seu qui pro infantibus respondebant, rogabantur solemni verbo, Abrenunciare Satanæ, operibus ac pompis ejus. *Origen. in Numer. XXI. Cyprian. de disciplin. & habit. Virgin. §. 6.* Mundi pompis & deliciis jam tum renunciavimus, cum meliore transgressu ad DEUM venimus. *Ambros. Hexaem. l. 1. c. IV.* Derelinquit & deserit principem hujus mundi, qui abluitur, dicens: Abrenuncio tibi, Diabole, & angelis tuis & operibus tuis, & imperiis tuis. *Chrysostom. Homil. 21. ad Antioch.* οὐκ ἔγγραφα ἡμᾶς ἀπαιτεῖ, ἀλλ' ἀρκεῖται ψιλῇ τῇ φωνῇ, ὅταν εἴπῃς ἀπὸ διανοίας, Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου. *Hieron. in cap. V. Matth. Cyrill. l. 7. contr. Julian. Gratian. Canon. LXXIII.*

§. 88. *Tertull. de spectacul. cap. IV.* Renunciasse nos Diabolo & pompis & Angelis ejus contestamur. Et *cap. XXIV.* Hoc erit pompa Diaboli, adversus quam in signaculo Fidei ejuramus. De *Idol. c. VI.* Quomodo renunciamus Diabolo & Angelis ejus, si eos

si eos facimus? *De habit. Mul. cap.2.* Hi sunt Angeli quibus in lavacro renunciamus. *Cyprian. ep. VII.* Seculo renunciaveramus, cùm baptizati fuimus.

§. 89. Fiebat extra Ecclesiam *Dion. c. de bapt.* Puer ante fores Templi statuitur in signum humilitatis, postquam perficiuntur Exorcismi, in insufflationes, Renunciationes Templum cum fiducia ingreditur. Idque peragebant nudi, veluti Athletæ spirituales. Accessit ad abrenunciationem, Exsufflatio diaboli, quæ fiebat à baptizante in faciem baptizandi; & 2. à baptizando in diabolum. *Cyprian. de dupl. Martyr.* Renunciasti perpetuas inimicitias, renunciasti omnibus illis pompis, exsufflasti, exsibilasti. *Raban. l. 1. c. 27. Instit. Cler. ait,* à baptizato potestatem sævam exsufflari.

§. 90. Frequens hæc vox in ejectione dæmonum, vitis Patrum: *Exsufflatio, insufflatio, insputatio. vit. Pachom.* Signo crucis frontem muniens exsufflavit in eum, moxquè fugatus est. *Iren. l. 1. c. 9.* Exsufflantes & anathematizantes eum. *Tertull. de idol. XI.* Quo ore fumantes aras despuet & exsufflabit, quibus ipse prospexit. *Paulin. V.* - - ut flatu benedicti contigit oris. *Sulpic. dial. III.* Diabolum eminus exsufflans Martinus. *Ibid.* addit; Verbum esse parùm Latinum, tamen, ait, quia necesse est, sic loquamur. Hac finita dabatur illis Pallium Nigrum pro vestitu. *Ter. de Pall. c. 5.*

§. 91. Exorcismus. *Matt. 26. 63.* Occurrit & *1. Thess. 5. 27.* Exorcismi usus in Ecclesiâ primis duobus seculis fuisse, non videtur. Nam nec *Justinus* nec *Clem. Alex.* ejus faciunt mentionem. Sequentes PP. crebrò meminêre. *Concil. Constantinop. I. c 7. Nazianz. Orat. 40.* Μὴ διαπτύσης ἐξορκισμοῦ θεραπείαν, μηδὲ πρὸς τὸ μῆκος ταύτης ἀπαγορεύσης. *Cælestinus P. R.* seu potius Pseudo-Isidorus *Epist. VIII.* ait: In ùniverso mundo S. Ecclesia uniformiter agit, cum nemo Fontem vitæ adit, quàm exorcismis & exsufflationibus Spiritus ab eo immundus abigatur.

§. 92. *August. de Nupt. l. 10. c. 20.* In veritate itaq; potestas Diabolica exorcisatur in parvulis. *Et de Fid. & Operib. c. 6.* Exorcismum præmitti debere statuit.

§. 93. *Leo Epist. V. ait,* baptizandos secundum Apostolicam regulam

regulam exorcismis scrutandos & jejuniis sanctificandos esse *Cyprian. l.4. ep.7.* Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce humanâ & potestate divinâ flagelletur & uratur ac torqueatur Diabolus. *Et mox:* Cum ad aquam salutarem & ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus & fidere, quia illis Diabolus opprimitur.

§. 94. *Synod. Carthagin.* circ. *Ann. Chr. 250.* statuit; ab Hæreticis tinctos rebaptizari & exorcisari debere. De Ecclesiâ Africanâ scribit *Opt. Milevit. l. IV.* Neminem fugit, quod homo omnis qui nascitur, quamvis de parentibus Christianis nascatur, sine spiritu mundi esse non possit, quem necesse sit ante salutare lavacrum ab homine excludi atque separari. Hoc exorcismus operatur, & per illum Spiritus immundus depellitur, ac in loca deserta fugatur. *Aug. l. 1. adv. Julian.* Profectò exorcizatus & exsufflatus es, ut à potestate erutus tenebararum, in regnum Christi transferreris. *Id. l. II. de Nupt. c 7. adv. Julian. Pelagian.* hic accusat Ecclesiam, toto Orbe diffusam, in quâ Ubiq; omnes batisandi infantuli non ob aliud exsufflantur, nisi ut ab iis Princeps mundi mittatur foràs. Et iterum *l. 1. de symbol. c. 1.* Parvuli exsufflantur & exorcisantur, ut pellatur ab eis Diabolus, potestas inimica, quæ decepit homines, ut possideret homines.

§. 95. Baptizandi in Ecclesiâ Veterum, ut ex *Chrysost.* patet, jubebantur recitare illa verba Symboli; Πιστεύω εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ταύτῃ πίστει ἐβαπτίζοντο εἰς τὴν πηγὴν τοῦ σωτηρίου ὕδατος. *Chrysost.* Hæc est veterum quorundam opinio, qui illud βαπτιζόμενοι explicant; ἐξομολογοῦντες ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. *Profitentes de Mortuis.* Alii PP. explicant; Renunciando seculo, tanquam si in hoc Mundo non essent, h. e. Naturâ viventes, professione mortui. Alii ad Clinicorum Baptismum alludi putant, qui ἐν τῇ κλίνῃ morti vicini baptizabantur. *Cyprian. ad Fortunat.* Baptisma quod nos de Mundo recedentes statim Deo copulat.

§. 96. Hi clinici Trium generum occurunt: 1. Gentiles in morbis baptismum, dum ad Christum se convertunt, expetentes. 2. Catechumeni, ante mortem. 3. Et qui jam erant professi Christiani

ſtiani. Hi periclitati de vitâ in lecto ſuo baptiſabantur. Epiphan Hær. XXVIII. τοῦ λουτροῦ ἀξίους dicit morti vicinos, ſi fuerint κατηχουμένοι. Alii datâ operâ Baptiſmum differebant in vitæ terminum ex pravo intellectu. *Ep. ad Heb. VI.* 4. Si Conſtantinus Imp. ab Euſebio Nicomediæ vicinus morti eſt baptizatus. *Euſeb. l. IV.* de Vitâ illius. cap. LXII. Tertullian. c. VI. de pœn. dicit; Hos ſibi commeatum facere deliquendi. *Cyprian. de Mortal. Baptismi* hujus petitionem appellat Commeatus Precationem. Commeatus autem ſunt literæ dimiſſoriæ militibus datæ. Liv. l. XXX. Et Pand. de re mil. leg. I. §. 12. Cod. de Commeatu. *V. Boſium c. 3. de Clinicis ex profeſſo.*

§. 97. Hoc *Nazianzen. Orat. de Bapt.* improbat; Βαπτιζώμεθα σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον ὑπὸ βίας μείζονες ἀναγκασθῶμεν.

§. 98. Marcionitæ ex *1. Cor. 15. 29.* cum quis apud ipſos obit, unum aliquem ſub mortui lectum recondunt, mortuum circumſtant, alloquuntur, rogant; εἰ ἐθέλοιτο βαπτισθῆναι. Tum cùm nihil reſpondet, is qui ſubtus latet pro illo reſpondet; θέλω βαπτισθῆναι. Hunc pro mortuo baptizant, παίζοντες ὡς ἐν θεάτρῳ ait Chryſoſt. in h. l.

§. 99. *Can. VI. Carthag. III.* Placuit, ut Corporibus defunctorum Euchariſtia non detur. Et cavendum eſt, ne mortuos baptizari poſſe Fratrum infirmitas credat, quibus nec in Euchariſtiam dare licitum eſt.

§. 100. Alii PP. explicant ſuper ſepulcris Mortuorum. Antiquo enim more receptum putant, ut ſuper ſepulcris ſedentes in genibus baptizarentur, ita ut ipsâ etiam ceremoniâ Reſurrectionem confiterentur. Quo & reſpexiſſe videtur *Chryſoſt. Hom. I. in Act. Ap.* reprehendens eos, qui ὕδωρ εἰς τοὺς νεκροὺς, τὰ ἅγια εἰς γῆν ἀπορρίπτουσι.

§. 101. *Chryſoſt. Tom. III.* ritum eorum, qui ſe pro defunctis baptizabant, ſic deſcribit: ἐπειδάν τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τετελευτηκότος κρύψαντες προσιάσι τῷ νεκρῷ καὶ πυνθάνονται, εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα.

εἶτα ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶν ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος.

§. 102. *Tertull. Resurr. cap. XLVIII.* Si & Baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illâ præsumtione hoc eos instituisse contendit, quâ alii etiam Carni Vicarium baptisma profuturum existimarent ad spem resurrectionis, quæ nisi corporalis, non aliàs sic baptismate corporali obligaretur.

§. 103. *Auctor Comm. in Epist. Paul. in h. l.* censet Apostolum istum morem tetigisse, inquiens: Exemplum eorum subjicit, qui tam securi erant de futurâ resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors prævenisset, timentes ne aut male aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, verius nomine mortui tingebatur. *Walafrid. strabo de reb. Eccles cap. XXVI.* Primis prædicationis Evangelicæ temporibus tanti fervoris quidam in divinâ credulitate referuntur fuisse, ut pro quibusdam charissimis ante annunciationem veritatis vel baptismi perceptionem, & defunctis baptizari studerent. Quod Apostolus Paulus ad astruendam resurrectionis fidem commemorat. Quia, nisi crederentur resurrecturi, stultum erat pro eis, qui jam non existerent laborare.

§. 104. *Chrysost. in h. l. & Pelusiot. L. 1. ep. CCXXI.* explicant ὑπὲρ νεκρῶν per ὑπὲρ τῶν σωμάτων. *Theophyl. in h. l.* de baptizatis in genere accipit, inquiens: οἱ μέλλοντες βαπτισθῆναι πάντες ἀπαγγέλλουσι τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο πρόκειται· πιστεύω εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν. Dixit igitur Apostolus; ὅτι οἱ πιστεύοντες ὅτι ἔσται ἀνάστασις νεκρῶν σωμάτων καὶ βαπτισθέντες ἐπὶ
τοιούτοις ἀπατηθέντες; τί γὰρ ὅλως καὶ βαπτίζονται ἄνθρωποι ὑπὲρ ἀναστάσεως εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; *Photius* clarius: ὑπὲρ τῶν νεκρῶν explicat: ὡς ὑμεῖς διὰ τῆς ἰδίας δόξης ἀϊδίους νεκροὺς ἀποφήνατε. Τί οὖν βαπτίζεσθε ὑπὲρ ὑμῶν τῶν μηκέτι ἀναστησομένων καθ' ὑμᾶς, ut vos docetis. ἀλλ' ἀεὶ νεκρῶν ἐσομένων.

In

In tertiâ autem Personâ loquitur, ne eos nimis acriter objurgare videatur, ἵνα μὴ πλέον καθαφάμενος εἰς λέσηται, inquit idem. *Epiphan. hær. XXVII. §. VI.* ait: παραδόσεως πράγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς ἐνῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθηνόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλες ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν ἀναςάσει αὐτὲς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότος. *Et inquit:* Τούτε ἕνεκα ἡ παράδοσις φησὶ τὸν αὐτὸν ἄξιον Απόςολον εἰρηκέναι, hæc hujus loci verba. Vult ergo, ut *Tertullian. l. contr. Marcion. & de Resurrect.* Baptizandos se curasse alios pro defunctis sine baptismo, & hoc Apostolos in argumentum adducere.

§. 105. NOTA. Baptismus Christi & Johannis differunt, sed ratione temporis. Nam Lex & Prophetæ usquè ad Joannem, Matth. XI. Non igitur pertinet ministerium Joannis ad V.T. nec tamen erat ἁπλῶς N.T. ut qui prænunciabat Messiam, non qui venisset, sed qui venturus esset, ut Matt.3. ait; Quod non incarnationis, sed ministerii ratione intelligendum. Erat itaquè Baptismus Joannis ejus temporis, in quo & Verus desineret, & Novum inciperet Testamentum. Hinc *Tertull. adv. Marc. l. IV. c. 33.* appellat illum; Limitem constitutum inter Vetera & Nova, ad quem desineret Judaismus, & à quo inciperet Christianismus. *Nazianz. Orat. XXXIX.* παλαιᾶς καὶ νέας μεσίτην appellat. Magis tamen ad N. quàm ad V. T. pertinebat. Nam πρόδρομος rectè ex Rege & cum Rege eo censetur, quem præcurrit. Unde Baptismus Joannis à Justin. M. Quæst. ad Orthod. vocatur προοίμιον τοῦ ἐυαγγελίε τῆς χάριτος. Et Bellarm. l. 1. de Bapt. c. 19. ex Thomâ refert, Baptisma Joannis non pertinuisse ad legem Veterem, sed potius ad novam. 2. Differunt, quod Baptismus Joannis à DEO quidem erat, sed non à Christo, nisi quatenus idem est naturâ cum Patre & Sp. S. Ast Baptismus Apostolorum est à Christo ut Mediatore in terris promulgatus. 3. Cum Baptismate Christi conjunctus erat.

§. 106. *Joh. 13. 10.* Veteres hinc probant, Baptismum non esse

esse iterandum. Optat. Milev. l. IV. Christus dicit: Qui semel lotus est, non habet necessitatem lavandi. Tu repabtizando iterum lavas? Non est hoc contemnere disciplinam? *Augustin. l. 2. contr. Donat. c. 14.* Quid sit perniciosius, utrum omnino non baptizari, an rebaptizari, judicare difficile est. Invenio de utraq; re domini sententiam. Nam & Petro dixit: Qui lotus est, non habet necessitatem iterum lavandi: Et Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit. &c. Et *Fulgent. de Fide ad Petrum cap. XXXVI.* Baptisma etsi ab hæreticis administratum, modò in nomine Patris, Filii & Spiritus S, fuerit datum, nullatenus iterandum est. Salvator enim dicit: Qui semel lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet. Sed hæc ratio infirma est, quia etiam multi post baptismum denuo polluunt se peccatis, quales saltim prorsus esse immundos falendum, eoq; si pœnitentiâ ducantur, rebaptizandos esse, imperitus posset arbitrari. Nam iterum immundos, non esse iterum baptizandos, nullis fidiculis ex h.l. extorqueri potest.

§. 107. *Tertull. l. contr. Marc. cap. 18.* Iteratio Baptismo non competit. Et de Pud. C. XVI. denuò ablui non licet. Et de *Bapt. c. XV.* Semel lavacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. Et de Hæreticorum baptismo *ait lib. de Præscript. c. XII.* Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur. Ideoquè & ejus ætate rebaptizati hæretici. De *Pud. c. XIX.* Hæreticus per baptisma veritatis utroq; homine purgatus admittitur. *Cyprian. ep. LXX. LXXI. LXXIII.* hæreticorum baptismum invalidum esse ostendit, & rebaptizandos quos illi baptizaverunt. Et quia *Ep. LXIII.* fatebatur, baptismum iterari non posse, *Ep. LXXI.* dicit; Nos dicimus, eos qui inde veniunt, non rebaptizari apud nos, sed baptizari. His Cypriani Epistolis opposuit *Augustin. contr. donat. de Bapt. libb.* quibus ea argumenta refellit, & contrà sentit.

§. 108. Sciendum prætereà, quod ante annos circiter M. & ccc. Cœpit in Asia & Africâ Error, quòd non rata sint Sacramenta ab hæreticis data. De Asiaticis refert Eusebius l. VII. hist. cap. VI. de Africanis lib. eodem cap. 2. Et ex Augustino discitur *de Bapt. L. 7.* ubi indicat, Auctorem hujus fuisse Agrippinum Epis. Carthag.

thag. cujus successor fuit Cyprianus. Sub illo Agrippino Tertullianus est initatus, docente Pamelio.

§. 190. *Synod Nic. I. Can. XIX.* & ejusd. citatis *Laodic. Can. VIII.* & *Arelatens. 2. Can. XVII.* Paulianistas & Cathaphrygas baptisari debere definit, quibus addit *Constantinopol. II. Can. VII.* Eunomianos, Sabellianos, Galatas. Et *Tertull. VI.* Manichæos, Valentinanos, Marcionistas. &c.

§. 110. Nam Cataphryges & Paulianistæ non baptizabant in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S. ut scribit *Innocent. I. Epist. XXII.* Eunomiani etiam non baptizant in nomine Trinitatis, sed in mortem domini, ut memorat *Socrat. l. V. c. XXIII.* Et Arriani baptisabant in nomine Patris per Filium in Spir. S. ut habet *Nicephor. l. XIII. hist. c. XXXV.* De quodam Deuterio Arriano Episcopo, cui hoc modo baptizare volenti, Aqua continuò divinitus subtracta est.

§. 111. Tertulliani ævo potissimum florebant Hermogeniani, quos eosdem cum Praxeanistis & Paulianistis fuisse tradit *Augustin. de Hæres, Cap. XLI. XLIV.* & Cathaphrygæ, Valentiniani, & Marcionitæ & Appellatiani & Quintillianistæ, de quibus omnibus ait *de Præscript. c. 12.* Omnia apud illos sunt extranea & contraria nostræ Veritati. *Et de Bapt. c. XV.* Non idem Deus est nobis & illis, nec idem Christus, ideo nec Baptismus unus, quia non idem.

§. 112. Quod constat de Hermogenianis, Praxeanistis, Cathaphrygis, Quintillianistis, qui aut unicam agnoscebant in Deitate personam, aut Patripassiani fuerunt. De Marcionitis, Valentinianis, Apellatianis ipse Augustinus *dubitat c XV. De Bapt.* an verbis Evangelicis in Nomine Patris & Fil. & Spir. S. baptisaverint, eò quod de Deo & Christo malè senserint. Quare, *inquit,* de Paulianis, nobis credere licet, Eos regulam Baptismi non tenuisse. Ideoq; *August. contr. Donat. Cap. XVIII.* Cyprianum adfirmat solum venialiter peccasse & salvâ Caritate. *& Ep. XLVIII.* suspicatur Cyprianum retractasse sententiam suam. Ipse enim *Cyprianus ait ep. LXXIII.* Nemini se præscribere aut præjudicare. Et *Hieron. adv. Lucifer.* eundem Cyprianum excusat, quia non edidit

mel pro nobis mortuus est. *Damascen. Orthod. Fid. l. IV. c. X.* ὥσπερ ἅπαξ ἐπλέσθη ὁ τοῦ κυρίου θάνατος, οὕτω καὶ ἅπαξ δεῖ βαπτίζεσθαι. Unde & rebaptizationem esse ἀνασταύρωσιν Χριστοῦ. II. *Ex h. l. Johann. XIII. v. X. id* probant, ut vidimus. III. Ex *Heb. VI. 4. Ambros. l. 2. de Poenit. cap. II. Epiphan. hæres. 89. Hieron. contr. Jovin. l. II. Cyrill. in Joann. l. V. c. 17.* Et in hunc locum *Joh. XIII. Chrysost. Oecum. Theophyl. Sedul. Primasius.* IV. Ex Eph. IV. ubi dicitur; Unum baptisma. Cyrill. Hieros. Catech. præfat. & Leo Papa Gratian. Decret. de Consecrat. Dist. IV. Can. Non licet. Hugo l. II. de Sacr. c. XIII. Part. VI. Quod ergò Unum est, geminari non potest.

§. 117. Sed tamen apud *Osor. l. IX. de reb. Emanuel.* Æthiophica Ecclesia die Epiphaniæ quotannis baptizat, ut illi ajunt, in μνημόσυνον baptismi Christo illo die collati.

§. 118. Marcionitæ tertiari Baptismum posse docebant, ὅτι ἔξεστιν ἕως τριῶν λουτρῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδοσθαι, inquit *Epiphan. hær. XCII.*

§. 119. *Augustin. in Joann. Tract. XI.* etiam hoc argumento utitur: Quomodo uterus non potest repeti, sic nec baptismus. *Et Tr. XII. in Joann.* Regeneratio spiritualis una est, sicut generatio Carnalis una est.

§. 120. Verè autem Ecclesia rebaptizabat Hæreticos. *Cyrill. Præfat. Catech.* ΜΌΝΟΝ οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα.

§. 121. Et sic Donatistæ & Novatiani rebaptizabant Catholicos, dicente Augustino ad Quod vult Deum. *hær. LXIX.* Audent etiam rebaptizare Catholicos.

§. 122. Et Arriani *August. hær. XLIX.* Rebaptizari ab Arrianis Catholicos novimus.

§. 123. Et Aëtiani. *Epiph. hær. LXXVI. de Eunomio:* ἀναβαπτίζει τοὺς ἤδη βαπτισθέντας.

§. 124. Honor. & Theodos. Impp. *lib. 1. tit. VI. C. Ne S. bapt. iter. id vetant:* Si quis rebaptizare quempiam de ministris

Catholicæ sectæ fuerit detectus, unà cum eo, qui Piaculare crimen commisit, & hic, cui persvasum sit, ultimo suplicio percellatur.

§. 125. Quæ de Cypriano suprà diximus, non sola ille docuit. Nam & quod ipse in Africâ, id Firmilianus in Asiâ, & in Ægypto Dion. Alexandr. Et quatuor Synodi Africanæ, & Scomiensis, Synadica & aliæ multæ approbârunt. Quibus se opposuit Stephanus Rom. Episcop. qui Firmilianum & ejus socios communione suâ secrevit, ὡς ἐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων, inquit, Dionys. Alex. Epist. ad Xyst. ἐπειδὴ τὸν αἱρετικὸς ἀναβαπτίζουσι. Dionysio hoc non placuit, qui eum epistolâ ideò monuit, ut illius successorem Xystum, ad quem dicit: σκόπει τὸ μέγεθος τοῦ πράγματος.

§. 126. *Stephan. ep. ad Cyprian. ait*; Nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam.

§. 127. Et hoc secuti sunt posteriores *Euseb. hist. l. 7. c. 2.* παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων (hæreticos dicit conversos) Μόνη χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ. *Vincent. Lerin. Comm. sui cap. IX.* ait: Agrippinum primum, contra Divinum Canonem, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra morem ac instituta majorum rebaptizandum esse censebat.

§. 128. Aliquos tamen, ut supra dicimus, Hæreticos, rebaptizabant Ecclesia conversos. 1. De Catharis. *Concil. Nicen. can. VIII. & de* Paulinistis Canon. XIX. ὅρος ἐκτίθεται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξ ἅπαντος. *Concil. Laodicen. canon. VI.* Novatianos, Quartadecimanos, Photinianos sine baptismo recipit κοινωνεῖν τῷ μυστηρίῳ ἁγίῳ *At Can. XIIX.* Montanistas seu Phrygas μετὰ πάσης ἐπιμελείας jubet κατηχεῖσθαι καὶ βαπτίζεσθαι. Ann. CCCLXIV.

§. 129. *Concil. Constantinopol. 1. Canon. VII.* rebaptizari vetat Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos, Quartadecimanos, & Apollinaristas. Jubet autem, Cathaphrygas seu Montanistas, Sabellianos, &c

§. 130. *Theodor. Studites Ann. 1317. Epist. ad Naucrat.* apud Balsamon. ita recitat: Τριχῆ διῄρηται τὸ θεώρημα. βαπτίζονται μὲν γὰρ Marcionitæ, Tascodrugi, Manichæi καὶ οἱ σύστοιχοι αὐτῶν

αὐτῶν ὁμοῦ ἕως τῶν Μελχισεδεκιτῶν, Hæreſes XXX. ap. Epiphan. cujus mentio ante erat facta. χρίονται δὲ μύρῳ ἁγίῳ. Unguntur tantum Quartadecimanii, Novatiani, Ariani, Macedoniani, Apollinariſtæ ὁμοῦ πέντε, quinque hæreſes. οἱ δὲ μήτε βαπτιζόμενοι μήτε χριόμενοι ἀλλὰ μόνον ἀναθεματίζοντες τὴν ἰδίαν καὶ πᾶσαν ἄλλην αἵρεσιν Meletiani, Neſtoriani, Eutychiani καὶ οἱ τούτων ὁμόστιχοι. Hi non unguntur nec baptizantur, ſed tantum hæreſin ſuam & aliorum anathematizant.

§. Joh. 3. 4, 5. De Neceſſitate Baptiſmi. *Nazianz. Orat. 40.* De Infantibus ante baptiſmam mortuis cenſet: μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφράγιστον μὲν ἀπονήρους δὲ ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν ἢ δράσαντας. Quod rejecit *Auguſtinus* & alii. Clem. conſtit. Apoſt. lib. c. 16. contra dilationem & contemtum Baptiſmi ſtatuit: ὁ οὖν καταφρονήσεως μὴ βουλόμενος βαπτισθῆναι ὡς ἄπιστος κατακριθήσεται: & tum recitat h. l. contra dilationem h. m. ὁ δὲ λέγων, ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι ἵνα μὴ ἁμαρτήσω καὶ ῥυπώσω τὸ βάπτισμα, ἕως ἄγνοιαν ἔχει θεοῦ καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλήσμων τυγχάνει, μὴ ἀναβάλλου γὰρ ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον. &c. Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν τὰ νήπια - - ἄφετε γάρ φησι τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με &c. Hinc *Theodoret. Epiſt. divin. decret.* τὰ βρέφη βαπτίζομεν, οὐδέπω τὴν ἁμαρτίας γευσάμενα. *Chryſoſtom. l. III. Epiſt. CXCV.* quæſitus eſt, quare καὶ τὰ βρέφη ἀναμάρτητα ὄντα βαπτίζεται.

§. 132. Infantibus non baptizatis ſubvenire extraordinariam DEI bonitatem ſtatuunt, *Athan. ſ. Auctor Quæſt. ad Antioch. Nazianz. de ſ. Baptiſ.* & Scholiaſt. ejus Nicetas. Gerſon in Orat. habitâ in Conc. Conſtant. *Biel & Cajetanus*. Sed & *Auguſtinus* ante certamen *Pelagii lib. IV. de lib. Arbitr. c. XXIII.*

§. 133. Multi alii *Vett. P. P.* infantes, qui citra baptiſmum deceſſerunt, morti hoc loco adjudicarunt damnatis. *Cyrill. Catecheſ. III.* Auguſtin. Ep. CXXVI. de Anim. l. 1, c. 9. l. III. cap. XIII. Scriptor Hypognoſticon. lib. V. Fulgent de Incarn. Et ad

P. Diacon. cap. III. & XXIX. Gregor. M. lib. IX. Moral. c. XVI. Contrà Bernhardus Ep. LXXVII. Petr. Blesens. Serm. XXII. de SS. Trinit. Sufficit Spiritus & aqua, sufficit Spiritus & sangvis, Si Aquam non exclusit contemtus religionis, sed articulus necessitatis: sufficit Spiritus solus, quia testimonium ipsius Pondus habet. *Serm. XXIV. Fest. Jacob.* Sufficit Solus Spiritus, ubi articulus necessitatis aquam exclusit, nec contemtus religionis.

§. 134. *Augustin. Tom. I. Biblioth. P.P. Auctar.* Tunc impletur visibiliter, cum mysterium baptismi non contemtus religionis sed articulus necessitatis excludit.

§. 135. Tamen in Eccl. Primit. ex malè intellecto loco *Heb. VI.* 4. differebant baptismum ad finem vitæ. *Vid. supra ad 1. Cor. XV.* Sed Ecclesia neminem valuit privare, ne pænitentes quidem in mortis periculo. Vide infra de Pœnitentiâ.

§. 136. Horum duo erant genera vel, si mavis, Tria. Unum Catechumenorum & gentilium conversorum, qui morituri desiderabant baptimum. *Epiphan. hær. XXVIII.* οἱ μέλλοντες τελευτᾶν ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι πρὸ τῆς τελευτῆς τοῦ λουτροῦ καταξιοῦνται. *Concil. Eliberitan. Canon. XXXIX.* Gentiles si infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum aliquâ ex parte Christiana vita, placuit eis manus imponi & fieri Christianos: Alterum genus Christianorum quidem erat, sed qui ut dictum, studio differebant baptismum, contra illos sunt verba *Clem. l. VI. Const. cap. 15.* quæ recitavimus modò. Et *Nazianz. Orat. 40.* φοβῇ μὴ διαφθείρῃς τὸ χάρισμα καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλῃ τὴν κάθαρσιν, i. e. Metuis ne gratiam amittas, ac proinde lavacri moram producis. Sic Constantius Const. Fil. ap. *Athanas. de Synod.* ἀποθνήσκων ἔδοξε βαπτισθῆναι.

§. 137. Puto & ex h. l. fluxisse opinionem Vett. quando Baptismum absolutè necessarium putabant ad regenerationem & salutem. Ambros. lib. de his qui init. cap. 15. Credit Catechumenus, sed nisi baptizetur remissionem pecatorum non potest obtinere, neq; gratiæ spiritualis munus haurire. Augustin. in Joann. Tract. XIII. Quantumcunquè Catechumenus, proficiat,

adhuc sarcinam iniquitatis portat, non illi dimittitur, nisi cum pervenerit ad baptismum. Sic & cæteri.

§. 138. Autor de fide ad Petr. c. III. Absque Sacramento Baptismatis, præter eos, qui in Ecclesiâ sinè baptismate pro Christo sangvinem fundunt, nec regnum Cælorum potest quicquam accipere, nec vitam æternam. Augustin. de Eccl. Dogm. c. 84. Baptizatis TANTUM iter salutis esse credimus. Nullum Catechumenum, quamvis bonis operibus defunctum, vitam habere credimus, excepto Martyrio, ubi tota baptismi Sacramenta implentur.

§. 139. Interdum tamen de hâc severitate remiserunt. Ambros. Orat. de Obit. Valent. Jun. alloquens ejus sorores: Hunc sua pietas abluit & Voluntas. Nam amisit gratiam, quam poposcit.

§. 140. Act. 8. Ps. 38. Immersio illa fuit. *Cyrill. Mystag. Catech. II.* εὐθὺς οὖν εἰσελθόντες ἀπεδύεσθε τὸν χιτῶνα. Hoc primum est, Exuitio vestis. καὶ τοῦτο ἦν εἰκὼν τοῦ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεδύεσθαι σὺν ταῖς πράξεσιν. Porrò γυμνοὶ ἦτε, μιμούμενοι καὶ ἐν τούτῳ τὸν ἐπὶ σταυροῦ γυμνωθέντα χριστὸν. Nuditas imitatio igitur Christi in cruce nudi. Sed idem mox aliud affert, γυμνοὶ ἦτε ἐν ὄψει πάντων. καὶ οὐκ ᾐσχύνεσθε. Jam quid designet illa Nuditas. Ἀληθῶς γὰρ μίμημα ἐφέρετε πρωτοπλάστου Ἀδὰμ. Adami imitationem esse dicit in Paradiso.

§. 141. Mysterium itaq; Exuendi vestes erat, *Veterem exui hominem.* Chrysost. homil. VI. Coloss. 2. Ἀπεδύσατο νῦν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὶν ἢ ἐπιβῆναι, οὕτως εὐκόλως ἀπεδύσατο, ὥσπερ τὰ ἱμάτια. Dionys. Hier. c. CXVI. Ritum baptismi Græcæ Ecclesiæ sic pingit: Primò ἐπιτίθησιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ τὴν χεῖρα Manûs impositio. καὶ σφραγισάμενος κελεύει ἀπογράψασθαι τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἀνάδοχον. Annotatio nominis tam baptizandi, quâm sponsoris. Tum εὐχὴν ἱερὰν ποιεῖται, καὶ ταύτην ἁπάσης αὐτῷ τῆς ἐκκλησίας συμπληρωσάσης, Precatio. ὑπολύει μὲν αὐτὸν καὶ ἀπαμφιέννυσι διὰ τῶν λειτουργῶν. Exuendi ritus. Tunc κομίζουσι μὲν οἱ ἱερεῖς

τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον. Olei ſacri adlubitio. Jam quid ſignificet τὸν προσιόντα τὴν προτέραν ζωὴν ἀπεκδύσασαι ἡ παράδοσις, Priore vitâ eum exui notat. Tum denique γυμνὸν καὶ ἀνυπόδετον ἵστησι πρὸς δυσμὰς ἀφορῶντα. Conſtituit eum verſus Occidentem.

§. 142. Sic & in Eccleſiâ Latina usque ad tempora Bernardi, ubi creſcente ſacerdotum & aliorum nequitiâ ſublatus eſt iſte ritus. *Zeno Veron. Invitat. II,* ad fontem: Gaudete, in fontem quidem NUDI demengitis, ſed æthereâ veſte induti, mox candidati inde ſurgitis. *Ambroſ. serm. X.* Ideo nudi in ſeculo naſcimur, nudi etiam accedimus ad lavacrum, ut nudi quoque & expediti ad Cœli januam properemus: *Anſelm. in Matth. III.* Ne quis fortè ab inferiori vel in conſpectu hominum denudari erubeſceret. *Bernard. ſerm. XLVI.* Ideo nudi naſcimur in hoc ſeculo, nudi etiam accedimus ad baptiſmum; ut nudi & ſine impedimento perveniamus ad Cœlum.

§. 143. Sic & Infantes exuti. *Auctor Biblioth. P P. Ordo Roman. cap. de die ſabb. s. Paſch.* Pontifex cum veſtiti fuerint, infantes, confirmet eos. Et mox: Et ſic veſtiuntur. Induti mox ordinatur. *Alcuin de divin. offic. c. 19.* Infantes poſtquam veſtiti fuerint, deportantur ad confirmandum ante Pontificem.

§. 144. Et fœminæ *Chryſ. Epiſt. ad Innocent. Pap.* Joann. Moſchus Prut. Spirit. c. IV. narrat de Conone Presbyt. quod ob tentationem non potuerit puellam NUDAM ſancto oleo inungere. Sed ad hoc ordinatæ Διακονίσσαι in plerisq; locis.

§. 147. Et præterea etiam ſeorſim baptizatæ mulieres. Cyrill. Hieroſ. Præfat. Catech. Ἄνδρες μετὰ ἀνδρῶν καὶ γυναῖκες μετὰ γυναικῶν. *Aug. l. XXII. de Civ. D. cap. VIII.* Innocentia religioſiſſima fœmina in mamillâ cancrum habebat. Admonetur inſomnis, ut in PARTE FEMINARUM obſervanti ad baptiſterum, quæcunqne illi baptizata primitùs occurriſſet, eundem locum ſigno Chriſti ſignaret. *Ordo Rom. cap. de ſabb. ſanct.* Baptizantur primò Maſculi, deinde Fœminæ. *Gregor. M. & Alcuin. de Offic. Divin.* ſtant & Ordinantur maſculi ad dextram, fœminæ verò ad ſiniſtram.

§ 146.

§. 146. Tamen Adſperſio ſeu Ῥαντισμός, quo hodie utimur, occurrit etiam in Antiqq. Hiſtoriâ *de Martyr. Laurent.* narrat Lucillum ita baptizatum à Laurentio: Ut unus ex militibus nomine Romanus Urceum afferens cum Aqua oportunitatem captarit, qua eum offerret B. Laurentio, ut baptizaretur. Et cum exſpoliasſet, eum, *Fudit* ſuper caput ejus. *Walafrid. Strabo de reb. Eccleſ. cap. 27.* Notandum, non ſolùm mergendo, ſed etiam deſuper fundendo multos fuiſſe baptizatos, & adhuc poſſe baptizari, ut in Paſſione B. Laurentii quendam Urceo allato legimus baptizatum. Hoc etiam ſolet evenire, quando provectiorum granditas corporum in minoribus vaſis hominem tingi non patitur. *Scotus Diſt. II. Qu. Un. Artic. VII.* In baptismo aliquid eſt de eſſentia, ut Ablutio, aliud verò accidentarium, nempe, ut Ablutio hoc vel illo modo fiat. *Thom. Aquin. IV.* Cauſas offert, cur aliter quam merſione baptizari queat. I. eſt Magna baptizandorum multitudo. Act. 2, & 4. Altera eſt, Inopia Aquæ, ut qvando ad merſionem non ſufficit *Johan. 3. Pſ. 23.* Tertia eſt Languor baptizantis, ſuſtinere non valentis merſionem. Quarta eſt, Baptiſandi morbus, cui à merſione periculum poſſit imminere.

§. 147. Nam & olim adſperſos legimus in lecto morituros. *Euſeb. l. VI. cap. XLIII.* de Novato: *Μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον* ΠΕΡΙΧΥΘΈΝΤΑ *εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι.* Et ibid. *ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο περιχυθεὶς τὸ βάπτισμα ἔλαβεν.* Et addit dubitanter: *εἴγε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι.* Quæ habet & *Nicep. l. VI. c. III.* Et apud. *Cyprian. Ep. LXXVI.* ad Magnum, quærentem, quid ipſi videatur de illis, qui in infirmitate gratiam Dei conſequūtur, an habendi ſint legitimi Chriſtiani, eò quòd non loti ſint aqua ſalutari ſed perfuſi. Reſpondit Cyprianus: In Sacramentis ſalutaribus, neceſſitate cogente & Deo indulgentiam largiente, totum Credentibus conferre divina Compendia. Nec quenquam movere debet, quod ADSPERGI vel PERFUNDI videantur ægri cum gratiam dominicam conſequuntur, quando Scriptura S. Ezech. XXXVI. 25. dicat: Adſpergam ſuper vos aquam mundam. *Hæc ille.*

§. 148. De Loco ſic occurrit: Olim extra Eccleſias, in fontibus

tibus & fluminibus baptizabantuur. *Walaf. Strabo de Reb. Eccl. c. 26.* Sciendum, primò in fluviis & fontibus baptisatos credentes. Deinde Βαπτιστήρια inventa, sed extra Ecclesiam quoque. *Paulin. Ep. XII.* Tu verò etiam baptisterium basilicis duabus interpositum condidisti. Tandem in parochialibus Ecclesiis constituta. De *Consecr. Dist. IV. c. 1960.*

§. 149. *Concilium Tolet. IV.* decrevit, ut SEMEL tantum fieret immersio, Gregor. Rom. Pont. ait: Nos quod Tertio mergimus, Triduanæ sepultutæ Sacramenta signamus. Et ait id Concil. Utrumque rectum (sc. semel & ter mergere) Utrumq; irreprehensibile habetur. Propter vitandum autem scandalum Schismatis Simplam teneamus mersionem. Tum adjicit: In aquas mersio Christi, quasi ad inferos descensio est, & rursum ab Aquis emersio, Resurrectio est. Et de altero Trinitatis mysterio: Unitas Essentiæ, dum semel mergimus, demonstratur; Trinitas, dum in nomine Patris, Filii & Spiritûs S. baptizamus.

§. 150. *Athanas. Quæst. XCIV.* τὸ καταδῦσαι τὸ παιδίον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τρίτον καὶ ἀναδῦσαι, τοῦτο δηλοῖ τὸν θάνατον καὶ τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ. *Cyrill. Hieros. Catech. II.* ideò τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἀντίτυπον nominat Baptismum. *Augustin homil. XCI. de Temp.* Quando in salutari lavacro tertiò Christiani merguntur, tunc Ægyptii i. e. originalia peccata vel actualia crimina quasi rubro mari sepeliuntur. *Theodoret. De Divin. decret. cap. de Bapt.* Ἀῤῥαβὼν γάρ ἐστι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ τῆς ἐσομένης ἀναστάσεως τύπος. *Nazianz. Orat XL.* ἡ γέννησις ἐκ βαπτίσματος πᾶν ἀπὸ γενέσεως κάλυμμα τέμνει καὶ πρὸς τὴν ἄνω ζωὴν ἐπανάγει. *Ambros. s. Hilar. Diacon. in h. l.* Baptismus mors Peccati est, ut alia sequatur nativitas, quæ corporis manente compagine, hominem mente innovat, sepultâ omnium malorum actuum vetustate.

§. 151. *Act. X. 48.* Ecclesia antiqua frequentius Patris, & Filii, & Spir. S. meminit in Baptismo, ideoq; Ter mersit. *Ambros. l. 2. de Sacram. c. VII.* Interrogatus es; Credis in Deum Patrem Omnipotentem? Dixisti credo: Et mersisti h. e. Sepultus es. Iterum

rum interrogatus es; Credis in Dominum nostrum Jesum Christum & in Crucem ejus? Dixisti; Credo, & mersisti, ideo & Christo consepultus es. Tertiò interogatus es; Credis & in Spiritum Sanctum? Dixisti; Credo. Tertiò mersisti, ut multiplicem lapsum superioris ætatis absolveret Trina confessio. *Dion. Hierar. c. II. Part.2.* Ταῖς τρισὶ τῆς πλυμένυ καταδύσεσι καὶ ἀναδύσεσι τὴν τρίοσιν θείας μακαριότητ© ἐπιβοήσας ὑπόςασιν. *Ordo Rom. Cap. De Sabb. S.* Baptizant, sanctam Trinitatem semel invocantes ita dicendo: Ego Baptizo te in nomine Patris; Et mergit semel. Et Filii; Et mergit iterum. Et Spiritûs S. Et mergit tertiò. *Gratian. De Cons. Dist. IV. Can LXXVI.* citat August. hæc: Postquam vos credere promisistis Tertiò, capita vestra in sacro Fonte demersimus: qui Ordo baptismatis duplici mysterii significatione celebratur. Rectè enim Tertiò mersi estis, qui accepistis baptismum IN NOMINE JESU CHRISTI, qui etiam die tertiò resurexit à mortuis. Illa enim tertiò repetita demersio Typum Dominicæ exprimit sepulturæ &c.

§. 152. Traditionem esse asserit *Basil. de Sp. S. cap. XXVII.* τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι πόθεν; ἀλλὰ δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ ἐκ ποίας ἐςὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ ἀδημοσιεύτυ ταύτης καὶ Ἀπόῤῥητυ διδασκαλίας; Hieron. adv. Lucif. An nescis etiam Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis posteà manus imponatur & ita invocetur Spirititus S.? Exigis, ubi scriptum sit? In Actib. Apostolorum. Etiamsi scripturæ auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret. Nam & multa quæ per Traditionem in Ecclesiâ observantur, autoritatem sibi scriptæ Legis usurpârunt. Velut in lavacro ter Caput mergitare.

§. 153. Alii Domini præceptum esse tradunt. ut Const. *Apost. Can. XLIX.* Glofs. Gratian. putant semel immergentes dixisse; Baptizo Te in mortem Domini. Atque ob formulæ mutationem tales jubent deponi. *Chrysost. Hom. de Fid.* ὁ κύριος ἡμῶν ἐν τρισὶ καταδύσεσι τῆς σώματ©. ἐν βάπτισμα τοῖς ἑαυτῦ μαθηταῖς παραδέδωκε λέγων, πορευθέντες &c. *Pelag. Papa*

 apud

apud Gratian. De conſ. Diſt. IV. Multi ſunt, qui in Nomine ſolummodò Chriſti unâ etiam immerſione ſe aſſerunt baptizare.

§. 154. *Greg. M.* Epiſt. ad Leandr. ſcribit, Hiſpaniæ Epiſcopos Ann. 1oc. ſemel tantum merſiſſe. Cauſam addit, Quia nunc uſque huc ab Hæreticis (Arrianis) Infans in baptiſmate tertiò mergebatur, fiendum apud vos eſſe non cenſeo, ne dum merſiones numerant, Divinitatem dividant, dumque quod faciebant, faciunt, ſe morem veſtrum viciſſe glorientur. Ideo ſenſit *Concil. Tolet. IV. Can. V.* In Hiſpaniis quidam ſacerdotes Trinam, quidam ſimplicem merſionem faciunt. Et poſt citatum Gregor. M. addit: Propter vitandum Schiſmatis ſcandalum vel hæretici dogmatis uſum ſimplicem teneamus baptiſmi merſionem. Et ne cuiquam ſit dubium hujus ſimpli Myſterium Sacramenti videat IN EO mortem & reſurrectionem Chriſti ſignificari. Item videat IN EO UNITATEM divinitatis. &c. quod citat & Walaſ. Strabo lib. de Reb. Eccl. C. XXVI.

§. 155. *Ambroſ. l. 1. de Sp. S. c. IV.* Super illa Quæſt. Utrum quis baptizari poſſit in nomine Chriſti non tactâ mentione Patris aut Sp. S. ait hoc modo: Sicut qui benedicitur in Chriſto, benedicitur in nomine Patris, Fil. & Sp. S. quia unũ Nomẽ, poteſtas una; Ita etiã, ubi operatio aliqua divina aut Patris, aut Filii, aut Spiritus S. deſignatur, non ſolum ad Sp. S. ſed etiam ad Patrem refertur & Filium. Nec ſolum ad Patrem, ſed etiam ad Fil. & Sp. S. Denique & Æthiops Evnunchus Candacis baptizatus in Chriſto PLENUM myſterium conſecutus eſt. *Nicol. Pontif. Can. A quodam. De Cons. diſt. IV.* Si in nomine S. Trinitatis vel TANTUM in nomine Chriſti, ſicut in Actib. Apoſtolorum legitur, baptizati ſunt, unum quippe idemque eſt, ut *S. Ambroſius* exponit, Rebaptizari non debent. Sic & *Dominic. Sotus. IV. ſent. ſent. Diſt IV. Quæſt. Un. Art. VI. &c.*

§. 156. Qui tamen contrà docet ſtatuitque laudans illud *Didymi lib. II. de Sp. S.* Si quis ita baptizare conetur, ut UNUM ex prædictis nominibus omittat, ſc. Patris & Fil. & Sp. S. ſine Perfectione baptizabit. *Et illud Fulgentii:* Myſterium illud redemtionis nullo modo habetur, ſi Patris, & Fil. & Sp. S. nomen ſubtrahatur.

§. 157. Wala-

§. 157. *Walafrid Strabo. cap. XXVI.* de divin. offic: itidem: Celebratur ipſum baptiſma VERUM non niſi in nomine ſummæ Trinitatis. *Tertull. c. XIII. de Bapt.* Lex tingendi impoſita eſt & Forma præſcripta: Ite docete omnes Gentes, tingentes eas in nomine Patris & Fil. & Sp. S. *Auguſtin. l. VI. de Bapt. c. XXV.* Certa ſunt verba Evangelica, ſine quibus non poteſt conſecrari Baptiſmus.

§. 158. *Richard. IV. Sent. Diſt. III.* art. 2. qv. 2. neutram definit, ſed eum qui in nomine Chriſti eſt baptizatus, ſub conditione rebaptizandum ait. Et illuc inclinat *Sotus Diſt. III. Quæſt. 2. Cajetan. & Adrian Quæſt. I art. III. qv. 2.* rebaptizandum negant, dummodò ſit uſurpata formula idem ſignificans.

§. 159. Occurit & χειροθεσία in baptiſmo, quâ confirmabat Sacerdos factum ab alio vel in caſu neceſſitatis, vel ab hæretico baptiſmum. Sic *Leo ep. 79. c. 7.* de iis, per impoſitionem manuum confirmandi ſunt.

§. 160. *Et Aug. lib. III. Cont. Don. c. 26.* non eſſe Sacramenti iterationem hanc χειροθεσίαν docet, ſed tantum orationem ſuper hominem. Sic ait: Manus impoſitio repeti poteſt. Quid enim eſt aliud niſi oratio ſuper hominem?

§. 161. *1. Cor. 10. 2.* Rubrum mare eſſe typum Baptiſimi ex h. l. docent Patres. *Gregor. M. l. IX. ep. 89.* Si fatetur Ægyptios veraciter mortuos, fateatur neceſſe eſt, peccata in baptiſmate funditùs mori. Quia plus valet in abſolutione veritas, quam Umbra veritatis. *Hieron. Ep. ad Ocean. ep. XXCIII.* Pharao cum exercitu ſuo nolens populum Dei exire de Ægypto, in typo baptiſmatis ſuffocatur. *Greg. M. l. 9. ep. 301.* Maris rubri tranſitus figura ſancti baptiſmatis fuit, in quo hoſtes ſunt mortui. *Theodoret.* Illa erant noſtrorum typus, Mare enim imitabatur piſcinam ſ. lavacrum, Nubes, gratiam Spiritus, Moſes, ſacerdotem, Virga, crucem. Iſrael eos, qui baptizantur, Ægyptii, dæmones, Pharao erat imago diaboli.

§ 162. *Greg. Nyſſen. in vitâ Moſis:* Nube multi ante nos ſpiritus ſui gratiam ſignificari rectè aſſeverarunt. *Cyprian. ep. 78.* Pharao cum veniſſet ad aquam extinctus eſt; Mare autem illud Sacramen-

cramentum Baptiſmi fuiſſe declarat Apoſtolus Paulus, & adducit hunc locum. Sic & *Origen. Homil. 6. Bernh. in Cantic ſerm. XXXIX.* de mundo & ejus ſicco tranſitu in pietate exponunt.

Bona Ecclesiastica et Donationes Sacræ.

§. I.

Decimæ. A Lacis non poſſideri debent. *Concil. Lateran. c. 7.* Has decimas ſub Epiſcopis fore cenſemus, ut ille, qui cæteris præeſt, omnibus juſtè diſtribuat, nec cuiquam perſonæ honorabilibus exhibeat, unde alii moveantur, ſed ſint omnia communia. V. M. Anton. de dominis l. 9. c. 2. ex profeſſo.

§. 2. Sic & *Innocent. II. Concil. Roman. Cap. XX.*

§. 3. *Ambroſ. serm. 1. de Quadrageſ.* Quid eſt fideliter decimas dare? Niſi ut nec pejus nec minus aliquando DEO offerat, aut de grano ſuo aut de vino ſuo, aut de fructibus arborum, &c.

§. 4. *Concil. Rothomag.* Quia modò multi inveniuntur, decimas dare nolentes, ſtatuimus ut admoneantur ſemel & ſecundo, & tertio, qui ſi non emendaverint, anathematis vinculo feriantur.

§. 5. *Concil. Moguntin. Et lib. III. LL. Longob. Tit. de Decim.* Decimas Deo & ejus ſacerdotibus dandas Abraham factis & Jacob promiſſis inſinuat, Dein Lex ſtatuit, & omnes ſancti Doctores commemorant.

§. 6. *Et id Concil.* Decimas à populo redimere vetat. Decimas, inquit, quas populus dare non vult, niſi quolibet munere ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt, ne fiat.

§. 7. Porrò rebus hiſce Eccleſiaſticis diſponendis ordinat *Concil. Chalced. C. XXVI. Cauſ. XVI qu. 7. c. 21. §. Quoniam.* Ut ſinguli Epiſcopi ſuos habeant Oeconomos; Placuit omnem Eccleſiam habentem Epiſcopum, habere etiam œconomum de Clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas ſecundum ſententiam Epiſcopi.

§. 8. Et

§. 8. Et ejusmodi *Oeconomi* debebant esse Clerici non Laici. *Concil. Hispal. II. Cap. IX.* Indecorum est Laicum esse vicarium Episcopi & seculares in Ecclesiâ judicare.

§. 9. Et *Eulal. Episcop. & Ep. II. Steph. l c. 9. & Decret. Paschal. II. c. 16. q. VII. c. 23.* Laicis quamvis religiosis, nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas.

§. 10. *Pap. Calixt. c. d. §. Si quis.* Laicum dispositionem vel dominationem rerum Ecclesiasticarum usurpantem sacrilegum esse judicat.

§. 11. Si quis Ecclesiam fundaverit, Nihil sibi præ ceteris in eâ juris vindicet. *Gelas. Papa. c. 16. q 7. c. 26. §. Piæ mentes.*

§. 12. Hi fundatores si inopes esse cæperint, ab Ecclesiis iisdem temporalis vitæ suffragia percipiant. *Leo IV. c. 16. l. cit. c. 29. Concil. Tolet. IV. c. 37.* S forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eâdem Ecclesiâ suffragium vitæ pro temporis usu percipiant.

§. 13 *Concil. Tolet. IX. C. I.* sancit, ut hæredes fundatoris vel honestiores propinqui pro Ecclesiâ istâ sollicitudinem gerant.

§. 14. Sic & de Monasteriis. *Synod. Rom. c. 21.* Monasterium vel Oratorium Canonicè constructum â dominio constructoris eo invito non auferatur. *Si & Gregor. Pap. l. 7. ind. I.* Monasterium contra voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum ut quis debeat vindicare, rationis ordo non patitur.

§. 15. *Urban. Pap. II.* Decimas & Ecclesias à Laicis Monachi non suscipiant sine consensu Episcoporum.

§. 16. *Symmach. Papa Synod. Rom. III. c. VI.* quicunque prædium, Ecclesiæ vel exiguum, vel magnum, vel quidquam de jure Ecclesiæ alienare tentaverit, Honoris sui amissione mutiletur.

§. 17. Neque semel donata Ecclesiæ redire ad privatos prosanosve usus possunt. *Gregor. Epist. 21. Lib. XI.* Ratio nulla permittit, ut propriis cujusquam Usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

§. 18. Qui revocare voluerit semel datum, sacrilegus habetur.

tur. *Ambros. l. 2. Pœnit. c. IX.* sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu ubi Ecclesiæ contulerunt, revocandas putârunt. His nec prima merces rata est, nec secunda, quia prima judicium non habuit, & secunda habuit sacrilegium.

§. 19. *Ita & Gregor. l. VIII. ep. 6.* sacrilegium contra leges est, si quis quod locis venerabilibus relinquitur, suis tentaverit compendiis retinere.

§. 20. Et qui alienant facultates Ecclesiæ sacrilegi ibidem censentur. Lucius Episc. *Ep. l. c. 6.* Omnes Ecclesiæ raptores & facultatum ejus alienatores à liminibus Sanctæ matris Ecclesiæ anathematizamus, & sacrilegos esse judicamus.

§. 21. Similiter *XVII. q. 4. c. 6.* Si quis confinia Ecclesiarum confringere tentaverit, aut personam hominis vel bona ejus inde subtraxerit, excommunicetur.

§. 22. *Pius Pap. ep. 2.* Qui Ecclesiam Dei vastat, & ejus prædia & donaria spoliat & invadit, fit sacrilegus.

§. 23. Pœna talis sacrilegi ab *Urban. Ep. ad Episc. omn. cap. 2.* est statuta ista: Perpetua damnetur infamiâ, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis uratur.

§. 24. Qui ornamenta Ecclesiæ surripit, Judæ similis æstimabitur. *Clem ep. 2. ad Jacob. d. q. 4. c. 15. §. si fortè quispiam.*

§. 25. *Ibid. c. 16.* Pecunia Ecclesiastica furata vel rapta, reddatur in quadruplum. Si quis v. aliquid de ministerio S. Ecclesiæ furatus fuerit, VII. annis pœniteat, ac tres in pane & aquâ.

§. 26. SACRILEGIUM. Itaque Joanne *Pap. c. 17. q. 4. c. 21.* scribente, fit (1.) Si quis infregerit Ecclesiam. (2.) vel XXX. Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ fuerint, (3.) vel domos quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo vel auferendo. (4.) Si qui injuriam intulerit Clericis arma non ferentibus. (5.) vel monachis seu devotis Deo, omnibusq; Ecclesiasticis personis. (6.) Sacrum auferendo de sacro. (7.) vel non sacrum de sacro. (8.) vel sacrum de non sacro.

§. 27. *Et addit:* Qui hoc fecerit: sciat se Communione privatum.

§. 28. Clerici non nisi pauperes bonis Ecclesiæ sustentari debent. Hier. ad _ amas. Qui a. parentum bonis vel opib. suis sustentari possunt,

possunt, si quod pauperum est accipiunt, Sacrilegium professò committunt. Et *Prosp. de Vit. Contempl. l. 2. c. 9.* Qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, non accipiunt.

§. 29. Res Ecclesiæ in Episcopi potestate erant. De quo *vide Tit. Episcopi*, prolixè. *Concil. Aurel. I. c. 17.* De his quæ parochiis in terris, vineis, municipiis, atque peculiis quicunque fideles obtulerint, omnia in Episcopi potestate consistant. *Can. Ap. XL.* Episcopum sancit, ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησ. πραγμάτων, ἐπὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, & πάντα διοικεῖσθαι.

§. 30. *Concil. Antioch. c. XXIV.* statuit, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖν καλῶς ἔχειν.

§. 31. Episcopus nullà Ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus vendens aliquid de rebus Ecclesiæ, officio suo S. honore privetur. *Capit. Martin. Bracar. XIV.*

§. 32. *Id. Can. XV.* Manifesta debent esse, quæ ad Ecclesiam pertinent, his qui circa ipsos sunt Prebyteris & Diaconis, ut si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint minui, neq; res propriæ Episcopi importunitatem patiantur pro rebus Ecclesiæ. Ut nec Ecclesia incurrat in damnum nec Episcopus in suis rebus pro rebus Ecclesiæ proscribatur. *Quod Can. Apost. XL.* ita Græcè effert: ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα, καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τῶν ἰδίων, τελετῶν ὁ ἐπίσκοπος οἷς βούλεται καὶ ὡς βούλεται καταλεῖψαι, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησ. πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου. ἔσθ' ὅτι γυναῖκα (NB) καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς ἢ οἰκέτας. Δίκαιον γὰρ τοῦτο παρὰ τῷ θεῷ καὶ ἀνθρώποις τὸ μήτε τῆς ἐκκλησ. ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησ. δημεύεσθαι.

§. 33. Sic & *Concil. Antioch. c. IV. & XLVIII.*

§. 34. Ipse autem sibi ex reb. Eccl. suisq; necessaria sumere potest. *Ibid. Can. XLI.* Apostol. Μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεον-

τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῷ χρείας. additq; fundamentum ex 1. *Cor.* 15. ἐπείπερ οὐδὲ στρατιῶται ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρονται.

§. 35. Aliàs in proprio Usu habere res Eccl. Episcopo nulli liceat. *Synodus Rom. c. XVI. cit. C. XVII. q. V. I. c. 28.*

§. 36. Invasoribus rerum Eccl. VII. annis pænitentia imponitur. *c. 12. q. 2. c. 17.*

§. 37. *De Alienatione rerum Ecclesiasticarum.* Hactenus alienari res Ecclesiæ non posse, nec debere, audivimus. Restat videamus, Quando & quibus de causis alienari in jure Canon. permittatur.

§. 38. Laicus alienare potest, si decimas, quas ab unâ Ecclesiâ habet, alii Ecclesiæ donaverit. *c. cum Apost. 7. eod. c. Conf. c. 12. q. 2. & qv. 5* II. Si ædes ruinosæ aut destructæ alienentur. *c. 10. q. 2.* Usus fructus tantum rei Eccles. alienari potest *c. 10. q. 2.* Quod fallit. Clem. I. de reb. Eccles. non alien.

§. 39. Si Dispensatoribus Ecclesiarum liberisve eorum, cognatis vel affinibus alienatio sit facta non valet.. *c. 10. q. 2. c.* Hujusmodi. *XVI. qv. 1. C. in canonibus*: Si peregrinis necessitate exigente largitio sit facta, valet. *XVI. qv. I. c.* Possessiones. Servo Ecclesiæ, si quid Episcopus à se manu misso donaverit, valet. Quod probatur & distinguitur. *D. qv. 2. c. Si quos.*

§. 40. Ob æs alienum urgens res Ecclesiastica potest alienari. *C. 10. q. 2. C. 17. q. 4.* 2. In alimoniam pauperum alienatio valet. *C. 12. q. 2.* 3. In fabricam Ecclesiæ donatio facta valet. *C. 17. q. 4.* 4. Propter redemtionem captivorum res Ecclesiæ alienari valent. *C. 10. q. 2. c. 1. Caus. XII. q. 2. &c.*

§. 41. Permutatione quoq; alienari possunt. *c. 1. de reb. Eccles. alien. c. 10. q. 2. Cap. Hoc jus.* Non tamen spirituale cum temporali permutari potest. *C. ult. de rerum permut.*

§. 42. Per Transactionem alienari potest. *C. statuimus. 2. c. Contingit. 3. De transact.*

§. 43. Si Ecclesiæ conditio per alienationem melior sit facta, valet alienatio. *Caus. XII. qv. 2.*

§. 44. Si Episcopus solus alienationi consenserit, non valet.

C. 1. 7

C. 17. q. 4. Sed requiritur Consensus capituli & solenne decretum. *C. 10. q. 2. C. 17. q. 4. Cap. Nullus res.*

§. 45. Reditus & oblationes fidelium in IV. Partes divisæ sunt. Una Episcopo, altera Clericis, Tertia Fabricis, Quarta Pauperibus & Peregrinis. Ut ait *Can. Apost.* 40. *εἰς χρείας ἐπιδεομένων ἀδελφῶν.*

§. 46. *Caus. XII. q. 2. c. 31.* Ex Concil. Toletan. Quatuor istæ Portiones sic dividuntur, ita ut *Prima* Restaurationibus attribuatur, *Secunda*, Clericis, *Tertia* pauperibus, *Quarta* Advenis.

§ 47. *Synod. Ancyr. c. 15.* ἀναβαλέσθαι τὸ κυριακὸν sancit venditum sine consensu Episcopi.

§. 48. *Concil. Aurel. III. c. XXIII.* id. repetit, addens pœnam: Degradetur Communione concessâ, & quod alienatum, ordinatione Episcopi revocetur.

§. 49. Clerici qui documenta Ecclesiæ supprimunt, aut negant, aut avertunt, Damnum illatum Ecclesiæ de propriis facultatibus reddant, sancit *Aurel. Concil. c. 12. q. 2. c. XI.*

§. 50. *Id sancit. Concil. Carth. 1. c. ult.* non licet τοῖς πρεσβυτέροις παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων ἐπισκόπων πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας πιπράσκειν. Nec τοῖς ἐπισκόποις ὑπάρχειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Ita Episcopus Synodi & consensu Presbyterorum & hi Episcopi consensu indigent.

§. 51. Qui oblationes defunctorum retinent & Ecclesiis tradere remorantur, ut infideles sunt ab Ecclesiâ abjiciendi. *Concil. Vasens. 1. cap. IV.*

§. 52. Et *Concil. Agathens. c. IV.*

§. 53. *August. serm. 219. de Temp.* Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas invasit. Dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti.

§. 54. *Hieron. in C. 3. Tit.* Evangelizatorib. Christi in necessariis usibus nolle tribuere, sterilitatis est seipsum condemnare.

§ 55. Præscriptione temporis omnia jura tolli, probat *Gratian. ex Concil. Chalced. Cap. XVII. & sex. Synod. Cap. XXV.*

Ubi *αἱ ἀρχοικικαὶ παροικίαι ἢ αἱ ἐγχώριαι καθ' ἐκκλησίαν ἑκάστην* S. ut alii leg. *ἐπαρχίαι* ei manere decernuntur immobiles, qui eas per XXX. annos gubernavit.

§. 56. Sic & *Gelas. Epist. ad Sir. c. 2.* Si facultates Ecclesiæ nec non Diæceses ab aliquibus possidentur Episcopis jure sibi vendicent, quod tricennalis lex conclusit.

§. 57. *Concil. Tolet. IV. c. 34.* Sicut Diæcesin alienam Tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non adimit. Sic & *Concil. Toletan. IX. c. 8. & III. c. 30. Bracar. II. c. 2. Antiochen. Cap. 21.*

§. 58. De agro Ecclesiastico & manso & mancipiis, & decimis, & oblationibus fidelium nullus quenquam Presbyterum aliquem censum persolvere cogat, ait *Concil. Parisiens. & Meld. c. 63.*

§. 59. *Sic & Concil. Wormac. c. 50.* Presbyteri non de decimis neq; de oblationibus fidelium, non de domib. neq; de atriis, neque de hortis juxta Ecclesiam positis aliquod servitium faciant præter Ecclesiasticum.

§. 60. Episcopi erant supremi Inspectores bonorum. *de quo vid. Tit. Clerici.* & Episcopi.

§. 61. *Justinian. Authent. Constit. CXXIII.* Jubemus ut omnes Episcopi pariter ac Presbyteri non tacito modo sed clarâ voce, quæ à fideli populo exaudiatur, sacram oblationem & Preces in Sancto Baptismo adhibitas celebrent, quo Majore inde Devotione in depromendis DEI laudibus audientium animi efferantur. *Et Innocent. III.* Quoniam in plerisq; partibus intra eandem Civitatem atque Diæcesin, permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub unâ Fide varios ritus ac mores, districtè præcipimus, ut Pontifices ejusmodi civitatum provideant viros idoneos, qui secundum diversitatem rituum & linguarum divina illis officia celebrent & Ecclesiastica Sacramenta eis ministrent.

§. 62. Anno tamen Domini DCCC. Carol. M. ordinem Latinæ Ecclesiæ minis & suppliciis introduxit.

§ 63. *Cantus Ecclesiæ.* In Ecclesiis vetustissimus est Cantus, *Plin. l. X. Epistol.* de Christianis agit, *inquiens:* Solitos esse stato die ante lucem convenire, carmenq; Christo qs. Deo dicere secum invi-

invicem. *Abogard Lugdun. de Vet. Rit. Cavend. in Eccl. inquit*: Sed & reverende Concilia Patrum decernunt, nequaquam Plebejos psalmos in Ecclesiâ decantandos & nihil Poëticè compositum in divinis laudibus usurpandum. *August.* Nolite cantare, nisi quod legistis esse cantandum.

§. 64. *Antiphona.* Respondebat tum cantantibus sacerdotibus populus, quod Paulus 1. *Cor. XIV.* appellat τὸ Ἀμὴν ἐρεῖν. *Euseb. l. 2 c. 17. Hist.* τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελεύτια συνεξηχεῖν. *Justin. M. Apol. II. in fine,* οὗ Sacerdote συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Hoc dicitur P.P. Græcis, Ἀντίφωνα λέγειν *Auson Poeta Christianus*, ut volunt nonnulli;

Consona quum celebrans modulati carmina David,
Et responsuris ferit aëra vocibus AMEN.

Hieron. in Epist. ad Gal. l. 2. Ad similitudinem cœlestis tonitrui reboat AMEN.

§. 65. *Psalmi* etiam in Monasteriis canebantur. *Sulpic. Vit. Martin.* Reliquum noctis hymnis psalmisq; consumitur. Et *Paulinus* docet, jam tum temporis Psalmos ibi decantari solitos:

- - - - - Ocyus omnis
Turba ad consvetos modulamia dulcia psalmos
Advolat & sanctis solatia quærit in hymnis.

Et lib. I. - - - - - Cellamq; replevit
Et sanctas cecinit concors Symphonia voces.

§. 66. *Sigebert. Chron. scribit*: Damasum Papam rogatu Hieronymi Psalterium in Gallicanis Ecclesiis decantari instituisse.

§. 67. *Hinc Dist. 21. Cap. Cleros.* §. *Lector.* Psalmistæ à psalmis canendis vocati, quia canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium.

§. 68. *Dist. 92. Cap Corde præcipitur*: Deo non voce, sed corde cantandum. Nec in tragædorum modum guttur & fauces dulci modulamine linendæ sunt, ut in Ecclesiâ Theatrales moduli audiantur & cantica, sed in timore, in opere, in scientiâ scripturarum.

§. 69. *Ibid. cap.* 2. Cantandi officium Diaconi sibi non usurpent. Et c. III. ibid. Non licet in pulpito psallere aut legere, nisi qui ab Episcopo sunt ordinati.

§. 70. Quin & *c. 9. l. cit.* si quis presbyter aut Diaconus vel quilibet Clericus ad quotidianum psallendi officium matutinis vel vespertinis horis ad Ecclesiam non convenerit, deponatur Clero.

§ 71. *Hilar. in Ps. LXV.* quod Græci dicunt *Ἀντίφωνα λέγειν*, vocat *Responsionem devotæ Concionis.*

§. 72. Notandum seculis prioribus integros cecinisse psalmos Davidicos, donec demum *seculo Vto* in partes secti fuerunt, quæ διάψαλμοι & Διαψάλματα vocârunt. Quæ quidem sectiones jam ante usurpabantur in Legentium commodum, sed in Ecclesiæ officium non erant receptæ. *Hinc Hilar. Ps. 54. & 56. passim.*

§. 73. Diapsalmum & Diapsalma memorat.

§. 74. Et *Optat. Milev. l. 4. citat.* Psalmi XLIV. Diapsalma secundum.

§. 75. *Epiphan. Hær. 64.* vocat διαιρέσεις.

§. 76. *Ambros.* in *officio*, Psalmulos. Sed hi versiculi tantum sunt.

§. 77. *Paulin. vit. Ambros.* Antiphonæ in Ecclesiâ Mediolanensi celebrari primum cæperunt.

§. 78. *Seculo VIto.* Antiphona Græc. Eccles. fuit solennis κύριε ἐλέησον, κύριε εἰσάκουσον, quam populus ad singulas preces præeunte Ministro respondebat.

§. 79. *Marcus Anton. de Domin. l. 7. c. XII. §. 96.* sic censet: Antiphonæ, Responsoria, Versiculi, & similia minuta, quæ, ut puto, cantus & modulationis gratia intermisceri Lectioni solita fuerant, ad tollendum fastidium & fideles alliciendos & in divinis laudibus detinendos, ubi musicæ locus non est, non videntur Necessaria. Impediunt n. cursum piæ & utilis lectionis.

§. 80. In Ecclesiâ Vet. Matutinum hoc fuit officium. *Epiphan. Exp. Fid n. XXIV.* ἑωθινοὶ τε ὕμνοι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διηνεκεῖς γίνονται, καὶ προσευχαὶ ἑωθιναὶ καὶ λυχνικαὶ, ψαλμοί τε

προ

προσευχαί. De Psalmis *Lucernalibus Socrat. l. V. Cap. XXII.* ubi eas appellat Τὰς ἐν ταῖς λυχναψίαις εὐχάς. Additque in Cypro ac Cæsareæ Sabbato & Dominicâ ἀεὶ περὶ ἑσπέραν μετὰ τῆς λυχναψίας τῶν πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους τὰς γραφὰς ἑρμηνεύειν. *Concil Toletan. I. Can IX.* Lucernarium nominat. Vetatque Professas aut Viduas domi suæ antiphonam cum confessore vel servo suo facere absente Episcopo vel presbytero. *Lucernarium* v. nisi in Ecclesiâ non legatur. De nonis & vesperis meminit *Laodic. Can. XVIII. Tertullian. lib. con. Psych. Concil. Agathense Can: XXX.*

§. 81. In vitâ Damasi legitur: Hic constituit, ut diu noctuque psalmi canerentur per omnes Ecclesias. Quod *Adam. à. Contzen* intelligendum docet, non de Primâ institutione, sed quod institui curavit in Ecclesiis istis ubi nondum consveverat.

§. 82. *Chrysost. in Psalm. 41. Homil.* prolixè fructus psallendi percenset. *Concil. Tolet. IV. Can. 2.* Unum orandi & Psallendi retineri jubet. *Concil. Bracarens. Can. X.* Venetum *Can XV. Gerundense can. I. Epaunense Canon. IV. Senense Can. XVII.* Præcipimus, ut in Ecclesiis sint musici cantus distincti ac discreti, moventes cor ad devotionem Compunctionemque.

§. 83. *Concil. Mediolan V.* prolixè describit ritus Rom. Ecclesiæ. *Concil. Basileens. sess. XXI.* statuit sancta Synodus, ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis Ecclesiis horis debitis, laudes divinæ Majestati NON CURSIM ac festinanter, sed tractim & cum pausâ decenti præsertim in medio cujuslibet versiculi psalmorum reverenter ab omnibus persolvantur.

§. 84. Admissi deinde & hymni Virorum Sanctorum. *Concil. Tolet. IV Can. 2.* approbat & recipit: Quia nonnulli hymni humano studio in laudem DEI ac Apostolorum & Martyrum Triumfos compositi esse noscuntur, nullus nostrûm tales ulterius improbat, sed pari modo in Gallicia Hispaniâq; celebrent

§. 85. In hunc finem & Organa concessa. *Concil. Senens.* Provincias inquit: Organorum usum Ecclesia à PP. ad cultum servitiumq; divinum recepit.

§. 86. Græci in Libro Ἄνθος apud *Crusium Turcogr. l. 2.* sic

sic cantus suos dispescunt: Horæ Canonicæ psallendi sunt Matutinæ & vespertinæ. Illæ obeuntur 1. διατὶ ἔναι χρεώςης πᾶσα χριστιανὸς ὄρθρου βαθέως νὰ δοξάσει τ̃ κύριον. Omnis Christianus debet Domino Jesu cantare. 2. Διατὶ αἱ γυναῖκες ἐκεῖναις οἱ μυροφόραις ἦλθον ὄρθρου βαθέως εἰς τὸ μνῆμα. Marc. XVI. Et deniq; 3. διατὶ ὁ κύριος ἀναςήθη ὄρθρου βαθέως λίαν πρωῒ τ̃ νυκτός. quia Christus resurrexit mane.

§. 87. Τὸ ἑσπερινὸν περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν ψάλλεται Circa nonam Vesperi.

§. 88. Inter hæc duo Tempora intercedunt, aliæ *horæ canonicæ*, quib. psallitur, Ut: ἡ πρώτη ὥρα quia ἀρχὴ τ̃ ἡμέρας est ϗ δείχνει μας τὸ φῶς ἐκεῖνο, ὅπου μας ἐχάρισεν ὁ θεὸς, & nos in lucem vitæ æternæ reposuit.

§. 89. ἡ τρίτη. Quia ἐν αὐτῇ ἐκατέβη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τοὺς ἁγίους μαθητὰς καὶ ἐφώτησε τους, quia Sp. S. tunc venit super Apostolos.

§. 90. ἡ ἕκτη, quia tunc τ̃ κύριον ἡμων ἔβαλαν εἰς τ̃ σταυρὸν, Dominus est crucifixus.

§. 91. ἡ ἐννάτη, quia ἐν αὐτῇ ἔδωσε τὸ πνεῦμα ὁ Ιησοῦς, ὁ θεὸς ἡμῶν. Tunc Dominus mortuus est.

§. 92. Post cœnam Τὰ ἀπόδειπνα ψάλλεται. Hoc modo: Διότι μέλλομεν νὰ ὑπάμε νὰ κοιμηθοῦμεν ϗ δίδωμεν ἐυχαριςίαν τῷ θεῷ, διανὰ ςήλει τὸ πανάγιον πνεῦμα, νὰ μᾶς διαφυλάξει ἀπὸ τὰς παγίδας τ̃ πονηροῦ Διαβόλου.

§. 93. Denique τὸ Μεσονυκτικὸν sic canitur. διατὶ εἶπεν ὁ χριςὸς, γρηγορεῖτε ϗ προσεύχεσθε. &c.

§. 94. Habent & cantum Τυπικὰ dictum loco Liturgiæ, qui Liturgiæ præmittitur.

§. 95. Cur Κανὼν ille Cantus dicatur, hanc reddunt rationem, quod ὡς γεωργὸς ἐὰν μὴ δώῃ πλήρη τον κανόνα ἀυτοῦ εἰς

φυλακὴν ἐμβάλλεται, sic & Monachus ἀμελήσας τῦ κανόν☉. &c.

§. 96. *Sidon. l. 4. ep. III. ad Claudian.* meminit Hymni, qui à Claudiano scriptus, in Passione Domini; *Pange lingva gloriosi certaminis.* Id. l. c. ep. XI. affirmat, Eundem Claudianum, Lectiones, responsoria, Hymnos, psalmos, singulis diebus festis aptos in Ecclesiâ decantandos excerpsisse: Hic solennibus annuis paravit, Quæ quo tempore lecta convenirent.

§. 97. Unde patet quam antiqua sit illa consvetudo festalium hymnorum.

C.

CATECHESIS. CATECHUMENI.

§. I.

Κατήχησις. Rudimenta doctrinæ Christianæ. Occurit etiam vox hæc *Actor. IX. 25. Luc. I. 4.* D. Paulus appellat ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων. *2. Tim. I. 13.* Epist. ad *Hebr. c. V. v. 12.* διδαχὴν περὶ τῶν στοιχείων τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. *Cap. 6. v. 1.* λόγον τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ. *Clem. Alex.* ὑποτυπώσεις, *Dionys. Alex.* στοιχειώσεις θεολογικάς. *Origen.* Ἀρχάς. *Lactant.* Institutiones appellat.

§. 2. Magni semper in Ecclesiâ pretii. *Clemens Alex.* Ecclesiæ presbytèr, & mox Pantæni successor, Scholam Ecclesiasticam ibi tenuit & κατηχήσεων Magister fuit, Hieronymus ait.

§. 3. *Id. de Origine*: Alexandriæ dispersa Ecclesia, 18. ætatis suæ anno κατηχήσεως opus aggressus fuit. De Babyla *Episc. Antioch Ann. Chr. CCXLI.* Baron. annotat, quod futurâ sub Decio persecutionem præsagiens, non viros tantùm, sed & pueros, quos Christianæ fidei elementis imbuebat, ad martyrium inflammârit. Euseb. Pamphil. Ep. ad Cæsareens. apud *Socrat.* sic: Sicut ab antecesso-

tecessoribus nostris Episcopis, quum in Catechismo, tùm quando baptisati sumus accepimus & ex SS. didicimus. Et *Cyprianus* Tertullianum nominat Doctorem Audientium. *Joannes Gerson* scribit de neglectu Cathechismi in Epistolâ. De Negligentiâ Praelatorum, & Senex ad pueros Catechisandos se contulit.

§. 4. In Ecclesiâ Veteri apud *Isidor. l. II. c. 20. Offic Eccl.* Tres ordines fuerunt, qui ad Fidem accedebant & οἱ χρείαν ἔχοντες μανθάνειν τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. Primus erat Cathechumenorum, qui & Audientes vocati. Hi per totam Quadragesimam docebantur summam Christianae fidei, ac ante omnia Symbolum Fidei, & Mores Christi Fide dignos. *Burchard. l. IV. c. 8. Gratian. de Consecr. Dist. IV.* Secundò, Competentes, *Isidoro l. 2. c. 21.* dicebantur, qui post Doctrinam Fidei & Vitae ad gratiam Christi percipiendam festinabant, dicti Competentes, i.e. Gratiam Christi petentes. Nam Catechumeni tantum audiebant, non dum petebant. Et de foris audiebant mysteria, needum dicebantur Fideles. Competentes autem jam petebant, accipiebant, imbuebantur Sacramentorum instructione. Tertiò Fideles.

§. 5. Mos fuit pro Catechumenis orare Deum, uti eis desiderium regenerationis inspiret. *Augustin. ep. CVII. Chrysost. 2. Cor. hom. II.* formulam ita depingit: Δεηθῶμεν ἵνα ὁ πανελεήμων καὶ οἰκτίρμων Θεὸς ἐπακούσῃ τῶν δεήσεων αὐτῶν. Oratio autem eorum erat: ὥστε μὴ μεῖναι κατηχουμένους.

§. 6. Arcebantur à mysteriis solenni voce per Diaconos, ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, vel ἔξω περιπατεῖτε, ὅσοι ἐνεργούμενοι, ὅσοι ἀμύητοι.

§. 7. Lectionibus S. Scripturae & precibus certis poterant interesse, Catechumeni & alii non initiati, post illas jubebantur exire, nec licebat illis interesse Communioni. Ideò vox solennis erat, Ἄφεσις Missa. Haec erat vel Catechumenorum ante Mysteria, vel post illa Fidelium, quae appellatur εὐχὴ ἀπολυτικὴ. *Ambros. Ep. XIII.* Post Lectiones atq; tractatum dimissis Catechumenis.

§. 8. Erant & nonnulla interiora Doctrinae, quae Catechume-

chumenis non aperiebant, ea dicta sunt Ἀπόῤῥητα. Contraria, ἔκφορα. *Basil. ad Amphil. c. 27.* δόγματα appellat, τὰ δόγματα σιωπᾶται, τὰ δὲ κηρύγματα (ἔκφορα aliis) δημοσιεύεται. *Nazianz. Orat XVII:* μὴ δὲ ἔκφορα τοῖς ἔξω τὰ πολλὰ τῶν ἡμετέρων μυστηρίων εἶναι. Hinc illa PP formulæ in mentione Sacramentorum, ἴσασιν οἱ μεμυημένοι *Chrysost. Homil. XXVII. in Genes.* & *Ps. CXL.* ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι. Et *homil. XL. in 1. Cor. XV.* apperte dicit: βούλομαι μὲν σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν, οὐ τολμῶ δὲ διὰ τοὺς ἀμυήτους· οὗτοι ἀναγκάζοντες ἢ μὴ λέγειν σαφῶς, ἢ εἰς αὐτοὺς ἐκφέρειν τὰ ἀπόῤῥητα.

§. 9. *Cyrill.* Προκατηχ. ait. Catechumenos, quibus fas non est mysteria adire, περιηχεῖσθαι, Facti verò Fideles dicuntur, ἐνηχεῖσθαι. Eosque ponit inter τοὺς ἔξω. *Gaudent Tract.* 2. Modò ea solum de Lectione carpenda sunt, quæ præsentibus Catechumenis explanari non possunt. *Augustin. l X. de Civ. D. c. VI. & Ps. XXXIX & CIX. & Joann. XXVI. & XI.* Omnes Catechumeni jam credunt in nomine Christi, sed JESUS non se credit eis. Et mox: Interrogemus Catechumenum; Manducasne Carnem Filii hominis? Nescit quid dicimus.

§. 10. Hi baptizandi nomina sua profitebantur. *Concil. IV. Carth. Can XXCV. Augustin. Epist. CLV.* Ut verò profectus illorum sciretur, instituta sunt.

§. 11. SCRUTINIA. *Rupert. l. IV. Off. Div. C XVII.* ait fuisse perscrutationem illorum, qui accedebant, ne sancta illis darentur, nisi priùs probè informatis. Peractis VII. Scrutiniis ad Baptismum citabantur Paschate. *Basil. M.* de Bapt. & cervice humilitatâ in humilitate pedum cum cilicio in Ecclesiæ conspectum producebantur. *Augustin. l. 2. de symbol. Cap. 2.*

§. 12. *Ambros. c. IV.* De his qui myst. initiantur. Et Augustin. de Cathechiz. rudib. & Tertullian, de Resurr. scribunt; Cruce olim Catechumenos signatos.

§. 13. MISSA *Isidor. l. VI.* Etym. Missa tempore Sacrificii est, quando Catechumeni foràs mittuntur, clamante Levitâ: Si qvis Catechumenus remansit, EXEAT FORAS. Et

L inde

inde Missa, quia Sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum initiati, & regenerati noscuntur. Missa Fidelium Græc. ἀπόλυσις dicitur, & erat Sacrificium Corporis Christi, quo finito, dicebatur: ITE MISSA EST.

§. 14. Cæterùm ut στοιχεῖα illa Christianismi melius & compendiosius discerentur, compositum estSymbolum illud, quod Apostolicum dicimus. Hoc in priscâ Ecclesiâ Catechumeni & Competentes, docebantur, quod ubi didicissent & intellexissent, ad baptismum admissi sunt, & πιστοὶ & Fideles dicti ac habiti.

§. 15 *Augustin. serm. 1. de Symb. ad Catechumen.* Regulam Fidei, & Tertull. de Præscript. *c. XIII.* itidem: Sed Novatianus de *Trinit. l. & cap. IX.* Regulam Veritatis, vocant.

§. 16. Verba *Augustin. l. cit.* sunt: Accipite filii regulam fidei, quod Symbolum dicitur. Et mox: Ista verba, quæ audistis, per divinas Scripturas sparsa sunt, sed inde collecta & ad Unum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret.

§. 17. Et *Homil. XLII.* Symbolum reddidistis, quo Breviter comprehensa continetur Fides. Et *de Temp. serm. CXV.* Symbolum, quod vobis tradituri sumus, comprehensio est Fidei nostræ atque Perfectio, simplex, breve, plenum, ut simplicitas consulat audientium ruditati, brevitas memoriæ, plenitudo doctrinæ.

§. 18. Porro Symbolo hoc percepto subjungebatur Oratio Domini. *Augusi. de Temp. serm. CXXXV.* Reddidistis quod creditis, audivistis, quod Oretis; Nam quomodo invocare possetis, in quem non credidistis? Ideò prius Symbolum didicistis, ubi est regula Fidei vestræ.

§. 19. *Maximus Taurin. Exposit. Symb.* claudit: Hoc est Symbolum, cujus signaculo fideles ab infidelibus secernuntur, cujus veritas unumquemq; credentem efficit Christianum.

§. 20. In quibusdam Ecclesiis Græcis imò in plurimis, primâ die dicebantur χριστιανοὶ, quâ crediderant & se credere professi erant. 2. Postero die in Κατηχουμένων ordine censebantur. 3. Tertiò exorcisabantur & insufflabantur. 4. Tunc manebant diu inter Catechumenos audientes scripturas. 5. Postremò baptisabantur.

tur. 6. Cum baptiſmo ſimul comprendebatur χρίσμα, qui erat illius ultimus actus. In Occidente ſimiliter Primâ credendi profeſſione Chriſtiani fiebant, *quam Concil. Elib. Canon. XLII.* appellat Fidem primam credulitatis. *Verba ſunt*: Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, ſi bonæ fuerint converſationis intra biennium placuit ad Baptiſmi gratiam admitti debere. 7. Simul impoſitione manuum qs Ευλογία recipiebantur inter Catechumenos, & Chriſtiani tum demũ incipiebant dicit Concil. cit. can. 44. Qui aliquando fuerit Catechumenus & per infinita tempora nunquam ad Eccleſiam acceſſerit, ſi eum de Clero quisq; cognoverit eſſe Chriſtianum, aut teſtes extiterint fideles, placuit ei Baptiſmum non negari. 8. Cum Chriſtiani hoc modo fierent & hoc nomen mererentur ex primâ Confeſſione, tunc Manuum impoſitione etiam benedicebantur. *Sulpic. vit. Mart.* Cunctos impoſita univerſis manu Catechumenos fecit. *Concil. Eliberit. ait*: Gentiles, ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliquâ parte vita honeſta, placuit eis Manum imponi & fieri Chriſtianos.

§. 21. *Conc. Arelat. Can. VI.* De his, qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his Manum imponi. Quod non capiendum de Confirmatione in baptiſmo, de quâ *Tit. de Baptiſmo.* Non enim confirmabantur priusquam baptiſati eſſent. Primâ impoſitione Manuum dicebantur CHRISTIANI, ante baptiſmum. Ultimâ quâ perficiebantur poſt baptiſmum FIDELES ac JUSTI. Unde & in vett. Conciliis Fidelis dicitur baptizatus. Hinc in *Can. VIII. Conc. Elib.* CHRISTIANUS & FIDELIS ita diſtinguuntur: Chriſtianus eſt Catechumenus, qui ad fidem accedens Manuum impoſitione primâ meruit fieri Chriſtianus. FIDELIS, qui integrum ſuum baptiſmum acceperat & χειροθεσίᾳ confirmatus.

§. 22. Ibid. *Can. 10.* Catechumenus & Fidelis opponuntur.

§. 23. *Concil. Aquisgran. cap. 5.* morem τῶν κατηχήσεως ſic depingit: Primò docet presbyterorum eſſe curam gerere Catechumenorum, ne poſt acceptum baptiſma ſine manus impoſitione Epiſcopi permaneat; deinde, ut imbuantur ſcire Orationem dominicam & Symbolum.

§. 24. Unde diſcimus, poſt Baptiſmum χειροθεσίαν ſequutam

quutam esse ; tunc discendum fuisse Cathecumenis Symbolum Apostolicum & Orationem Dominicam.

§. 25. *Concil. Bracar. II. c. 1.* idem sic docet: Ante XX. dies Baptismi ad purgationem exorcismi concurrant Catechumeni, in quibus XX. diebus omnino Catechumeni Symbolum, quod est Credo in Deum Patrem Omnipot. specialiter doceantur. Sic ibid.

§. 26. Neq; statim tyronibus legebantur libri Biblici. *Dionys. de divin. Nom. c. 4.* vocat, Τὰς τ̃ λογίων προποαγωγάς. Ubi τὰ λόγια *Canonica Scripta* nominat & difficiliora. Προποαγωγὰς verò, *Librum sapientiæ & Syracidem.* Ita in Ecclesiâ Orientali tunc præparari & excoli solebant hisce libris Cetechumeni. *Athanas. in Synopsi:* pariter id affirmat, & *Epist. XXXIX.* inquit: Alii sunt libri ἀκανόνιςοι, qui solent legi iis, qui volunt pietatis rudimentis informari.

CANONES. CANON.

§. 1. KAνὼν vox Græca est, notans *Regulam* directricem, juxta quam actio aliqua instituitur. Usu factum est, ut Ecclesiasticis constitutionibus peculiariter id nominis imponeretur; Metaphorâ sumtâ ab *architectis & Agrimensoribus*, qui κανόνα vocant Perpendiculum s. amussim suam. In scriptura Sacra occurrit 2. Cor. X. v. 16. Galat. c. 6. v. 16. Philipp. c. III. v. 16. §. Hinc porrò translatum est ad Decreta Ecclesiæ, quæ Prisci Patres κανόνας vel regulas appellant. Ut augustiori vocabulo statuta majorum piis commendarentur, ac consesus fidelium ostenderetur. §. *Distinct. III.* Ecclesiastica Constitutio Canonis nomine censetur. §. *Isidorus Etymo. lib. 6. cap. 16.* Canon *Græcè, Latinè* Regula nuncupatur, Regula verò dicta est eò, quòd rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit. §. Distinctionis gratia statuta talia Ecclesiastica appellantur *Canones sacri*, ut à politicis legibus secernerentur.

§. 2. Quæ circà promulgationem Canonum præcipuè sint observanda, sic complectitur *D. Meisnerus De Leg. l. 4. sect. 2.*

Qu. 4.

Qu. 4. *Primò*, Canones non sunt æquiparandi Præceptis Dei, nec per illos ligari debent Conscientiæ. *Secundò*, Canones non sunt obtrudendi pro legibus perpetuis & planè immutabilibus. *Tertiò*, Canones non sint Verbo Dei contrarii, ne per eos vel vera Fides, vel recta Deum colendi ratio impediatur. *Quartò*, Canones non sint otiosi, sed utiles. *Quintò*, Canones non sint Christianis onerosi. Sicut *August. ep. 119.* cærimonias comparat Pampinis, quorum quidem est uvas ornare & juvare, si autem nimium crescant, uvasq; supprimant, præcindi solent.

§. 3. Possumus argumentum hoc commodè dispescere 1. in *Sacrum.* 2. in *Apostolicum.* 3. in *Pœnitentiale.* Ad Sacrum pertinet *Canon Scripturæ.* Ad Apostolicum, *Canones Apostolorum.* Ad Tertium, *Canones Pœnitentiales s. Disciplinares.*

§. 4. Ad *Primum.* Dicitur apud Scriptores Ecclesiasticos *Canon* s. Scriptura Canonica, ad discernendum verum à falso, docente *Aristotel. l. 1. c. ult. de Anim.* Τῷ εὐθεῖ καὶ αὐτὸ, καὶ τὸ καμπύλον γινώσκομεν κριτὴς γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανών. Ubi regula dicitur etiam JUDEX. Quò faciunt loca scripturæ. Ps. XIX. v. 9. Eccles. c. 12. v. 12. כתוב ישר Scriptum rectitudinis. *Deut. 5. v. 58 Galat. 6. v. 16.* §. Sic *Iren. l. 4. c. 69.* scripturam dicit esse κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ. *Chrysost. Homil. XIII. in 2. Cor.* ἀκριβῆ ζυγὸν ἁπάντων καὶ γνώμενα καὶ κανόνα. À *Basilio Epist. ad Eustath.* appellatur, Νόμος καὶ κανὼν τοῦ ὀρθοῦ λόγου. Ab *Augustino l. 2. c. 6. de Bapt. Contr. Donat.* vocatur *Statera.*

§. 5. Κανὼν etiam denotat Catalogum s. Numerum aliquarum rerum. Unde *Canones Chronici*, dicuntur certæ regulæ ad quas supputatio fieri debet. Sic *Synod. Laodic. Can. 24* vocatur, κανὼν, Ἐκκλησιαστικὴ τάξις, i. e. Catalogus eorum, qui in Ecclesiis munere aliquo fungebantur. §. Solebat etiam fidelium Episcoporum & Martyrum Catalogus κανὼν dici, unde posterioribus fortè seculis Canonisati fuerunt dicti, quorum memoria publico Ecclesiæ consensu celebrabatur. Κανὼν autem pro Catalogo ponitur, quia Catalogus certa est regula ad dignoscendos

dos illos, qui in eo recensebantur. Inde *Canon* scripturæ dicitur, Catalogus librorum, qui pro fidei regula haberi debent.

§. 6. *Varinus* sic definit: Κανὼν μέτρον ἐστὶ ἀδιάψευστον πᾶσαν πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν μηδαμῶς ἐπιδεχόμενον, Id *Augustin. l. 2. contr. Creßon. cap. 31.* sic exponit: Non sine causa tàm salubri vigilantia Canon Ecclesiasticus est constitutus, ad quem certi Prophetarum & Apostolorum libri pertineant, quos omninò Judicare non debeamus, at secundum quos de cæteris libris vel fidelium vel infidelium judicamus.

§. 7. Duplex à Vet. Eccl. Canon fuit observatus, *Proprius* & *Æquivocus*. August. de C. D. 18. 36. Athanasio in Synopsi dicitur, πρωτοκάνων, & Δευτεροκάνων. Istius conditiones duæ sunt inseparabiles. (1.) quod veritatem divinam complectitur divinitus *Materia* & *forma* (2.) quod autoritate divina est publicè Ecclesiæ datus & sanctificatus sit Canon & regula ipsius. *Isid. jren l. III. Præfat.* §. Hic habet τὸ αὐτόπιστον propriè, & obligat Fidem, nec ab Ecclesiâ definitus, sed à Deo ipso traditus & obsignatus est, ut latè demonstrat *D. Hütterus l. c. p.* 14.

§. 8. Alterius Canonis Æquivoci conditiones sunt diversæ: (1.) Quædam Humano modo & instituto sunt partes illius, quas non exhibuit Deus. (2.) Hinc ille Canon *Humanus* est vel *Ecclesiasticus*, tùm ex Libris divini Canonis constans, tùm aliis, quos ab Hominibus scriptos Ecclesia putavit accenseri oportere, perq; manus accepit, autoritate item Humana consecravit, non tamen eâdem autoritate habuit, quæ illos, qui ipso à Deo in divino Canone sunt consecrati.

§. 9. Vel sic: Alius est *Canon Fidej*, Alius, *Lectionis Ecclesiasticæ*. §. Rursum aliis sic dividitur: *Vetus* & *Novus*. Ille, qui olim ante Christum soli Ebræorum Ecclesiæ Ebrajcæ Mosis Pentateucho fuit plenè constitutus, ac *primò propositus*; Deinde Prophetarum sequentium scriptis Canoni insertis, *Clarius expositus*, appellatur *Luc. 19.* Moses & Prophetæ *Matth. 26.* Scripturæ Prophetarum, *2. Petr. 1.* Propheticus Sermo. Qui Canon ab objecto suo, Ebræorum Ecclesia, Canon Ebræorum dici solet *Rom. c. III. v. 2.* Lex & Vetus Testamentum *Rom. 5, 19.* §. Novus

vus verò Canon est, qui ex Veteri, & ultimo ejus Auctario, scriptis Evangelistarum & Apostolorum completus est. *Ephes. c. 2. v. 21. Johann. 20. v. 31.* Diciturq; *Evangelium* & *Testamentum Novum.* De hoc Regula est: Constitutio Canonis autorem habet ipsum Deum, qui tamen non immediatè, sed mediatè illum constituit, per Ecclesiam, non tamen quamlibet, sed eam tantùm, quæ fuit illis temporibus, quibus scriptores Canonici in carne vixerunt, non modò vicina, sed proprio planè ac σύγχρονος *Deut. 31. v. 26. 1. Johann. c. 1. v. 1. & 2. Thess. III. v. 17.* Augustin. l. 10. c. 5. contr. Manich. ait: Distincta est à posteriorum Libris excellentia Canonicæ auctoritatis V. & N. Testamenti, quæ Apostolorum confirmatæ temporibus tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui inserviat omnis fidelis & pius intellectus.

§. 10. Non solent à Veteribus Patribus libri Biblici eodem modo distingui. Pleriq; cum D. Hieronymo discernunt in *Canonicos* & *Apocryphos*; at Eusebius l. III. cap. III. & XXV. Histor. Eccl. tres ordines facit, quorum *Primus* est eorum, qui sine ulla contradictione, omniumque consensu ad Testamentum pertinent. vocat ἀναμφιλέκτως διαθήκης. καὶ ὁμολογουμένας γραφάς. 2. *secundus* illorum, quibus quidem contradicitur, noti tamen sunt multis. Hos appellat ἀντιλεγομένους, γνωρίμους δ᾽ οὖν ὅμως τοῖς πολλοῖς. Quos inter numerat *Epistolam Jacobi, Posteriorem Petri, Duas posteriores Joannis, Epistolam Judæ & Apocalypsin Joannis.* Tertius est τῶν Νόθων, adulterinorum, quales sunt, *Acta Pauli, Hermæ liber, Apocalypsis Petri.* &c.

§. 11. Nonnunquam *Apocryphorum* voce Patres bifariam utuntur, tùm respectu Biblicorum librorum, ut vulgò sumi solet, tùm respectu aliorum scriptorum suppositorum, de quibus *vid. Tit. Apostoli.* Ita *Augustinus* etsi duos tantùm facit Librorum ordines, *Canonicum & Apocryphum*, tamen subinde sub *Canonicis* alibi respectu illorum, qui suppositi sunt, complectitur omnes Biblicos, simul sumtis iis, qui inter illos aliàs dicuntur nobis *Apocryphi.* Confer *Lib. II. c. 18. de Doctr. Christian.* & *l. 2. cap. XXIII. Contr. ep. Gaudent.* & *lib. 15. c. 23. de Civ. Dei.*

§. 12. Huc

§. 12. Huc pertinet, quòd voce *Sacrorum Scriptorum* itidem abutantur Veteres. e. gr. Quando Gratianus, Epistolas Decretales vocat *Scripturas sacras.* Concil. Toletan. XI. Can. 1. librum *sapientiæ* vocat, Scripturam Sacram. *Hieron Præfat. in Judith.* scribit, Nicenam Synodum Librum Judith in *sacris* numeràsse.
§. Sic quoque *Canonici* libri dupliciter sumuntur apud *Veteres*, vel laxè, pro Canone Ecclesiasticæ Lectionis in *Concil. Carthag. III.* & Augustinus, ut ante dictum, consvevit: vel *strictè*, pro Canone Fidei. e. gr. quando Hieronymus negat, omnes ad Canonem pertinere *Cajetanus ad Cap. 10. Esther* annotat: Ne turberis novitie, si alicubi repereris libros istos (*Judith, Tobiam &c.*) inter Canonicos supputari vel in Conciliis vel in Doctoribus. Nam ad Hieronymi limam reducenda sunt tam Conciliorum, quàm Doctorum verba, & juxtà ejus sententiam libri illi, & si qui alii in Canone Biblico similes, non sunt Canonici, i. e. regulares ad firmanda ea, quæ sunt Fidei, possunt tamen dici Canonici i. e. regulares ad ædificationem fidelium, ut pote in Canonem Biblicum *ad Hoc* recepti.

§. 13. Occurit & in antiquis distinctio talis. Libri Ἐνδιάθηκοι dicuntur, qui ad arcâ Ecclesiasticam admittebantur, ἀπόκρυφοι verò, qui aberant à sacrâ Cryptâ, οἱ ἄπεισιν ἁγίας κρύπτης, ut loquitur *Damascen. de F. O l. 4. c. 18.* & *Epiphanius Hæres. 8.* In veteri quippe Test. libri Sacri, qui in Canonem referendi erant, deponebantur in Templo *ad latus Arcæ Federis*, ut asservarentur ceu norma fidei & vitæ. Deut. 31. v. 26. 1. Sam. 10 v 25. §. Unde de libro Enoch pronunciat *Augustin. l. 15. c. 23. de C. D.* quod non fuerit in illo Canone, qui in Templo servabatur succedentium diligentia Sacerdotum. Et inde appellati sunt Ἐνδιάθηκοι, quibus oppositi αἱ ἀπόκρυφοι.

§. 14. Regula est: *Canon Veteris Ecclesiæ Judaicæ in recensione librorum V. T. est sequendus. Et libri, qui non sunt in Veteri Canone Ebræorum à primitiva Ecclesia Christiana nunquam fuerunt pro verè Canonicis habiti, nec porò haberi potuerint.* Confirmant Euseb. l. 4. cap. 26. Origines in Ps. 1. & l. 6. c. 18. Cyprianus

prianus in Exposit, Symbol. Hieronym. in Prologo Galeato. Athanas. in synopsi & Natianzenus de Libris genuinis. Et August. Serm. 129. de Temp. sic censet: *Siquis aliquas scripturas, præter eas, quas Catholica Ecclesia receperit, vel in autoritate habendas esse crediderit, vel fuerit veneratus, Anathema sit.* §. Josephus lib. I. contr. Appion. scribit, A Mose ad Artaxerxem tantùm esse XXII. Libros Canonicos, & qui post Artaxerxem compositi, non esse Canonicos. §. Repetit idem Eusebius & approbat *l. III. Hist. Eccl. cap. X.* & Hieron. in Prol. Gal. ait: Quando XXII. elementa sunt, per quæ scribimus Ebraicis omne quod loquimur, Ita XXII. volumina supputantur, quibus quasi litteris & exordiis tenera & lactens viri justi erudiatur infantia. §. Tùm enumerat eo ordine, quo apud nos extant, Libros Canonicos, addens de cæteris, quos nos vocamus Apocryphos: *Quòd non sint in Canone.*

§. 15. Antiquissimus in N. T. primitiva Ecclesia occurit Episcopus Sardensis *Melito*, qui ideô in Orientem est profectus, ut de ordine & numero Librorum certò cognosceret, Teste *Eusebio l. 4 cap. 25.* Is in epistola ad fratrem Onesimum ait, *V. T. Libros Canonicos se diligenter inquisivisse, reperisse autem nullos alios, præter eos, qui hodieq; in Codice Ebræo inveniuntur.* A. C. 170. §. ubi Nota, in Canone Melitonis librum *Esther* non comparere, quia antiquitus sub *Esdra* comprehendebatur, ut testatur *Isidor l. 6. c. 2. Originum.* Similiter, *Librum sapientiæ* allegat, sed intelligit *Proverbia Salomonis*, ceu legunt *Codd. nonnulli,* Σολομῶντος παροιμίαι, ἢ Σοφία. *Nicephor. l. 4. c. 10. Constitut. Clem. l. 1. c. 10. Eusebius l. 4. c. 21.* ait. οὐ μόνος δὲ οὗτος, ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρχαίων χορὸς, πανάρετον Σοφίαν τὰς Σολομῶντος παροιμίας ἐκάλουν. i. e. *Irenæus & universus veterum chorus Salomonis Parabolas, sapientiam omnigenam vocitârunt.* De quo copiosè ut & de toto hoc Argumento differentem adi *Joann. Rainoldum in Tom. I. Apocryph.*

§. 16. Falsissimũ est, quod scribit *Becanus Theol. Schol. Part. II. Tom. 2. Tract. I. cap. III.* Primum qui legitimè definivit, quinam libri pro Canonicis habendi essent vel non habendi, fuisse Innocentium Papam circà A. C. 402. *At Augustin. l. II. c. 5. contr. Faustum:*

 Apostolo-

Apostolorû confirmata temporibus per SuccessionesEpiscoporum & propagationes Ecclesiarum tanquam in sede sublimi constituta.

§. 17. *Concil. Laodicenum* circà A. C. 364. Canon. 59. sic statuit: Non oportet libros in Ecclesiis, qui sunt extrà Canonem, legere, nisi solos Canonicos Veteris & Novi Testamenti; Quæ autem oporteat legi, & in autoritatem recipi hæc sunt: *Libri Quinq; Mosis, Josua, Judicum, Ruth, Regum libb. 4. Paralipomenων libri duo, Esdræ liber, Psalmi 150. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Job, Esther, Duodecim Prophetæ minores, Quatuor Majores.*

§. 18. Concilium Constantinop. VI. in Trullo *A. C. 680.* quod in *Dist. 16. c. Sexta.* Vocatur *Synodus universalis*, Confirmat & approbat Synodi Laodicensis Canones. §. *Athanasius*, Omnibus Christianis determinata & in certum Canonem redacta esse volumina θεόπνευστα, *Cyrillus Hierosolymitanus*, Illius Canonis terminos *dixit*, Ecclesiæ terminos. §. Sic *Melito* Canonem istum propagavit per Asiam Majorem, *Laodiceni* P. P. per Asiam Minorem, *Trullani* per Orientem & Occidentem, in Palæstinâ *Eusebius l. 4. c. 26.* & *Cyrillus*, in insulâ Cypro, *Epiphanius Hæres. VIII. T. I.* in Cappadocia, *Nazianzenus l. cit. supra*, in Lycaonia, *Amphilochius*, Alexandriæ, *Origenes* & *Athanasius in Synopsi*, in Africa, *Junilius*, in Mesopotamia, *Doctores Nisibetani*, in Aquitania, *Hilarius Præfat. in Psalm.* in Dalmatia, Pannonia & alibi *D. Hieronymus*, in Germaniâ *Rabanus Maurus*, in Hispania, Isidorus, in Italia, Hugo & Cajetanus, alii. §. in Græcia hodiernâ idem Canon valet, ut testatur Metrophanes Critopulus Epit. Confess. apud *Cl. Horn. Disp. 2. de Canon. Scriptur.*

§. 19. Si placet per secula numerare, exhibet Catalogum luculentum *D. Calovius Tom. II. in A. C. 262.* Seculo primo, Christus ipse Scripturam Canonicam V. T. definit per Mosen, Psalmos & Prophetas, *Luc. 24. v. 44.* Seculo II. Melitonis Canon *ad Onesimum* nobiscum sentit. *Seculo III.* Origenes apud *Euseb. l. 6. c. 24. Hist. Eccl.* Seculo Quarto, *Athanasius in Synops.* οὐκ ἀόριστα δὲ ἀλλὰ μᾶλλον ὡρισμένα καὶ κεκανονισμένα ἔχει τὰ βιβλία, Canonem mox subdit, nostro parem Apocryphos vocans.

cans, *Non-Canonicos*, qui tantum Catechumenis legantur. Librum *Esther* reponit extrà Canonem, propter temerarias lacinias additionum, ait *Sixtus Senensis*. Eusebius *l. 6. c. 12.* idem nobiscum sentit. *Cyrillus* Catech. 4. sic censet: Hos ergò XXII. libros lege, cum Apocryphis verò nihil habe negocii. Has tantùm studiosè meditare scripturas, quas in Ecclesia confidenter legimus. Multò prudentiores Te & religiosiores fuerunt Apostoli & primi Episcopi, qui nobis eas tradiderunt, Tu igitur cum sis filius Ecclesiæ, non transgrediaris illius terminos. *Epiphanius l. de pond. & Mensur.* ait, Judæos ad Ptolemæum misisse libros XXII. quos recenset, cæteros in Canonem non referri docet. *Nazianzenus lib. de libb. genuinis*, enarrat libros XXII. reliquos ait esse *οὐκ ἐν γνησίοις*. *Hilarius Pictav. Præfat. in Psalm.* inquit, Legem V.T. in XXII. libros deputari, quos & recenset. *Hieronymus Præfat. in Libros Regum*, Catalogum nostro similem texit, inquiens: *Quicquid extra hos est, inter Apocrypha esse ponendum Cyprianus, Ruffinus, Junilius, Philastrius.* Seculo sexto, *Leontius* Byzantinus *lib. de sectis* ait. 2. Septimo, *Isidorus* Hispalensis *de offic. Eccles.* ait. Vetus Test. ab Esdra constitutum esse in XXII. libros. Octavo, *Damascenus* de O. F. l. 4. cap. 18. Nono, *Strabo* Fuldensis & *Rabanus* Maurus, De institut. Cleric. cap. 54. asserit, *Totum V. T. ab Esdra in XXII libros esse distributum.* Decimo, *Radulfus* Flaviacensis *l. 14. in Levitic. cap. 1.* ait, Apocryphos auctoritatem non habere, tamen ad instructionem Ecclesiæ legi. Undecimo, *Nicephorus* Callistus ait, Τῆς μὲν παλαιᾶς εἰσιν εἴκοσι δύο. Duodecimo, *Richardus de S. Victore l. 2. except. cap. 9.* asserit, *Tantum XXII. esse libros veteris Testamenti. Libros verò controversos* legi quidem, sed non scribi in Canone. Sic & *Petrus Cluniacens. l. 1. ep. 2.* ait, Aprocryphos *ad sublimem Canonicorum dignitatem pervenire non meruisse*. Decimo Tertio, *Hugo Carensis Prologo in Josuam.* Decimo Quarto, N. *Lyranus* Præfat. in Tobiam, & alii. Decimo Quinto, *Alfonsus Tostatus in Cap. 1. Matth.* Decimo Sexto, Ximenius, Cajetanus, *Clicstoveus Comment. in Damascen. l 4.* alii. §. Adi Hütter. Loc. Comm. p. 19. 20. prolixiùs.

§. 20. *Concilium Carthaginense III.* cui Augustinus interfuit, Canon. 47. nonnullos libros controversos recipit ceu *Canonicos.* Sed hic tenendum, Concilium illud, quod & *Augustinus* nonnunquam facit, voce *Canonici* abuti in comparatione ad eos quos *Augustinus* vocat, adulterinos, mendaces, & fabulosos *c. 25. Qu. in Numer.* De quo vid *suprà initio.*

§. 21. *Hieron. Præfat. in Judith* ait: Hunc librum Synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse. §. idem *in Proverb. Præfat.* ait. Ecclesia Judith, Tobiæ & Maccab. libb. legit quidem, sed inter Canonicas scripturas non recipit. Vide *Rivet. Isagog. ad script. sacr. cap. 7. ex professo.*

CANONES APOSTOLORUM.

§. 1. Tom. 1. *concil.* & in *Clem. Romano* extant 84. Aphorismi, qui dicuntur, *Canones Apostolorum.* Hosce asserunt Pontificii ab ipsis Apostolis ante dispersionem eorum in Mundum congestos, à Clemente autem Romano in ordinem esse redactos. Unde Sixt. Senens. l. 2. autoritatem eorum vocat *receptam & indubitatam.* §. Sed falso. Nam Gelasius cum 70. Episcopis cap. *Sancta Dist. XV.* ait. *Liber Canonum Apostolorum est Apocryphus.* Et Isidorus *Dist. XVI. c Canones* inquit: Canones, qui dicuntur Apostolorum, ab Hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab autoritate Canonum constat esse remota, atq; inter Apocrypha deputata.

§. 2. De numero itidem nihil certi constat. *Gratian. Dist. 16.* inquit: Apostolorum Canones sunt quinquaginta. *c. sexag. Dist. Ead.* ait ex Ep. 1. Zepserini; Sexaginta sententias Apostoli præscripserunt, quas servandas esse censuerunt. C. *placuit dist. ead. ex 6. Synod. c. 2.* iterum variat inquiens: Placuit huic Sanctæ Synodo, ut à modo confirmata & rata sint Canonum Apostolorum 85. Capitula. §. Unde patet, in quibusdam *Quinquaginta*, aliis *sexaginta,* Aliis rursum, Octoginta Quinque Canones numerari. (2.) Ante *Synodum VI. Trullanam* A. C. 681. Capitula ista 85.

aut

aut non omnia, aut nulla rata fuisse. §. Ita in Edit. Concil. Colon. *A. C. 1530.* habentur Canones 50. In Edit. Crabbiana *A. C. 1551.* & L. Surii *A. C. 1567.* & Sever. Binii *A. C. 606.* habentur Canones 84. qui olim divisi erant in 85. ut suprà *in VI. Synodo* adducuntur. §. *Baron. A. C. 51. n. 22.* & *Bellarm. l. 2. c. 27. de P. R.* approbant tantum 50. priores. Vide ante omnia *Baron. A. C. 102. n. 14. n. 15. n. 16.* prolixè.

§. 3. *D. Meisnerus de legibus l. 4. sect. 2. Qu. 5. Memb. 1.* Supposititios esse demonstrat (1.) *à Silentio Evangelistæ Lucæ.* Nam si Apostoli Canones illos conscripsissent, Lucas non tacuisset. (2.) *A. Judicio priscæ Ecclesiæ.* Nam neque à Justino, nec Irenæo, Clemente, Origene, Eusebio, Ambrosio &c. inter authentica Apostolorum scripta sunt relati. (3.) A *praxi Eccles. Romanæ.* Nam in ipsâ plurimi eorum violantur. *Canoni 6.* contradicit *Sess. XXIV.* Tridentina. Canoni 9. *Synod. Trid.* de Missa. Medina l. 5. de Hom. Sacr. Contin. Cap. 105. ait: *Ex Canonibus Apostolicis vix sex aut octo Ecclesia Latina observat.* (4.) Ab *incertitudine numeri.* De quo *supra.* (5.) A *testimonio quorundam Pontificiorum.* Ut sunt: Baronius ad *A. C. 102. n. 14.* Bellarminus l. 2. c. 27. De R. P, Binius Tom. I. Concil. in Notis Lindanus l. III. Panopl. cap. 3. alii, qui rejiciunt ex illis, quos lubet. (6.) Ab *argumento & Materia Canonum.* Nam (1.) *Multa* in iis præcipiuntur, de ejusmodi rebus, quæ tempore Apostolorum prorsus fuerunt ignotæ. e. gr. de oblatione super altari, de Paschate celebrando ante æquinoctium Vernum, de Clericis & Laicis, De vasis sacris aureis & argenteis. &c. (2.) *Sunt ibi* nonnulla, quæ scripturæ Canonicæ sunt contraria e. gr. quando damnat secundas Nuptias, & alligat conscientias ad jejunium feriæ quartæ. (3.) *Quidam Canones* præscribunt Contraria, e. gr. Alii damnant Nuptias sacerdotum, alii admittunt &c. (4.) Plerique demùm in Conciliis longè pòst habitis, ceu Antiocheno, Niceno, tanquam prorsus nova decreta prodierunt, & à Patribus, non ut Apostolorum Canones, sed ut Synodorum allegantur.

§. 4. Sunt autem ipsi Canones sequentes. (1.) Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur. (2.) Presbyter ab uno Episco-

Episcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. (3.) si quis Episcopus aut Presbyter præter ordinationem Domini, alia quædam in sacrificio offerat super altare. i. e. mel aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta, aut volatilia, aut animalia, aut legumina, contrà constitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur. (4.) Offerre non liceat præter novas spicas & uvas & oleum ad luminaria & thymiama, id est incensum tempore quo Sancta celebratur oblatio. (5.) Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Episcopo & Presbyteris dirigantur: Non offerantur in altari. Certum est autem quod Episcopi & Presbyteri dividant & diaconis & reliquis Clericis. (6.) Episcopus autem presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abjiciat: Si vero rejecerit, excommunicetur: Sed si perseveraverit, dejiciatur. (7.) Episcopus autem Presbyter, aut Diaconus nequaquam seculares curas adsumat: Sin aliter dejiciatur. (8.) Si quis Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, Sanctum Paschæ diem aut vernale Æquinoctium cum Judæis celebraverit, abjiciatur. (9.) Si quis Episcopus aut Presbyter aut Diaconus, vel quilibet ex sacerdotali Catalogo, facta oblatione non communicaverit, aut causam dicat ut si rationalis fuerit, Veniam consequatur, aut si non dixerit, Communione privetur, tanquam qui populo Causa læsionis exstiterit dans suspicionem de eo, qui sacrificavit, quod rectè non obtulerit. (10.) Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam & scripturas audiunt, non autem perseverant in Oratione, nec sanctam communionem percipiunt velut inquietudines Ecclesiæ commoventes convenit communione privari. (11.) Si quis cum excommunicato saltem in domo locutus fuerit, vel oraverit, iste communione privetur. (12.) Si quis cum damnato Clerico, veluti cum Clerico, simul oraverit, iste damnetur. (13.) Si quis Clericus aut Laicus à communione suspensus; Sed communicans ad aliam properet Civitatem & suscipiatur præter commendatitias literas: Et qui susceperunt & qui susceptus est, communione priventur. Excommunicato verò protelctur ipsa correptio, tanquam qui mentitus sit, & Ecclesiam DEI seduxerit. (14.) Episcopo non licet alienam Parochiam, propria relicta pervadere, licet

coga-

rogatur à plurimis. Nisi forte quis cum rationabili causa compellatur, tanquam qui posset ibidem constitutis plus lucri conferre & in causa religionis aliquid profectus prospicere. Et hoc non à semet ipso pertentet; Sed multorum Episcoporum Judicio & maxima supplicatione perficiat. (15.) Si quis Presbyter aut Diaconus aut quilibet Clericorum relinquens propriam Parochiam, pergat ad alienam & omnino demigrans præter Episcopi sui Conscientiam in aliena Parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur: Præcipuè, si vocatus ab Episcopo redire contemserit, in sua inquietudine perseverans. Veruntamen tanquam Laicus ibi communicet. (16.) Episcopus verò, apud quem moratus esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam Clericos forte susceperit, velut Magister inquietudinis communione privetur. (17.) Si quis post Baptisma secundis fuerit copulatus nuptiis aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt. (18.) Si quis viduam aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipatur, non potest esse Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus aut ex eorum numero qui ministerio Sacro deserviunt. (19.) Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, Clericus esse non poterit. (20.) Clericus fidejussionibus inserviens abjiciatur. (21.) Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur Episcopus. (22.) Si quis abscidit semet ipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat Clericus: quia suus homicida est & DEI conditionis inimicus. (23.) Si quis cum Clericus fuerit, absciderit semet ipsum, omnino damnetur, quia suus est homicida. (24.) Laicus semet ipsum abscindens, annis tribus communione privetur, quia suæ vitæ insidiator exstitit. (25.) Episcopus aut Presbyter aut Diaconus qui in fornicatione aut perjurio aut furto captus est, deponatur: Non tamen communione privetur, dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in id ipsum. (26.) Similiter & reliqui Clerici huic conditioni subjaceant. (27.) In nuptiis

autem

autem, qui ad Clerum provecti ſunt, præcipimus ut, ſi voluerint, uxores accipiant: Sed lectores Cantoresq; tantummodo. (28.) Epiſcopum aut Presbyterum aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes & per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio ſuo præcipimus: Quia nusquam hoc nos Dominus docuit. E. contrario vero ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. (29.) Si quis Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus depoſitus juſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium, dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur. (30.) Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipſe & ordinator ejus, & à communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro (31.) Si quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus uſus, Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur: & ſegregentur omnes, qui illi communicant. (32.) Si quis Presbyter contemnens Epiſcopum ſuum ſeorſum collegerit & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Epiſcopum in cauſa Pietatis & juſtitiæ, deponatur, eſt enim tyrannus: & cæteri Clerici, quicunque tali conſentiunt, deponantur; Laici verò ſegregentur. Hæc autem poſt unam & ſecundam & tertiam Epiſcopi obſervationem fieri convenit. (33.) Si quis Presbyter aut Diaconus ab Epiſcopo ſuo, hunc non licet ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eum ſequeſtravit; niſi fortè obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregaſſe cognoſcitur. (34.) Nullus Epiſcoporum peregrinorum aut Presbyterorum, aut Diaconorum, ſine commendatitis ſuſcipiatur Epiſtolis. Et cum ſcripta detulerint diſcutiantur attentiùs, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores Pietatis extiterint: Sin minus nec quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrentur eis & ad communionem nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem proveniunt. (35.) Epiſcopus Gentium ſingularum ſcire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment & nihil amplius præter ejus conſcientiam gerant, quam illa ſola ſinguli, quæ Parochiæ propriæ, & villis quæ ſub ea ſunt, competant; Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid:
Sic

Sic enim unanimis erit & glorificabitur DEUS per CHRISTUM in Spiritu Sancto. (36.) Episcopus non audeat extra terminos proprios ordinationes facere in civitatibus & villis, quæ illi nullo jure subjectæ sunt. Si verò convictus fuerit hoc fecisse, præter eorum conscientiam, qui civitates & villas detinent: & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati. (37.) Si quis Episcopus non susceperit officium & curam populi sibi commissam, hic communione privetur, quousq; consentiat obedientiam commodans: Similiter autem Presbyter & Diaconus, si verò perrexerit, nec receptus fuerit non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat Episcopus, Clerici verò civitatis communione priventur, eò quod eruditores inobedientis populi non fuerunt. (38.) Bis in anno Episcoporum concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant: semel quidem quarta septimana Pentecostes, secundò verò duodecimâ die Mensis Hyperberetæi. (39.) Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut DEO contemplante dispenset: nec ei liceat ex his aliquid contingere, aut parentibus propriis, quæ DEI sunt, condonare. Quod si pauperes sint, tanquam pauperibus subministrent, nec eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædetur. (40.) Presbyteri & Diaconi præter Episcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sint autem manifestæ res propriæ Episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ Dominicæ, ut potestatem habeat de propriis, moriens Episcopus sicut voluerit & quibus voluerit derelinquere. Nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum, quæ Episcopi esse probantur, intercidant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos, & justum hoc est apud DEUM & homines, ut nec Ecclesia detrimentum patiatur, ignoratione rerum Pontificis: nec Episcopus, vel ejus propinqui obtentu Ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant, qui ad eum pertinent: morsq; ejus injuriis malæ famæ subjiciatur. (41.) Præcipimus, ut in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat: si enim animæ hominum pretiosæ illi sunt creditæ, multò

magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita, ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos & cum timore omniq; solicitudine ministrentur. Ex iis autem, quibus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates, & ad peregrinorum fratrum usus, ipse percipiat, ut nihil eis omninò possit deesse. Lex enim DEI præcipit, ut, qui altari deserviunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit. (42.) Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aleæ atque ebrietati deserviens aut desinat, aut certè damnetur. (43.) Subdiaconus aut Lector, aut Cantor similia faciens aut desinat, aut communione privetur. Similiter etiam Laicus. (44.) Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, usuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè damnetur. (45.) Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, qui cum Hæreticis oraverit, tantummodò communione privetur: Si verò tanquam Clericus hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur. (46.) Episcopum aut Presbyterum Hæreticorum suscipientem baptisma damnari præcipimus. Quæ enim conventio CHRISTI ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? (47.) Episcopus aut Presbyter, si eum, qui secundum veritatem habuerit Baptisma, denuò baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponatur: tanquam deridens crucem & mortem Domini, nec sacerdotes (veros) à falsis sacerdotibus discernens. (48.) Si quis Laicus uxorem propriam pellens, alteram, vel ab illo dimissam duxerit, communione privetur. *(49.)* Si quis Episcopus aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus S., sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, abjiciatur. (50.) Si quis Episcopus aut Presbyter non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in Baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus: in morte mea baptizate; sed euntes, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Item: Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel omninò ex sacerdotali numero à nuptiis, carnibus & vino non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinet, oblitus quod omnia

valde

valde bona, & quod masculinum & fœmininum fecit DEUS hominem: sed blasphemans calumniatur opificium: vel corrigatur, vel deponatur, & ex Ecclesia ejiciatur. Similiter & Laici. (51.) Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus eum, qui à peccatis convertitur, non recipit, sed ejicit, deponatur. Quoniam CHRISTUM molestiâ afficit, qui dixit: Gaudium est in cœlo propter unum peccatorem pœnitentiam agentem. (52.) Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus in festis diebus carnem & vinum non sumit, abhorrens & non propter exercitationem deponatur, ut qui habeant inustam conscientiam propriam, & sint multis offensionis causa. (53.) Si quis Clericus in caupona comedens deprehensus fuerit, segregetur, præterquam si in publico diversorio in via propter necessitatem diverterit. (54.) Si quis Clericus Episcopum contumeliâ affecerit, deponatur, Principi enim populi tui non maledices. (55.) Si quis Clericus Presbyterum vel Diaconum injuriâ affecerit, segregetur. (56.) Si quis Clericus claudum vel surdum, vel eum, cui vitiosus est incessus, irriserit, separetur: similiter & Laicus. (57.) Episcopus vel Presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, segregetur: & si in socordia perseveret, deponatur. (58.) Si quis Episcopus vel Presbyter cum sit aliquis ex Clericis egenus, ea, quæ sunt necessaria, ei non suppeditat, segregetur: sin autem perseveraverit, deponatur, ut qui fratrem suum interfecerit. (59.) Si quis falsò inscriptos impiorum libros tanquam sanctos in Ecclesia publicat, ad populi & Cleri pernitiem, deponatur. (60.) Si adversus fidelem aliqua accusatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis & convictus fuerit, ad clerum non provehatur. (61.) Si quis Clericus propter metum humanum, vel Judæi, vel Græci, vel hæretici, negaverit, siquidem nomen CHRISTI, ejiciatur: sin autem nomen Clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, ut Laicus recipiatur. (62.) Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel omninò ex sacerdotali catalogo comederit carnes in sangvine animæ ipsorum vel quid à feris captum, vel morticinum deponatur. Hoc enim lex prohibuit; si autem sit Laicus, deponatur. (63.) Si quis Clericus

cus vel Laicus in Judæorum vel Hæreticorum ſynagogam ingreſſus ſit ad orandum, deponatur & ſegregetur. (64. Si quis Clericus in pugna pulſatum aliquem uno ictu occiderit, deponatur propter ſuam proclivitatem & temeritatem. (65.) Si quis Clericus inventus fuerit die Dominico jejunare vel Sabbatho præterquam uno ſolo, deponatur: ſi autem Laicus, ſegregetur. (66.) Si quis virginem non deſponſam, vi illatâ, habet, ſegregetur, ei autem aliam habere non liceat, ſed illam retinere, quam elegit, etiamſi pauper ſit. (67.) Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ſecundam ordinationem ab alio ſusceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinavit, niſi utique conſtiterit, quod ab Hæreticis ordinationem habeat, qui enim ab eis ordinati vel baptizati ſunt, ut fideles & Clerici ſint, fieri non poteſt (68.) Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor ſanctum Paſchæ quadrageſimum non jejunat, vel quartum diem vel Paraſceven, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur, ſi ſit autem Laicus, ſegregetur. (69.) Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omninò ex Clericorum catalogo, jejunat cum Judæis, vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis Xenia accipit, ut verbi gratia azyma, vel quid tale, deponatur. Si verò ſit Laicus, ſegregetur. (70.) Si quis Chriſtianus oleum deferat in templum gentium, vel in ſynagogam Judæorum, in eorum ſeſtis, vel lucernam accendit, ſegregetur. (71.) Si quis Clericus vel Laicus à ſancta Eccleſia ceram vel oleum auferat, ſegregetur. (72.) Vas aureum, vel argenteum, vel velum ſanctificatum, nemo amplius in ſuum uſum convertat: hoc ſit enim præter jùs & contra leges. Si quis autem deprehenſus fuerit, mulctetur. (73.) Episcopum à viris fide dignis ob aliquid accuſatum, ipſum ab Episcopo vocari neceſſe eſt: & ſi ſe quidem ſtiterit, & confeſſus vel convictus ſit, ſtatuatur pœna. . Si autem vocatus non paruerit, ſecundò etiam vocetur miſſis ad ipſum Episcopis duobus. Si etiam ſic non obedierit, vocetur & tertiò duobus.· Si autem vel ſic aſpernans & contumax non ſtiterit, Synodus ea, quæ videntur, adverſus eum pronunciet: ne lucriſacere videatur, dum judicium ſubterſugit. (74.) In teſtimonium adverſus Episcopum hæreti-

hæreticus ne admittatur: sed nec unus solus fidelis. In ore enim duorum vel trium testium stabit omne verbum. (75.) Quod non oportet Episcopum fratri vel filio vel alii cognato gratificantem, humanâ affectione ad Episcopatus dignitatem, quem vult eligere. Episcopatus enim hæredem facere, justum non est, ea, quæ DEI sunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipse autem segregatione mulctetur. (76.) Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, Episcopatu autem dignus sit, fiat. Non enim corporis damnum eum polluit, sed animæ inquinatio. (77.) Qui autem est surdus & cæcus, ne sit Episcopus: non ut pollutus, sed ne Ecclesiastica impediantur. (78.) Si quis Dæmonem habet, ne fiat Clericus, sed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, id si sit dignus, fiat. (79.) Eum, qui ex vita gentili accesserit, & baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est æqvum protinus Episcopum fieri. Iniqvum enim est, ut, qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum Magister; nisi fortè hoc divinâ gratiâ sit & fiat. (80.) Diximus non oportere Episcopum vel Presbyterum se ipsum ad publicas administrationes demittere, sed in Ecclesiasticis negociis versari. Vel ergo ita facere persuadeatur, vel deponatur. (81.) Servos in Clerum provehi sine voluntate Dominorum, non permittimus, ad eorum qui possident molestiam: Domorum enim eversionem talia efficiunt. Si quando autem etiam dignus servus visus sit, qui ad gradum eligatur: qualis noster quoque Onesimus visus est, & Domini concesserint, ac liberaverint, & ædibus emiserint, fiat. (82.) Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus exercitui vacans & utraqne obtinere volens, Romanum scilicet Magistratum & sacerdotalem administrationem, deponatur. Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt DEI, DEO. (83.) Quisquis Regem vel Principem præter jus contumeliâ affecerit, pœnas luat, & si sit quidem Clericus, deponatur, si verò Laicus, segregetur. (84.) Sint vobis omnibus, Clericis & Laicis, libri venerandi & sancti Veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomion. Jesu Nave unus. Judicum unus. Ruth unus. Regnorum quatuor. Paralipomenωn, id est, dere-

derelictorum. Libri dierum duo. Estræ duo. Hester unus. Maccabæorum tria. Hiob unus. Psalterium unus. Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Jeremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus. Extrinsecus autem à vobis intelligatur, debere vestros adolescentes discere sapientiam eruditissimi Sirach. Nostra autem, id est, Novi Testamenti: Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis, Pauli Epistolæ quatuordecim. Petri epistolæ duæ. Johannis tres. Jacobi una. Judæ una. Clementis Epistolæ duæ & ordinationes vobis Epscopis, per me Clementem in Octobri editæ, quæ non sunt omnibus divulgandæ, propterea quæ sunt in eis mystica & Actus nostri Apostolorum.

Epilogus præmissorum Canonum & ipse falso sub nomine Apostolorum confictus.

Hæc verò de regulis constituta vobis sint per nos, ô Episcopi. Vos autem obtemperantes eis salvabimini & pacem habebitis. At si non parueritis, puniemini, & bellum mutuo perpetuum habebitis, pœnam inobedientiæ congruam daturi. DEUS porrò, qui solus est æternus ac universorum creator, vos omnes pace in Spiritu Sancto consortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehensibiles sine crimine, dignosque faciet æternâ vitâ nobiscum, qui per intercessionem dilecti filii sui Jesu Christi, cum quo gloria sit ipsi supra omnia Deo Patri cum Sancto Spiritu, Consolatore nunc & semper & in secula seculorum.

Canones Poenitentiales.

§. I. Basil. M. ad Amphiloch. Canon. XXII: In quatuor annis præfinitum est fornicatoribus supplicium ἡ ἐπιτίμησις. §. Canon. 56. Qui sua sponte interfecit, & pòst pœnitentiâ ductus est, viginti annis Sacramento non communicabit. §. Canon. 57. Qui

Qui involuntariè cædem commisit, decem annis Sacramento non communicabit. §. *Canon 58.* Qui adulterium perpetravit, in quindecim annis ἀκοινώνητος ἔσται. §. *Canon. 59.* Fornicator septem annis non communicabit. Octavo admittetur ad *κοινωνίαν*. §. *Canon. 75.* Qui cum propria sorore vel ex patre vel ex matre pollutus est, ne admittatur ad accessum templi, donec desistat à peccato. Postquam pœnitentiâ duci cœpit, Triennium defleat, Triennio sit audientium classi adscriptus, Triennio detur ei substratio, decimo suscipiatur ad preces, biennium consumat inter orantes, deinceps ad communionem recipiatur. §. Hæc Basil. M. A. C. 370.

Concil. Ancyran. Can. XX. Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si quis adulter fuerit, septem annis in pœnitentia consumtis admittatur. *Concil. Nicen. 1. A. C. 325. Canon. XI.* De iis, qui præter necessitatem prævaricati sunt, placuit Synodo, quamvis humanitate indigni sint, tamen benevolentiam iis commodari. Pœnitentes igitur triennium sint audientes, septem annis substernentes, biennium inter orantes. *Concil. Qvinisext. A. C. 691. Can. 87.* Qui uxorem deserit, & aliam ducit, annum fleat, biennium audiat, triennium substernatur, septimum cum fidelibus consistat, tunc admittatur demum.

§. 2. Hinc patescit, quòd olim non eadem temporis spatia semper & ubique fuerint præscripta, *Balsamon in Can. 73. Basil.* ait: Patres statuerunt pœnas πρὸς τοὺς ἰδίους καιρούς, i. e. *temporibus convenientes. Concil. Laodicen. Can. 2.* Eos, qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt, & perseverantes in oratione, seq; emendantes, talibus pro delicti proportione tempore pœnitentiæ dato adducantur ad communionem. §. Itaque non recipiebant, nisi desinentes peccare, quos appellat *Canon. Laodicen.* τοὺς τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους. §. *Basil. Canon. 84.* Hæc omnia scribimus, ut pœnitentiæ eorum fructus probetur. Non enim hæc omni tempore judicamus, sed modum pœnitentiæ attendimus. Si qui à peccatis non facilè avellantur, nulla est nobis cum illis communis ratio, οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος.

§. 3.

§. 3. Erant etiam *causæ*, propter quas cum quibusdam clementiùs agebatur, e. gr. (1.) Si tempore Exomologeseos graviter pœnitens ægrotaret, ut videretur de vita periclitari. (2.) Si instaret persecutio ob fidem CRHISTI, pœnitentibus pax dabatur, & communione ad prælium armabantur. (3.) Si cum multitudine negotium esset, aut cum eo, qui haberet sociam multitudinem, & periculum esset, ne eorum severa dilatio schisma gigneret, aut illi vel ad gentiles, vel ad hæreticos transirent. (4.) Si personæ ratio id suaderet, ubi respiciebatur dignitas, ætas, sexus, infirmitas & vita anteacta. Humilitas quippe, & obsequium & doloris magnitudo, & manifesta conversio impetrabant censuræ mitigationem ac reconciliationis maturationem. Vide Cyprian. ep. 52. seu l. 4. ep. 2. & 54. ad Cornel. & ep. 55. seu l. 1. ep. 3. Concil. Ancyr. Can. 5. *A. C. 314.* Basil. ad Amphiloch. can. 74. Furbes. l. 12. c. 7. instruct. Histor. Theol. ubi verbis Patrum & exemplis illustrat.

§. 4. Contraxit omnes hosce & similes Canones disciplinares *Editio novissima Jur. Canon. Decret. Part. III.* hoc ordine: 1. Si Presbyter fornicationem fecerit, decem annis pœniteat. *Dist. 82.* 2. Si Presbyter cognovit filiam suam spiritualem, quam ipse baptizavit, aut in baptismo tenuit, vel quæ confessa ipsi fuit, pœniteat XII. annis. Episcopus XV. *in 30. qv. 1. si qvis.* 3. Quicunque filiam suam spiritualem vel matrem cognovit, septem annis pœniteat. 4. Qui contrahit cum aliqua alteri desponsata per verba de præsenti, ipsâ dimissâ, 40. dies jejunet in pane & aqua, & pœniteat VII. annis. 5. Qui cognoverit Monialem seu Devotam, X. annis pœniteat. *27. qv. 1. c. devotam.* 6. Qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem, pœniteat septem annis. *34. qv. 1. si qvis.* 7. Qui in uxorem duxerit eam, quam polluit per adulterium, pœniteat quinque annis. *31. qv. 1. si qva.* 8. Qui contra naturam peccavit, si sit Clericus, debet deponi, vel religioni tradi ad perpetuò pœnitendum. Si Laicus, excommunicetur, usque ad dignam satisfactionem. 9. Qui coierit cum brutis, vel incestum commiserit, pœniteat plusquam septem annis. 10. Qui votum simplex violaverit, pœniteat tribus annis. *27. dist. si vir.* 11. Qui excommunicatus

nicatus celebraverit, debet Triennio pœnitere. *11. q. 3. de his.* 12. Homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur, & pœniteat septem annis. 13. Si casu cædem commiserit, quinquennium. 14. Si propter necessitatem evitabilem, Biennium. *dist. 50. cap. De his.* 15. Matricida, decem annis. 16. Qui Presbyterum interfecit, pœniteat duodecim annis. 17. Qui injustè alium ad mortem accusat, per septem annos pœniteat. 18. Si quis pejeraverit, septem annis. 19. Qui pejerat in manu Episcopi, vel in Cruce consecrata, tribus annis. Qui coactus, & posteà cognoverit, pœniteat tribus Quadragesimis. *22. q. 5. c. 2.* 20. Qui mensurat in falsa mensura, 30. diebus in pane & aqua jejunet. 21. Qui frangunt pœnitentiam solennem, vel redeundo ad crimina priora vel similia, pœnitere debent decem annis, & communicent in fine vitæ. *33. qv. 2. de his.* 22. Qui committit sacrilegium Ecclesiam violando, pœniteat septem annis. 23. Qui blasphemaverit publicè Deum, abstineat Ecclesiâ & in morte privetur Ecclesiasticâ sepulturâ. *22. qu. 1.* 24. Presbyter, qui revelat confessionem, debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosùs peregrinari. 25. Episcopus, qui ordinat sine justa causa Clericum invitum, suspenditur uno anno. *Dist. 74. cap. 1.* 26. Episcopus, qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, pœniteat duobus mensibus. 27. Sortilegus 40. diebus pœniteat. 28. Qui videt in Astrolabio, biennium. 29. Si quis evomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, si Laicus, 40. diebus pœniteat, si Clericus, 70. diebus. Si verò per infirmitatem, septem diebus. 30. Qui domum vel aream voluntariè succendit, omnia restituat, & tribus annis pœniteat. 31. Patronus, qui res Ecclesiæ dilapidat, uno anno pœniteat. *16. qv. 7. c. filiis.* 32. Qui domum suam magicis & incantationibus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis quinque pœniteat. Et hæc ibi, ut & alia plura, quæ tanquam nova & inutilia omittenda esse arbitrabar.

§. 5. Rationem geminam, cur Veteres & tàm severè & tàm diu abstinuerint lapsos, adfert *Joh. Dallæus de Pœnis l. 7. cap. 5.* Primò, ut peccator delictorum veniam à DEO impetraret, ac in pristinum gradum à ministris Ecclesiæ restitueretur. Deinde, ut

purgatis illis vitiorum habitibus, anima sanitatem recuperaret. *Augustin. c. 65. Enchirid.* Rectè constituitur ab iis, qui Ecclesiæ præsunt, tempus pœnitentiæ, ut fiat ETIAM satis Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata. Extrà illam quippe non remittuntur.

CARDINALES.

§. 1. Sic dicti à Cardine, quod essent quasi Cardines Ecclesiæ, vel, ut alii volunt, Cardinales Pontificis i. e. primarii Ministri. *Onufrius* de *Cardinal.* sic ait: Tituli olim erant templa, vel, ut nunc dicitur, Ecclesiæ, sive Loca sacra in Sanctorum honorem aut memoriam erecta, ac per Urbis regiones à R. P. antiquitùs distincta, in quibus animarum cura à Presbyteris habebatur. Quibus qui præerant Presbyteri, appellabantur *Cardinales*, i. e. Principales, similitudine à quatuor Ventis Cardinalibus deducta. Cum enim in unoquoq; Titulo plures essent Clerici, is qui omnibus præerat Presbyter, à cæteris Clericis illius Tituli dicebatur *Cardinalis*, quod omnium dignior esset in eo Titulo commorantium, cæterosq; regeret vel gubernaret in Titulo sibi commisso viventes.

§. 2. Bellarmin. de Cleric. l. 1. c. XVI. hoc operosè refellit, vel inde, quod in eodem Titulo plures essent Cardinales, ait igitur: Nomen Cardinalis primò impositum esse loco, & à loco derivatum ad personas. Dicebantur enim Tituli Cardinales quædam Ecclesiæ principales, ubi baptisma conferebatur, & dicebantur Ecclesiæ Cardinales, ad differentiam aliorum locorum sacrorum minùs principalium. Inde autem Presbyter, qui eam Ecclesiam regebat, dicebatur Presbyter Cardinalis.

§. 3. Deinde dicti & facti sunt pariter Episcopi Cardinales, & Diaconi Cardinales. Diaconiæ Cardinales erant loca quædam primaria in Urbe distincta juxta numerum regionum, & qui in eis residebant Diaconi, dicebantur Diaconi Cardinales, ab Ecclesia, quam tenebant. Et ita deinceps dicti sunt Episcopatus Cardinales, & inde Episcopi Cardinales sex illi, qui ad eligendum Pont. R. conveniebant, eidemq; Pont. à consiliis erant præter cæteros orbis Christiani Episcopos.

§. 4. Titulus Cardinalium ab Urbano VIII. datus, *Eminentissi-*

tissimorum, quoniam essent ceu Cardines, super quos totus vertatur orbis, juxta illud I. Sam. II. *Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Hinc Papa, cum eos creat, sic affatur: *Ad Collegium Apostolicum vocati Consiliarii nostri, & con-judices orbis terrarum eritis.*

§. 5. Petrus Molin. de Monarch. Tempor. Cap. III. p. 37. contra Bellarminum Onufrio adstipulatur, & non obscura ejus rei vestigia extare asserit, quod præcipuus olim Parœciæ Presbyter *Cardinalis* sit appellatus. Nam Pontifex dans titulum & annulum novis Cardinalibus sic infit: *Ad honorem DEI omnipotentis, S S. Apostolorum Petri & Pauli, committimus tibi Ecclesiam S. Chrysogoni vel Sabinæ &c. cum Clero & populo, & capellis suis, secundum formam, quâ committi consvevit Cardinalibus, qui eandem Ecclesiam in titulum habuerunt.*

§. 6. Franc. Modius Brügensis sic de iis scribit: Cardinales cœperunt A. C. 231. sedente, nescio quo, Pontiano, cujus tempore, ut ajunt F. Zabarellus & Martinus Cisterciens. Sacerdotes Cardinales fuêre CCXXXVI. Certè A. C. 267. Marcell. P. R. qui titulos Presbyteris divisit, constituisse legitur Cardinales XV. qui mortuos sepelirent & infantes baptizarent. Sic appellati, ut ventos *Cardinales* dicimus, quod nempe inter Sacerdotes eximii, eorumq; essent Primarii; Licet Canonistæ à *cardine* dictos velint, quia ut cardine ostium, ita Ecclesia bono eorum consilio regatur. Sed cum Bonifacius III. ab Imp. Phoca impetrâsset, ut in omnes Episcopos prærogativam haberet, cœperunt Cardinales quoque paulatim in eam amplitudinem excrescere, cujus hodièq; sunt, obtento post varias contentiones Imperatorum & Pop. Rom. de Pontificis electione, jure ejus per se primùm creandi, & inde accepta A. C. 1244. ab Innocent. IV. potestate Equo ac galero rubro utendi, in illud argumentum: *Oportere eos pro Religionis suæ defensione sanguinem fundere, si ita res postulet.* Adjecit deinde Paulus II. vestem coccineam. Cœpitq; ordo eorum in tria genera dividi, ut alii sint Episcopi Cardinales sex, Ostiensis, Sabiniensis, Portuensis, Tusculanus, Prænestinus, Albanensis; alii Presbyteri, alii Diaconi. *Hæc ille.*

§. 7. Per multos sanè annos XXVIII. tantùm Cardinales Romæ fuerunt, idq; pro numero veterum Parœciarum Romanarum. Erant enim Septenæ sub unaquaq; Ecclesia præcipua & Patriarchali Urbis Romæ. Nam quinta, Lateranensis domicilium Papæ erat, eoq; nomine supra alias quatuor eminebat. Duravit iste numerus usque ad A. C. 1125. tempora Honorii II. ut latè exponit *Onufrius*. Quod ad Diaconos attinet, vetus Ecclesia Rom. septem habebat Diaconos, ad exemplum Hierosolymitanæ, *Act. VI.* Qualis erat Laurentius Martyr A. C. 252. *Euseb. lib.* 6. *c.* 43. & Canon ult. *Synod. NeoCæsar.* sic statuit: *Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις.* Sed pace Ecclesiis partâ Diaconi isti cœperunt cum Presbyteris de gradu contendere, ut testatur Augustin. Qu. V. & N. T. dicens: *Romanæ Ecclesiæ Diaconi modicò inverecundiores videntur.*

§. 8. Concilium Basileense Sess. XXIII. ita decernit: *Cardinales sint numero XXIV. nec plures. Non minores XXX. annis. Sint Magistri, Doctores s. Licentiati cum rigore examinis in Jure divino vel humano. Ne fiant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Pontificis. Inter alia jurent, se Cultum divinum in Ecclesia sui Tituli & ejusdem Ecclesiæ bona conservaturos.* Numerum autem istum excesserunt semper Pontifices, ut Sixtus IV. Alexander VI. Leo X. qui unâ vice A. C. 1517. fecit Cardinales *triginta* & *unum*, ita ut in universum Leo viderit *sexaginta quinque Cardinales*. Paulus IV. supremum, qui unquam fuit, attigit numerum Cardinalium LXX. Olim non excedebant numerum LIII. Hodiè sunt LXII. Sixtus V. numerum LXX. definivit.

§. 9. Officia Cardinalium sunt tria, ut recenset *Bellarminus*: Primum est commune cum Episcopis, Presbyteris & Diaconis cæteris. Omnes enim Cardinales, aut Episcopale, aut Presbyterale, aut Diaconi munus gerunt. Alterum est, Summum Pont. eligendi. Tertium, eidem Pont. perpetuò assistere, eumq; in regimine consilio adjuvare & industriâ.

§. 10. Dignitas Cardinalium magna est & excelsa. Privilegia eorum recenset *Azorius Instit. Moral. Part.* 2. *l.* 4. *c.* 8. Quorum non postremum est, quod Gregor. XIII. iis indulsit: *Non*

Non comprehendi eos sub regulis faciendis. Regul. 67. In publico Regibus præferuntur, ut non ineptè *Nic. de Clemanges in lib. de corrupt. Eccles. statu* dixerit: Si artifex quispiam vellet superbiæ simulacrum effingere, nullâ congruentius ratione id facere posset, quàm Cardinalis effigiem pingendo. Convivio solenni Papæ, quod die Coronationis ejus instituitur, Rex aliquis si adsit, sedet in mensa post primum aliquem Episcopum Cardinalem; Si plures adsint Reges, mixtim se habent cum primis Cardinalibus, & primum locum tenet Cardinalis, deinde sequitur Rex: Si erunt mixtim Principes vel filii fratresve Regum, debent sedere inter Diaconos Cardinales &c. Ut *habet prolixè Liber Sacr. Cerimon. Marcelli Corcyrensis.*

§. 11. Ingenua est confessio *Bellarmini l. 1. Cler. c. 16.* dicentis: Fateor, olim Episcopos quoscunque prælatos fuisse Cardinalibus non Episcopis, imò etiam Cardinalatum gradum fuisse ad Episcopatum. Posteà tamen mutatus est Ordo, & cœpti sunt Cardinales Episcopis anteponi, & Episcopatus gradus esse ad Cardinalatum, cujus mutationis duplex assignari ratio potest: 1. Quod ad solos Cardinales devoluta sit electio summi Pontificis. 2. Quod soli Cardinales cœperunt adesse summo Pontifici in Conciliis.

§. 12. Jus eligendi Papam recenter admodùm Cardinalibus datum est. Nam apud *Euseb. l. 6. Hist. c. 29.* fusè describitur ritus electionis antiquæ factæ ab universo Clero & populo Romano, ubi agit de Fabiano: *Ἐφ' ᾧ τὸν πάντα λαὸν ὑφ' ἑνὸς πνεύματος θείου κινηθέντα, ὁμόσε προθυμίᾳ πάσῃ καὶ μιᾷ ψυχῇ ἄξιον ἐπιβοῆσαι καὶ ἀμελλητί τως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι.* A. C. 1059. apud Platinam demùm mentio fit Cardinalium in Electione Nicolai II. Alii prædicant, Gregorium VII. A. C. 1072. Populo Rom. jus illud ademisse. Ritus electivus talis est: Obstruuntur cæmento & lapidibus fenestræ Conclavis, ne quid lucis illabatur. Pervestigantur interiora domus, ne quis lateat in insidiis. Cardinalibus conclavi inclusis totidem lecti & mensæ, quot homines. Ingeruntur cibi per foramen, panis in frusta concisus, potus in pellucentibus lagenis. Ne quid rerum, quæ in Conclavi geruntur, aut per Emissarios aut per Epistolas occultè

cultè submissas, foràs eliminetur, sedula cautio. Fores, omnesq; aditus obsidentur præsidiis. Tum unicuiq; Cardinalium prandium seorsim, nec fas unà accumbere, aut cibum invicem mittere. Primis diebus lautæ dapes & saliares mensæ. At si tempus in longum traxerint, minuuntur fercula, & quotidianum demensum subtrahitur; Postquam electus jam Pontifex est, circumstare illum incipiunt, exuere, rursus induere, sublimem in altari collocare, pedes osculari, adorare, deinceps per dirutam cum impetu fenestram Electi nomen populo significant, unde clamor in plebe & exultatio vitulabunda. Atq; siquidem mox novi Papæ ædes invadere, moliri fores, diripere suppellectilem legitimo & concesso latrocinio.

§. 13. Distare porrò à veteribus hujus ævi Cardinales egregiè demonstravit *Petrus Molinæus c. 6. l. cit.* Primò, veteres Cardinales erant Presbyteri aut Diaconi certæ alicujus Parœciæ, docebant populum & administrabant Sacramenta. Hodierni nihil horum obeunt, sed sunt Senatores Romani, Regum æmuli, Papæ Consiliarii. Secundò, tunc nemo fiebat Cardinalis, nisi alterius morte; At nunc Pontifex creat quos, & quot & quando lubet. Tertiò, tunc agebant Romæ apud suam quisque Ecclesiam; Nunc sunt ubivis gentium, & in aulis tractant secularia. Quartò, tunc fiebant vel ætate vel doctrinâ & pietate commendabiles; Nunc purpureus galerus datur ex arbitrio Pontificis, etiam pueris & Principum filiis prorsus indoctis. Quintò, tunc non dabat præeminentiam præ Symmistis; Nunc longè alia est ratio. *Onufrius*: Nihil dignitatis aut prærogativæ antiquitùs illis dabat esse Cardinales. Sextò, olim inauditum erat, ex Episcopis facere Presbyteros vel Diaconos; Nunc ex Episcopis fiunt Cardinales Presbyteri. Septimò, olim Diaconi Cardinales sacram mensam ferebant; Nunc Papam humeris gestant.

§. 14. *Onufrius* ab ipsis primordiis sic eruit: Cum beatissimus Apostolorum Princeps Petrus Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex primus, Sacerdotio in orientalibus Ecclesiis, præcipueq; Hierosolymis, & Antiochiæ ritè instituto, in urbem Romanam Ecclesiam fundaturus venisset, ex omni fidelium multitudine, præ-

cipuisq; nostræ religionis cultoribus, viros quosdam seniores, bonum testimonium ab his qui foris sunt habentes, plenosq; Spiritu Sancto, & sapientia, spectatæ fidei, & raræ probitatis, Hierosolymitanæ cœterarumq; Ecclesiarum Orientalium more delegit, (hi Clerici appellati sunt) quos per manuum impositionem partim Presbyteros, & partim Diaconos consecravit; quorum opera Pontifex ipse, sive Episcopus Romanus in instruenda crescente tunc Ecclesia uteretur, qvum ei tot millibus hominum ad fidem Christi quotidie venientium consulere non esset integrum.

§. 15. Porrò autem Presbyterorum & Diaconorum munia, ut pro se quisq; suum officium & nosceret & impigrè faceret, dividere inprimis conducibile visum fuit. Itaque summam rerum, animarum scilicet curandarum negocium, Presbyteris commisit, ut Sacramenta Ecclesiastica plebi DEI administrantes, orationi & ministrationi verbi cum Episcopo vacarent. Diaconis autem viduarum, pupillorum, & reliquorum pauperum fidelium subveniendorum curam demandavit, ejsq; injunxit, ut Presbyteris quoque sacra facientibus præstò essent.

§. 16. Quorum omnium numerus qvum prius modicus & incertus esset, ei modum statuere Cletus & Evaristus Romani Pontifices. Cletus enim (ut auctor est ex Damaso Bibliothecarius,) Presbyteros ad certum numerum redegit. Evaristus verò Apostolorum more ad septenarium numerum Diaconos in Ecclesia Romana auxit, quibus etiam injunxit, ut Episcopum prædicantem propter stylum veritatis custodirent.

§. 17. Porrò autem ne Presbyterorum administratio in promiscuo esset, idem Evaristus, qui tertius post beatum Petrum Apostolum Romanus Pontifex fuit, circa annum à Christo natum centesimum, titulis (vel ut nunc diximus,) parœcias in urbe Roma ipsis Presbyteris divisit, ut singuli à se invicem secreti in sua Urbis regione titulo vel parœcia confusionis tollendæ causa, divina mysteria populum erudientes, Sacramenta Dei omnibus ad se venientibus fidelibus exhiberent; singulosq; Presbyteros in uno quoque titulo posuit; sufficere enim tum visum est is numerus propter credentium paucitatem.

§. 18. Ve-

§. 18. Verùm non longè pòst fidelium quotidiè crescentium multitudine permotus Hyginius Romanus Pontifex, qvum tot credentibus non sufficerent hi, plures in unoquoque titulo qvum Clericos tum Presbyteros esse voluit. Hinc autem Presbyterorum Cardinalium, nomen manasse crediderim, ut is videlicet esset Presbyter Cardinalis, id est, principalis, qui cœteris Presbyteris ejusdem Tituli,(quos plures ab Hyginio factos fuisse dixi,qvum prius unus tantùm per singulos titulos Presbyter fuisset,) præesset; Satis enim constat aliquot annis post, ante etiam S. Silvestri Papæ tempora Cardinalis nomen in Romana Ecclesia usurpari cœptum fuisse; quod non nisi ex Hyginii instituto oriri potuit, qvum anteà eo nomine uti opus non esset, quod non nisi unus per singulos titulos Presbyter fuisset.

§. 19. Post Hyginii tempora in Presbyterorum Romanonorum titulis nullam mutationem factam inveni usque ad Dionysii Papæ Pontificatum. Nam circa Annum Christi 260. Dionysius XXV. post Petrum Apostolum Pontifex Romanus, Evaristi exemplum seqvutus, qvum jam Religio Christiana mirum in modum in urbe crevisset, denuò titulos vel parœcias in urbe Roma, qvum eas ampliasset, Presbyteris divisit, ipsasq; quo quisque suis finibus limitibusq; continerentur distribuit, pluribus per singulas vel Hyginius fecerat Presbyteris constitutis, Presbyterorum quoque Romanæ Ecclesiæ, curæ, cœmeteria adjunxit, quæ qvum plura essent, ea inter Presbyteros distribuit gubernanda, ut Martyrum sepulturis consultum esset.

§. 20. Verùm non longè pòst circa Annum Christi 305. Marcellus XXIX. post Petrum Apostolum, Romanus Episcopus, titulos urbis Romæ ab Evaristo antiquitus, & primò Presbyteris datos, numero limitavit decreto statuens XV. in urbe Roma quasi Diœceses esse ad Baptismatis commoditatem, eorumq; opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidiè veniebant, quin ut etiam Martyrum sepulcris consuleretur, ut auctor est ex Damaso Bibliothecarius; Titulos autem Romanos sive parœcias cessantibus perseqvutionibus adauxêre, Presbyterosq; plures in singulis constituere, Silvester, qui titulum Equitii; Marcus, qui titulum S. Marci; Julius,

Julius, qui titulum S. Mariæ Transtiberim liberius; Damasus, qui titulum S. Laurentii, Siricius, Anastasius, Innocentius, qui titulum Vestinæ, fecerunt, & reliqui Pontifices Romani. Qvum enim primò infinita Gentilium multitudo, mox urbs & Italia omnis fidem Christi suscepisset, non sufficientibus XV. titulis, nec his, qui in eis residebant, Presbyteris, tum ob necessitatem, tum ad urbis & Romanæ Ecclesiæ ornamentum, & majestatem, & Titulorum & Presbyterorum in unoquoque titulo numerus auctus est; factiq; sunt tituli XXVIII. quem numerum nunquam excessisse usque ad nostra tempora satis constat, & paulò pòst explicabo. Qui omnes, qvum Ecclesiæ essent vel templa Divis dicata, nomen sortiti sunt vel à Sanctis, quibus dedicati erant, ut S. Chrysogoni, S. Cæciliæ, S. Anastasiæ, S. Marci, & similium: vel ab eis hominibus, qui ipsos erexerunt, ut Calisti, Damasi, Equitii, Pastoris, Vestinæ, Eudoxiæ, Lucinæ, Pammachii, & similium. Porrò autem XXVIII. Titulorum numerum circa Innocentii I. vel Zosimi Papæ tempora expletum fuisse multis conjecturis & rationibus ductus, crediderim. Neque enim facilè post Zosimum Papam inveniri potest, aliquem Romanorum Pontificum titulum quendam novum addidisse: sed eos vel mutasse, vel restituisse aut exornasse tantum invenitur.

§. 21. Qvum verò non nisi 28. tituli fuerint, totidem quoque Cardinales Presbyteri, & neque plures, neque pauciores fuisse necesse fuit. Si enim hi tantùm Presbyteri, qui titulis præerant, Cardinales appellabantur, titulisq; tantùm 28. Romæ erant, totidem esse quoque Cardinales Presbyteros oportebat. Quod etiam fuisse ex multis locis satis constat, quibus liquet, Cardinales Presbyteros semper numero quodam certo & limitato fuisse, videlicet 28. Id autem speciatim declaravit Pandulphus Pisanus, Sub-Diaconus Apostolicus, qui vitas Romanorum Pontificum scripsit, in electione Gelasii Papæ II. Duravit autem hæc consuetudo, ut Cardinales Presbyteri XXVIII. essent, usque ad Honorii Papæ II. tempora, & annum Christi 1125. quo tempore id observari desitum.

§. 22. Cœterùm cur tantùm XXVIII. Tituli, & non plures neque pauciores simul instituti fuerint, operæ pretium erit expli-

care, huicq; instituto maximè consentaneum, qvum hæc res mysterio non vacet.

Veteres Romani Pontifices, ut habetur ex libro Cameræ Apostolicæ, qui appellatur Provincialis, quinque in urbe Roma majores & præstantiores Basilicas, vel jam fabricatas eligentes, vel novas fabricantes eas Patriarchales Ecclesias, palatiaq; illis adjuncta Patriarchia appellaverunt, quæ fuerunt

Basilica Lateranensis, quæ & Constantiniana; aliàs S. Salvatoris. aliàs S. Joannis appellata est.

Basilica S. Petri in Vaticano.

Basilica S. Pauli extra muros urbis via Ostiensi.

Basilica S. Mariæ majoris, aliàs ad præsepe, &

Basilica SS. Stephani & Laurentii extra muros urbis, via Tiburtina.

Quod etiam refert Joan. Monach. in C. Fundamenta de elect. in VI. his duobus versiculis:

Paulus, Virgo, Petrus, Laurensis atque Joannes,
Hi Patriarchatus nomen in urbe tenent.

§. 23. Quod cur fecerint, duplex causa refertur: Prima, quod hæc quinque sedes Patriarchales, pro quinque præcipuis orbis Patriarchis, honoris gratiâ fuerint institutæ, uno videlicet indigenâ, & quatuor advenis; Romano, qui Laterani; Constantinopolitano, qui ad S. Petrum; Alexandrino, qui ad S. Paulum; Antiocheno, qui ad S. Mariam majorem; & Hierosolymitano, qui ad S. Laurentium residerent: quoties enim contigisset generalia Concilia in urbe celebrari, ad quæ accedere Patriarchæ, ipsi tenebantur, vel Patriarchas ipsos pro arduis Reipublicæ Christianæ negociis diffiniendis ad urbem accedere, eorum unusquisque sedem, Palatium videlicet, & Ecclesiam, tanquam in natali suo, vel provincia sua Romæ haberet præcipuam, qvum urbs ipsa communis totius orbis patria appelletur. Altera ratio, quæ mihi longe verisimilior videtur, est, ut per hæc demonstraretur, Patriarcham, sive Pontificem Romanum (qui & ipse aliquando Patriarcha appellatus est,) tanquam caput & principem totius orbis Ecclesiarum, alios Patriarchas, qui singillatim per suas Diœceses totum orbem Christianum regunt & gubernant, subditos habere, ac aliis omnibus Sedibus

dibus Patriarchalibus præesse, ut Ecclesiæ ipsius universalis unitas demonstraretur, per quinque enim Ecclesias Patriarchales videntur, quod urbes & Romana Ecclesia quinque Patriarchas ipsos, videlicet Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum, & per consequens universum orbem repræsentet, & ad ejus composita fuerit Exemplar, qvum eas in urbe habeat Sedes Patriarchales, quæ sunt in universo orbe terrarum. Posset demùm & tertia ejusmodi rei afferri causa superiori non absimilis; Ecclesiam Lateranensem, (quæ & Romana dicitur,) universum orbem Christianum significare, & eum, qui est ejus Episcopus, Episcopum quoque esse totius orbis Christiani, per reliquas verò IV. Sedes quatuor orbis partes designari, videlicet Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem, quodq; sicut Papa vel Basilica Lateranensis, his quatuor aliis Basilicis, vel in eis sedentibus, præest, Basilicæq; Lateranensis membra sunt, sic etiam Papa toti orbi præsit Christiano, quam rem ita esse colligitur ex antiqua Pictura, quæ fuit in Lateranensi Patriarchio his simulacris expressa. Ex his autem Basilicis Lateranensis, aliàs Sancti Salvatoris, quæ & Constantiniana appellatur, prima est, Romanam Ecclesiam repræsentans, ipsaq; est Romani Pontificis Sedes, ubi ipse olim in Patriarchio juxta eandem Ecclesiam fabricato per mille annos commoratus est, videlicet usque ad Clementis V. Pontificatum, qui in Galliis Romanam Curiam transtulit, post cujus ad orbem reductionem sub Gregorio XI. Romani Pontifices, nequaquam amplius Laterani, sed in Patriarchio prope S. Petrum permansere, Basilicæ igitur Lateranensi propter suam & Episcopi Romani supremam excellentiam septem Episcopi ex circumvicinis civitatibus assignati sunt, qui suis statis solennibusq; diebus, singuli coram Romano Pontifice in eadem Basilica celebrarent divina mysteria, vel Pontifici celebranti assistentes essent, atque ob eam causam posteà Episcopi Cardinales, id est, principales, quod huis Ecclesiæ & Romani Pontificis ministerio ascripti essent, appellari cœperunt.

§. 24. Perduravit autem sic XXVIII. Presbyterorum Cardinalium integer numerus, ut habetur ex Pandulpho Pisano in vita

Gelasii II. usque ad Honorii Papæ II. tempora, annumq; Christi 1125. quo tempore religiosus hic ordo paulatim labefactari cœpit, morientibus enim Cardinalibus Presbyteris, tunc primum titulis ipsis suo Rectore orbatis, per Pontificem de novo Presbytero Cardinali provideri desitum, neque ut antiquitus consuetudo erat, statim in defuncti locum alter amplius non subrogabatur Presbyter Cardinalis, quare factum est, ut sensim numerus Presbyterorum Cardinalium decrescere cœperit, & adeò diminutus paulatim est, ut aliquando tempus fuerit, in quo non nisi duo Presbyteri Cardinales viventes in Collegio essent, ut sub Alexandri Papæ IV. obitu, & creatione Urbani IV. Cur autem Honorius ipse II. id primum cœperit, & ejus exemplum sequentes Romani Pontifices imitati sint, causa hæc fuit. Sub Prædecessore Honorii II. videlicet Calisto II. pax inter Romanam Ecclesiam & Imperium sub Henrico V. post longissimum dissidium, & multa schismata ob sacerdotiorum investituras exorta, reformata fuerat, in qua inter cætera multa cautum fuit, ut Romani Pontificis electio ad Cardinales, Clerumq; urbanum pertineret, neque amplius Imperatores jus aliquod, ut hactenus habuerant, haberent in Romanorum Pontificum creationibus. Qvumq; ob Cardinalium multitudinem, pleraq; schismata in novis Romanorum Pontificum creationibus orirentur, (nondum enim lex instituta erat de duabus partibus Cardinalium,) hoc malum repressuri Romani Pontifices, Cardinalium numerum paulatim diminuere cœperunt, & qui prius additis XVIII. Diaconis certus & determinatus erat, videlicet quinquaginta trium, sensim dilabi & ad incertum numerum reduci cœpit, primò enim ex LIII. sub Innocentio II. XL. esse cœperunt, mox XXXV. deinde XXX. posteà XXV. adhæc XX. post XV. vel X. postremò (ut dixi) ad eam paucitatem aliquando redacti sunt, ut non essent nisi VII. Cardinales viventes, videlicet tres Presbyteri, & quatuor Diaconi, ut quando creatus fuit Nicolaus Papa III. Etenim Cardinalium numerus usque ad id tempus, quo pauciores Cardinales nunquam fuerunt, diminui non desiit; post quod sensim augeri cœpit, ut essent XV. pòst XX. ut sub Bonifacio VIII. Avinione deinceps eorum numerus iterum crescere cœpit, nun-

quam

quam tamen usque ad Xysti IV. Pontificatum XXX. numerum attigerunt. Præsertim qvum in Concilio Constantiensi cautum fuerit, ne plures quam XXIV. Cardinales viventes simul essent. Primus Papa Xystus IV. nulla habita ratione decreti Concilii Constantiensis Cardinalium numerum, supra omnes prædecessores suos, maximè ampliavit; cujus exemplum optimè seqvutus est Alexander Papa VI. Nullus tamen horum Pontificum antiqvum LIII. numerum excessit, ut essent videlicet Cardinales plures quàm LIII. qvum nec eum numerum attigerint.

§. 25. Sed omnium Romanorum Pontificum primus fuit Leo X. qui antiqui instituti ratione non habita magna illa XXXI. Cardinalium creatione veterem & antiqvum, atque à nullo unquam Romanorum Pontificum excessum numerum LIII. longè superavit. Nam sub Leone X. plus minus LXV. Cardinales simul viventes fuerunt, quod nunquam aliàs contigerat post fundatam Romanam Ecclesiam, cujus exemplum seqvuti sunt Paulus III. & qui nunc vivit Paulus IV. prior enim ad LXIII. numerum Cardinales auxit, sequens ad LXX. quem quoque numerum nunquam præterea fuisse satis constat. Qvum igitur Presbyteri Cardinales numerum illum XXVIII. excesserint, novis titulis opus fuit, ut novis illis tribuerentur Cardinalibus, qui XXVIII. numerum excesserant, qui per diversos Pontifices facti sunt. Quod etiam ob aliam rationem facere coacti sunt Romani Pontifices. In Romana enim Ecclesia abusus inolevit, ut unus Cardinalis duo aliquando habuerit Sacerdotia Cardinalitia. Hoc autem præsertim Episcopi Cardinales fecerunt, qui Episcopi facti priorem Titulum vel Diaconiam, quam antequam essent Episcopi creati, habebant, retinuerint, qui abusus ut pleraque alia post Eugenii IV. tempora, & præsertim sub Xysto IV. originem habuit.

§. 26. Tituli igitur XVII. novi facti, unus à Xysto; XII. à Leone; tres à Julio III. & unus à Paulo IV. qui XXVIII. antiquis adjuncti erunt omninò XLV. Omnium autem Presbyterorum Cardinalium Senior sive antiquior, appellatur S. R. E. Archipresbyter Cardinalis, qui nostro tempore est Claudius de Giuri, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Hagnetis in Agone, de cujus officio & dignitate latius disserui in libro, quem de Cardinalium origine conscripsi.

§. 27. Antiquitus porro mos fuit, qui etiam per mille annorum ſpacium ſervatus eſt, ut Presbyter Cardinalis urbis Romæ, neque Epiſcopus eſſet, vel Epiſcopatum adminiſtraret, vel ex Epiſcopo fieret Presbyter Cardinalis, qvum major dignitas tunc fuerit, eſſe Epiſcopum cujuslibet Diœceſis, quàm Cardinalem, quod ex Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ ſecus quàm nunc obſervatur, Epiſcopi diverſarum civitatum creati fuerint, ex Cardinalatu enim gradus erat ad Epiſcopatum, ſicut nunc ex Epiſcopatu ad Cardinalatum, Cardinalisq; Presbyter Epiſcopus factus, eſſe Cardinalem deſinebat, ſicut nunc Epiſcopus, Cardinalis factus, amplius non appellatur Epiſcopus, ſed Presbyter Cardinalis. S. R. E. & Adminiſtrator perpetuus illius Epiſcopatus, quòd ſe invicem compati non poſſint, eſſe Presbyterum Cardinalem urbis Romæ & Epiſcopum alterius Eccleſiæ, repugnat enim Presbyter & Epiſcopus, quod antiquis Canonibus cautum fuerit, unum hominem non niſi uno Sacerdotio potiri poſſe. Verùm qvum Cardinalium Majeſtas cum Romani Pontificis auctoritate indies creſcere cœpiſſet, multiq; Cardinales eſſe ambirent, poſteà paulatim uſurpatum eſt, ut ex Epiſcopis fierent Cardinales, & primò uſus fuit, ut ex Epiſcopis non Cardinalibus fierent Epiſcopi Cardinales, & non Presbyteri vel Diaconi, pòſt etiam ex Epiſcopis Presbyteri fieri cœpti, primusq; omnium ex Epiſcopo Viterbienſe, & Tuſculanenſe Cardinalis Presbyter tt. S. Clementis factus fuit Joannes quidam, item ex Epiſcopo Ariminenſi, Cardinalis Presbyter tt. S. Praxedis factus eſt alius Rufinus nomine à Clemente III. Papa circa annum Domini MCXC. primò enim Cardinales Presbyteri non niſi ex Monachis vel Abbatibus, Decanis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Prioribus & cœteris ejusmodi hominibus fiebant. Poſt Clementem verò III. paſſim uſurpari cœptum eſt, ut non ſolùm Presbyteri Cardinales, ſed etiam Diaconi ex Epiſcopis, licet ante conſecrationem, crearentur, qui enim Epiſcopi ordinati erant, fiebant Presbyteri, qui non, ſed adhuc electi, ordinabantur Diaconi, & quoniam (ut dixi,) Presbyter & Epiſcopus ſe invicem pati non poſſunt, qui ex Epiſcopis facti ſunt Presbyteri Cardinales, perpetui adminiſtratores deinceps illorum Epiſcopatuum non Epiſcopi appellati, qui

verè

verò Diaconi Cardinales creati sunt, electos se illius Episcopatus nominabant. In qua re usque ad Clementem V. temperantes fuerunt Romani Pontifices. Avinione verò passim, & nullâ habita antiquissimi instituti ratione observatum est, nullusq; ferè Cardinalis creatus, qui non haberet Episcopatum vel in titulum, vel in commendam, vel in perpetuam administrationem, quæ omnia nomina Avinione inventa sunt. Hæc autem consuetudo usque ad nostra tempora perduravit, in quibus eò deventum fuerat, ut unus Cardinalis Presbyter vel Diaconus non unum tantùm haberet in commenda Episcopatum, sed aliquando tres, quatuor vel quinque, & aliquando sex: Cui rei modus quidam impositus fuit in Concilio Tridentino; sed hæc alibi latius. Atque hæc sunt, quæ de Presbyteris Cardinalibus speciatim breviterq; dicere sufficiens visum fuit.

§. 28. Diaconis autem, quos ad septenarium numerum auxisse dixi, in urbe Roma Eucharistum, qvum ante præscriptum sibi & certum locum non haberent, sed eorum munia in promiscuo essent, primò urbis Regiones singulis divisit Fabianus XIX. post Petrum Apostolum Pontifex Romanus, circa Annum Christi CCXL. ut unusquisque in suis Regionibus, fidelium necessitatibus, ex Ecclesiæ thesauris, atque Christianorum oblationibus, à Subdiaconis collectis, atque ab ipsis custoditis, quantum in se essent, suppeditarent; Presbyteris deinde Parœciarum in sua Regione constitutis in omnibus, quæ ad sacra facienda pertinebant, ministrarent. Ex ipsis autem primum, vel antiquiorem, cum Episcopi, Cleri populiq; consensu electum Archidiaconum, vel Diaconum Cardinalem primum, principalem appellari statuere antiqui Pontifices, sicut & Presbyterorum primum Archipresbyterum. Unus ergò antiquissimis temporibus erat tantum Diaconus Cardinalis, id est, principalis, videlicet primus ex illis VII. Quod apertè colligitur ex actionibus Synodi Romanæ, sub Silvestro Papa primo celebratæ. Cessantibus autem persequutionibus, paceq; Ecclesiæ data, sicut Presbyterorum & Parœciarum, ita & Diaconorum numerus auctus est. Qvum enim prius tantum septem essent, singuliq; Diaconi duabus regionibus præessent, atque ita XIV. facti sunt, quorum

quorum primus dicebatur Archidiaconus vel Diaconus Cardinalis, cæteri verò Diaconi dicebantur Diaconi illius vel illius Regionis, verbi gratiâ, primæ, sextæ, decimæ vel duodecimæ. Demùm crescente indies Christiana Religione his non sufficientibus, vel ad Ecclesiæ majestatem augendam plures in unaquaque Regione Diaconi creari cœpti, eorumq; numerus sicut & Presbyterorum non Cardinalium incertus atque indeterminatus factus est. Dignior verò sive antiquior Diaconus è cæteris ejusdem Regionis Clericis, vel Romano Pontifice electus, Diaconus Cardinalis appellatus fuit. Quâ ratione factum est, ut XIV. posteà Diaconi Cardinales fuerint, quot videlicet erant Regiones, qui, ut de Presbyteris dixi, ideò Cardinales, id est, principales dicti sunt, ut à cæteris Diaconis non Cardinalibus discernerentur, quorum jam numerus per singulas urbis Regiones, vel Titulos magnus factus fuerat, sicut & Presbyterorum non Cardinalium. Quatuordecim posteà Diaconis Cardinalibus quatuor additi sunt alii Diaconi Cardinales, quorum munus tantùm erat, Lateranensi Basilicæ, vel Pontifici Romano ibidem celebranti ministrare, quos & altaris Lateranensis ministros appellatos fuisse legi, sicq; XVIII. numerus expletus. Quem numerum semel solus omnium Romanorum Pontificum, (quod sciam,) excessit Paulus III. Sub quo anno Domini MDXLV. XIX. Diaconi Cardinales viventes fuerunt. Sicut enim XXVIII. Presbyteris Cardinalibus, sic XVIII. Diaconis fixus & præscriptus numerus fuit. Qui eadem ratione & eodem tempore, quo & Presbyterorum, paulatim post Honorii II. tempora subsequentibus Pontificibus adeo diminutus est, ut non nisi tres Diaconi Cardinales viventes aliquando fuerint, ut tempore creationis Nicolai Papæ IV. Posteà paulatim, ut de Presbyteris dictum est, crescere cœpit. Ut autem ad superiora, quæ restant declaranda, revertamur, non ignorandum est, quòd eo tempore, quo XIV. Diaconorum numerus factus est, loca vel ab antiquis, vel nova fabricata, in quibus manerent, eis assignata fuerunt, quæ posteà ab eis Diaconiæ appellata sunt. Hæc quoque erant Templa sive Ecclesiæ, in Sanctorum honorem vel memoriam dedicata, domos adjunctas habentes, sicuti & aliæ urbis Basilicæ & Tituli, sine animarum cura;
quum

qvum enim eorum custodes Diaconi non Presbyteri essent, animarum (ut nunc dicimus,) curam non habebant, idcircò neque Tituli, neque Parœciæ dici poterant, licet essent consecrata, & in Divinorum honorem dedicata, à quibus posteà Diaconi ipsi Cardinales Regionarii, antiquata Regionis appellatione, cognomina ac distinctiones sortiti sunt. Primò enim (ut dixi,) nominabantur Diaconus Cardinalis primæ, tertiæ vel sextæ, aut X. Regionis, quarum Diaconi Cardinales erant, posteà dici cœpti Diaconus Cardinalis hujus vel illius Diaconiæ; verbi gratiâ, S. Theodori; S. Hadriani; SS. Sergii & Bacchi; S. Mariæ novæ & cætera. Quod more Presbyterorum Cardinalium factum existimo, qui semper cum adjectione illius Tituli, cui præerant, se nominabant, ut Joannes Presbyter Card. S. R. E. tt. S. Mariæ Transtiberim. Hi igitur in suis Diaconiis commorantes (quas & Martyria â quibusdam vocari legi, quòd ibi Martyrum sepulchra essent,) demandata sibi munia in sua regione impigrè faciebant, Pontificiq; Romano sacra facienti præsto aderant, Ecclesiæ quoque Romanæ Thesauros custodientes, pecunias plebi inopiâ laboranti, juxta præscriptas sibi rationes in suis regionibus largiebantur.

§. 29. Novissimi omnium Episcopi, Cardinalis cognomen habuerunt, qvum apud veteres inauditum fuerit, Episcopum Cardinalem dici, qvum omnes Episcopi (Patriarchis exceptis,) æqualis sint auctoritatis, nullusq; ratione alterius Cardinalis dici possit, ut diffusè in libro de origine Cardinalium disputavi. Atque ut Episcopi Cardinales appellarentur, originem manasse multis conjecturis ductus, crediderim, ab ea consuetudine, quæ erat Romæ, ut septem ex circumvicinis Episcopis, Laterani, vel celebrarent, vel Romano Pontifici celebranti ministrarent; quiq; idem munus haberent Laterani, quod Presbyteri Cardinales per cæteras quatuor Basilicas Patriarchales, ideò Cardinales Episcopi dici cœpti; verùm ob eam causam, neque Patriarchis, neq; Metropolitanis, vel Archiepiscopis, neque etiam Episcopis aliarum civitatum, licet Cardinales non essent, ante se tamen consecratis digniores erant, nec etiam eos præcedebant, ut demonstravi in Libro de Cardinalium origine. Sed eorum præcedentia erat ratione temporis; quo

Episcopi creati fuerant, etenim Episcopus Cardinalis Ostiensis, si post Episcopum Veronensem, qui non erat Cardinalis, vel post alium quemq; creatus fuisset, superiorem eo locum, neque in consensu, neque in procedendo habebat, eos tantùm Episcopos praecedebat, qui post eum creati fuerant, quae omnia iccircò dico, quod nihil dignitatis aut praeminentiae illis dabat antiquitus esse Cardinales. Caeterùm processu temporis, Episcopos primò non Cardinales licet ante se creati essent post Archiepiscopos, deinde Metrapolitanos & Primates, demùm Patriarchas ipsos praecedere coeperunt Episcopi Cardinales. Quod circa Gregorii Papae VII. & Urbani II. tempora usurpari paulatim coeptum est, quibus Romani Pontificis, cujus tum auctoritas, tàm ratione rerum spiritualium, quàm temporalium, Imperatoribus depressis suprema esse coepit, electio de Imperatorum manibus, & potestate erepta fuit, Cardinalibusq; praecipuè concessa. His igitur temporibus, qvum omnium Cardinalium, tum Episcoporum, qui Romani Pontificis electionis praecipui auctores erant, auctoritas quàm maximè aucta fuit, tuncq; ceteros Episcopos primò non Cardinales, mox Archiepiscopos, deinde Metrapolitanos, & Patriarchas praecedere coeperunt, Cardinalesq; verè, & non metaphoricè, hoc est, Episcopi principales appellati, quorum numerus, ut dixi, certus erat & finitus, ut etiam Presbyterorum & Diaconorum Cardinalium, septem enim tantùm erant: quod cur factum fuerit superius explicavi. Ceterum ob diversas causas, quas in libro de eorum origine explicavi, his septem Episcopis Cardinalibus aliquandò additos fuisse alios Episcopos inveni, ut sub Leone IX. & Paschali II. Episcopus Cardinalis Veliternus; sub Clemente III. Antipapa, & Urbano II. Episcopus Cardinalis Nepesinus; sub eodem Urbano II. Labicanus; sub Paschali II. Parmensis; sub Innocentio II. Archiepiscopus Pisanus, Episcopi Mutinensis, Ortanus & Tiburtinus, novissimè sub Leone X. Reatinus, & iterum Tiburtinus, qvum Ecclesias Sabinam & Praenestinam, quam à Julio II. habuerant, restituisset idem Leo X. Episcopis Cardinalibus duobus à Julio II. privatis, Bernardino videlicet Carvaiali, & Guillelmo Brissonettae. Qvum autem Ecclesia S.S. Ruffinae & Secundae, aliàs Sylvae candidae, defi-

cienti-

cientibus propter crebras barbarorum incursiones incolis, à Calisto II. Portuensi adjuncta esset, non nisi sex Episcopi Cardinales ordinarii fuerunt. Qui numerus post Innocentii II. Papæ tempora ante quadringentesimum abhinc annum stabilitus usque ad nostra tempora perduravit, ut non essent plures quàm sex Episcopi Cardinales viventes, præsertim qvum Ecclesia Veliterna, quæ eum honorem aliquandò habuerat, Ostiensi ab Eugenio III. adjuncta sit, & Tiburtina eo honore privata remanserit, usque ad Leonem X. à quo necessitate exigente, cum Reatina, semel tantùm Cardinalis facta fuerit Ecclesia. Verùm necessariâ causâ sublatâ utræq; Ecclesiæ Cardinales esse desierunt sub eodem Leone. Reliquæ verò Ecclesiæ, quas Cardinales appellatas fuisse aliquando legimus, nunquam posteà eum honorem habuerunt, qvum eum non habuerint ordinariè, sed necessitatibus quibusdam exigentibus, quæ omnia latius in libro sæpius à me citato de origine Cardinalium exposui, hicq; omittenda duxi, quòd adhuc opus non multum faciant. Itaque quæ dicta sunt, satis sufficiant, in cooptandis autem Episcopis Cardinalium Ecclesiarum antiquissima hæc fuit consuetudo. Moriente Episcopo Cardinali alter à Romano Pontifice subrogabatur ex Clero Romano, vel Presbytero, vel Diacono Cardinali, vel etiam Subdiacono Apostolico, quod liberè & sine ullo impedimento pertinebat ad Pontificem Romanum, ut, quem vellet, substitueret ex omni Clero Romano, multos enim ex Subdiaconis Episcopos Cardinales creatos fuisse legi. Posteà alia consuetudo circa Alexandri III. Pontificatum invaluit, ut is Episcopus Cardinalis crearetur, qui in Cardinalium Collegium cooptandus alterum haberet Episcopatum non Cardinalem, vel Archiepiscopatum. Qvum enim usque ad ea tempora ex Cardinalibus Presbyteris, vel Diaconis Episcopi per orbem universum crearentur, atque ex Cardinalatu gradus esset ad quemlibet Episcopatum, Episcopusq; ex Presbytero vel Diacono Cardinali factus, Cardinalis esse desiisset, tunc crescente cum Romani Pontificis, Cardinalium majestate, econtrà ex Episcopis aliarum Diœcesium Cardinales Episcopi primò, mox Presbyteri creari cœperunt. Legimus enim, multos Cardinales Romanæ Ecclesiæ non solùm Episcopos factos Episco-

patuum ipsorum, qui posteà Cardinales appellati sunt, sed etiam aliarum Ecclesiarum, ut Pisanæ, Mutinensis, Ortanæ & Parmensis, qui amplius Cardinales non appellabantur, qvum Episcopalis dignitas major esset Cardinalitiâ. Cardinalis enim Presbyter medius erat locus inter Episcopum & ceteros Presbyteros non Cardinales. Sub Alexandro autem III. sub quo Romana Ecclesia ad maximum in terris fastigium evecta fuit, Imperatore potentissimo Friderico Ahenobarbo, eoq; Ecclesiæ Romanæ infestissimo hoste, conculcato, victo, pacemq; ab Ecclesia petere coacto, tum primùm ex Episcopis versâ vice Cardinales fieri cœpti. Cardinalium enim dignitas cum Ecclesiæ & Romani Pontificis dignitate semper crevit, tunc autem maxima erat, quâ ratione factum est, ut Episcopi multi eam ambirent dignitatem, quâ tantùm gradus ad maximum erat Pontificatum. Primus igitur Conradus quidam Germanus Imperatoris Friderici affinis, ex Archiepiscopo Moguntino factus est Episcopus Cardinalis Sabinus. Occasione tum hujus novitatis acceptâ, quod ab Imperatore Friderico Archiepiscopatu Moguntino exactus fuisset. Quem posteà sublato schismate qvum recuperasset, eum cum Ecclesia nihilominùs Sabina usque ad mortem retinuit. Hinc exortum est, ut quoties accideret, aliquos creari Cardinales, qui Episcopi vel Archiepiscopi essent, singulis una ex Cardinalibus ecclesiis tradebatur, quod tunc incongruum videretur, ex Episcopo Presbyter fieri, sed minus inconveniens ex Episcopo vel Archiepiscopo fieri Episcopus Cardinalis. Hac igitur occasione Episcopi Cardinales creabantur, ut omnibus locus esset ad Cardinalatus dignitatem, reliqui verò, qui non erant Episcopi, si eos Cardinales creari contigisset, vel Presbyteri vel Diaconi creabantur. Quod si in nova Ecclesiæ Cardinalis provisione non occurrit Episcopus aliquis, Cardinalis creandus, tunc ex senioribus Presbyteris Cardinalibus, vel ex antiquioribus in collegio Diaconis, arbitrio Romani Pontificis ecclesiæ vacanti providebatur, qui, quem volebat, ex Cardinalibus Presbyteris vel Diaconis cooptabat. Quod etsi, ut dixi sæpius, contigisset, ut id faceret ex antiquioribus Presbyteris vel Diaconis Cardinalibus, id tamen facere aliqua lege vel consuetudine non tenebatur, sed id honestâ
quadam

quadam ductus ratione agebatur, quæ posteà paulatim in usum conversa est, multos enim Episcopos Cardinales non ex antiquioribus Presbyteris vel Diaconis, sed ex junioribus cooptatos constat, qvum autem semel acceptum Episcopatum Cardinalem, qui acceperat, amplius dimittere non possent, neque inter Episcopatus Cardinales ea esset optio, quæ posterioribus temporibus usurpata adhuc viget, sæpè usu veniebat, ut vacantibus Episcopatibus, Albano, Tusculano, vel Prænestino, qui pauperes erant, Presbyter Cardinalis senior illum nollet accipere Episcopatum, quod fortè ditiorem titulum vel Diaconiam haberet, tuncq; novis Cardinalibus, vel antiquis, qui tenuiores habebant titulos aut Diaconias, licet posteriores tempore in collegio essent, tradebantur. Si verò Sabinus, Portuensis vel Ostiensis, qui opulentiores & ditiores erant Episcopatus, vacare contigisset, hi senioribus plerumq; vel quibus etiam Papa volebat Cardinalibus à Romanis Pontificibus tradebantur. Nam & hoc ex libera Papæ voluntate pendebat. Multos enim ex junioribus Presbyteris vel Diaconis Cardinalibus, sive etiam novos Cardinales ad hos etiam Episcopatus cooptatos fuisse legimus; adeò ut de hisce optationib⁹ certa regula tradi non possit; qvum omnia arbitrio Pontificis Romani gererentur. Hæc enim summa est, eos Episcopatus liberè in Romani Pontificis dispositione antiquitùs fuisse, usque ad Eugenii IV. primò, mox Julii II. tempora, quibus hic ordo aliqua ratione primò sub Eugenio IV. mox omninò sub Julio II. immutatus est.

§. 30. Cæterùm apud antiquos mos laudabilis fuit, atque per mille & ducentos continuos annos in Romana Ecclesia usurpatus, ut neque Diaconi Diaconias semel acceptas, neque Presbyteri titulos, neque Episcopi Cardinales Episcopatus suos unquam mutarent; Diaconus enim in Diaconatus ordine manens semel acceptam Diaconiam nunquam dimittere poterat, & aliam accipere: Similis ratio erat Presbyterorum de titulis, & Episcoporum de Episcopatibus, qvum autem Diaconus Cardinalis Presbyter fieri volebat, dimissâ Diaconiâ, quæ Presbyteris non conveniebat, titulum cooptabat, si autem ex Presbytero Episcopus Cardinalis fieri accidebat, tunc dimisso titulo Episcopatum suscipiebat, quem nisi

nisi Papa creatus esset, usque ad obitum retinebat. Hæc autem consuetudo usque ad Bonifacii Papæ IX. & Alexandri Papæ V. tempora, in Romana Ecclesia perduravit. Mutandi autem ejusmodi sacerdotia tres causæ fuerunt, quarum duæ priores necessariæ, tertia non solùm non necessaria, sed etiam inutilis & mala fuit.

§. 31. Primus omnium Cardinalium sub Bonifacio IX. titulum mutavit Bartholomæus Mezavacca Bononiensis, propter primam causam, quæ necessaria fuit: Qvum enim creatus fuisset Presbyter Cardinalis ab Urbano Papa VI. tt. S. Marcelli, atque ob quasdam sinistras suspiciones de eo conceptas ab eodem non longè pòst privatus esset Cardinalatu, ejus titulus S. Marcelli novo Cardinali Presbytero Stephano Palosio ab eodem Urbano creato datus est, mortuo autem Urbano VI. qvum Bonifacius IX. Bartholomæum ipsum restituisset ad Cardinalatus honorem, titulum suum priorem jam alteri Presbytero Cardinali, qui adhuc vivebat, datum aufferre noluit, sed ei alium titulum vacantem dedit, videlicet tt. S. Martini in montibus. Idem quoque accidit Philippo de Alenconio, qui cum esset Episcopus Cardinalis Sabinus, atque ab Urbano VI. privatus esset, restitutus & ipse fuit à Bonifacio IX. Episcopus Cardinalis Ostiensis & Veliternus. Hæcq; fuit prima causa necessaria mutandi titulos, quod non nisi bis factum fuisse constat sub ipso Bonifacio IX. Altera causa necessaria mutandi titulos fuit sub Alexandro V.

§. 32. Qvum multi Cardinales vidissent, jam manus à Romanis Pontificibus missas esse ad ejusmodi mutationes faciendas, & si valdè necessarias cœperunt etiam ipsi titulorum, vel Episcopatuum mutationes à Romano Pontifice procurare, non necessitate aliqua, sed ut de titulo tenuiore transferrentur ad ditiorem, quorum omnium primus fuit Jordanus Ursinus Cardinalis creatus ab Innocentio VII. qui sub Alexandro V. qvum vidisset, eas fieri necessarias mutationes, quas superius dixi, petiit & ipse à Pontifice Alexandro, titulum sibi mutari, quod & contra Canones Ecclesiasticos obtinuit, atque contra antiquam & laudabilem consuetudinem, quæ per mille & ducentos annos in Romana Ecclesia observata fuerat. Primus omnium Cardinalium sine necessitate aliqua

titulo

titulo suo priore videlicet S. Martini in montibus dimisso, quod tenuis esset, titulum opulentiorem S. Laurentii in Damaso, tunc vacantem cooptavit, cujus exemplum seqvutus Petrus Hannibaldensis mortuo Petro Setra Hispona, cui Diaconiam S. Angeli dimiserat, relictâ Diaconiá S. S. Cosmæ & Damiani, iterùm eandem Diaconiam S. Angeli contra antiquam consuetudinem recepit. Post autem has duas non necessarias mutationes, quæ sub Alexandro V. factæ fuerunt, nullam amplius factam inveni usque ad creationem Eugenii IV. annumq; Christi MCCCCXXXI. quo anno primus omnium Episcoporum Cardinalium idem Jordanus Ursinus dimisso Episcopatu Albano, quem à Joanne XXIII. habuerat, qui tenuis esset, sine causa necessaria Episcopatum Sabinum tunc vacantem, quod ditior esset, assumpsit; Cujus statim Exemplum seqvutus est Antonius Coratius, qui & ipse sine necessitate dimisso Episcopatu Portuensi, quem per 15. ferè annos obtinuerat, ab eodem Eugenio IV. accepit Episcopatum Ostiensem, quia opulentior erat. Sub eodem quoque Eugenio Johannes de Turre cremata relicto titulo S. Xysti, quem primò habuerat, accepit titulum S. Mariæ Transtiberim, qui posteà, qvum à Calisto III. factus fuisset Episcopus Cardinalis Albanus, eum Episcopatum, si necessaria causa, sub Pio II. dimisit, accepto Sabinæ opulentiore, sub quo etiam Pontifice Guillelmus de Estontevilla relicto Portuensi accepit Ostiensem. Sub Paulo II. Joannes Mela relicto primo suo titulo S. Priscæ assumpsit titulum S. Laurentii in Damaso. Hæ autem sunt omnes non necessariæ mutationes, quæ ante Xysti Pontificatum factæ fuerunt, in quibus usque ad id tempus temperantes admodùm fuisse Romanos Pontifices apparèt. Primus posteà Xystus IV. nullâ habitâ ratione non solùm celebris mutationibus omnia confundere cœpit, sed etiam, quod ante id tempus inauditum fuerat, Diaconias Presbyteris pro titulis, & titulos Diaconis pro Diaconiis dare cœpit, adhuc tamen optandi mos non plenè inoleverat; arbitrio enim Pontificis usque ad hæc tempora Episcopatus, tituli & Diaconiæ vel dabantur, vel mutabantur, jusq; optionis adhuc non erat integrum, verùm tunc paulatim & sensim exoriebatur; non enim videre possumus ante Alexandri VI. extremos

Ponti-

Pontificatus annos, vel Julii II. Pontificatum quempiam Cardinalium plus quàm duos titulos, vel Episcopatus, vel Diaconias mutasse. Demùm circa finem Pontificatus Alexandri VI. & initia Julii II. crebra hæc mutandorum titulorum mutatio & jus optandi plenè exorta sunt, quæ etiam nunc usurpantur. Tum primùm enim sub Julio II. accidit, ut unus Cardinalis omnes sex Episcopatus Cardinales optarit, is autem fuit Raphael Riarius, in qua optione hæc lex facta est, ut Cardinales absentes sine legitima causa pro Romanæ Ecclesiæ negotiis in hisce optionibus nullum jus haberent, ac tanquam mortui haberentur. In optionibus autem Sacerdotiorum Cardinalium ratio tantùm habetur ditioris vel opulentioris Tituli Episcopatus, vel Diaconiæ, atque hi, qui minus locupletes titulos vel Episcopatus, aut Diaconias habent, opulentiores semper optant, si quando vacare contingunt.

§. 33. Atque inter sex Episcopatus Cardinalis hic est ordo optionis; Primò optatur Albanus ceteris tenuior, post Tusculanus, Albano ditior, deinde Prænestinus. utrisq; opulentior; adhæc Sabinus, posteà Portuensis, postremò Ostiensis omnium ditissimus. Si igitur fortè obiit Episcopus Cardinalis Albanus, is Episcopatus optatur ab antiquiore Presbyterorum Cardinalium in urbe præsentium, vel Romanæ ecclesiæ causa etiam absente. Si Tusculanus Episcopatus vacat, is qui est Episcopus Albanus, si præsens est in urbe dimisso Episcopatu Albano, assumit Tusculanum, si absens, antiquior Presbyterorum Cardinalium præsentium, vel reipublicæ causa etiam absens Tusculanam optat ecclesiam, prætérito Episcopo Albano absente. Si obiit Episcopus Prænestinus, Episcopus Tusculanus Prænestinam, Albanus Tusculanam, antiquior Presbyterorum Albanam, si in urbe præsentes erunt, optant ecclesias. Quod si casu moriente Prænestino, neque Tusculanus, neque Albanus Episcopi in urbe essent, Prænestinam sedem optaret, antiquior Presbyterorum in urbe præsentium. Eadem ratio est & de sequentibus Episcopatibus Cardinalibus; Tusculanus enim Episcopus non optaret, nisi Sabinam, Portuensem, vel Ostiensem ecclesias, sic Sabinus nisi Portuensem vel Ostiensem, demùm Portuensis non nisi Ostiensem, Episcopus verò

Osti-

Ostiensis, qui omnium ditior est, nullum amplius habet optandi locum. Est igitur hic ordo, ut antiquior Episcoporum præsentium jus semper habeat optandi vacantes sedes Episcopales Cardinalium sua ditiores. Aliquando Romani Pontifices in hisce Episcopis cooptandis optionis jus infringunt, pristinâq; utuntur authoritate atque vacant è qualibet harum Ecclesiarum, Portuensi & Ostiensi exceptis, eas non Presbyteris Cardinalibus senioribus, sed alicui ex antiquis Diaconis Cardinalibus eas tradunt, qui ex Diaconatu, in quo per multos annos permanserint, sine Presbyterii gradu ad Episcopatum ascendunt. Hoc autem aliquando fit jus suum optandi concedente eo Presbytero Cardinale seniore, qui optare deberet, aliquando autem ex mera Pontificis Romani auctoritate. Hoc autem etsi Pontifices Romani omnibus Cardinalibus, Diaconis antiquioribus aliquando concedant, id tamen nunquam negare solent eis Diaconis, qui eos in sua creatione coronant, quibus in coronationis (ut ita dicam,) præmium aliquam ex his sedibus, si vacare per ea tempora contigerit, tribuunt, ut novissimè fecit Paulus IV. Francisco Pisano Archidiacono Cardinali, qui cum ex Diacono Episcopum Albanum creavit: Cæterùm Clemens VII. volens aliquid præstare Marco Cornelio Archidiacono, qui ipsum coronaverat, cum ex Archidiacono Archipresbyterum creavit, dans ei titulum S. Marci, qui paulò antè vacaverat, locumq; primum inter Presbyteros Cardinales, ex quo posteà loco statim ad Episcopatum ascendit, qvum noluisset primò Presbyterorum, qui tunc erat, præjudicium facere in optione vacantis per eos dies Episcopatus; Atque hæc est consuetudo, quæ nostris temporibus usurpatur, in optandis Episcopatibus Cardinalibus, quæ ratio eadem est & in titulis & Diaconiis; primus enim, id est, ditior titulus (nam nulla est inter titulos, Episcopatus vel Diaconias præeminentia, qvum omnes, quantum ad dignitatem attinet, æquales sint, nullusq; altero prior,) est S. Mariæ Transtiberim, post Damasi, pòst Lucinæ, & sic deinceps, qvum enim vacat titulus Lucinæ, eum optat propinquior defuncto Presbyterorum Cardinalium præsentium, si vacat titulus S. Mariæ Transtiberim, eum optat titularis Lucinæ, si in urbe est, nisi Cardinalis propinquior in

creatione defuncto. In Diaconiis etiam idem servatur modus, ditiores enim optantur, qvum vacant, ab his Diaconis Cardinalibus tenuiores habent, quibus crebris mutationibus factum, ut Cardinales Titulos sibi, qvum creati sunt, primò commissos non diligant, tanquam paulò pòst mutandos, eosq; ruere patiantur, neque ullam eorum restituendorum curam habeant, quare factum est, ut plerique tituli & Diaconiæ partim jam solo æquata, partim ruinæ proxima sint. Ceterum inter alios abusus etiam hic inoleverat, qui sub Paulo Papa III. ex parte sublatus est, ut Presbyter Cardinalis Episcopus factus titulum sibi priorem retineret, tanquam in commenda, quod male factum (ut dixi,) emendatione dignum esset.

§. 34. In præcedendo autem hic ordo nostrâ ætate est, ut Diaconus cæteros Episcopos, Episcopi Presbyteros, Presbyteri Diaconos præcedant Cardinales, qvum Diaconus Cardinalis Presbyter fit, novissimum locum post omnes Presbyteros tenet, qui ante eum facti sunt Presbyteri, licet ipse longè antè in collegium cooptatus fuerit Cardinalium: In præcedendo enim non habetur ratio creationis Cardinalium, sed ordinis, ut qui primò Episcopus (nisi Decanus sit,) posteriores, primò Presbyter posteriores Presbyteros, & primò Diaconus creatus sit, posteriores Diaconos præcedat, & is, qui præcedit, prioris est in consistorio sententiæ, prioremq; locum in optando habet. Ceterum (ut dixi,) præcedendi ordo in eis Cardinalibus Diaconis, qui Presbyteri fiunt, aliquando non observatus est à Romanis Pontificibus, ut à Clemente VII. verùm id raro admodùm usu venit, & non nisi semel, quod sciam, usurpatum. *Onufr. Panvinius in Libr. de Cardinalibus ex professo.* Adde hisce judicium admodùm severum J. Usserii inde statu Ecclesiarum Occident. cap. 4. p. 123. ubi recitat Wiclefi artic. 40. in Concil. Constant. damnatum: *Electio Papæ à Cardinalibus per Diabolum est introducta.* Nicol. de Clemangis lib. de corrupto Eccl. statu sic censet: Cardinalium, qui Papæ assident, spiritus, verba tumentia, gestus tàm insolentes, ut, si artifex quisquam vellet superbiæ simulachrum effingere, nullà congruentius ratione id facere posset, quàm Cardinalis effigiem oculis intuentium objectan-

jectando. Ex sortis tamen infimæ Clericatû in hanc elationem cum Sedis Apostolicæ pompatus incremento pervenerunt: Quippe quibus id olim erat negocii, ut efferendis mortuis sepulturæq; mandandis inservirent. *Sic ille.* Prolixè vide omnia in *M. Ant. de Domin. l. III. & IV.* de Republ. Ecclesf. p. 412. 519. 731. & alibi.

CÆRIMONIARUM DIVERSITAS.

§. 1. MAtth. XI. v. 30. August. hunc locum *Ep. 118.* accipit de Cærimoniis. *Sic ait:* Dominum nostrum Jesum Christum levi jugo suo nos subdidisse & sarcinæ levi. Unde Sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione præstantissimis Societatem novi populi colligavit.

§. 2. *Et Ep. 119.* queritur de multitudine cærimoniarum humanarum: Sed hoc nimis, *ait*, doleo, quia multa, quæ in divinis libris saluberrima præcepta sunt, minùs curantur, & tam multis præsumptionibus tam plena sunt omnia. *Et:* Ipsam religionem, quam paucissimis & manifestissimis Sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio Judæorum. *Sic ille.*

§. 3. *Gerson. in de vita spiritual. Part. III. Coroll. XIV.* ait: Tanta est hujusmodi Constitutionum multitudo, ut, si tenerentur in suo rigore, maxima pars Ecclesiæ damnaretur.

§. 4. *Varietas Cærimoniarum.* De diversis Jejunii ritibus & Cærimoniis aliis quid sentiendum, si quis in diversa loca veniat, sic *Augustin. Epist. CXVIII. c. 1.* tria genera facit: 1. Earum rerum, quæ præcipiuntur in S. Scriptura, de quibus ait: Si divinæ Scripturæ præscribit auctoritas, non est dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus. De 2. ait: Quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur. *Et mox:* Quod Domini passio & resurrectio, & ascensio, & adventus de cœlo Spiritus Sancti anniversariâ solemnitate celebrantur. De 3. Quæ, ait, per locos terrarum regionesq; variantur. Sicuti quod alii jejunant Sabbato, alii non. Et de hoc hanc regulam

lam tradit. *c. 5. ibid.* Faciat quisque, quod in ea Ecclesia, in quam venit, invenerit. Et *c. 2.* ait mihi *Ambrosius*: Cùm Romam venio, jejuno Sabbato, cùm hîc sum, non jejuno, Sic & tu, ad quam fortè Ecclesiam veneris, ejus morem serva. Et *c. 3.* Faciat unusquisque, quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum.

§. 5. Tamen συμφωνίαν rituum ordinavit *Concil. Vened. c. 15. Gerund. c. 1.* ut unaquæq; provincia sub uno Metropolitano unum Sacrorum ordinem retineret.

§. 6. *Durand. Ration. l. 5. c. 2.* ait: In Ecclesia nihil canendum aut legendum esse, quod à. S. Romana Ecclesia canonizatum & approbatum expresſè aut per patientiam non sit.

§. 7. Quod contra primæ Ecclesiæ morem esse suprà vidimus. Imò ipse *Durand. ibid.* mox fatetur: In primitiva tamen, *inquit*, Ecclesia diversi diversa cantabant, dummodò ad DEI laudem pertineret. &c.

§. 8. Et *Greg. I. Resp. ad Interrog. Aug. num. 7.* ait, postquam Augustin. Episc. Anglicus quæsisset: Cur, cùm una sit fides, sunt Ecclesiarum consuetudines tam diversæ? R. *Gregor. l. cit.* Mihi placet, ut sive in Romana, sive in Gallicana, sive in qualibet Ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti DEO possit placere, solicitè eligas.

§. 9. *Concil. Tolet. IV. c. 2. statuit*: Unus orandi & psallendi per omnem Hispaniam & Galliam modus conservetur, nec diversa sit, ultrà in nobis Ecclesiastica consuetudo, quia in una fide continemur & regno.

§. 10. Huc pertinent Cærimoniarum Romanæ Ecclesiæ onera & varietates. *S. Augustin. Ep. CXIX. c. 19. ad Januar.* Hoc nimis doleo, quia multa, quæ in divinis libris saluberrima præcepta sunt, minùs curantur, & tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, ut gravius corripiatur, qui per Octavas suas terram nudo pede tetigerit, quàm qui mentem vinolentiâ sepelierit. Omnia itaque talia, quæ neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Conciliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universæ Ecclesiæ roborata sunt; sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variant, ubi

facultas

ſacultas datur, ſine ulla dubitatione reſerenda exiſtimo. Quamvis enim neque hoc inveniri poſſit, quomodo contra fidem ſint, ipſam tamen religionem, quam pauciſſimis & manifeſtiſſimis Sacramentis miſericordia DEI liberam eſſe voluit, ſervilibus oneribus premunt, ut tolerabilior ſit conditio Judæorum, qui, etiamſi tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen ſarcinis, non humanis præſumptionibus ſubjiciuntur. *Gerſon. de vit. Anim. Spirit. Lect. IV. Coroll. XII.* condemnat eos, qui tantâ temeritate fulminant, excommunicationes & irregularitates cum innumerabili multiplicatione ſtatutorum, quæ vix aliquis, non dicam, adimplere, ſed vel legere totâ vitâ ſufficeret.

COELIBATUS SACERDOTUM.

§. 1. Confer ea, quæ ſuprà diximus de Conjugio Clericorum. *Tit. Clerici.*

§. 2. 1. In Eccleſia V. T. Prophetis, Sacerdotibus, Patriarchis Dominus non interdixit Conjugium. 2 In V. T. neque id factum. Sed 3. Contrarium probatur ex *I. Cor. IX. 5.* 4. Generale præceptum eſt *Gen. III.* & ἕκαστος, *1. Cor. 7. 2. & 9.* & ἐν πᾶσι, *Heb. 13. 4.* & *1. Tim. 3. 2* 4. 5. ἐπίσκοπον μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. *Tit. 1. 5.* τέκνα ἔχειν πιστὰ dicitur de Sacerdote. *1. Tim. 3. 12.* De Diaconis idem & τέκνων καλῶν προϊστάμενοι. Unde liquet, tribus Ordinibus ſuperioribus conceſſum eſſe Conjugium in Scriptura ſacra, de quibus vid. *Tit. Clerici*, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis. 5. Contrarium dogma dicitur *1. Tim. 4* δαιμονίων διδασκαλία.

§. 3. Praxis Eccleſiæ idem docet *Syn. Nic. 1. Paphnut. apud Socr. Hiſt. 12. 8.* grave jugum vocat, βαρὺν ζυγὸν imponere τοῖς μεμυημένοις, & vetat illud producto loco *Heb. 13. Canon. Apoſt. c. 61.* Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. Qui repetitur *Diſt. 28.* ubi expreſsè Epiſcopo, Presbytero, Diacono tribuitur Uxor. Quod confirmavit *Sext. Synod. in Trull. Can. XIII.* qui utitur duobus

 Scri-

Scripturæ locis; Uno, quæ Deus conjunxit, altero, *Heb. XIII. 3. Hieron. ep 83. c 2.* ait, in causa Carterii Episcopi uxorati: *Ille, in uxore optavit liberos, Tu in meretrice sobolem perdidisti. Illi scriptum est: Honorabiles nuptiæ, &c. Tibi legitur: Fornicatores autem judicabit Deus.* Ubi nota, τὸ Scriptum ILLI dici de Episcopo. 4 *Chrysost. in Ebr. Hom. 83. exp. h. l.* ait: ἴδωμεν ὡς τίμιον ὁ γάμος πᾶσι καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, ubi ἐν πᾶσι exp. Πᾶσι, scil. omnibus in universum.

§. 4. De *Hieronymo* sciendum, quod æstu contentionis contra *Jovinian.* abreptus multa dixerit durius & acerbius, quæ ex sedatioribus ejus scriptis sunt corrigenda. Nam cùm *l. 1. c. 20. contra Jovin.* dixisset; Unius uxoris virum Apostolo *1. Tim 3.* dici, qui unam uxorem habuerit, non habeat, mox *ad Ocean.* sedatior *ep. 83.* ait: Carterius Hispaniæ Episcopus &c. antequam baptizaretur, alteram post lavacrum priore mortuâ duxit uxorem. Et arbitraris, eum contra Apostoli fecisse sententiam, qui in Catalogo virtutum Episcopum unius uxoris virum præceperit ordinandum. Miror autem, te unum protraxisse in medium, cùm omnis mundus his ordinationibus plenus sit. (*Nota seculi quinti morem!*) Non dico de Presbyteris, non de inferiore gradu ad Episcopos venio, quos, si sigillatim voluero numerare, tantus numerus congregabitur, ut Ariminensis Synodi multitudo superetur (scil. CCCC. Episc.) Imputatur infelicitas conjugis mortuæ, & libido meritricia coronatur? Ille, si prior uxor viveret, alteram non haberet. *Mox:* Unius uxoris virum *sic interpr.* Ex Judæis erat Apostolus. Prima Christi Ecclesia de Israel reliquiis congregabatur. Sciebat lege concessum & exemplo Patriarcharum ac Mosi familiari, populo noverat in multis uxoribus liberos spargere. Ipsis quoque Sacerdotibus hujus licentiæ patebat arbitrium. Præcipit ergò, ne eandem licentiam Ecclesiæ sibi vendicent Sacerdotes, nec bina pariter & trina sortiantur conjugia, sed ut singulas uno tempore uxores habeant. Et hæc rectè, prout & omnes nostri *h. l.* exponunt. Et *Scaliger. notâ quadam in N. T.*

§ 5. *Tertull. seculo III.* quanquam jam tum Montanista ex

ex his locis *Tit. 1. 1. Tim. 3.* primas illis nuptias non tollit, sed secundas. Sed hoc nomine *ab Hieron. in Tit. I.* reprehenditur: *Scripsit & Tertull* ait, *de Monogamia librum hæreticum, quem Apostolo contraire, nemo, qui Apostolum legerit, ignorabit.* Ergò ex Hieronymi mente hæretici sunt tales.

§. 6. Testantur idem ipsi Adversarii, *Hugo Cardin. in I. Tim. III.* Tunc licebat Sacerdotes habere uxores. Nec licebat habere plures quàm unam, quia sic esset bigamus. *Cajetan. in eund. locum.* Conditio secunda negativè intelligenda est, hoc est, non plurium uxorum virum.

§. 7. De loco *1. Cor. 7. 5.* ubi Paulus ad tempus, orationi eò melius vacantes abstinere jubet, quem objiciunt Pontif. *Chrysost. ibid.* intelligit de Oratione extraordinaria, & sic argumentatur: Si prohibet τοὺς συνόντας ἀλλήλοις εὔχεσθαι, quodnam tempus relinquetur continuæ orationi, εὔχεσθε ἀδιαλείπτως & Resp. ἔστι καὶ ὁμιλεῖν γυναικὶ καὶ εὐχῇ προσέχειν. Non enim dixit absolutè, ἵνα προσεύχησθε, ἀλλ' ἵνα σχολάζητε, utpote quod res procreet ἀσχολίαν, sed non ἀκαθαρσίαν. *Sic ille.* Sic *Ambros & Theodoret. in h. l. & Sext. Synod. Trull. Can. XIII.* ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν ὁμοίως φυλάξωμεν καιρὸν ἐπὶ παντὸς ἐπιστάμενοι πράγματος καὶ μάλιστα νηστείας καὶ προσευχῆς. *Scientes, quod omnia tempus habent, maximè Oratio & Jejunium.* Χρὴ γὰρ τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρήσεως ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσι. Ubi τὸν καιρὸν καιρῷ opponit, & concludit, εἴ τις οὖν τολμήσει παρὰ τοὺς Ἀποστολικοὺς κανόνας κινούμενος, τινὰς τῶν ἱερωμένων πρεσβυτέρων φαμὲν, ἢ διακόνων, ἢ ὑποδιακόνων ἀποστερεῖν τῆς πρὸς τὴν Νόμιμον γυναῖκα συναφείας τε καὶ κοινωνίας, καθαιρείσθω.

§. 8 *Synod Gangr. Can. 4.* Si quis discernit παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, & ab ejus oblatione se abstinet, ἀνάθεμα ἔστω. Quod objicitur hic de voce γεγαμηκότος, eam exponi debere de-

eo,

eo, qui habuit, non habet; Præter illud, quod Græci idiomatis ratio id non permittit, decidit omnia locus *1. Cor. 7. 10.* Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλομεν. *Vulg.* Iis qui matrimonio juncti sunt, id est, qui habent uxorem.

§. 9. Denique sciendum, quæ ex *1. Cor. 7. 32.* allegantur, de omnibus promiscuè dici, nec de Sacerdotibus tantùm, quod docet *Chrysostomus hom. 19. in h. locum.*

§. 10. Ergò nullus est in tota sacra Scriptura locus, qui Sacerdotum Cœlibatum præcipiat aut firmet. Inde *Gratian. 26. Qu. 2. Can. Sors non. §. Hic itaque.* Copula, *ait*, Sacerdotalis, vel Consanguineorum nec Legali, nec Evangelicâ, vel Apostolicâ auctoritate prohibetur. Ecclesiasticâ tamen lege penitùs interdicitur. *Et §. 26.* Ante prohibitionem ubique Sacerdotum Conjugia licita erant, scilicet ante Syricii Decretum. Atque hæc sunt IV. Secula, quibus viguit Conjugium Sacerdotum. *Thom. Aquin. in 2. 2. Qu. 88. art. 11.* Non est essentialiter annexum debitum continentiæ Ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiæ. Et *Cajet. in Opusc. Tit. I. Tract. 27.* Nec ratione, nec autoritate probatur, quod absolutè loquendo Sacerdos peccet contrahendo matrimonium. Et concludit: Sacerdotium non dirimere contractum matrimonii sive ante, sive post (scilicet Ordinationem,) seclusis omnibus legibus, stando tantùm in his, quæ à Christo & ab Apostolis habemus. *Cusan. ep. 2. ad Bohem.* Post aliquot tempora visum fuit, scilicet Cœlibatum Conjugio contrarium inducere; qui tamen antè tanquam à DEO conjuncti separari non potuissent. *Durand. Tit. 46. de Concil. celebr. ait:* Videri utile, ut in Concilio matrimonium Sacerdotibus concedatur; cùm planè frustrà & incassum hactenus sint ad castitatem coacti, cùmq; Græci Sacerdotes jus matrimonii habeant, idq; etiam in usu fuerit tempore Apostolorum. Unde

§. 11. Tria disco: 1. Frustrà esse hoc interdictum. 2. Esse Particulare, non Catholicum. 3. Nec Apostolicum. Ergò 4. Hæreticum. *Innocent. IV. Anno 1240 Tit. de Conv. Conjug. C. Placet.* Matrimonium de Jure divino non prohibet susceptionem sacrorum ordinum, sed tantùm ex constitutione Ecclesiæ.

Unde

Unde infero, E. non jure divino, ſed humano cœlibatus ſtat.

§. 12. Hactenus ergò nec Lege DEI, nec V. T. & N. T. praxi, nec Apoſtolicâ Cœlibatus conſtat, neque fundatus eſt. Nam 1. Apoſtoli omnes, excepto Johanne & Paulo, fuerant uxorati. Sic Ambroſ. in *2. Cor. 11.* Quia omnes Apoſtoli, excepto Johanne & Paulo, uxores habuerunt. *Auguſt. Si quis alius, Quæſt. mixt.* Sanctus Johannes caſtitatis fuit cultos, condiſcipulus autem ejus S. Petrus uxorem habuiſſe cognoſcitur. Ut primatum acciperet inter Apoſtolos, non ei obſtitit generatio filiorum. *Tertull. Exhor. ad Caſtit. c. 8.* Licebat & Apoſtolis nubere, & uxores circumducere. *Ignat. ad Philad.* poſtquam enumeraſſet Apoſtolos cœlibes; Ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντα τὸν βίον, addit, ἐ ψέγων τὰς λοιπὰς μακαρίες, ὅτι γάμοις προσωμίλησαν. Et mox: Ὡς Πέτρε καὶ Παύλε, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τοῖς γάμοις προσομιλησάντων. Ad quem locum examinat *Nic. Vedel. object. Bellarmini. Id ibid. addit*: Si quis τὴν νόμιμον μίξιν καὶ τὴν τῶν παίδων γένεσιν appellare velit corruptelam & pollutionem, talis ait, ἔνοικον ἔχει τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην. *Videant Pontificii!*

§. 13. Et hæc de conſenſu primorum V. Seculorum PP. Ignatio, Clem. Alex. Tertull. Ambroſio, Auguſtino, Paphnutio, Hieronymo teſtibus. Illis tamen ipſis temporibus *Montanus* & *Origenes*, ac *Tertullianus* degener cœperunt inſuſurrare auribus caſtitatis larvam, quos Origeniſtas tamen dicit Epiph. hær. 65. vixiſſe in λαγνείᾳ & ἀσελγείᾳ. Et Euſeb. Demonſtr. l. 1. c. 9. velificatus ſuo tempori jam tum verba Pauli *1. Tim. III.* ſic depravat: Χρῆναι τὸν Ἐπίσκοπον γεγονέναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Ubi ſubſtituit γεγονέναι fuiſſe pro εἶναι eſſe. Hinc mox in *Synod. Neo-Cæſar. Can. I. in Rom. ſecund. Can. XIX. in Elibertin. 2. Can. 2.* In totum, ut ait hic, prohibet abſtinere à Conjugibus ſuis, & non generare filios. Unde videmus, tum retinuiſſe quidem uxores; at abſtinuiſſe à congreſſu. Sic & *Arelat. 2. Can. 2. & Ancyran. Can X.* Donec tandem ad *Nicen. 1. ann. CCC.* res delata, ubi ultrò citròq; collatis calculis Paphnutius obtinuit, & Cœlibatus nondum introductus,

ductus, re eò nihilominus adductâ, ut si qui ordinati essent ἄγαμοι, in Clero non ducerent uxorem.

§. 14. *Socrat. l. 1. c. 8. & Nicephor. l. X. c. 9. Sozom. l. 1. c. 22.* In Socratis narratione hæc sunt observanda: 1. Paphnutium ad decus & honestatem τῶν ἱερωμένων esse locutum. 2. Voluisse illos νεαρὸν νόμον ferre de Cœlib. scil. 3. Jugum esse nimis grave. 4. Agi de actu conjugali, non de sola retentione, quod evincunt verba, συγκαθεύδει συνέλευσις της νομίμης γυναικὸς &c. Et 5. Πείθεσθαι πάντα τῶν ἱερωμένων σύλλογον τοῖς παφνουτίου λόγοις.

§. 15. *Gelas. Cyzicen. Act. Syn Nic. C. XXXIII.* inscribit Canonem περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερωμένους ἕκαστον τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλειν. 2. Liberum relinqui τῶν βουλομένων κατὰ συμφωνίαν ἀπέχεσθαι τῆς ἰδίας γαμετῆς.

§. 16. Ut ita prædictæ Nationales vix in effectum venerint.

§. 17. Mox *Jovinianus* visus parùm honorificè loqui de Virginitate, ideoq; vehementer eum incursat *Hieronymus*, & *Epiph. hær. 59.* παιδογονοῦντας à Clero repellit. Quamvis ex suprà cit. *Hieron.* verbis pro Carterio appareat, suo adhuc tempore multos Episcopos fuisse conjugatos. Adeò, ut inter privatas Episcoporum opiniones prima consentio usque in Seculum V. manserit hic de Cœlibatu Sacerdotum.

§. 18. Demùm Romæ Anno CCCC. *Syricius Papa Ep. 4. c. 9.* suadet, ut Sacerdotes cum uxoribus suis non coëant. Quæ ex ejus quomodo cum Apostolo pugnet, docet *Morn. l. 2. c. 10. Euch.*

§. 19. Neque tamen omnibus statim locis recepta fuit, sed initio ii, quando Sacris erat operandum, abstinebant, quos ordo tangebat, quod *Concil. Carth. c. 28.* effert, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους καὶ ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατευέσθαι. Et *Elibert. Can. 33.* Positi in ministerio. *Steph. Aufrer. Canon. 57.* Die celebrationis.

§. 20. *Leo I. Anno 440.* hoc statutum persequitur. Et hoc ævo Conversio dicta est abstinentia ab uxore propriâ, ἰδίας γαμετῆς Græci vocant, Votum apud *Salvian. l. 5. Provid.* *Sidonius* tamen

men Arvernor. Episcopus & uxoratus & ἔυτεκνος fuit *l. 5. ep. 9.* ait: Imbuamus liberos invicem diligentes. Donec *Can. 21. Altisiodor.* vetuit etiam ibi in uno lecto cum Presbytera dormire.

§. 21. Sic *Anno 860.* Odo Vienn. Alverico Subdiacono uxorem ducere permittit.

§. 22. *Anno 1074. Sigebert. Gemblac. Chron. ann. 1074. seqq.* de Gregor. Papâ, Uxoratos, ait, Sacerdotes à divino officio removit. Ergò & tum adhuc uxorati. Ib. id. vocat, novum Exemplum, inconsideratum præjudicium, aitq; : Ex qua re tàm grave oritur scandalum, ut nullius hæresis tempore S. Ecclesia graviori sit scissa schismate.

§. 23. Et ὁμόχρονος *Lamb. Schafnaburg.* addit, adversus decretum Gregorii totum Clerum infremuisse, sic loquitur, citato pro se sacro DEI verbo: Non omnes capiunt hoc Apostoli: Qui se non continet, nubat; & denique: Consuetum cursum naturæ, ajunt, negari, & malle se Sacerdotium, quàm Conjugium deserere.

§. 24. *Anno 1120. Calixtus II. Synodo CCC. Episcop.* Cœlibatum reducit & renovat, etiam Concubinas vetat.

§. 25. Sic & in aliis provinciis, & nominatim Germaniâ, usque ad *annum 1060. & ap. Aventin. l. 5. ad ann. 1080.* Sacerdotes leguntur Filios procreasse, publicè uxores habuisse, ait Aventinus. Donec *Hildebrandus* anno 1074. etiam isthic suam legem proponeret, qui *Concil. Wormaci. anno 1076.* condemnatus est, tanquam dogmata nova cudens & adulterans iis Theologiam. Sed *anno 1090. Urban. II.* ad anathemata revertitur, & anno 1105. à Paschal. II. etiam inferiorib. gradib. ablata usurpatio Conjugii.

§. 26. Porrò de Anglia, *anno 714.* Bitowoldus primus tentavit. Anno 950. Oto Contuar. decernit, hæreticas esse nuptias Clericorum. Et *Honorius II. ann. demùm 1125.* per Joann. Cremensem rem ibi ad finem promovit.

§. 27. *In Polon. ann. 1190. in Hibernia ann. 1150.* & circiter cœpit. *In Dania ann. 1100.*

§. 28. Nec defuere tamen semper, qui obloquerentur acriter. *Salvian. ann. 500. l. 5. de Provid.* Qui jampridem opus etiam honesti matrimonii reliquistis, tandem à scelere cessatur. 2.

Gre. M. cum ei de demersorũ 6000. infantum capitibus in vivario suo repertis referretur: ait *Ulric. August. ep. ad Nicol. I.* Intimâ ductus pœnitentiâ ingemuit, & factum à se de Cœlibatu decretum tantæ cædis causam confessus condigno illud pœnitentiæ fructu purgavit. 3. *Aventin, libr. 5.* Maxima pars sub honesto castimoniæ nomine stupra, incestus, adulteria passim & impunè committunt. 4. *Bernard. de Conv. ad Cler. c. 29.* abstinentes remedio nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes. Utinam qui continere non valent, perfectionem temerariè profiteri, aut cœlibatui dare nomina vererentur. Et *in Cant. Serm. 66.* Tolle de Ecclesia honorabile connubium & torum immaculatum. Nonne reples eam concubinariis incestuosis, seminifluis, mollibus, masculorum concubitoribus & omni denique genere immundorum. 5. *Anno 1450. Imp. Sigismund.* reformationis articulos Concil. Basil. exhibuit, in quo est unus: Plus mali quàm boni ex Calixti Decreto in Ecclesia secutum est. Melius & animæ tutius est, ut juxta ritum Ecclesiæ Orientalis Clericis licentia concedatur contrahendi honesta matrimonia. 6. *Æn. Silv. apud Platin. in ejus vita dixit:* Sacerdotibus magna ratione sublatas nuptias majori restituendas videri. 7. *Polyd. Virg. l. 5. c. 4.* Forsitan tam è Rep. Christiana, quàm ex ordinis usu esset, ut tandem aliquando jus publici matrimonii Sacerdotib. restitueretur. 8. Sic Erasm. in I. Tim. III. 9. *Lindan. in Panopl.* 10. *Stanisl. Orichov. Episc. Russ. ann. 1551.* à Jul. Pontif. petiit uxorem, monens Legem Syricii esse Juri divino adversam. 11. *In Concil. Trident. Ferdin. Rom. Imp. Henric. II. Carol. IX. Gall. Reg.* & omnes ferè Occid. Principes & Status idem quæsivêre. Sed nihil obtinuêre.

§. 29. Uxores habuere 1. Numidicus Presbyter apud *Cyprian. lib. IV. ep 10.* qui in Christi confessione uxorem adhærentem lateri suo concrematam lætus aspexit. 2. Cæcilius Presbyter, qui Cypriano itidem conjugato martyrium subiturus suam commendat uxorem. *Cypr. l. V. ep. 15. vid. Pamel. ibid. n. 5.*

§. 30. Paulinus uxorem habuit asseclam, & in vita religiosa sociam. *Epist. XI & Ambros. ep. 36.* Severus Sulpitius itidem fuit uxoratus. *Paulin. loc. cit.* Tertullianus Presbyter in conjugio

gio vixit. Apud *Iren. l.* 1. *c.* 9. Diaconus conjugem domi habet. *Gregor. l.* 1. *ep.* 50. in Corsica Sacerdotes cum uxoribus commorari permittit.

§ 31. In universum tamen Nuptias secundas Vett. Clero interdixerunt. Clem. Strom. l. 4. de iis, οὐ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμου, οὐ κληροῖ δὲ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίταξιν τελειότητα.

§. 32. *Tertull. ad Uxor.* Quantum obstrepant Sanctitati, Nuptiæ secundæ, Disciplinæ Ecclesiæ & Apostoli præscriptio declarat, cum digamos non sinit præsidere, cùm viduam allegi in ordinem nisi univiram non concedit.

§. 33. *Can. Apost.* liber primi ævi constitutiones complectens: ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ κληρικός. Adi ex professo *M. Anton. de Dom. l.* 11. *c.* 10.

Coena Dominica.

§. 1. 1. *Cor.* 10. 15. S. Cœna appellatur ex h. l. κοινωνία, διὰ τὸ τότε κοινωνεῖν τοὺς ἀξίους πάντας τῶν μυστηρίων, ait *Pachymeres. Sulpic. Sever. l.* 2. Communionem cum aliquo recipere. *p. m.* 433. Dionys. Areopag. ἐξαιρέτως ἀναγορεύεσθαι peculiariter dici ait de Eucharistia. Κοινωνίαν & Σύναξιν, ideò quod τὰς μεριστὰς ἡμῶν ζωὰς εἰς ἑνοειδῆ θέωσιν συνάγωσι, καὶ τῇ τῶν διαιρετῶν θεοειδεῖ συμπτύξει τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν largiatur.

§. 2. *Hieron. in h. l.* Dominica Cœna debet omnibus esse communis.

§. 3. Hinc τὸ κοινωνεῖν absolutè pro *accedere ad Sacramentum*, & Lat *communicare*. *Basil. Hom.* 61. τέταρτον, ait, ἐν ἑκάστῃ ἑβδομάδι κοινωνοῦμεν.

§. 4. *Chrysost.* quærit, cur potius voce κοινωνίας utatur, quàm μετοχῆς; Et ait: οὐ γὰρ τῷ μετέχειν μόνον καὶ μεταλαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑνοῦσθαι κοινωνοῦμεν. *Cyrill. Hierosol.* ait, nos fieri

χριστοφόρους τοῦ σώματος καὶ αἵματος αὐτοῦ εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου. *Idem*, ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ ἔτι ἄρτος λιτὸς ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ. Id. scribit: ἐν τύπῳ ἄρτου σου   τὸ σῶμα, ἐν τύπῳ οἴνου τὸ αἷμα. Hoc *Basilius* κοινωνίαν & μετάληψιν, *Cyrillus* κοινωνῆσαι & μεταλαμβάνειν nominat. *Leo* appellat *mysticam distributionem alimoniae coelestis*, non carnali aliquâ aut naturali ratione. Sic capiendus Nyssenus: Τὸ ἀθάνατον σῶμα ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτῷ γενόμενον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, τὸ πᾶν μεταποιεῖ, i.e. Mysticè. Et notabile est illud *Chrysost.* οὐδὲν αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστός. Semel unius ejusdem verba afferam, ut semper sciatur, Patres eos sic sensisse. (Πάρεστιν) ὁ Χριστὸς, καὶ νῦν ἐκεῖνος τὴν τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὕτω καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν, οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα (ut Papistæ,) γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. σχῆμα πληρῶν μόνον, ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς, καὶ δέησιν προσφέρει. Ἡ δὲ χάρις καὶ ἡ δύναμίς ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἡ πάντα ἐργαζομένη. Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα φησί. Τοῦτο τὸ αἷμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. Ex hoc Patres, quod Paulo est κοινωνία, appellant μεταποίησιν, μεταστοιχείωσιν, μεταρρύθμισιν, μετάληψιν, μεταβολὴν, non ut Romanenses μετουσίωσιν, ut expl. *Theodoretus*. Τὰ σύμβολα τοῦ σώματος τοῦ δεσποτικοῦ καὶ τοῦ αἵματος, ἄλλα μὲν εἰσὶ πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως μετὰ δὲ τὴν ἐπίκλησιν, μεταβάλλεται καὶ ἕτερα γίνεται, ἀλλ' οὐκ οἰκείας ἐξίσταται φύσεως. Idem clarius, τὰ μυστικὰ σύμβολα μετὰ τὸν ἁγιασμὸν μένει ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους, cumq; alter objiceret; Αἱ προστίθεσαι ἀμείβει προσηγορίας. Resp. ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβολὴν, ἀλλὰ τῇ φύσει τὴν χάριν προστεθεικώς. *Dionys. c. 3. Coel. Hierarch.* Cur κοινωνία & σύναξις dicatur, ait, ὅτι ταῖς τῶν ἄλλων ἱεραρχικῶν συμβόλων μεθέξεσιν

δέξεσιν ἢ πλείωσις ἐκ τῶν ταύτης θεαρχικῶν καὶ πλειστικῶν ἐστὶ δωρεῶν. Hinc illi ipsi dicitur ἑνώσεως κοινωνία, τὸ ἑνιαῖον ποτήριον. Et *Damascen.* μετάληψιν vocari ait, ὅτι δι᾽ αὐτῆς τῆς Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν. Hinc & illa Phrasis; μεταλήψεως μετέχειν. Cœnæ participem fieri.

§. 5. 1. *Cor.* 10. 21. Hinc Patres S. Cœnam appellant τράπεζαν φοβερὰν. *Chrysost.* & τράπεζαν ἱερὰν. *Leo*; Mensam sacram. *Augustin.* Mensam Domini.

§. 6. Sic *Ignat ad Smyrn.* δοχὴν epulum appellat, ut δοχὴν ἐπιτελεῖν. *Tertull. l.* 3. *ad ux.* Convivium Dominicum. *Ambros. l.* 1. *de Abel.* Convivium. *Optat l. V.* Convivium, cujus totum Dominium DEI est. *Zeno Veronens. serm. ad Neophyt.* Celebritatis tantæ festa hortor læto celebrare convivio, cœlesti prandio, honesto, salubri ac perpetuo. *Nazianzen.* ἄριστον δεῖπνον μέγα. *Dionys. Hieron.* 6. 8. Τὴν ἱερὰν ἀσπασάμενος τράπεζαν. *Paulus* 1. *Cor.* 11. δεῖπνον κυριακὸν, Cœnam Dominicam.

§. 7. Quam vocem Pontificii hodiè nolunt tolerare. Sed ex ipsis Catech. Rom. Part. 2. c. 3. §. 5. ait: Vetustissimos Patres Apostolorum auctoritatem secutos, Cœnæ etiam nomine S. Eucharistiam interdum vocare.

§. 8. Et *Wicel. Hom l. de Cœna Dom.* ait: Quinam rectius hoc Sacram. appellaverimus, quàm si e S. literis illi nomen quæsierimus. Ex historia itaque Evangelii claret, Cœnam fuisse. Unde *Dominicam Cœnam* Paulus vocat. Habes, quo nomine appelles hoc, de quo nobis sermo est, Dominicam Cœnam. *Hæc ille.*

§. 9 *Aug. ep.* 118. ait de loco 1. *Cor.* 11. Hanc ipsam acceptionem Eucharistiæ, Dominicam Cœnam vocans. *Beda ibid.* Ipsam acceptionem Eucharistiæ Dominicam Cœnam vocat. *Oecumen. ibid.* Κυριακὸν δὲ δεῖπνον καλεῖ τὸ δεσποτικὸν μυστήριον. *Anselm. ibid. exp.* Dominicam Cœnam manducare. *Et mox:* Sacram Eucharistiam percipere. *Thom. ibid. ait:* Dominicam Cœnam manducare, id est, sumere Eucharistiæ Sacramentum. Dionys. Carthus. ib. Dominicam Cœnam manducare, i. e. Eucharistiam sumere, quæ in Cœna novissima fuerat instituta. *Sic illi totidem verbis.*

§. 10.

§. 10. *Steph. Durant l. 1. c. 1.* ait: Paulus mysticum Christi convivium, in quo fideles sacri Corporis & Sanguinis Domini participes fiunt, non Cœnam communem, sed Cœnam Dominicam appellat. *Tertull. ad Ux. l. 2. c. 6.* Cœnam DEI nominat. Et *ibid.* interpr. Pamelius: Sacrificium.

§. 11. *Hesych. Levit. 7. 24.* Τράπεζαν μυστικὴν, κυριακὴν, & τὸ θεῖον δεῖπνον nominat *August. serm. Dom. in mont. l. 2. c. 12.* Non quotidiè Cœnæ Dominicæ communicant. Et *de verb. Dom. in Luc. serm. 33.* O qui ad Cœnam Domini venitis, nolite diligere mundum.

§. 12. Tempus Cœnæ S. in veteri Ecclesia fuit & Vespera & Aurora. *Augustin. Ep 118. C. IV.* in nonnullis Ecclesiis morem fuisse, *ait*, ut bis quintâ Sabbati hebdomade ultimæ Quadragesimæ, & manè & ad vesperam offerretur. *Cyprian. Epist. LXIII. ad Pamel.* ubi reprehendit nonnullos, qui in matutinis Sacrificiis solam aquam adhibebant, ne per saporem vini redolerent Sanguinem Christi. Quos ita castigat: *An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quod etsi manè aqua sola offerri videtur, tamen cùm ad cœnandum venimus, mixtum Calicem offerimus.* Bis itaque Sacrificia celebrari solebant, manè & quidem publicè, tum privatim, sub vesperam. *Chrysosthom. ait Ep. ad Corinth. II.* Apostolum δεῖπνον vocasse, & παραπέμπειν eo ipso auditores τῇ ἑσπέρᾳ, καθ' ἣν τὰ φρικτὰ μυστήρια παρέδωκεν ὁ Χριστός. Et *Dionys.* *appellat* δεῖπνον θειότατον καὶ ἀρχισύμβολον. Ad *Acaciũ Chrysost.* scribit, sibi crimini datum, quòd post cibum communionem dedisset, negat autem & ait: Si id feci ἀποβαλοίμην Χριστὸς ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. *Eligius sermon. II.* Vocatur hæc Festivitas Cœnæ Domini, quòd hoc die Dominus cœnaverit cum discipulis suis, eisq; ipsissimum corpus suum & sanguinem tradiderit, sub signis Panis & Vini.

§. 13. Κυριακὸν Δεῖπνον *Chrysost. Photio I. ad Cor. XI.* & *Theodoret. ibid.* κυριακὸν δεῖπνον καλεῖ τὸ δεσποτικὸν Μυστήριον. *Nazianz. orat. 2.* Δεῖπνον λαμπρὸν εὐαγγελικόν.

§. 14. *Synaxis.* Epiphan. Exp. Fid. 1. XXII. Synaxes ab Apostolis

postolis institutas, scribit diebus Τετράδι quartâ, Προσαββάτῳ sextâ, καὶ Κυριακῇ Dominicâ. Iisque horis matutinis, συνάξεις ἀφ' ἕωθεν ἐπιτελεῖ, Ecclesia Catholica *inquit.*

§. 15. Dicitur autem *Synaxis* propriè *Conventus sacer*, & quod in eo celebratur, divinum officium, quod sacrarum literarum lectionem continet, Psalmodiam, Sermonem ad populum, ac demum, ubi opus est, S. Cœnam. Nonnunquam tamen, ut apud *Dionys. c. 5. Hierarch.* pro ipsa Communione usurpatur. Nam ibi causam inquirit, cur κοινωνίας & συνάξεως appellatio divino illi Sacramento, quod τελετὴν τελετῶν appellat, præcipuè tribuatur, cum cæterorum ea quoque vis sit, ut μεριστὰς ἡμῶν ζωὰς εἰς ἑνοειδῆ θέωσιν συνάγειν possint. Propriè tamen Conventum sacrum, & in eo officium divinum sonat. Sic *Epiphan. hær.* 69. de Presbyteris; Ἕκαστος κατὰ τὴν εἰθισμένην σύναξιν τὸν αὐτῷ πεπιστευμένον λαὸν διδάσκει. Latini *Collectam* & *Missam* appellant.

§. 16. *Chrysost.* quinque nominibus appellat in *h. l. 1. Cor.* 11. 20. Κοινωνίαν, Τράπεζαν ἱερὰν, Ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος, Κοινωνίαν τοῦ αἵματος, Τράπεζαν πνευματικήν. Aliàs appellatur Patribus τροφὴ πνευματικὴ, κλάσις ἄρτου, ἡ καινὴ διαθήκη, Σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Εὐλογία, *in Lyturg. Græc.* θυσία αἰνέσεως. Εὐχαριστία, δεῖπνον κυριακὸν, Δῶρον, ἄρτος ὑπερούσιος, λειτουργία, Μυστήριον, χάρις, τὰ ἁγιάσματα, τὸ Ἀγαθὸν, τὸ Τέλειον, Μετάληψις, αἱ ἅγιαι μερίδες, τὰ δῶρα, ἐφόδιον, Πάσχα, *Vitæ natalis Calicis, Sacramentum Calicis*, θυσία, λατρεία, προσφορά. De quibus omnibus *Casaubon. Exercit. Baron. vide.*

§. 17. In omnibus Synaxibus non celebrata fuit Cœna. Quod ex *Socrate l. V. c. 21.* patet, ubi τῇ τετράδι καὶ παρασκευῇ Synaxes fieri scribit Alexandriæ, δίχα τῆς τῶν Μυστηρίων τελετῆς. Tum per solennes jejuniorum dies *Mysteria* nulla peracta fuerunt: neque publicè communicabant fideles. Nam *Laodicen. Concil. can. XLIX.* vetat quadragesimali tempore panem offerre, præterquam Sabbatho & Dominicâ. Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον

T προσ-

προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν Σαββάτῳ καὶ τῇ κυριακῇ μόνον. Olim autem nemo citra notam aliquam asymbolus & sine oblatione propria communicabat, sed panem suum ac vinum offerebat. Hinc vehemens illa *Cypriani* querela de matronis locupletibus, *Lib. de Eleemos.* Locuples & dives es, & Dominicam celebrare te credis, quæ Corbonam omninò non respicis, quæ in Dominicum sine sacrificio venis, quæ in partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis. *Augustin. serm. CCXV. de Temp.* Oblationes, quæ in altaribus consecrentur, offerte; Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicat. Κοινωνεῖν autem ἄνευ προσφορᾶς dicitur de iis, qui in extremo gradu pœnitentium hærentes, orationum cum Ecclesia erant tantùm participes, ut in *Ancyran. c. V. & XXIV.*

§. 18. Neque omnium promiscuè receptæ sunt oblationes, sed scelestorum & pœnitentium, & universè τῶν ἀδέκτων καὶ ἀκοινωνήτων rejectæ. De quo *Constitut. Apost. l. III. cap. V.* & *Vasens. Concil. Can. II.* jubet, ut pœnitentium, qui sine communione inopinato transitu in agris aut itineribus præveniuntur, oblationes recipiantur. Excutiebantur itaque à Diaconis primum ad altare, utrum ejusmodi essent, quæ offerri ad altare possent. *Canon XXIV. Carthag. III.* jubet, ut in Sacramento Corporis & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus tradidit, Vinum aquâ mixtum & Panis. Quod idem ajunt & *Zonar. & Balsamo Can. XL. Carthagin.* μὴ ἐξεῖναι περαιτέρω ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου τί ποτε ἐν τοῖς Ἁγίοις προσφέρειν.

§. 19. *Synod. Trullan. Can. LII.* Diebus jejunii quadragesimalis παρεκτὸς Σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς τοῦ Εὐαγγελισμοῦ (Annunciationis) ἡμέρας γινέσθω ἡ ἱερὰ λειτουργία. Ubi *Zonaras*: αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι πένθους εἶναι ἐπεγνώσθησαν, τὸ δὲ θυσίας προσάγειν, πανηγυρίζειν ἐστί.

§. 20. *Laodicen. Can. XIX. in Liturg.* & Synaxibus hunc ordinem præscribit: Post habitos ab Episcopo Sermones Catechumenorum, succedebat oratio. Quibus digressis, super pœnitentes

tentes orabant. Ii sub manus subeuntes ubi discesserant, triplex oratio Fidelium concipiebatur. Εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδεσθαι jubet, καὶ μετὰ τὸ Πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ Ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι, καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφέρειν ἐπιτελεῖσθαι. At *Innocent. I. Ep. Cap. I.* pacem prohibet dari ante finita mysteria.

§. 21. Privatim domi tamen aliqui & extra Synaxin communicare poterant, etiamsi publicè perpetuò non id fiebat, nam sic solebant Eucharistiam, quam à Sacerdote semel acceperant, domi asservatam in dies reliquos dispensare. De quo *Basil. ep 289.*

§. 22. Oriens totus ferè die Sabbathi mysteria celebrabat. *Socrat. l. V. c. 22.* Et Alexandrinos & Romanos excipit. *Sozom. l. 7. c. 19.* Τῶν γὰρ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησιῶν ἐν ἡμέρᾳ σαββάτων κατὰ πᾶσαν ἑβδομάδος περίοδον ἐπιτελουσῶν τὰ Μυστήρια, οἱ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔκ τινος ἀρχαίας παραδόσεως τοῦτο ποιεῖν παρῃτήσαντο.

§. 23. *Petavius* solius ferè Orientis fuisse putat. Nam in *Respons. Canon. Timoth. Alexandrin. apud Balsam. Interrog. XIII.* quæritur, quibus diebus Conjuges continere debeant; Et respondet Timoth. Sabbatho ac Dominico, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς τὴν πνευματικὴν θυσίαν ἀναφέρεσθαι τῷ κυρίῳ. Unde clarum est, Sabbathis Alexandriæ celebrata Mysteria, contra quam Socratis ætate factum est.

§. 24. *Basil. Ep. ad Cæs.* cùm quotidianam communionem commendasset, subjicit: Ἡμεῖς μέντοιγε τέταρτον (quartum) καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, 1. ἐν τῇ κυριακῇ. 2. ἐν τῇ τετράδι. 3. ἐν τῇ παρασκευῇ. 4. καὶ τῷ Σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη μάρτυρός τινος.

§. 25. *Augustin. Ep. CXVIII.* Alii jejunant Sabbatho, alii non, alii quotidie communicant corpori & sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur. Alibi Sabbatho tantùm & Dominico, alibi tantùm Dominico, & si quid aliud hujusmodi animadverti potest, totum

hoc genus rerum liberas habet observationes. *Innocent. Ep. I. c. IV. Fer. VI.* & Sabbatho Sacramenta minimè celebrari scribit. In Mediolanensi Ecclesia quotidiè Sacrificium oblatum *Ambros.* docet *Serm. 84.* Qui juxta Ecclesiam est & sine gravi impedimento potest, quotidiè audiet Missam. In quadragesima moneo, ut die omni aut saltim Dominico offeratis & communicetis.

§. 26. *Can. Agath. XVIII.* Seculares, qui in Natali Domini, Pascha, Pentecoste non communicaverint, Catholici non credantur. *Can. XLVII.* Dominicis singulis audire Missam jubet: Audire autem Missam, *Gr. Euseb. l. 7. c. 9. Hist.* εὐχαριστίας ἐπακούειν idem cum *communicare* vult esse *Casaubonus*, negat *Petavius*, & probat è locis citatis. Quod tanti non est.

§. 27. Cæterùm Reliquiæ panis & vini in Catechumenos distribuebantur interdum. Quod vetat *Theophil. Alexandrin. Can. VIII.* τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας μετὰ τῶν ἀναλισκομένων εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω. Has reliquias, μερίδας Græcè, Carthag. Synod. *sacramenta* vocat, uti nos Hostias ante consecrationem etiam. *Augustin. l. 2. de Pecc. Mer. c. XXVI.* Sacramentum etiam appellat, panem & vinum, quæ Catechumenis dabantur: Quod accipiunt, *inquit*, quamvis non sit corpus Christi; Sanctum est tamen, & sanctius quàm cibi, quibus alimur, quoniam Sacramentum est.

§. 28. Clamabat in mystica hac Cœna Sacerdos: *Sursum corda:* Cyrill. Cat. V. Μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεύς, ἄνω τὰς καρδίας.

§. 29. Item qui ad communionem vocabat Sacerdos, manu in altum sublatâ clamabat: *Sancta sanctis.* Chrysost. ad Innocent. ὑψηλὸς ἑστὼς ὁ ἱερεὺς μεγάλῃ τῇ φωνῇ φρικτῇ τῇ βοῇ τὴν χεῖρα ἔχων εἰς ὕψος ἀνακράζει: τὰ ἅγια ἁγίοις. *Clem. Rom. Apost. Const. cap. 7. 8. 9. l. 8.* Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, λέγει ἐπίσκοπος, καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβάνων ὁ ἐπίσκοπος καὶ ὁ κλῆρος. *Anastas. de Synaxi:* ἱερεὺς λέγει: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

§. 30. *Syn. Carth. Can. 41. Ord. 4.* vetat admittere nisi jejunos.

Ὥστε

ὥστε ἅγια τὰ θυσιαστήρια εἰ μὴ ἀπὸ νηστικῶν ἀνθρώπων ἐπιτελεῖσθαι, ἐξῃρημένης μιᾶς ἐτησίας ἡμέρας ἐν ᾗ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἐπιτελεῖται: *præterquam una die Anniversaria, quâ Epulum Dominicum celebratur.*

§. 31. Fiebant vota ad Spiritum Sanctum, ut converteret panem & vinum hoc modo, ut testantur Patres. *Cyrill. Cat. XIIX.* ὥσπερ ὁ ἄρτος καὶ οἶνος πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς Τριάδος ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτὸς, ἐπικλήσεως δὲ γενομένης, ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα, ὁ δὲ οἶνος αἷμα Χριστοῦ. Ecce ἐπίκλησιν solennem!

§. 32. Ad istam oblationum consuetudinem, quæ θυσίας προσάγειν, προσφέρειν dicitur, accessit & illa altera, ut scilicet nominarentur illi, qui oblationes fecissent in sacris precibus, quibus unà cum Δώροις DEO commendabantur. *Liturg. Jacobi*: Meminisse digneris eorum, qui tibi hasce obtulerunt hodierno die ad sanctum altare tuum.

§. 33. *Honor. in Gem. Anim. lib.* 1. *c.* 66. Olim Sacerdotes è singulis domibus vel familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci servant, & inde Dominicum Panem faciebant, quem populo offerebant, & hunc consecratum iis distribuebant.

§. 34. De vino oblato in libris de *Ordine Rom.* sic legitur: Cùm canitur offertorium cum versibus, tunc veniat Subdiaconus, ferens in brachio dextro patinam, & in sinistro calicem, in quo recipiantur Amula populorum. Deinde transeat Sacerdos ad suscipiendas oblationes, interim cantores cantent offertorium, & populus det oblationes suas, id est, panem & vinum, & offerant cum fanonibus cœtis s. Syndonibus.

§. 35. Inde COLLECTA dicitur Cœna Dei. In vita *Gregor. apud Diacon. l.* 2. legitur, matronam quandam, cùm Gregorius mysteria illi tradens diceret: Corpus Domini nostri conservet animam tuam; subrisisse ac dixisse: Id, quod ego obtuli, Corpus Christi vocas?

§. 36. Ubi nota solemnia verba fuisse Sacerdotum tradentium panem & vinum: *Corpus & Sanguis Domini conservet animam tuam!*

§. 37. *Concil. Colon. Anno 1549. c. 20.* de his oblationibus dicit: Quas olim in primitiva Ecclesia magnis studiis offerebant in Missa, quo suffragiis ejusmodi Sacerdotes & Ecclesiæ ministros sustentarent. Unde adeò locupletatæ sunt Ecclesiarum res, & persecutionis tempore, tanta copia, ut partiti sint eas etiam in alimenta viduarum &c. In vestes item & vasa ministerii, ornatumq; ac fabricam Ecclesiarum. De quibus extant adhuc antiqui Patrum Canones; Extant quoque Orationes, quas *secretas* appellamus, sub offertorio Missæ, quibus oblationes populi Deo commendabantur. *Hæc ibi.*

§. 38. De hisce Canon extat *Constantinop Synod. VI. Cap. VIII & Cæsar. in Ezechiel. hom. 15 Isidor. de div. off.* scribit: Inter offerendum solebant cantilenas occinere, quas Offertoria vocant. Preces, ut dixi, secretæ dicebantur, *Concil. Bracar. I can. 39.* ut oblationes fidelium apud unum Clericorum fideliter colligantur, & constituto tempore aut semel, aut bis in anno inter Clericos dividantur.

§. 39. Meminit & *Hieron. Ezechiel l. 6.* ita, ut doceat, inter offerendum Diaconum publicè astantem in templo proclamasse offerentium nomina, & adjecisse, TANTUM offert ille. TANTUM ille pollicitus est.

§. 40. Quod & in Oriente factum, teste *Sozom. l. 6. c. 16.*

§. 41. Oratum, Pater Noster & Kyrieeleison *Gregor. Epist. 63. l. 7.* Orationem Dominicam dicimus, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodò orationem oblationis hostiam consecrarent.

§. 42. *Can. Apost. III.* vetat oblationes alias facere, quàm quæ ἐν διατάξει τοῦ κυρίου sunt, ut sunt μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σικέρα, ἢ ἐπιτηδευτά, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶα τινά, ἢ ὄσπρια legumina, pœna additur: καθαιρείσθω. *Canon IV.* hæc admittit offerri ἔλαιον εἰς τὸ λυχνίον καὶ θυμίαμα, idq; τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. *Can. V.* ἄλλην πᾶσαν ὀπώραν εἰς οἶκον ἀποστέλλεσθαι Episcopi jubet, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. De quibus quid fieri debeat, ibi additur: ὁ ἐπίσκοπος καὶ ὁ πρεσβύτερος ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

§. 43. Dissidentium fratrum oblationes recipit nullatenus. *Concil. Carth. IV. c. 93. & c. 94.*

§. 44. Frangendi mos usitatus fuit in Ecclesia veteri. *Clem. Alex Strom. l. 1.* init. Καὶ τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὴν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσι. *Sinunt de fracto pane particulam unumquemque sumere.* Apud *Bed. in c. 10. 1. ad Cor. & Gratian de Consecr. Dist. II. Can. 58.* sunt verba *Augustini*: Nec quando manducamus partes de illo facimus; Et quidem in Sacramento sic fit, & norunt fideles, quemadmodum manducent carnem Christi, unusquisque accipit *Partem suam*, unde & ipsa Gratia *PARTES* vocantur. Gr. ΑἹ ἉΓΙΑΙ ΜΕΡΙΔΕΣ, ut inter nomina Cœnæ notavimus. Eæ Partes dictæ ΚΛΑΣΜΑΤΑ. Μερίδες autem, non μέρη, quia, ut ait *Nic. Conc. Can. XV.* οὐ πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ᾽ ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν, ὅτι οὐκ εἰς πλησμονὴν, ἀλλ᾽ εἰς ἁγιασμόν.

§. 45. *Augustin.* Buccellam: *Alii*, Micam: *Alii*, Portionem. *Paschas. de Corp. & Sang. Dom. c. 17.* Hoc mysterium dum communicas, dilata sinum mentis tuæ, & percipe, non quantum mica exhibet, sed quantum fides capit.

§. 46. Has partes de manu Sacerdotis accipiebant. *Orat. XXI. stat. Chrysost.* ter ea de re dicitur, δέχεσθαι τῇ χειρί. Et *Euseb. Hist. l. 7. c. 9.* χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείνειν. Utramq; enim manum porrigebant, & cavo dextræ suppositâ sinistrâ suscipiebant panem. *Cyrill. Mystag. l. V.* Posteà vascula aurea & argentea, vel aliàs pretiosa confecta, quibus pro manu utebantur. Quod damnatur *Can. Trull. c. 1.*

§. 47. In multis tamen Ecclesiæ Græcæ locis, ut Sacramentum Laicis non in manus traderetur, sed in os insereretur. *Balsamon.* ἐν τισιν ἐκκλησίαις μεταδίδοται τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἐγχειρίζεται. Ubi Μετάδοσις est Traditio per Sacerdotem panis, ἐγχείρισις autem cùm in manus traditur communicantis, non ut in μεταδόσει in os fidelium intercio manu Sacerdotis.

§. 48.

§. 48. Patres in unoquoque κλάσματι seu μερίδι totum corpus esse docent. *Euseb. Emissen. de Pasch. Serm. V.* De hoc pane cum assumitur, nihilo minus habent singuli, quàm universi, Totum unus, Totum duo, Totum plures sine diminutione percipiunt. *Chrysost. de incredul. Thom.* κἂν βραχὺ λάβῃς μέρος ἐν ἐκείνῳ εἰμὶ dicit dominus. Et I. de Pasch. εἰς πανταχοῦ ὁ χριστὸς πλήρης καὶ ἀμέριστος. *August. l. cit.* Per partes manducatur & manet integer totus. *Hilarius*: Ubi pars est Corporis, est & Totum. *Germanus Patr. in Liturg.* ἀμέριστος μένει καὶ ἄτμητος ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ μέρει τῶν τεμνομένων. *Clem. Rom. l. VIII. c. 57. Const.* ὁ μελιζόμενος καὶ οὐ μεριζόμενος καὶ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενος καὶ μὴ δαπανώμενος. Non consumitur. *Nicet. Angel. Alex.* ὡς ἂν μέρος τις δέξηται ἐκεῖνος εἰς δέχεται ὅλον. *August. apud Bed. l. cit.* Quod in cruce passus non est, id in oblatione patitur, & propter te frangi patitur, ut omnes satiet. *Oecumen. 1. Cor. 10.* ὅπερ ἐπὶ σταυροῦ, οὐ πέπονθεν ὁ Κύριος, (τοῦτο) δι' ἡμᾶς ὑπομένει κατακλώμενος. *Dionys. Areop. c. III. Eccl. Hier.* Τὸν ἀδιαίρετον ἄρτον εἰς πολλὰ διελὼν καὶ τὸ ἑνιαῖον τοῦ ποτηρίου πᾶσιν ἀναμερίσας.

§. 49. De modo accipiendi *Cyrill. Catech. V.* Προϊὰν μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου. *Augustin. Serm. XXII.* Mulieres nitida linteamina exhibent, ubi Corpus Christi excipiant. *Chrysost. l. cit. passim*, ὁ μετὰ τοῦ πατρὸς ἄνω καθήμενος, ταῖς ἁπάντων κατέχεται χερσί. *Exsuperius Episcopus Tolosan.* Corpus Domini canistro vimineo, Sanguinem portat in vitro, *ad Cap. 27. Matth.* Corpus Domini non auro & gemmis, sed linteamine puro obvolvendum. *Chrysost. I. Cor. XI. Trull. Can. CII.* Εἴ τις τοῦ ἀχράντου σώματος μεταχεῖν βούληθείη τὰς χεῖρας σχηματίσας in Formam Crucis ita accedat. Eos enim, qui ex auro aut alia materia pro manu δοχεῖα quædam præparant, nullo modo admittimus. *Vid. Bulong. Exercit. Causab. Diatrib. III. c. L. p. 218. 217. & praeced.*

§. 50.

§. 50. Accipiebant cum signo crucis, id est, cavâ manu in speciem crucis formata, quando dexteræ læva subjecta erat. *Cyrill. Catech. V.* Μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ σώματος Χριστοῦ προσέρχου κύπτων καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ ΑΜΗΝ. De Calice loquitur; ἁγιάζου ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων. Ἔτι δὲ τῆς νοτίδος ἐνούσης τοῖς χείλεσί σου, χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ μέτωπον καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια.

§. 51. Has Partes consueverant mittere consecratas ad alias Parœcias, aut ad peregrinos. Dicebantur εὐλογίαι. *Concil. Ephesin.* idq; declarandæ dilectionis ergò aut consensionis in fide. Nec Panis tantùm hæ erant εὐλογίαι, sed & vini. *Euseb. VI. Hist. c. 36. ait:* Puerum jussum esse, ut ἀποβεβρεγμένην, madefactam in os senis Serapionis infunderet. In *Jur. Can. C. Deus c. X. de pœnit. & remiss.* jubet; Omnibus baptizatis Corporis & Sanguinis Dominici Sacramentum mortis articulo porrigere. *Euseb. Hist. V. c. XXVI.* πέμπειν εὐχαριστίαν dicit, ubi ait: αὐτοὺς μὴ τηροῦντας Πρεσβύτεροι τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. Quod *Can. Laodicen. concil. apud Balsam.* vetat, περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας μεταπέμπειν.

§. 52. Particulæ εὐλογίαι residuæ distribuebantur Clero. *Constit. l. VIII. Clem.* Τὰς περισσευούσας εὐλογίας οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ. Dabantur etiam Catechumenis, *Augustin. Tract. XCVI.* in Johann. Panem Catechumenorum vocat. Et tunc dicuntur illæ reliquiæ ἀντίδωρον. *Basil. Liturg.* μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς καὶ δίδωσι ἀντίδωρον. Dicitur & κλαρὸς & κατακλαστος. *Respons. Demetr. apud Leonclav. p. CCCXX.* dicitur μεταδοῦναι κατακλαστοῦ.

§. 53. Hæ dabantur in fine post preces, ANTE quas nemini licebat exire Templo. *Chrysost. homil. de hac re:* οὐ συγχωρῶμεν πρὸ ἐσχάτης Εὐχαριστίας ἀποπηδᾷν.

§. 54. CRUX in Cœna. *Innocent. Myst. Miss. l. V. Cap. X.* docet Crucis usum in Cœna h. m. Tres facit Sacerdos Cruces, cum hostia super Calicem, propter tres Cruciatus, quos Christus in passione sustinuit, & rursus duas in latere Calicis, propter Aquam & Sanguinem, quæ de latere fluxerunt. *Albin. l. 7. in Joh. Cap. XIX.* Nisi signum crucis adhibeatur, sive aquæ ipsi, ex qua regeneramur, sive oleo, quo Chrismate unguntur, sive Sacrificio, quo alimur, nihil eorum perficitur. *Vid. Gretzer. l. 4. de Cruce. cap. 16. seqq.*

§. 55. Qui communicare unà nolebant, eos Diaconus jubebat exire. Sic enim *Timoth. Alex. Canonic. Rep.* Διάκονος προσφωνεῖ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ (sc. osculi,) οἱ ἀκοινώνητοι περιέλθετε, οὐκ ὀφείλουσιν οὖν παρεῖναι.

§. 56. Unde & solennia discimus verba, & 2. Communicantes solitos esse se invicem ante accessum osculari, ἀσπάζεσθαι.

§. 57. Quoties id sit factum, *Basil. Hom.* 61. docet, suos Cappadoces Cæsareæ quater singulis septimanis communicasse; Ἡμεῖς μὲν γε τὸ τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν. *Et ad Cæs. Patrit.* nominat dies, ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ἡ μνήμη μάρτυρος ἦν. *Hieron. Ep. ad Damas.* ait: Christum quotidiè immolari, id est, Communionem quotidiè fieri, non Missas Papisticas celebrari, ut *expl. Buleng. August. ep. CXVIII.* Alii quotidiè corpori & sanguini communicant. Alii certis diebus accipiunt. Alibi NULLUS Dies intermittitur, quo non offeratur. Alibi Sabbatho tantùm & Dominicâ. *Serm. XXVIII. in Luc. h. l. id.* Quotidianus est panis, cur post Annum illum sumas? Quod jam modò in Oriente Græci facere consueverunt. Accipe quotidiè, quod tibi quotidiè prosit. *Hieron. I. contra Jovin.* Scio, Romæ hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. *Chrysost. de Eccl.* πολλοὶ τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσιν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ semel in anno.

§. 58. Fabianus instituit, ut Fideles ter saltim in anno communi-

municarent; Paschate, Pentecoste, Natali: *Gratian. d. 2. can. si non frequentius.*

§. 59. Mox obtinuit, ut diebus tantùm Dominicis communicarent. *Innocent. l. IV. Miss. cap. 7. & 9.*

§. 60. ELEVATIO. Accessit deinde Elevatio, Græc. κυφισμὸς, ὕψωσις, ἀνύψωσις. *Maxim. Schol. Dionys. c. III. Hier.* ὑπ' ὄψιν ἄγειν appellari notat, ὥστε τότε ἀποκαλυπτομένων τῶν ἁγίων δώρων μετὰ τὰς εὐχὰς, μενόντων δὲ κεκαλυμμένων ἕως καιροῦ μεταλήψεως, quasi tunc dona retegerentur post preces, quæ tecta manent usque ad Communionem. Vel, inquit, ὕψωσις dicitur μιᾶς εὐλογίας τοῦ Θείου ἄρτου, ὃν ὑψοῖ ὁ ἱερεὺς λέγων, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις; Elevans Sacerdos hostiam, clamabat: Sancta Sanctis. *Maxim. Serm. de Corpore Christi ait:* ὕψωσιν notare εἰκονίζειν τὴν ἐπὶ σταυροῦ ὕψωσιν τοῦ τιμίου σώματος. Additq; post, ὕψωσιν statim fieri Communionem, εὐθὺς γίνεται ὁ μερισμὸς τοῦ Θείου σώματος. Quod & *Germ. Constant. Patr. Liturg.* ostendit.

§. 61. Diaconi. *Justin. M. Apol. II.* testatur, Diaconorum fuisse Calicem & Panem administrare, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν Διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος. *Cyprian. Serm. V. de Laps.* Solemnibus adimpletis Calicem offerre Diaconus præsentibus cœpit.

§. 62. Quod diximus, die Dominico demùm solitos esse Mensæ Domini appropinquare Christianos veteres, confirmat & *Epist. Synodal. Concil. Alexandrin.* scripta in Macarii defensionem, quem accusarant malevoli, quod Calicem sacrum fregisset. Atqui, *inquit,* locus ille, in quo confractum poculum jactitavit, Ecclesia non erat, nec quisquam Presbyterorum & loco vicinus, nec Dies Dominica. Quum igitur neque Ecclesia ibi esset, nec Sacra fierent, nec dies hoc ipsum requireret, quale, aut ubi, aut quando factum est?

§. 63. Luminaria addita. *Dist. 21. c. Cleros. §. Acoluthi.* Dicuntur & Ceroferarii, à deportandis cereis, quando legendum

est Evangelium aut offerendum Sacrificium. Tunc enim accenduntur Luminaria, non ad effugandas tenebras, dum Sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandæ, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Evangelio legitur, *Joh. 1.* Erat lux vera, &c.

§. 64. *Concil. Eliberin. apud Gratian. de Consf. d. 2.* Non connumerabitur inter Catholicos, qui in istis temporibus Pascha, Pentecoste, Natali Domini non communicaverit. Id. è *Concil. Agathens. can. 18. de Consf. d. 2.* Seculares, qui in Natali Domini, Pascha & Pentecoste non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

§. 65. *Tom. I. Conc. p. 367. & 712. & Concil. Turon. Tom. III. Can. 50.* Ut si non frequentius vel ter Laici homines in anno communicent, nisi fortè quis majoribus criminibus impediatur.

§. 66. Locus. Fuerunt Templa. *Concil. Tribur.* Missarum solennia non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Quæ repetit *Concil. Mogunt. sub Arnulph. c. IX.*

§. 67. Utrumque Concilium, illud *c. 4.* hoc, *c. 9.* addit: Sicubi Ecclesiæ fuerint incensæ & combustæ, in Capellis cum Tabula consecrata Missas celebrari permittimus, donec Ecclesiæ ipsæ restaurari queant. In itinere verò positis, si Ecclesia defuerit, sub dio seu in tentoriis, si tabula altaris consecrata, cæteraq; sacra Ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, celebrari concedimus. Aliter omninò interdicimus.

§. 68. In vasculis non celebranda ligneis ordinat *Conc. Tribur. c. XVIII.* & recitat dictum Bonifacii Episcopi: Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur, nunc lignei Sacerdotes aureis utuntur calicibus.

§. 69. *Zepherin. 16. R. Pont.* Patinis vitreis Missas celebrari constituit. Tum Urbanus omnia Ministeria sacra fecit argentea. Sic *Concil. d. l. cit.*

§. 70. *Rhemens. Concil. c. 6.* ordinat, ut Calix Domini cum patina, si non ex auro, omninò fiat ex argento. Si quis autem tam pauper est, saltim vel stanneum Calicem habeat. De ære aut ori-

orichalco non fiat, quia ob vini virtutem æruginem parit, & vomitum provocat. Nullus autem in ligneo aut vitreo Calice præsumat Missam cantare.

§. 71. Ante finem Missæ nemini licuit exire. *Concil. Aurel. I. c. 28.* Populus non antè discedat, quàm Missæ solennitas compleatur, & ubi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.

§. 72. Cœnam morientibus dabant. Unde *Can. 15. Nicen.* vocat τελευταῖον καὶ ἀναγκαιότατον ἐφόδιον. *Latin.* Viaticum. *Concil. Worm. c. 5.* Presbyter Eucharistiam semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine Communione moriatur.

§. 73. Notabile est, quatuor illa in Cœna, Oblationem, Sublevationem, Gratiarum actionem, Psalmodiam ex veteri Judæorum ritu ad Christianos deflexisse, ut demonstrat *Morn. de Euchar. l. 1. c. 5. p. 142.* Adde *Joann. Lichtfolium Hor. Talmud. in Matth. c. 26.*

§. 74. Osculo illi Communicantium successit circa Ann. 411. à Sacerdote facienda pacis indictio. *Leo I. de Cons. D. 2. & apud Wal. Strab. c. 22.* Pax est necessariò indicenda ante confecta mysteria.

§. 75. Solennia sunt: *Pax omnibus fidelibus.* Et hoc facientes dicuntur *annunciare Pacem.*

§. 76. Calix in primitiva Ecclesia etiam additus. *Cyprian.* Ubi solennibus adimpletis Calicem Diaconus offerre cœpit præsentibus, & accipientibus cæteris loco ejus (puellæ, de qua loquitur,) advenit, cœpit Calicem remittere, sistit tamen Diaconus & reluctanter licet Sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus, in corpore atque ore violato Eucharistia non poterat permanere. Ecce rem! Eucharistia dicitur de utroque pane & de vino. En vini puellam participem! ait *Montacutius:* Audiamus *Clementem p. 148.* describentem ritus primitivæ Ecclesiæ in hoc Epulo sacro: Καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι καὶ ὑποδιά-

διά

διάκονοι, καὶ οἱ ἀναγνῶσται καὶ οἱ ψαλταὶ, καὶ οἱ   καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνοι, αἱ παρθένοι καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν, λέγων, σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω, Ἀμὴν. Ὁ δὲ Διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον ζωῆς, καὶ ὁ πίνων λεγέτω, Ἀμὴν. (Ecce πάντα τὸν λαὸν) ὅταν πάντες μεταλάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα, εἰς φερίζωσαν εἰς τὰ παστοφόρια. Et finito Pſ. 33. λεγέτω ὁ διάκονος, μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Χριστοῦ εὐχαριστῶμεν.

§. 77. Et id erat Epiſcoporum & Sacerdotum, ut illi ἐντὸς τοῦ βήματος καὶ θυσιαστηρίου, Laici extra cancellos communicabant, quæ erat *Laica Communio*; ἡ μετὰ τοῦ λαοῦ, ut Canon: ὡς λαϊκοὶ κοινωνείτω. Abſit igitur gloſſa de una ſpecie Papiſtica. *Cyrillus*: μετὰ κοινωνῆσαι σε τοῦ σώματος Χριστοῦ προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων τοῦ Χριστοῦ. De illa Laica Communione *Baſil. ad Amphiloch. c. 32* οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ τοῦ βαθμοῦ μὲν κατάγονται τῆς κοινωνίας τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. Eâ dignitate privabantur, ut non liceret ἐντὸς τοῦ βήματος amplius communicare, ſed extra cancellos cum populo. *Ignat. de Calice*: Μία ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν αὐτῇ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν. Εἷς καὶ ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη. Ad ritus quod attinet; Dextrâ manu porrigere mos erat ævo Tertulliani. *Chryſoſt.* ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐν ταῖς δεξιαῖς εὑρίσκεται τῶν ἁμαρτωλῶν ſc. Sacerdotum.

§. 78. Verè vinum uſurpabant, contra Hydroparaſtatas & Encratitas apud *Clem. Alex. Pæd 2. c. 2.* qui inquit contra eos: εὐχαριστηθέντως μετέλαβεν οἴνου καὶ αὐτὸς ſc. Dominus, εὐλόγησε γὰρ μὲν τὸν οἶνον. Et: ὅτι δὲ οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθὲν ἀπέδειξε πάλιν λέγων, οὐ μὴ πίω &c. h. l.   Aquarii loco vini aquam uſurpabant. *Vid. Theodoret. Auguſtin. Cyprian. l. 2. & 3. ad Cæcil.* De miſtio-

mistione autem aquæ Justin. meminit, & appellat ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος. *Iren. l. 4. Euseb. l. 8. Demonstr.* μυστικὸν οἶνον nominat. *Chrysost. h. l. ait*: Dominum prædicere ἀνάστασιν suam, quam intelligit per τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Marc. 14. Ps. 25.* Idem contra istos Aquarios ait: Τίνος ἕνεκεν οὐχ ὕδωρ ἔπιεν ἀναστὰς ἀλλ' οἶνον. Ῥιζ. ἄλλην αἵρεσιν πονηρὰν προρρίζον ἀνασπῶν. ἐπειδὴ γάρ εἰσί τινες ἐν τοῖς μυστηρίοις ὕδατι κεχρημένοι, σκεινὸς ὅτι καὶ ἡνίκα τὰ μυστήρια παρέδωκεν, οἶνον παρέδωκε, &c. ἐκ τοῦ ἀμπέλου γεννήματος, φησὶ, ἡ ἄμπελος δὲ οἶνον οὐχ ὕδωρ γεννᾷ. Hoc loco Armenii abusi aquam vino miscere nefas esse putabant, quos refellit *Quinisext. Synod. Can. XXXII.* etiam citat *Carthaginens. III. Concil.* Canonem ubi τὸ αἷμα interpretantur οἶνον ὕδατι μιγνύμενον. *Isidor. de Offic. Eccles. c. 18.* Panis, quia confirmat corpus, ideò Corpus Christi nuncupatur: Vinum autem, quia sanguinem operatur in carne, ideò ad sanguinem Christi refertur.

§. 79. *Concil. Aurelian. II. Can. IV. Ann. DL.* statuit: Decernimus observandum, ut nullus in oblationibus S. Calicis, nisi quod ex fructu vineæ speratur, & hoc *sine aqua* mixtum offerat, quia sacrilegium judicatur, aliud offerri, quàm quod in mandatis sacratissimis Salvator instituit.

§. 80. *Tertullian. & Cyprian. Ep. LXIII. ad Cæcil.* Ut Calix mistus vino offeratur. *Et post*: Sanguis Christi non offertur, si desit vinum calici. *Et*: Calicem Domini pari ratione miscentes à divino Magisterio non recedimus. *Et posteà*: Sic autem in sanctificando Calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantùm quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si verò Aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando autem utrumque miscetur, tunc Sacramentum spirituale & cœleste perficitur.

§. 81. Hæc verba originem & significationem mixti Calicis declarant, ut & *de Consecr. Dist. II Cap. Cum omne*: Videmus in aqua populum intelligi, in vino verò Christi Sanguinem ostendi: Ergò cùm in Calice vino aqua miscetur, Christo populus adu-

unatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & jungitur.

§. 82. Apertè *Alexand. Ep. l. c. 4.* Non debet in Calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permistum, qui utrumq; ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur.

§. 83. Quod autem præter vinum & aquam nihil debeat offerri, docent *Martin. Bracar. Capitul. 55.* Non oportet aliquid aliud in Sacramento offerri præter panem & vinum & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce penderet, de corpore ejus sanguis effluxit & aqua.

§. 84. Sic & *Concil. Carth. III. c. 24.* Et *Conc. African. c. 4.*

§. 85. Uvas enim vetat *Sext. Synod. c. 28.* & *Can. Ap. IV.* offerri, qui παρὰ τὴν κυρίου διάταξιν, neque lac, neque mel &c. admittit, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα.

§. 86. *Jul. Pap. de Consecr. Dist. 2. c. 7.* Lac pro vino dedicantes; & 2. intinctam Eucharistiam pro Complemento Communionis porrigentes; & 3. expressum vinum in calice offerentes. Et 4. pannum lineum musto intinctum per totum annum reservantes, ac tempore sacrificii partem ejus aquâ lavantes & sic offerentes, damnat, additq;: *Cùm enim Magister Veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantùm, sed calicem cognovimus dedisse. Cesset ergo lac sacrificando offerri. &c.*

§. 87. *Ambros. l. V. de sacram. c. I.* De latere ejus aqua fluxit & sanguis. Quare aqua? quare sanguis? Aqua, ut emundaret: Sanguis, ut redimeret. Quare de latere? Quia unde culpa, inde gratia. Culpa per fœminam, Gratia per Dominum JESUM CHRISTUM.

§. 88. Apostoli & primitiva Ecclesia, quid in consecratione dixerit & oraverit.

§. 89. Duo hîc occurrunt; Recitatio verborum Institutionis, & Oratio Dominica. Sic enim è Pontificiis ipsis docent *Gregor. M. Reg. l. 7. c. 63.* Orationem Dominicam iccircò mox post

precem

precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodò orationem oblationis hostiam consecrarent.

§. 90. *Platina Vit. Xyst. I.* Nuda enim primò hæc erant, & omnia simpliciter tractabantur. Petrus enim, ubi consecraverat, oratione Pater noster usus est.

§. 91. *Wal. Strabo Ann. 830. de reb. Eccl. c. 11.* Quod nunc agimus multiplici orationum, lectionum, cantilenarum & consecrationum officio, totum hoc Apostoli & post ipsos Proximi, ut creditur, orationibus & commemorationibus Passionis Dominicæ, sicut ipse præcipit, agebantur simpliciter. Unde secundum priùs commemorata testimonia circa domos frangebant panem. Et relatio Majorum est, ita primis temporibus Missas fieri solitas, sicut modò in Parasceve Paschæ communicationem facere solemus, i. præmissâ Oratione Dominicâ; Et sicut ipse Dominus noster præcepit, commemoratione passionis ejus adhibitâ, eos Corpori Dominico communicasse & Sanguini, quos ratio permittebat.

§. 92. *Berno de reb. ad Miss. pertin. c. 2.* Fortasse primis temporibus solius Pauli legebantur, postmodùm intermixtæ aliæ lectiones sunt. Et antea: In exordio nascentis Ecclesiæ non eo, quo nunc modo, vel ordine sacra Missarum solennia celebrabantur.

§. 93. *Remig. de Celebr. Miss. c. 1. ait*: Celebratio Missæ in commemoratione passionis Christi peragitur, sicut ipse præcepit Apostolis dicens: Hoc facite in meam commemorationem, hoc est, in memoriam passionis meæ; Tanquam diceret: Quod pro vestra salute passus sum ad memoriam revocate, & pro vestra vestrorumq; eadem perferre curate. Hanc Missam B. Petrus primus omnium Antiochiæ dicitur celebrasse, in qua tres tantummodò orationes initio fidei proferebantur.

§. 94. *Rupert. Tuit. l. 2. c. 21.* Olim non tanto exterioris apparatu decoris Missarum solennia celebrabantur. *Et mox*: Non equidem sanctius hinc est, quàm erat priùs, quando ad SOLA VERBA DOMINI SOLAMQ; ORATIONEM DOMINICAM consecrabantur.

§. 95. *Durand. Ration. l. VI. c. I.* Missam ad Institutionis verba restringit: Hoc est Corpus meum, hic est Sanguis meus,

hoc facite in mei commemorationem. At, inquit, Apostoli hanc Missam adauxerunt, dicentes in Missa non solùm verba præmissa, verùm etiam Dominicam Orationem superaddentes. Unde B. Petrus sic Missam primus dicitur celebrasse in partibus Orientalibus. *Et c. 77.* In hoc repræsentatur antiqua Apostolorum celebrandi Missam consuetudo. Priùs enim lectione præmissâ dicebant solummodò verba illa: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, &c. Sed ipsi postmodùm Dominicam Orationem addiderunt.

§. 96. Porrò quomodo celebraverint Apostoli ipsi, è Scripturis ita discimus: *Act. 2. 42.* dicuntur, perdurasse in *κοινωνίᾳ* & *τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.* *Et XX. 7.* dicuntur *συνηγμένοι τοῦ κλάσαι ἄρτον;* Ubi *κλάσις* & *κοινωνία* pro Sacramento Eucharistiæ posita vertit eo nomine & Syrus.

§. 97. Deinde ex illo discitur, panem fuisse fractum ab Apostolis, quod & *Amolar. de Off. Missæ c. 24.* scribit: Sacerdos frangit panem circa Communionem, posteà dat ad communicandum.

§. 98. Tertiò convenisse in unum notari debet, unde & *κοινωνίαν* dixêre, & *Concil. Parisiens.* contra solitarios consecratores adducit locum *I. Cor. X. 16.* ubi & *v. 17.* fit mentio *ἑνὸς ἄρτου,* ex quo ait nos *κοινωνεῖν* Paulus; Et

§. 99. Quartò jubet *I. Cor. XI.* ab omnibus simul & junctim peragi, & alios ab aliis expectari; ne hic esuriat, ille sit ebrius, ubi Theodoret. notat, *ἔδειξεν τῆς δεσποτικῆς τραπέζης τὰς κοινὰς τραπέζας ἐναντίας ἐκ διαμέτρου. Ἐξ ἐκείνης μὲν γὰρ ἼΣΩΣ μεταλαμβάνουσιν ἍΠΑΝΤΕΣ, ἐν ταῦθα δὲ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει.*

§. 100. Breviter res sic habet: 1. Proponebatur Panis & Calix. 2. benedicebatur & sanctificabatur ex Domini præscripto, verbis institutionis prælectis. 3. Interserebantur huic actioni Psalmi, *δοξολογίαι,* Gratiarum actiones, ab ipso Domini exemplo. *v. 26. Marc. 14.* *Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον.* *Et Ephes. V. Coloss.*

Joß. III. 4. Dies solemnis quis fuerit, ex *Actor.* XX. 7. patet, μιᾷ Σαββάτων, i. e. Dominicâ. Nam μία est πρώτη illic loci. 5. Locus publicus. Συνηγμένοι *Act.* XX. & συνέρχεσθαι. *1. Cor. 11.* Unde σύναξις dicta. 6. Lingua nota & vernacula *1. Cor.* 14. Quæ omnia auctoribus Ecclesiasticis comprobat *Morn. de Eucharist. c.* III. *pag.* 104. 105. *quem adi.*

§. 101. Εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν, quæ de Christo hîc occurrunt, originem dedêre benedictioni panis & vini, quæ inde εὐλογία dicitur. Hinc τὰ εὐχαριστηθέντα dicuntur panis & vinum, & τροφὴ εὐχαριστηθεῖσα. *Iren. l. 4. c. 34.* nominat panem, in quo gratiæ sunt actæ. *Tertullian. adv. Marc. I. c. 23.* Super panem DEO gratiarum actionibus fungitur. *Cyprian. de cœn. Dom.* Panem & Calicem benedictioni solenni sacratum.

§. 102. Hinc *consecrare, Consecratio.*

§. 103. *Sub utraque specie.* Et ad omnes pertinuit, non tantùm ad Sacerdotes. *Cyprian. de Cœn. Dom.* Nec sólos Sacerdotes ad panes hujus dignitatis Leviticæ prærogativa admittit. Universa Ecclesia ad has epulas invitatur, æqua omnibus portio datur. *Et mox:* Doctore Christo hæc mundo innotuit disciplina, ut biberent sanguinem Christiani. *Ep. 56. Id.* Considerantes idcirco se quotidiè Calicem Sanguinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere. *Et Ep. 54.* Quomodo ad Martyrii poculum idoneos facimus, si non eos priùs ad bibendum in Ecclesia poculum Domini jure Communicationis admittimus?

§. 104. *Cajetan. in c. 26. Matth.* putat, Christum hoc modo tradidisse panem & vinum. Discipuli, inquit, acceperunt non manu ad manum, sed ex mensa, cùm sederent multi in tanta distantia, ut manus Jesu manibus eorum non posset jungi. Crediderim ego, quod sicut unum Calicem communem omnibus tradidit, ita in una patina panem in XII. buccellas fractum, manibus propriis tradiderit, & quod hinc Ecclesia usum patinarum Apostolicâ traditione acceperit. Ita, quod sicut calicem unus discipulus dedit alii, ita patinam cum pane sancto propinquiores JESU remotioribus successivè porrexerunt. *Hæc ille.*

§. 105. Certum autem est, in Ecclesia veteri accedentes manibus sumsisse Sacramenta. *Et Cyprian. Serm. de Lapf.* 18. sic utitur idcircò phrasibus. Ad Sanctum Domini sordidis manibus ascendere. Domini corpus invadere. *Et Serm. I. de Idololatria recitat*; Partem cum cæteris ausus est latenter accipere, & contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit.

§. 106. De vestitu Apostolorum Missatico sic *Hugo de S. Vict. Off. Eccl. 2. c.* II. Apostoli & eorum primi successores quotidianis vestibus & ligneis calicibus Missas celebrarunt.

§. 107. Quomodo sensim addita multa *vid. apud Morn. de Euch. l. 1. c. 3. c. 118.*

§. 108. Quantum inter administrandum fuisse docet *Augustin. Ep. 119. c. 18. 19. de Carthagin.* Apud eos, *ait*, hymni de altari dicerentur de Psalmorum libro sive ante oblationem, sive cùm distribueretur populo, quod fuisset oblatum.

§. 109. Hinc mox Offertorium.

§. 110. *Phil.* 4. 18. Ex hoc loco putant nonnulli fluxisse ritum offerendi in S. Cœna, & ipsum dictam inde θυσίαν, & θυσίαν ἀναίμακτον. Sed rectius è V. T. *Exod. XXIII, Deut. XVI. Levit. XIII.* derivatus est. Hinc *Justin. M. Apol.* 2. προσφέρεσθαι, προσφορὰ & alia, de quibus supra.

§. 111. *Aug. nominat Ep.* 122. Ferre oblationem ad altare DEI. Sciendum autem, quia ille mos offerendi in Agapis in abusum abierat, Patres seqq. ut fraternitatis illius formam retinerent, oblationes omnium & singulorum in unam quasi confundi & conflari voluisse, ut sic ex una omnibus communi omnes communicarent. *Ambros. in I. Cor. XI.* Munus oblatum totius populi sit, quia in uno pane omnes significantur. Quem locum exponit Ordin. Rom. Exposit. apud Cassandr. *Liturg. c.* 77. de eo, quod *Honor. in Gemm. Anim. c.* 29. scribit; Farinam à singulis familiis offerri jussum esse, & pòst in unum magnum panem compinsum, quod etiamnum apud Græcos in usu.

§. 112. Fuerant autem panis, & vinum, & aqua. *Sic enim Expos. Ord. Rom.* Populus dat oblationes suas, id est, panem & vinum.

num. *Hæc ille.* Et hoc vocat sacrificare id. ibid. Omnis populus intrans Ecclesiam debet sacrificare.

§. 113. Non autem promiscuè accipiebantur, sed eorum tantùm, qui communione digni. Sic furis vel meretricis recipi vetat *Clem. Constit. III. 8.* Fratrum dissidentium, *Concil. Carthag. Can. 95.* injustorum & *ἀδικέντων, Epiphan. fin. Panar.* Eugenii sacrilegi munera repudiata dicit *Paulin. Vit. Ambros.*

§. 114. Nam sæpè & *munera* dicuntur. *Ambros. l. 5. ep. 28. ad Theodosium Homicidam:* Tune offeres, cùm sacrificandi acceperis facultatem, &c.

§. 115. Ab iis, qui recens baptizati, oblationes ante octiduum non recipiebantur. *Ambros. Prol. in Ps. 118.* Licet in baptismate statim sit plena purgatio, tamen, quia ablutionis ipsius sacrificiiq; rationem baptizatus debet cognoscere, non offert sacrificium, nisi octavum ingrediatur diem.

§. 116. Nota ibi dici *Oblationem*, quam quisque dabat, *Sacrificium.*

§. 117. Græcè dicuntur *Δῶρα, Δόματα, τὰ καρπώματα.* Hæc oratione Sacerdotis consecrabantur hac vel simili formulâ: *Has oblationes famulorum famularumq; tuarum benignas assume, quas singuli obtulerunt.*

§. 118. Interdum recitabantur à Diacono & oblationes, & offerentium nomina: *Tantum offert illa, tantum ille pollicitus est:* Quod reprehendit *Hieron. Ezech. 6. 18* inquiens: *Placent sibi ad plausum populi.*

§. 119. Posteriores addiderunt, *in salutem animarum*, &c. *cunctis proficiat ad salutem.* Missal. Rom. Dom. V. post Pent. in Secret. & Dom. 6. 7.

§. 120. Quæ omnia eò rediere tandem, ut ad *Transsubstantiationis* dogma fuerint detorta.

§. 121. Inter offerendum cantati sunt Psalmi. Hinc *Offertorium.*

§. 122. Subsecuta oratio, administratio, cantus, gratiarum actio, osculum, dimissio.

§. 123. Seculo demùm sexto sub Gregorio I. ex oblationibus

bus hisce *Missa pro Defunctis* nata est. Nam quæ ex *Tertull. c. 3. Cor. Mil.* objiciunt Pont. sic verè habent: Vocat ille l. c. oblationes pro Defunctis & pro Natalitiis.

§. 124. Has anno vertente die Natali renovabant, DEO, qui eos creârat, gratias agentes: Illas moribundi testamento hæredibus imponebant, in Ecclesiæ usus aut semel; aut annuatim solvendos. Ipse autem *c. 4.* inter Traditiones recenset; Nulla itaque isthic Missa pro defunctis. Nam sic *August. de Verb. Apost. Serm. 17.* Injuria est, orare pro Martyre. Et *B. Rhenus ait*: Pro iis gratulatoriæ potius preces fiebant, quibus DEO gratias agebant, &c.

§. 125. Res sic collapsa est: Initio qui obtulerant vivi, Præsentes nominati sunt, & hoc est, *nominare ad altare, ἀνακηρύττειν.* Mox defuncti legantes Ecclesiæ in usus tales sumtus nominati & DEO gratiæ pro eorum placido fine actæ fuerunt.

§. 126. Id seculo sexto sub *Gregor. I.* in orationem conversum, de quo adi *Morn. Euchar. l. 1. c. 7. p. 208. 209.*

§. 127. Psalmi frequentiores fuerunt XXIII. XXXIV. CXLV. XLII. CXVII. apud *Dionys. Hier. c. III,* & alibi.

§. 128. Qui finitâ Cœna canebantur, & Gratiarum actiones dictæ sunt *Postcommuniones.*

§. 129. Oratio generalis sequebatur. Græc. *λιτανείαν, εἰρηνικὰ, συναπτὴν καθολικὴν* nominant, quia illa quasi cæterarum precum erat compendium. *Ambros. de sacr. l. 4. c. 4.* Oratio præmittitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris. Idq; ait traditum à Magistro Gentium, sc. *1. Tim 2.*

§. 130. *Aug. de Temp. Serm. 217.* Post Sermonem fit Missa Catechumenis, manebunt fideles, venietur ad locum orationis.

§. 131. Sic & *Chrys. hom. 23. & in Matt. hom. 73.*

§. 132. *Benedictio.* Hæc jam pergebat post præfationem talem: *Dominus vobiscum.* Resp. Populus: *Et cum spiritu tuo.* Sacerdos iterùm: *Sursum corda, ἄνω τὰς καρδίας, μηδὲν γεινὸν ἡγήσασθε.* Resp. Populus: Ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν. Tunc Sacerdos: Εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ. Resp. Populus; *Dignum est,*

est, justum & salutare, &c. Tum recensebat Sacerdos causas, de quibus DEO essent agendæ gratiæ.

§. 133. *Rom.* 16. 16. Ex h. l. ortum est in Ecclesia vet. Osculum, quo se convenientes salutarunt. *Justin. M. Apol.* 2. ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα. *Tertull. de Orat. C. XIII.* vocatur signaculum Orationis; Et increpat illos, qui, ut ait, habitâ cum fratribus oratione subtrahebant osculum pacis. *Origen. in h. l. ait:* Qui mos ex hoc Pauli sermone Ecclesiis traditus: *Osculamini vos osculo sancto.*

§. 134. Omittebant autem hoc tempore jejunii. De quo adi *Titul. de Jejunio.*

§. 135. Quin & communicantes ante accessum se invicem sunt osculati. *Apud Timoth. Alexand. Can. Resp.* ἀσπασμὸς dicitur, Διάκονος ait, προσφωνεῖ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ, sc. osculum.

§. 136. *Hieron. ad Theoph. Alexand.* Quisquamne extensâ manu vertit faciem, & inter sacras epulas Judæ osculum porrigit? Et *Cant. Canticor. Homil. I.* Cujus rei imago est illud osculum, quod in Ecclesia sub tempore mysteriorum nobis invicem damus.

§. 137. Hinc crebra in *Liturg. Pamel. p.* 104. Ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους τῷ ἁγίῳ φιλήματι.

§. 138. *Distributio.* Primi sumsêre Προεστῶτες, Ministri, Episcopus, Presbyteri, Diaconi. *Conc. Nicen. Can.* 18. Cùm Diaconi priores Episcopis & Presbyteris communicarent, sanxêre, ut Diaconi in sua mensura permaneant, & apud *Ruffin. Hist. l.* 1. *c.* 6. Ne Diaconi Presbyteris præsentibus Eucharistiam ministrent. Et *Isid. l.* 2. *c.* 9. In Sacerdote consecratio, in Ministro dispensatio Sacramenti est.

§. 139. Verba ministrandi fuêre varia: In Ecclesia Ambrosii, ut ait *l.* 4. *c.* 5. fuere: *Accipe Corpus Christi; Accipe sangvinem Christi.* Respondebat: *Amen.* In Romana Episcopus dicit: *Corpus Christi.* Sumens: *Amen.* Diaconus tradens Calicem dicit: *Sangvis Christi, Calix vitæ.* Bibens: *Amen.* *Clem. Constit.* 8. *c. XI.* At *Gregorii M.* seculo apud eundem *lib. sacram.*

Sacer-

Sacerdos: *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat te ad vitam æternam, Amen.* Accipiens: *Panem cœlestem accipiam, & nomen Domini invocabo.* Sacerdos Calicem dando: *Sangvis Domini nostri Jesu Christi custodiat te ad vitam æternam, Amen.* Accipiens: *Calicem salutaris vitæ accipiam.*

§. 140. In Oriente Liturg. Chrysost. & Basil. Sacerdos dans ait: *Communico tibi pretiosum & sanctum Corpus Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi in remissionem peccatorum, in vitam æternam.* Accipiens: *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum sordidæ animæ meæ.* Et sic de cæteris.

§. 141. *Gratiarum actio.* Hac enim conclusum est. *Aug. ep. 59.* Participato tanto Sacramento, Gratiarum actio cuncta concludit. *In Liturg. Chrysost.* Gratiarum actionis locum tenet Canticum Simeonis; Νῦν ἀπολύεις.

§. 142. Postremò autem instituebantur *Agapæ.*

§. 143. *Joh. c. 2. 1.* De Conviviis Christianorum. Ἀγάπαι Christianorum Convivia dicta, charitatis gratiâ instructa. *Tertull. Apologet.* Cœna nostra de nomine suo rationem suam ostendit. Vocatur enim ἀγάπη, id quod Dilectio penes Græcos est. Quantiscunque sumtibus constet, lucrum est, pietatis nomine facere sumtum, siquidem inopes quoque refrigerio isto juvamus. Nihil ibi vilitatis, nihil immodestiæ cernitur. Non priùs decumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. Editur, quantum esurientes capiunt. Bibitur, quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum sibi Deum esse. Ita fabulantur, ut qui sciunt Dominum audire. Pôst aquam manualem & lumina, ut quisque de Scripturis S. vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere. Æquè oratio convivium dirimit. Inde disceditur.

§. 144. Harum Concionum in ἀγάπῃ meminit *id. l. 2. ad uxor.* Quid maritus suus (de Ethnico loquitur,) illi, quid illa de marito cantabit?

§. 145. *Concil. Laod. Can. XXVIII.* è templis ejecit hæc Convivia, & *Concil. Carthag. III. cap. XXX.* & citat *Gratian. Dist.*

Dist. 42. *c. IV.* his verbis: Non oportet in Basilicis S. in Ecclesiis agápen facere, & intus manducare, Gr. ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν, vel accubitus sternere. Et *c.* 8. prohibentur Clerici ad agapen vocati partes non tollere secum, διὰ τὸ τὴν ὕβριν προσείρεσθαι τῇ τάξει τῇ ἐκκλησιαστικῇ, *Concil. Laod. c.* 27.

§. 146. *Gratian. Dist.* 43. *ait*: Sunt autem commessationes non solùm Sacerdotibus, sed & Laicis noxiæ. *Gregor. l* 2. *ind. ep. XIV.* Natalem Episcopum increpat, eò quod Conviviis occupetur. *Id. d. c.* 6. Veri Convivii Christiani requisita hæc ponit: Cùm in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehénditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur.

§. 147. *Concil. Nannet. Distinct.* 44. *c.* 7. *& de Consecr. Dist. V. c. nullus.* In Conviviis nullus Presbyterorum se inebriare ullatenus præsumat, aut alios ad bibendum cogere, vel se alienâ precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos & fabulas inanes ibi referre aut cantare præsumat, aut turpia joca vel urso vel tornatricibus ante se fieri patiatur, nec larvas dæmonum (quas Burchard. addit, vulgò dici *Talamascas*,) ante se fieri consentiat.

§. 148. *Ibid. d.* 44. *c.* 8. *ex eod.* Quandò autem convenerint Presbyteri ad aliquod convivium, aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem sedeant, & aliquis de illorum Clericis aliquid de sancta Scriptura legat. *Et in fine*: Ut non vituperetur Ministerium illorum.

§. 149. *Ibid. c.* 9. Maximè ultra tertiam vicem poculum non contingant.

§. 150. *Concil. Aqvisgran. c.* 83. Non oportet Sacerdotes aut Clericos ex Collatis vel Commessationibus convivia celebrare. Hoc autem nec Laicis potest congruere. Sic & *Conc. Laod. Can.* 55.

§. 151. *Concil. Tolet. III. c.* 7. In omni Sacerdotali convivio lectio divinarum Scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonū, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

§. 152. In his inter alia pauperes cibarunt. *August. cont. Faust. l.* 20. *c.* 20. Agapæ nostræ pauperes pascunt, s. frugibus, s. carnibus.

§. 153. Celebrabantur ex triplici causa: 1. In Natalitiis. 2. Funeribus, & 3. Conjugiis. *Apud Nazianz. de vit. different.* Et *Augustin. l. 6. conf. c. 2.* meminit, Monicam matrem suam in templum epulas ad Agapen attulisse.

§. 154. Ubi morem observo solennem hunc: Vinum, quod ii ferebant, qui Ἀγάπαις Symbolas addebant, ipsi prægustabant honoris causâ, & hoc dicitur *Augustino ibid. p. m. 181. ed. Colon.* Dignationem sumere.

§. 155. Sed ob varios abusus *D. Ambrosius* hunc morem sustulit in Africa, quod alibi posteà etiam factum. Tandem omnia convivia intra Ecclesiam vetita sunt, & ex templis in privatas domos translata. Et ipse *Augustinus* abolenda censuit, *Ep. LXIV.*

§. 156. Tamen *Augustini* ævo servabatur adhuc apud nonnullos, *Ep. 118.* ut uno, *inquit*, certo die per annum, quo ipsam Cœnam Dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguinem Domini.

§. 157. Quod etiamnum in Benedictinorum Monasteriis retinetur, ubi & *Mandatum* id vocant.

§. 158. Porrò tria sunt notanda: Exordium officii dicebatur Introitus. 2. Quando Diaconus pulpitum conscendebat lecturus, Graduale. 3. Offertorium, quando populus offerebat. Quibus intervallis Psalmi initiò, mox Psalmorum versiculi cantabantur.

§. 159. Abusus, qui circa Eucharistiam seculis etiam vetustioribus occurrunt, hi sunt: Apud *Cypr. de Lapſ. Serm.* Mulierculæ nonnullæ in strophiolis, in arculis asservarunt. Apud *Hieron. in Baron. Tom. I. Ann. 57.* novis Sponsis mittitur domi servanda; Apud *Augustin. Ep. 107.* & *Hypognost. l. 5.* infantibus datur.

§. 160. In *Concil. Carth. III. Can. 9. Hippon.* Et *Sext. in Trull. Can. 84.* mortuorum ori imponitur; At idem damnatur à *Concil. Altisiod. Can. XII.*

§. 161. *Processiones.* Seculo demùm sexto invaluerunt. Nam quæ apud *Tertull.* occurrunt, sunt diversæ. De *Præscript. cap. 43.* inquit: Et apparitio devota, & processio modesta. His

verbis

verbis in Ecclesia devotionem extra modestiam commendat. Sic

§. 162. Alibi se explicat. *De cult. fœm. c. II. ad Mulieres Christianas*: Quæ vobis causa est strictius prodeundi? *Et*: Nam nec templa circuitis, (*ecce, Papisticas Processiones nesciunt!*) nec spectacula postulatis, &c. Vobis autem procedendi nulla causa non tetrica. *Ecce, prodire & procedere quo sensu?*

§. 163. *Sic & apud Hieron. ad Eustach. Epist. XXII.* Nunquam deerit causa procedendi, si semper, quando necesse est, processura sit. *Et*: Rarus sit egressus in publicum. Uti egressus in publicum & processus pro eodem.

§. 164. Porrò mutationes Eucharistiæ, ut Canonis submissâ voce lectio à Vigilio, cæteræ ferè omnes à Gregorii M. ætate, circa Annum 600. & seqq. sunt factæ, quod prolixè ostendit per omnia *Mornæus de Euchar. l. 1. c. 7. p. 197. 198. & seqv. quem adi.*

§. 165. Linguæ Latinæ usus & vestimentorum Missaticorum eodem ævo increbuit *Sabell. Ennead. 8 l. 5. Concil. Bracar. III. c. 3. Rhemens. apud Rhegin. Discipl. Eccles. l. 1. c. 10.*

§. 166. Accessit damnabilis abusus Seculo VI. quod rei criminis Sacramento hoc in testificationem innocentiæ uterentur. Sic Monachis Abbas his verbis tradebat Eucharistiam: *Corpus Domini sit tibi hodiè in purgationem.* De quo *Concil.* Wormac. *Can. 10.* qui id ad Clericos solos restringit.

§. 167. Communio signum eorum semper fuit, qui unam fidem profiterentur. Sic *Philostorg. L. III. C. XIV.* memorat, Arianos cum Orthodoxis ad preces, hymnos, consultationes, omniaq; ferè alia, quæ ipse vocat δεσμὺς φιλίας καὶ συνηθείας admissos fuisse usque ad Aëtii tempora, sed nunquam tamen ad Synaxin Homousiastarum accessisse. Πλὴν τῆς μυστικῆς ἐκοινώνουν θυσίας, inquit. *Vid. p. m. 47.*

§. 168. *Laica Communio.* Concilio Toletan. IV. c. 17. Bracarens. I. c. 31. &c. Clericis proprio aliquo ritu & insigni communio decreta fuit. *Lorin. Actor. II. 42* discrimen ait in eo consistere, quod Laici communicarent extra chorum, Clerici in choro loco separato, præter Sacerdotem & Diaconum, hi ante Altare. Sic statuunt *Becan. Opuscul. de Comm. cap. V. Tapperus, Cassander*

sander de commun. qui addit; Eundem ritum adhuc in Æthiopia servari, in qua tamen semper sub utraque viguerit. *Pamelius in Ep. LII. Cyprian. Baron. ad Ann. CCCXIV. n. 88. Binius Not. in C. XIII. Concil. Bracar. I. Tom. 2. Concil.*

§ 169. Est & *communio peregrina.* Quam *Lindan. l. cit.* putat fuisse Laicâ indigniorem & abjectiorem, sed tamen sub utraque specie.

§. 170. *Concil. Sardicens. I. c. 2.* sancit, ut flagitioso Episcopo etiam in fine vitæ Laica saltim concedatur. (NB. Solebant enim tunc ægroti in templa deferri.) *Vasquez. Tom. III. Disp. 216. Cap. 3.* differentiam in eo ponit, quod Calicem attingere, vel, non deferre in domum suam licuerit Laico.

CHRISTIANI.

§. 1. THeodoret. *Qu. Gen. 47.* Ἡμεῖς δὲ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ προσηγορίας χριστιανοὶ καλούμεθα. Ethnici *Christianos* vocabant. *Tertull. Apol. c. III.* Sed & cùm perperàm Christianus pronunciatur à vobis, *(nam nec nominis certa est notitia penes vos,)* de suavitate vel benignitate est compositum. Et Christum, *Chrestum, Lactant. l IV. c. VII.* Sed exponenda hujus nominis ratio, propter ignorantiam eorum, qui eum immutatâ literâ solent dicere *Chrestum.* *Justin. Apol. 2.* χρηστιανοὶ (sic legendum,) γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι, οὐ δίκαιον.

§. 2. Memorabile est, moris olim fuisse Christianis, ut à Judice aut in summis periculis de patria & origine interrogati, unum illud responderent; CHRISTIANOS SE ESSE. Sic Martyres etiam in cruciatuum medio soliti fuerunt clamare; CHRISTIANI sumus. *Sulpic. Sever. Vit. Martin.* Latro B. Martinum ad remotiora ducens percontari ab eo cœpit: Quisnam esset? Respondit: Christianum se esse. *p. m. 466.*

§. 3. Præterea CHRISTIANI dicti Catechumeni post primam χειροθεσίαν ante baptismum. His oppositi FIDELES jam

jam baptizati & secundâ χειροθεσίᾳ confirmati. *Concil. Elibert. Can. X.* Vide suprà Tit. *Catechumeni.*

§. 4. Dicti & tertium genus hominum. Quia scilicet Judæi nec erant, nec Gentiles. Dicti &

§. 5. *Novissimi.* *Tertullian. adv. Nat. l. 2, c. 8.* refutans hæc ait: Recogitate, ne, quos tertium Genus dicitis, primum locum obtineant. *Et mox:* Ridicula dementia, Novissimos dicitis, & Tertios nominatis.

§. 6. Christianorum fidem vocat *Tertull. adv. Nat. l. 1. c. 4.* primam sapientiam. *Et c. 4. de Gall.* Cùm hanc primam sapientiam vestit pallium, *l. 2. c. 2. adv. Nat.* Huic opponit meram sapientiam Philosophorum.

§. 7. Christianis olim *sex crimina* intenta ab Ethnicis: Ἀθεότης. Cœnæ Thyesteæ. Μίξεις οἰδιπόδειαι. Irreligio in Cæsares. Contemtus mortis, & Doctrina ridicula. *Tertull adv. Nat. l. 1. c. 10. 11. usq; ad c. 19.* singula refellit. Inde *Contemtores Deorum* dicti. *Ib. c. 10.* Ubi addit exprobratum simul divortium ab institutis majorum, ut & cultus Asini, Crucis, Solis, quoniam ad orientem Solem precarentur. *Tertull. l. c. C. XIII.* Alii, *inquit,* Solem Christianum Deum æstimant, quod innotuerit ad Orientis partem, facere nos precationem, vel die Solis lætitiam curare. *Ib: c. 16.* imputata hora Lucernarum, caninum Ministerium, ingenia tenebrarum. *C. 17.* Irreligiosi dicimur in Cæsares, neque imagines eorum repropitiando, neque Genios dejerando, hostes populi nuncupamur. *C. 18.* Non gladios, neque cruces, neque bestias vestras, non ignem, non tormenta ob duritatem ac contemtum mortis animo recusamus. *C. 19.* Quòd Resurrectionem mortuorum præsumimus. Ridete, inquit, quantum libet, stupidissimas mentes, &c.

§. 8. *Formulæ:* Christianorum Fatum. *Et:* Causa Christiani. *Vid. Titul. Martyres.*

§. 9. *Negare* solenni formulâ olim tormentis coacti Christiani. Hinc *Negatio.* *Tertull. adv. Nat. I. c. II.* Tormentis nos comprimitis ad Negationem. *Et:* Proprio studio non ad Negationem certare.

§. 10. Nomen id *Christiani* non poterant Gentiles ferre. *Tertull adv. Nat. c. III. l. I.* Apparet, omne in nos crimen non alicujus sceleris, sed nominis dirigi. *Et*: Hæc est ratio totius odii adversus nos, Nomen in causa est, &c.

§. 11. Ἀδελφοὶ. Sciendum, semper Apostolos in Epistolis hac voce compellare suos. Primò itaque generalis hæc nomenclatura est, quâ se invicem omnes Christiani appellabant. *Tertull: Apolog.* At quantò dignius Fratres & dicuntur & habentur, qui unum Deum Patrem agnoverunt. 2. Episcopi se invicem sic nuncuparunt. In Tom. Concil. Cyprianus, Leo, Martinus, Eugenio Fratri salutem P. 3. Episcopi quoslibet è plebe Fratres salutabant. *Sulpic. Sever. vit. Martin.* Martinus convocatis Fratribus. *Et*: Indicat Fratribus casum mortis. 4. Monachi se hoc titulo invicem compellârunt. *Sulpic. Sever. ibid.* Testabantur aliqui ex fratribus. *Et*: Multi apud Clerum Fratres commorabantur.

§. 12. *Synod. Francof. sub Adrian. Papâ I. Tom. Concil. III.* sic legitur: Quatuor modis in Scriptur. Fratres appellari legimus, sicut B. Hieron. lib. adv. Helvid. testatur: *Naturâ, Gente, Cognatione, Affectu. Naturâ*, ut Esau & Jacob, &c. *Gente*, quâ omnes Judæi inter se Fratres vocantur, *Deut. XV. & XVII. Cognatione*, qui sunt de una Familia, sicut Loth Frater Abrahæ dicitur *Gen. XIII. Affectu*, qui in duo scinditur, in Spirituale & Commune. In spirituale, quia omnes Christiani Fratres vocantur, ut *Psal. 132. Ps. 22. Hebr. 2. Joann. 20.* In commune, quia omnes homines ex uno Patre nati pari germanitate conjungimur. Hinc *Hieron.* ait: Affectu Fratres esse Domini, non adoptione, uti dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et *Joann. 20. Hæc ibi.* His adde quintum: *Professione*, quâ se Episcopi invicem & Monachi specialiter Fratrum titulo salutârunt.

§. 13. *Tom. Concil. 2.* Martinus Episcopus Bracarens. *Nitigesio Episcopo in Christo Fratri.*

§. 14. *Lactant. l. V. c. 15.* Nec alia causa est, cur nobis invicem Fratrum nomen impertiamur, nisi quia pares esse nos credimus. *Et mox*: Tametsi corporum diversa conditio sit, nobis servi

servi tamen non sunt, sed eos & habemus & dicimus Fratres Spiritu, religione Conservos.

§. 15. Loquitur autem ibi de Servis.

§. 16. De perfectione Christianorum. *Matth.* 5. 26. Christiani ex hoc loco & *Matt. XIX.12.29.* varia exsculpsere. 1. Nobis in N.T. perfectiora data esse divina præcepta, quàm iis in V.T. Et 2. duo esse genera hominum: Prius hæc sic implentium; Alterum mediocriter secundum hæc viventium.

§. 17. *Chrysost. de Virgin.* Μείζονα δεῖ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀρετὴν, ὅτι πολλὰ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν καὶ μεγάλη τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡ δωρεά. *Auctor Synops. S. S. in Operibus Athanas. Cap. V. Matth. h. l. ait:* Ἐπιτείνει τὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐντολάς. Peperit hoc *Eremitismum.* Nam fugiebant officia, qui τέλειοι esse ex *h. cap. v. ult. & IX.12.29.* volebant. *Athenagor.* Χριστιανοὶ οὐ δικάζονται τοῖς ἁρπάζουσι, *v.* 39. 40. 41. *Salvian.* ait: Jussum esse à Christo, ut ea ipsa, de quibus lis est, relinquamus, dummodò litibus exuamur. *Concil. Carthag. IV.* Episcopus nec provocatus de rebus transitoriis litiget.

§. 18. Nam à Clericis id maximè requisitum olim. *Vide infrà in Tit. Clerici.*

§. 19. Apud *Tatian.* Christianus inquit, στρατηγίαν παρῄτημαι, *Præturam recuso.* Apud *Tertull.* Christianus, *ait,* nec ædilitatem affectat. *Lactant. lib. V. Cap. XVIII.* Justum negat belligeraturum.

§. 20. *Clem. Const. lib. 1. cap.* 45. de Christiano litigante σπουδαζέτω διαλύεσθαι κἂν δέῃ βλαφθῆναί τι.

§. 21. *Chrysost. de Virgin. C. XLIV.* Τὸ μὲν παλαιὸν οὐ τοσοῦτο ἡμῖν προὔκειτο μέτρον ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα. 2. καὶ ἀντιλοιδορεῖσθαι τῷ λοιδορουμένῳ. 3. καὶ χρημάτων ἐπιμεληθῆναι ἐξῆν. 4. καὶ εὐορκοῦντα ὀμνύναι. 5. καὶ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμοῦ. 6. καὶ μισῆσαι τὸν ἐχθρόν. 7. καὶ οὐ τρυφᾶν, οὐ τι ὀργίζεσθαι. 8. καὶ οὐ τι γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ ἀντει-

ἀντειπεῖν κεκώλυτο &c. κατὰ δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πολλῷ στενωτέρα γέγονεν ἡ ὁδός. *Et C. 83. ibid.*

§. 22. οὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι. *Et Orat. Fil. Patri esse æqual. Tom. VI.* ait, in Evangelio esse ἐπίτασιν καὶ προσθήκην ἐντολῶν.

§. 23. *V.* 41. Dimitte illi & pallium, id *Cyprianus lib. de Patient.* sic exponit: Ut tua ablata non repetat. *Iren. l. IV. c. 27.* Tollenti tibi tunicam, permitte ei & pallium. Sed non quasi nolentes fraudari contristemur, sed quasi volentes donaverimus, gaudeamus.

§. 24. *Id. de seq. v. 41.* Si quis te angariaverit, &c. ut non quasi servus sequaris, sed quasi liber præcedas.

§. 25. *Euseb. Demonstr. l. I.* duplicem describit Christianorum vitam; Aliam ἐντελῆ, aliam *inferiorem.* *Suidas*: ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία δύο βίους ἐνομοθέτει καὶ τρόπους. Τὸν μὲν ὑπερφυῆ καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας ἐπέκεινα. *Ultra communem hominum conversationem*, οὐ παιδοποιΐαν, οὐ περιουσίας, ὕπαρξιν προσδεχόμενον. *Secundum genus* τῶν περιστατικῶν, quos & βιωτικοὺς vocabant, ut illos priores Ἀπεριστάτους, id sic pingitur; Καὶ γάμοις συγκατνένευ σώφροσι, καὶ παιδοποιΐαις, οἰκονομίας τε τῆς κατὰ τὸ δίκαιον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ στρατευομένοις τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, ἀγρῶν τε καὶ ἐμπορίας καὶ τῆς ἄλλης πολιτικῆς ἀγωγῆς φροντίζειν.

§. 26. *Cedren. ait p. 163.* Divisum esse τὸν κατὰ χριστιανισμὸν νέον θεσμὸν εἰς μοναδικὸν ὑπερφερῆ καὶ βιωτικόν. De quo *vid. Tit. Eremitæ.*

§. 27. Alio nomine illi dicti πνευματικοὶ hi σαρκικοὶ, ψυχικοὶ, χοϊκοὶ, σωματικοί. *Theophil. ait*: οὐ πάντη δὲ ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἀκριβέσι φυλάσσεται, τὸ μὴ ὀμνύναι ὅλως. *V. 33.* μὴ δὲ λοιδορήσασθαι, μήτε καταρᾶσθαι, μήτε ψεύσασθαι. Ubi ἀκριβεῖς dicit, qui hoc *cap.* comprehensa à Domino servant. Supra hos ἀκρήμονες constituti, qui πιπράσκουσι τὰ ὑπάρχοντα καὶ διδόασι τοῖς πτωχοῖς, *ex Matth. 19. 12.* Unde & Τέλειοι, & vita eorum

Τελει-

τελειότης, ipsi verò πλειῶτες dicti sunt. Et κατ' ἐξοχὴν, πνευματικοί.

§. 28. *Clem. Strom. IV.* vocat hos τὴν πλειότητα τ̃ καθ' ἐπίπεσιν πολιτείας τῆς κτ̃ τὸ εὐαγγέλιον, quo refert Virginitatem servantes.

§. 29. Vita Christianorum consistit in opere. *Tertull. c. 46. Apologet.* Quid inter se simile habent Philosophus & Christianus? Græciæ discipulus & Cœli? Famæ negociator & vitæ? Verborum & factorum operator? *Augustin. de Vit. Christ.* Non in hoc nobis nomine tantùm, quod Christiani sumus, blandiamur, sed propter hoc & nos judicandos credamus, si nomen nobis frustrà vendicemus alienum. *Cyprian.* Philosophi non verbis, sed factis sumus, nec loquimur magna, sed vivimus.

§. 30. *Origen. in Gen. XVII. Homil. 3.* Quid prodest, si in illa tantùm carne, quam de Maria suscepit, credam venisse Christum, & non contendam, & in hac mea carne venisse? *Cyprian. de Zelo:* Quid aliud est, Christi nomen induere, & non per Christi viam pergere, quàm prævaricatio divini nominis?

§. 31. Christianismi στοιχεῖα *vide in Tit. Catechumeni.*

§. 32. *Convitia,* quibus veteres pulsati sunt passim Christiani, ad quinque Classes referri commodè possunt. 1. Vel enim pertinent ad *Religionem.* 2. vel ad *Mores.* 3. vel ad *Scientiam & Doctrinam.* 4. vel ad *Politiam.* 5. vel ad *Genus vitæ privatum.*

§. 33. Quoad *Religionem s. Fidem* octo dira ἐγκλήματα occurrunt: 1. Magia. 2. Adoratio Solis. 3. Crucis. 4. Nubium. 5. Asini. 6. Inguinis. 7. Atheismus. 8. Nova Religio.

§. 34. *De Magia* sic apud *Baron. ad Ann. 286. in Actis Martyr.* Tiburtio Christiano Fabianus judex exprobrat: Quis ignorat, artem magicam vos docuisse Christum vestrum? *Apud Arnob. l. 1.* de Christo gentes ajunt: Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa miracula perfecit. Et *apud Origen. l. 1. adv. Cels.* Celsus idem objicit. *Vid. & Tertull. Apolog. c. XXI. XXIII.*

§. 35. *Adorationem Solis*, apud *Tertull. Apol. c. XVI.* habemus, ubi & occasionem addit: Inde suspicio, quod innotuerit, nos ad Orientis regionem precari.

§. 36. *Cultus Crucis*, meminerunt *Minut. Felix & Tertull. l. cit.* ubi Crucis religiosi Ethnicis dicuntur Christiani: Sicut *Crucicolæ* apud Anthelmum *de Virgin. c. 17. Lactant. l. 4. c. 16.* addit: Cultum Crucifixi itidem pro opprobrio solitum objectari.

§. 37. *Nubium.* Extat *c. 24 Tertull. l. cit.* Alias, si hoc putatis, nubes numeret orans. Hinc & Cœlicolæ dicti vulgò *lib. XII. C. de jud. Juvenal. sat. 14.* Nil præter Nubes & Cœli Numen adorant.

§. 38. *Asini. Tertull. Apol. XVI.* Somniâstis, caput asininum esse Deum nostrum. Hinc & dicti fuerunt Asinarii. Quod à Judæis ad Christianos transiit. Illis enim ferè semper hoc exprobrârunt Gentes. *Plutarch. Sympos. l. 4. c. 5. Hieron. Qv. Ebr. in Genesin.*

§. 39. *Inguinis. Minut. Felix* sic expressit: Quod Antistitis ac Sacerdotis colerent genitalia, & quasi parentis sic adorarent naturam. Ortam inde calumniam censent vulgò, quia pœnitentes flexo poplite coram Episcopo soliti erant procumbere, confitendo peccata sua. *Tertull. de Pœnit. c. 9.*

§. 40. *Atheismus.* Sic in Amphitheatris solenne erat gentilibus exclamare: Αἶρε τοὺς Ἀθέους. Quod refutavit *Justin. M. Apolog. ad Anton. Pium. Arnob. l. I. III. IV. Lactant. lib. 5. c. 9. alii.*

§. 41. *Serapidis cultum* addunt nonnulli ex *Epist. Adriani ad Servian. Cos.* ubi sic: Illi, qui Serapim colunt, Christiani sunt, & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt.

§. 42. *Nova Religio. Arnob. l. 1. adv. Gent.* accusatos memorat, quod velint inauditos cultus terrarum in orbem trahere, & cærimonias antiquitùs institutas novitatis suæ superstitione contaminare. *Vid. Cod. de Malefic.* ubi *Diocletianus ait*: Neque reprehendi à nova vetus Religio debet.

§. 43. *Secundo* Convitia, quæ ad *Mores* spectant, sunt ista: 1. Impostura. 2. Inertia. 3. Luxuria. 4. Crudelitas.

§. 44.

§. 44. De *Impostura* experti sunt fatum Magistri, quem πλάνον & Impostorem Pharisæi criminabantur, *Matth. XXVII. Hieron Ep. XIX.* Si tunica non canduerit, statim illud è trivio: Impostor & Græcus est. *Ep. 10. ad Furiam.* Ubicunque viderint Christianum, statim illud de trivio: ὁ Γραικὸς, ἐπιθέτης.

§. 45. De *Inertia*: Quod essent inutilia terræ pondera & nulli bono mortales. *Tertull. Apol. XLII.* Alio quoque injuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negotiis dicimur. Ubi & refutat convitium prolixè, inde natum esse demonstrans, quod vanitati gentium in luxu & deliciis Christiani non essent simul dediti.

§. 46. De *Luxuria* speciatim objectata fuere convivia Thyestéa, quibus convenire accusabantur, & promiscuo concubitu lascivire. Creberrimum sanè ἔγκλημα in Scriptis Veterum. *Tertull. Apol. c. 7. Euseb. l. 4. Hist. c. 7. Minutius Felix* ita exprimit: Illic post multas epulas, ubi convivium caluit, & incestæ libidinis fervor ebrietate exarsit, canis, qui Candelabro nexus est, ad impetum & saltum provocati; Sic eversi & extincti conscio lumine impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis, &c.

§. 47. *Crudelitatis crimen* erat, quod calumniabantur, tanquam si in istis conventibus, ut loquitur *Theophil. Antioch. l. III. ad Autolyc.* Humanis carnibus Christiani vescerentur. *Tertull. c. 7. Apol.* dicimur sceleratissimi de Sacramento infanticidii, & pabulo inde, & post convivium incesto. *Origen. l. 6. Cels.*

§. 48. *Doctrinam* & ingenium Christianorum impetebant ista: 1. Inscitia. 2. Barbaries. 3. Credulitas. 5. Stupor.

§. 49. De *Inscitia. Tertull. Apologet. c. 1. 2. Arnob. lib. 2.* Quid est, quod à vobis tanquam bruti ac stolidi judicemur? *Lucian. in Peregrin.* nominat Ἀνθρώπους ἰδιώτας. *Justin. M. Apol. 1.* χειροτέχνας ἢ παντελῶς ἰδιώτας. *Theodoret. Serm. 8.* χαλκοτύπους, γηπόνους, ἀλουργοὺς, γυναῖκας. *Minut. Felix*: Studiorum rudes, literarum profanos, expertes artium, nisi sordidarum, de ultima fece collectos imperitiores, mulieres credulas, & plebem profanæ conjurationis. Z 2 §. 50.

§. 50. De *Barbarie.* Accusabant scripta & sermones Christianorum rusticitatis. *Arnob. l.* 1. *inqvit Gentilis:* Barbarismis, solæcismis obsitæ sunt res vestræ, & vitiorum deformitate pollutæ. *Lactant. L. V. c.* 1. prolixè id persequitur sic concludens: Non credunt ergò divinis, quia suco carent. *Vid. August. l.* 2. *de Doctr. Christ. Cap. XIII.*

§. 51. *Credulitas.* *Arnob. l.* 2. Nisi fortè obtusi & fatui videntur hi vobis, qui per orbem jam totum conspirant & coëunt in istius credulitatis assensum. *Lactant. l. V. c. XIII.* vocant gentiles, muliebrem superstitionem. *Minut. Felix.* Anile dogma. Qui solus copiosè disserit & adeundus. *Celsus apud Origen. l.* 1. objicit, quod illud vulgò Christiani usurpent: Μὴ ἐξέταζε, ἀλλὰ πίστευσον.

§. 52. Quoad *Politiam* hæc ferè data sunt crimini: 1. Læsa Majestas. 2. Rebellio. 3. Calamitas publica.

§. 53. *Accusatio læsæ Majestatis* inde orta fuit, quod Imperatores divino honore colere non volebant, vel iisdem sacrificare, & per eorum Genios jurare. *Tertull. Apol. c. X. XXIIX.* & ad Scapulam. ubi operosè refellit.

§. 54. *Rebellio.* Factionibus studere accusabantur, quia in conventu sacro coirent. Hinc objecti Cœtus antelucani, nocturnæ congregationes, apud *Minutium.* Refutat *Tertullian. Apolog. C. XXXIX.*

§. 55. *Calamitas publica.* Hujus causam existere Christianos frequentes clamabant. *Tertull. Apol. c.* 80. Si Tiberis ascendit in mœnia, cœlum stetit, terra movit, si fames, si lues, statim, *Christianos ad Leonem.* Erat & illa formula: *Causa Christiani.*

§. 56. Quoad *genus vitæ* 1. Artium sordidarum crimen objectatum. 2. Misera conditio. Illæ, quod manibus laborent, & vilibus opificiis victum quærant. Hinc Juvenal. Sat. 4. v. 153. vocat Cerdones. Confer suprà *ad Tit. de Inscitia, Theodoretum, Justinum &c.* Apud *Minutium* Cæcilius Christianum ideò appellat *Pistorem.* Tenebantur quippe ex præscripto disciplinæ laborare Christiani, etiam ascetæ. *Vid. Basil. M. Reg. qv. XXXVII.*

§. 57. *Misera conditio.* Ideò exprobrata, quòd multis malis

malis & afflictionibus delectarentur Christiani. *Lactant. l. V. c. 21. Arnob. l. 2.* Cur Deus vos patitur tantas perpeti persecutiones, atque omnia genera pœnarum & suppliciorum subire? Copiosè adi differentem hîc *Lactant. l. V. c. XXII.*

Cereorum Usus Creber In Ecclesia Veteri.

§. 1. CEreorum usus creber fuit in Ecclesia veteri. Præsertim ante imagines Sanctorum accensæ leguntur λαμπάδες. Apud *Venantium* legitur, Oleum lucernæ ardentis ad effigiem S. Martini. Apud *Sophron. in VII. Synod. Gen. act. IV.* ad imaginem D. Salvatoris. In *Liturg Chrysost.* Sacerdos egreditur, portans Evangelium præcedenti Ministro cum lucerna. *Hieron. adv. Vigilant. ait*; In toto Oriente, dum legeretur Evangelium, ardentes cereos astare. *Ibid.* Vigilantius objecerat Ecclesiæ, moles cereorum Sole fulgente accendi.

§. 2. Apud *Theodoret. Hist. l. V. c. 36.* accensa lumina præferuntur in translatione reliquiarum Chrysostomi. Apud *Paulin. Natal. III. Felic.* Cerei accendebantur in fano Felici sacro die ipsius anniversario. Apud *Gregor. Dial. l. III. c. 24.* In templo Petri perpetuæ lampades memorantur. *V. M. Ant. de Dom. l. 7. c. XX. n. §. 52. p. m. 296.*

§. 3. *Sic & Hieron. Ep. LIII.* ante tumulos Martyrum cereos accendi annotat. *Nazianz. Orat. IV. contr. Julian.* ᾠδαῖς παννύχοις καὶ δαδουχίαις, ὡς χριστιανοὶ τιμᾷν μετάστασιν εὐσεβῆ νομίζουσι. *Ibid.* quid notent, sic innuit; καὶ λύχνοις τοῖς ὅλον τὸ σῶμα φωτίζουσι τῆς Ἐκκλησίας. (Jam exponit,) Θείοις λόγοις θεωρήμασι καὶ νοήμασιν. Et mox: μικρόν μοι πρὸς τοῦτο τὶ φρᾶσαι πάντας ὅσοι ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πανηγυρίζοντες ἀνάπτουσιν ἄνθρωποι. Ubi πανηγυρίζοντας accendere in Festis lychnos memoratur.

CIBORUM DELECTUS.

§. 1. DE *ciborum delectu ap. Vett. PP. & Concil. hæc reperimus.* Sex diebus majoris, ut vocant, hebdomadæ Christianis imperata fuit Xerophagia, tempore Paschali. *Laod. Can. I.* jubet tamen πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. *Et Balsamo ad Can. Apost. LXIX.* non solùm in XLmâ, sed & *Fer. IV. & VI.* ξηροφαγεῖν oportere notat. Adeò, ut ne ægrotis quidem non nisi pisces indulgeantur.

§. 2. A carnibus universos etsi dissentientes aliàs abstinuisse *August. contr. Faust.* scribit l. XXX. A carnibus & vino, *Chrysost. hom. de Pœnit. VIII. Socrat. l. I. Cap. XI.*

§. 3. Postremis itaque Quadragesimæ diebus VI. Xerophagia indicta. Quæ quid sit *Tertull. docet l. 1. c. 1. contr. Psych.* Siccantes cibum ab omni carne & jurulentia, vividioribus pomis, ne quid vinositatis vel edamus, vel bibamus, lavacri quoque abstinentiam congruentem arido victui. *Idem docet,* Montanistas duas in anno hebdomadas Xerophagiarum nec totas, exceptis scil. Sabbathis & Dominicis, observare.

§. 4. *Constit. Apost. l. V. c. 17.* eadem Xerophagia sex diebus observanda proponitur. Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς καὶ σαββάτου ἓξ ἡμέρας μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ λαχάνοις καὶ ποτῷ ὕδατι. Οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε. *Epiphan. hær. LXXV. n. III.* Χαμευνίας, ἁγνείας, κακοπαθείας, ξηροφαγίας, εὐχὰς, ἀγρυπνίας, νηστείας appellat σωτηρίας ψυχῶν.

§. 5. *Hieron. ad Lætam.* In jejuniis ab oleo & pomis abstinebant. Id. Epit. Paul. A vino, liquamine, piscibus, melle, ovis. Et *Microlog. C. XLIX.* Nec juxta Canones Quadragesimaliter jejunare censemur, si ante vesperam reficimus.

§. 6. Sicca itaque erant, Panis, Sal & Aqua, quibus tunc uti licebat, ut suprà dixi.

§. 7. *Gregor. VII. Synod. Rom. c. VIII.* Salubriter admonemus,

nemus, ut Christianus quivis ab esu carnium die Sabbathi, nisi majori Festivitate interveniente vel infirmitate impediente, abstinent.

§. 8. Die itaque Sabbathi a carnibus abstinendum monet.

§. 9. Anno Dom. 800. *Zachar. P. Ep. 2* ad Bonif. graculorum, cornicularum, ciconiarum, fibrorum, & leporum & equorum silvaticorum esum prohibet. *Id ibid.* Quando lardum sit comedendum, sic docet: Nobis à Patribus constitutum pro hoc non est. Tibi autem petenti consilium præbemus, quod non oporteat illud mandi, priusquam super fumo siccetur, aut igne coquatur. Si verò libet incoctum manducare, post paschalem festivitatem erit manducandum.

§. 10. Sic Seculo IX. *Raban. Ep. ad Reginald.* Carnes tempore Quadragesimæ comedentes damnat, eisq; pœnitentiam præscribit. *Bernhard. Vit. Carol.* narrat, Episcopum, qui valetudinis causâ eo tempore carnem ederat, in desperationem incidisse.

§. 11. Porrò certum est, Ecclesias Græcas hactenus legem istam *Act. XV. 29.* observare; cùm tamen temporaria tantùm fuerit. *Theodor. Balsam.* Episcop. Antiochenus circa Annum Chr. 1200. vehementer culpat Latinos, qui sanguinem & suffocatum promiscuè comederent. 2. Pontif. Romani multis post Christum seculis legem istam *Act. XV.* confirmârunt. *Leo Magnus* Ann. Chr. 440. *Epist. 59. c. 5.* Idolothytis vesci vetat cum gravi censura. *Zacharias Pont. An. Chr. 750. Epist. ad Bonifac. Moguntin.* sic: Inprimis de volatilibus, i. e. graculis, corniculis & ciconiis omninò cavenda sunt ab esu Christianorum. Etiam fibri ac lepores, & equi silvatici multò amplius cavendi.

§. 12. Sic *Leo Imp. ann. 895. Novell. 58.* Sciat, quicunque sanguinem in cibum convertere deprehensus fuerit, se bonorum publicationi subjicientes, &c. *Concilium VI. Constantinopolit.* in Trullo novo Decreto abstinere à suffocatis & sanguine sancit. Quæ omnia ex *h. l.* Pauli refutat *Cl. Baronius Annal. contr. Græcos.*

§. 13. Eleganter *Augustinus contr. Faust. c. XIII. de Lege Actor. XV.* Transactio illo tempore, quo illi duo parietes, unus ex Circumcisione, alter ex præputio venientes, quamvis in angulari

lari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctis eminebant, & ubi Ecclesia Gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareret; Quis jam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quorum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu à cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? Et qui fortè pauci adhuc tangere ista formidant, à cæteris irridentur.

Clerus. Clerici.

§. 1. *Act. 1. 25.* Hinc in Ecclesia primitiva Sacerdotes κλήρῳ sorte quoque electi, & inde dicti κληρικοὶ. *Isidor. l. VII. Etym. c. XII.* Cleros & Clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias sorte electus est. *Hieron. c. duo 7. caus. XII. Qu. I.* Cleros Græcè, Latinè *Sors.* Inde hujusmodi homines vocantur Clerici, i. e. sorte Electi. Cæterùm notari debet *1. Petr. 5.* οἱ κλῆροι & ποιμνίον τ̃ Θεȣ̃, *v. 2. & 3.* pro uno poni, dum duos ibi describit ordines πρεσβυτέρων & κλήρων, contra Pontific.

§. 2. Apud PP. Græcos tamen & Latt. inde pro Ministris ordinatis ad prædicationem Evangelii sumitur, ut in eo: Κλῆρός ἐστι σύστημα τ̃ Διακόνων καὶ Πρεσβυτέρων.

§. 3. Cæterùm sortem de Johanne Apostolo memorat & *Clem. Alexand.* κλῆρον, inquiens, ἐκλήρωσε τ̃ ὑπὸ πνεύματος σημαινομένων. Aliàs divino Sp. S. judicio ac testimonio primi illi Apostoli & ab eis ordinati fuerunt electi. Ita *Timotheus* κατὰ τὰς προαγȣ́σας προφητείας est constitutus, ait *Theodoret.* & ȣ̓κ ἀνθρωπίνῃ ψήφῳ, dicit *Chrysostomus.* Et *Oecumen.* generaliter de illo tempore, πνεύματος προστάξει οἱ Ἐπίσκοποι καὶ ȣ̓ χύδην. Eodem sensu προκεχειροτονημένοι ὑπὸ τ̃ Θεȣ̃ Apostoli dicuntur *Act. X. 41.* & Moses apud Philonem ὑπὸ Θεȣ̃ χειροτονηθεὶς.

§. 4. *Sulpic. Sever. lib. 2.* Clericos dicit, quos *Eusebius* Ἄρχοντας nominârat. Sed hæc vox variè olim accepta, & distincti

Κλη-

χειροτονικοὶ ab ἱερατικοῖς ac Presbyteris inferiores, quales erant, fossarii, ostiarii, acoluthi, custodes Sacrarii; *Sulpicius* tamen p. m. 384. pro toto ἱερατικῶν ordine ponit.

§. 5. Monachi olim non in Clero recensiti; Vid. Tit. *Monachi.* prolixè.

§. 6. *Vestitus* Clericorum initiò in Sacris non fuit ita varius ac hodiè. *Walafrid. Strab. de reb. Eccl. c* 24. Primis temporibus communi vestimento induti Missas agebant, sicut & hactenus quidam Orientalium facere perhibentur.

§. 7. Et Pallium Sacerdotalis habitus erat, unde Sacerdotes *Sulpic. Sev. vit. Martin.* appellat *Agmina Palliata*, quemadmodum olim in Græcia τὸ τ̃ φιλοσόφων σχῆμα fuisse scimus, sic idem è Christianis sibi sumserânt, ut alia multa, qui è Christianis φιλοσοφικώτεροι in vera religione erant. *Tertull de pallio.*

§. 8. Idem *Sulpic. Dial.* 1. ait: Senem in veste pellicea. Hæc Gr. ἐπενδύτης, *in Vit. Patr.* ἐπένδυμα. *Vit. Anton. c.* 23. Lavit Ependyten suum. *Vit. Hilarion.* Pelliceum habens Ependyten.

§. 9. Amphibalum apud *Sulp. Dial* 2. *c.* 1. occurrit, de quo *Gloß. Vet.* Amphibalum est vestis ex utraque parte villosa. *Lexic. D. Ben. Divion.* Amphibalus Byrrhus villosus. *Gregor. Turon. de glor. Conf. c* 59. Si novum Amphibalum induisset, cum quo processurus dioecesin circumiret.

§. 10. *Id. Dial.* 1. Byrrhum rigentem memorat; Et *byrrhus*, lacerna, chlamys eadem vestis erat, *byrrhus* coloris rufi, πυῤῥόν. Et apud Rom. cùm togæ desiissent, byrrhis s. lacernis usi sunt. Erat itaque κοινὴ ἐσθὴς Pallium Ascetarum gestamen. Byrrhis pretiosis usi Episcopi, vilioribus Presbyteris post relicta pallia. Ideò byrrhos sibi Monachi interdixerunt, quod ambitiosior esset vestis. *Cassian. c.* 7. *de hab. Mon. Isidor.* Sub byrrho Clerici primùm colobia, h. e. tunicas sine manicis, posteà Dalmaticas gestare cœperunt auro clavatas.

§. 11. *Decret. Pap. Steph.* I. §. 3. Vestimenta Ecclesiastica, quibus Domino ministratur & sacrata debent esse & honesta. Quibus

bus in aliis usibus nemo debet frui, quæ nec ab aliis debent contingi aut ferri, nisi à sacratis hominibus. *Tom. I. Concil. p. 253.*

§. 12. *Concil. Aquisgran. c. 124. Ann. 816.* Decet, ut Clericorum talis sit vestium cultus, qui occasione vanitatis careat, & nihil novitatis, nihil superfluitatis redoleat, nihilq; reprehensionis aut detractionis habeat.

§. 13. *Ibid. c. 125.* Penitùs inhibitum sit, ut Canonici cucullos Monachorum induant. Habitus namq; singulorum ordinum idcircò in Ecclesia ab invicem sunt discreti, ut his visis, cujus propositi sit gestans, liquidò cognoscatur.

§. 14. *Concil. Bracarens. §. 27.* statuit, ne Sacerdos sine Orario celebret Missam sic: Placuit, quia aliqui Diaconi absconsis infra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil differre à Subdiacono videantur, ut de cæteró superposito scapulæ (ut decet,) utantur orario.

§. 15. *Concil. Toletan. IV. Can. XXVII.* statuit, ut Episcopus seu Clericus quisquis degradatus & restituendus, gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum: Si Episcopus est, orarium, annulum & baculum. Si Presbyter, orarium & planetam; Si Diaconus, orarium & albam. Si Subdiaconus, patenam & calicem. Sic & reliqui ea in reparationem sui recipiant, quæ, cùm ordinarentur, perceperant.

§. 16. Ergò hæc sic per gradus ordinandi accepêre.

§. 17. *Walafrid. Strab. c. 24. l. cit. ann. Dom. 820. ait:* Addiderunt in vestibus sacris alii alia, vel ad imitationem eorum, quibus veteres utebantur Sacerdotes, vel ad Mysticæ significationis expressionem. Quid enim singula designent, quibus utimur nunc, à prioribus nostris satis expressum est. Numero autem suo antiquis respondent, quia sicut ibi (in V. T.) tunica, superhumeralis linea, superhumerale, rationale, balteus, feminalia, tiara & lamina; sic hic, Dalmatica, alba mappula, orarium, cingulum, Sandalia, casula & pallium. Unde sicut illorum extremo (*Lamina*) soli Pontifices; Sic horum ultimo (*Pallium*) summi tantùm Pastores utuntur. *Hæc ille.*

§. 18. *Concil. Tolet. IV. Can. XXXIX.* Si Oraria duo nec Epi-

Episcopo inducere licet, nec Presbytero, utique multò minus Diacono. Unum ergò orarium oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, i. e. prædicat. Dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad ministerium Sacerdotale discurrat. Caveant ergò Levitæ gemino uti Orario, sed uno tantùm & puro, nec ullis coloribus aut auro ornato.

§. 19. *Concil. Bracarens. I. Can XXIX.* placuit, ut gentilium ritu Lectores crines non promittant, nec in habitu seculari in Ecclesia psallant. Cujus tonsuræ initium à P. Aniceto, *Anastas. Biblioth. in ejus vit.* Hic, *ait*, constituit, ut Clerus comam non nutriat. Hinc in *Nithardo. Eginhardo, Engolismensi* & aliis istius seculi Scriptorib. *Tonso capite Monachum fieri.* De quo plura in verbo *Monachi.*

§. 20. *Dist. XXIII. c. 21.* verba Aniceti sic sonant: Prohibete Fratres per universas regionum nostrarum Ecclesias, ut Clerici juxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ tondeant s. radant. Et *Conc. Agathens. c. XX.*

§. 21. Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur. Vestimenta etiam & calceamenta eis, nisi quæ religionem deceant, uti aut habere non liceat. *d. §. Clerici.* Et *Gregor. II. Concil. Rom. Cap. XVII.* Si quis ex Clericis relaxaverit comam, sit anathema. *Concil. Mart. Pap. cap. XLI.* Non oportet Clericos comam nutrire & ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus & secundum Aaron, Talarem vestem inducere, ut sint habitu ornato.

§. 22. *Concil. Leod. c. 22. & c. 26. §. De eod.* Ministrum non oportet uti orariis, nec hostias dereclinquere. (*Al. leg. ostia.*) Et *c. 25. ibid. d. c. 27.* Non oportet Lectores aut Psalmistas orariis uti, & sic legere aut psallere.

§. 23. *Concil. Triburiens.* Presbyteri non vadant, nisi stolâ aut orario induti.

§. 24. *Concil. Aurelian. I. c. 22.* Monacho orarium in ministerio vel Zonas habere non liceat.

§. 25. *Caus. XXII. q. 4 c. 1. §. Omnis.* Eos Episcopos vel Clericos, qui unguentis & claris vestibus ac fulgidis se ornant, emendari oportet.

§. 26. *Ibid. c. 2.* Nullus Clericorum vestimentum indecens habeat, sive in civitate degens, sive in itinere ambulans, sed stolis utatur, quæ Clericis sunt concessæ. Si verò quis tale quid fecerit, per unam hebdomadam suspendatur.

§. 27. *Sic & Zach. Pap. Synod. Rom. c. III.* Sacerdos sine operimento deturpat Sacerdotium suum, idem tamen addit: Licere, si in itinere longo ambulaverint.

§. 28. *Leo IV. Synod. Rom. c. XII.* Sine ornatu Sacerdotali extra domos apparere non convenit. Causa additur ibid. Ne ut aliquis secularium injurias patiantur.

§. 29. *Concil. Lateran. C. IV. Eugen. Pap. in Concil. Cap. 2.* præcipiunt, ne in superfluitate, scissura aut colore vestium, nec in tonsura, intuentium offendant aspectum.

§. 30. Mutationes istæ vestituum simplicium primitivæ Ecclesiæ in Judaismum factæ sunt Seculo sexto, ut alia infinita tempore *Gregorii M. Vid. Morn. de Euch. p. 625.*

§. 31. Indicium olim erat Clericorum & Christianorum in universum, qui frugalitatis studiosi togâ abjectâ pallium sumebant, sicut in gentibus Philosophi contemtum mundi hoc habitu profitentes. *Hieron. Ep. XXIII. ad Marcell. & ep. X.* Nos, quia sericâ veste non utimur, Monachi judicamur. Si tunica non canduerit, statim illud è trivio, impostor & Græcus est.

§. 32. *B. Rhenan. præfat. in Tertull. de Pall.* Summæ autoritatis apud gentiles viri relicto paganismo Christianæ religioni frequenter nomen dantes, pallio vestiebantur. Hinc alicui fortè fortuna obvius factus Ethnicus quispiam: Itanè ad pallium à toga, inquit? *Sic ille.*

§. 33. Est & Pallium Archiepiscopale, cujus vera origo ignoratur, *inqvit M. Ant. de Dom. l. III. c. XI. §. 2.* Donum tamen imperiale esse, ex *Liberat. Breviar. c. 22.* apparet; Ubi Anthimus sede pulsus, pallium, quod habuit, Imperatoribus restituit. Et *Gregor. l. 1. ep. 27.* dicit: Suggestionem apud piissimos Dominos summis precibus fecisse, ut Anastasium Patriarcham concesso usu pallii transmitterent, &c.

§. 34. Etsi suspectum non esset, privilegio Ravennæ Eccle-

ſiæ apud *Baron. T. V. ann. 432. n. 91.* Valentinianus Imp. concedit loci Epiſcopo, Honorem Pallii, ſicut cæteri fruuntur Metropolitæ. *M. Ant. de Domin. l. VI.* tamen aſſerit hoc privilegium.

§. 35. Quid id Pallium deſignet expl. *Peluſiot. l. 1. ep. 136.* ſc. quod ſit Figura veri Paſtoris, quærentis ovem perditam. Omnium autem Epiſcoporum præſertim in Oriente fuiſſe, *Luitprandus* teſtatur, & Græci Epiſcopi ſæpè mihi affirmârunt, ait *de Domin. n. 5. l. III. c. XI.*

§. 36. Ubi obſervetur, *Hildebrandum* primum inveniſſe, ut nulli concederetur uſus Pallii, niſi qui Romam ipſe veniret, quod abſentibus dari anteà ſolebat. Ille verò primus Lanfranco Cantuarienſi petenti in abſentia id denegavit.

§. 37. Illud verò Pallium, quod in naſcente Eccleſia *Tertull.* & alii ſumſere, & unde Γραικοὶ ἐπιθέται, vulgò Chriſtiani dicebantur, non fuit Græcorum vulgare *Pallium*, ſed peculiare *Philoſophorum*, quod Τρίβων & Τριβώνιον vocant. Unde Τριβωνοφόροι Philoſophi. Hoc igitur, qui ſtrictiorem Chriſti diſciplinam profitebantur, geſtabant inter Chriſtianos, ut Epiſcopi, Presbyteri, Clerici, Monachi. Græcis iidem ἀσκηταὶ nuncupati Philoſophi, quod vocabulum Monachis poſtmodùm hæſit & auſterioris notæ Chriſtianis. Unde & *Euſeb. Hiſt. Eccl. c. III. l. VI.* de Heracla Presbytero, Τοιαῦτα δὴ φιλοσόφου βίου τοῖς θεωμένοις παρέχειν ὑποδείγματα, ſcil, abſtinentiam, jejunia, vigiliæ &c. *Sozo. l. 5. c. 13.* μοναστικὴν πολιτείαν ſic laudat, ὠφελιμωτάτη γὰρ εἰς ἀνθρώπους ἐλθοῦσα παρὰ Θεοῦ ἡ τοιαύτη φιλοσοφία. *Socrat. l. VIII. c. 37. dicit,* ἀκριβῶς χριστιανίζοντας, ubi narrat, Silvanum Rhetorem primò, deinde Chriſtianum Τρίβωνα φέρειν non elegiſſe, cùm βίον ἀσκητικὸν ingrederetur. Quod contra communem conſuetudinem in eo idem annotat. οὐ περιήρητο, ait.

§ 3. Hoc Pallium ſordidum plerumq; erat, & illuvie plenum. *Hieron. ad Marcell.* Si tunica non canduerit, inquit, ſtatim illud: Græcus eſt. *Et in vita Hilarion.* Sacrum, *ait*, quo ſemel fuerat indutus nunquam lavans. *Rutilius*:

Squallet lucifugis insula plena Viris:
Hi sese Graji Monachos cognomine dicunt.

Unde *Eunapius Gentilis lib. de vit. Phil.* ὑώδη βίον, *Porcinam vitam* Monachis exprobrat.

§. 39. Imitatione simplicitatis Apostolicæ hoc pallium primitùs ascitum vero fit simile. Hi enim non togâ, non chlamyde, non lacernâ, non penulâ, nisi in itinere usi, sed pallio tanquam simpliciôre veste. Tunicam unam habuêre indutui, unum pallium amictui. *Matt. 16. 10. Cassianus l 1. de Habit. Monach. c. XI.* Neque caligis nos, neque colobiis, sed unâ tunicâ contentos hiemis permittit asperitas.

§. 40. Hæc in Ægypto, ubi mollior hiems, in Europa una non sufficiebat, ideoq; plures easq; manicatas gerebant. Illa *Cassiani* sine manicâ, Colobium dicebatur, & saccus, & tunica saccinea, *Hieronymo.*

§. 41. Supra tunicam Apostoli pallium injiciebant. Sic Petri vestis *Act. 12. 8.* περίζωμα, & ὑπόδημα, σανδάλιον, περίβλημα ἱματίου. Ubi tunica, quæ cingitur, & pallium, quod περιβάλλεται, unde & περιβόλαιον. *Abdias l. VIII. Hist. Apost.* etsi fictitius scriptor: Bartholomæum sic pingit: Vestitus colore albo clavato purpura, induitur pallio albo.

§. 42. Sic & Christus ipse Dominus *Joh. XIX. 23.* ἱμάτια gessit, Tunicam & Pallium. Pallium autem erat quadrangulare, unde ex IV. angulis IV. partes fecerunt milites. Tunica autem erat ἄῤῥαφος, igitur non divisa.

§. 43. Eodem modo soli olim Sacerdotes, non communiter Christiani pallio usi. *Clem. Alex. Pædag. l. III. c. 3.* albam vestem Christianos decere asserit; Pallia autem erant pullati coloris, velut *Synes. Ep. 146.* vocat φαιὸν τριβώνιον. Et ibid. *Clem. Alex.* vult varias esse vestes Christianorum. Pro ætate, dignitateq; Christianorum vulgi, ἔσται ἣ ἁρμόζουσα, ἡλικία, προσώπῳ, ἐπιτηδεύμασιν. E. non omnibus in universum pallium esse potuit gestamen.

§. 44.

§. 44. *Euseb. l. 4. Hist c. 2.* de Justino Martyre: Ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον. Prædicabat in habitu Philosophi. *Hieron.* de Aristide Philosoph. converso in *Catal. Vir. illustr.* Sub pristino habitu discipulus Christi. Postquam Christianus factus est, etiam in habitu pristino permansit.

§. 45. Unde liquet, vulgus Christianorum tunc non pallio usum, sed solos ascetas & Clericos. Si qui tamen ex communi plebe ad ἄσκησιν applicarent animum, ii confestim Pallium sumsere. Nam neque inter Clericos omnes, sed ii palliati tantùm, qui ἀσκηταὶ eminebant strictiori vitâ.

§. 46. Sed Regula non fuit tunc illud, aut necessitas, quod è Silvano supr. patet; Et *Euseb. l. VI. c. XX.* testatur, Heraclam diu in veste communi durâsse, & serò posuisse κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος.

§. 47. Mox ingruente pace & luxu Presbyteris viluere *Pallia* & *Birrhum* ac *Penula*, sumta sunt omissis Palliis, quæ apud ascetas Monachos permanebant. *Dalmatica*, genus tunicarum manuleatarum in locum Colobii acceptum, & *Colobium* solis ascetis relictum.

§. 48. Ex hoc tempore Presbyteri & Monachi discreti, cùm contrà olim ac primitùs Clero adscripti, qui ἄσκησιν profiterentur. *Birrus* autem & *Lacerna* & *Chlamys* una vestis. Erat *Byrrus* porrò cussei coloris, *Penula* fusca & pulla. Utq; erant dignitatis gradus, ita & cùm de colore, tum de materia pretiosius se vestiebant Episcopi, Presbyteri. *Acta Pass. Cypriani:* In agrum Sexti perductus est, & byrro lacerno ipse se expoliavit. Ubi lacernum byrrum est lacerna rubra. *Lacerna* autem & *Byrrus* idem. Sic in Lausiaco Palladii Athanasio tribuitur: στιχάριον καὶ Βίρριον. *Tunica & Birrum.* *Theodoret. l. 1. c. 3.* ἐφεστρίδα vocat vestem Arsenii Episcopi, i. *Birrum*.

§. 49. *Honor. de S. Brixian.* Prunas ardentes in birro suo portans deposuit ante sepulcrum S. Martini.

§. 50. Ita & Presbyteri & Clerici alii *birrati* apud *Augustin.*

Ser-

sermon. ad Cleric. Offeratur mihi birrum pretiosum; fortè dicer Episcopum, quamvis non diceret Christianum.

§. 51. Sed & Birrus tunc communis habitus etiam Secularium. Sub Birro Clerlci primùm *Colobium*, mox *Dalmaticas* manicatas gestarunt. *Isidor.* Dalmata vestis Sacerdotalis candida cum clavis purpureis. Hac usi *Cyprian. Silvester, alii. Auctor vit. Cyprian.* Cùm se Dalmaticâ expoliasset, ad lineam stetit.

§. 52. Mollium olim iste habitus Romæ, posteà Sanctitatis insigne evasit.

§. 53. *Nota:* Post usum pallii communi vestitu Clerus fuit contentus, & mutavit habitum cum pallio variante. Græci recentiores, ut *Codinus & Mosiopulus Lex.* στιχάρια & Φελόνην ἱερατικὸν ἔνδυμα appellant.

§. 54. Pallii istius usus in Ecclesia, qui tempore Tertulliani erat sanctior & ἐξαίρετος, ita Constantini M. ætate alienùs factus est à Clero, & cùm Eustachius Sebastanorum Episcopus reducere pallium vellet, & communem tum Seculo tunc receptum Cleri habitum improbaret, rejicitur à Synodo Gangrensi, tanquam ξένα ἀμφιέσματα συνάγων. *Et Socrat. l. 2. c. 33.* ἀνάρμοστον τῇ ἱερωσύνῃ στολὴν Pallium appellat, quod *Tertull.* dixerat, *super omnes titulos apicesq́ sacerdotalem habitum.*

§. 55. *Can. XII. Synod. Gangrens.* Communem vestem confirmat Clericis: Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν, Περιβολαίῳ Pallio χρῆται. 2. καὶ καταψηφίσαιτο τῶν μετ' εὐλαβείας τοὺς βίῤῥους φορούντων (Lacernati,) καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, ἀνάθεμα ἔστω. Ubi expresse; *vulgò usitatâ veste Clerum usum affirmat, pallio abjecto.*

§. 56. Itaque Pallium Monachorum proprium factum, quod recentiores Græci ῥάκος nominant; Unde ῥακοδύται & ῥακενδύται, Monachi iisdem, ut & Ῥακοφόροι. Ῥακενδύτης apud *Chroniatem Monachus.* Apud *Xantophalum in Can. loq. Patriarch. Const.* Γυνὴ ῥίψασα τὰ ῥάκη dicitur, *quæ habitum Monialem abjecit.*

§. 57.

§. 57. Inter Clericos vestimenta altaris & vasa sacrata mulieres non licet tangere etiam sacratas & Monachas, ut loquitur *Dist. XXIII. c. 25. §. sacratas.*

§. 58. Nec oportet, ait *d. c. 26.* Subdiaconos licentiam habere in Sacrarium, s. Secretarium, Gr. *Diaconium*, ingredi & contingere vasa Dominica.

§. 59. Nec ibid. *c. XXX.* In-sacratos ministros licet in sacrarium ingredi & contingere vasa Dominica.

§. 60. Nec *d. c. 31.* Liceat cuilibet ex lectoribus vasa altaris portare, nec aliis nisi iis, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.

§. 61. Sic *Concil. Mart. Pap. c. 41. d. c. 32.* Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi Subdiacono aut acolytho in Secretario vasa Dominica.

§. 62. Clericus in duabus Ecclesiis unus nullo modo debet conscribi. *Caus. 21. qu. III. c. I.* Cæterùm in villis, quæ foris sunt propter inopiam hominum indulgeatur. *Anselm. l. 7. c. 96. Concil. Chalced. c. 10. ibid. cit. c. 2. & Aquisgran. c. 50.* Clericum in duarũ civitatum Ecclesiis eodem tempore conscribi non oportet.

§. 63. *Leo IV. ait:* Qui plures Ecclesias retinet, unam quidem titulatam, alteram verò sub commendatione retinere debet.

§. 64. *Concil. urb. II. Placent. Dist. 70.* In qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuò perseveret. Omninò autem in duabus aliquem titulari non liceat. *Nota:* Ecclesiæ olim dicebantur *Tituli.* Prudent. Hymn. de Pass. Apostol. *Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis.* Veteres quippe, si quando loca profana Deo dicabant, & ibi templum erigebant, Cruce signabant Basilicam, quæ mox inde *Tituli* voce appellata fuit, posito vocabulo *Signi* pro voce Signati. *Baron. Martyr. l. Rom. 26. Jul. Gretzer. de Cruce. l. 2. c. 7.* Hinc *titulare, Titulatus*, passim in Scriptoribus Ecclesiæ.

§. 65. *Sic & de Monasteriis*, Concil. Agathens. c. 57. Epaunens. c. 9. Unum Abbatem duobus Monasteriis præsidere interdicimus.

§. 66. Unus tamen Episcopus duabus potest præfici Ecclesiis. *C. 21. qu. 3. c. Relatio.*

§. 67. Et vicissim; Una Ecclesia non potest dividi inter plures Presbyteros, ait *Concil. Rhemens. d. c. 4.*

§. 68. Et sine dimissoriis literis nullus omninò Clericorum, in quocunque gradu sit, licentiam habeat altera in Ecclesia constitui. *Ibid. c. 1. è sext. & sept. synod. c. 10.*

§. 69. *Concil. Hispal. II. c. 3. addit*; Ad Ecclesiam, quam priùs incoluerat, remittatur. Qui verò susceperit talem, Communione se privatum agnoscet. Desertor autem cingulo honoris atque ordinis sui exutus aliquo tempore monasterio relegari debet.

§. 70. Apostolicâ tamen auctoritate ad alteram transferri potest, & de hoc *ibid. c. 27. q. III. c. 3.* statuit *Concil. Chalcedon.* Et *Aquisgran. c. L.* Ut nihil habeat commune cum priore Ecclesia. Qui autem id fecerint, eos statuit Synodus cadere de proprio gradu.

§. 71. Nec conductitiis Ecclesia Presbyteris committi debet, *Concil. Eugen. III. c. 10. & Roman. Innocent. II. c. 10.* Præcipimus, ne conductitiis Ecclesiæ committantur; & unaquæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem.

§. 72. Clerici non debent immisceri secularibus rebus. *C. 21. q. III. c. 3. è Concil. Carth. III. c. XV.* Placuit, ut Clerici non sint conductores nec procuratores, neque ullo turpi vel inhonesto negotio victum quærant. *v. 2. Tim. II.*

§. 73. *De Consecr. Dist. V. c. 37.* Non oportet ministros altaris vel quoslibet Clericos spectaculis aliquibus, quæ in nuptiis aut scenis exhibentur, interesse: sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos de convivio & abire.

§. 74. Sic nec licet Clerico sine jussione Episcopi peregrinari. *D. C. 36. è Concil. Laodic. c. 41. 42.* Non oportet Clericos propter jussionem Episcopi ad peregrinandum proficisci. In Gr. ipso Cod. ἱερατικὸν ἢ κληρικόν. De qua diff. vid. suprà.

§. 75. *De Clericorum nomine* & iis, qui in Clero, sic *Gregor. l. XI. Ind. VI. Ep. 56.* Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Cantores, Clericos appellamus. Justus Origelitan. in

Cant. Canticor. sic recenset: Martyres, Confessores, Virgines, Continentes, Monachos, Eleemosynarios, Pœnitentes. *Cassiod. VI. Cap. ibid.* Tres ordines Ecclesiæ facit: Doctores, Continentes & Conjugatos.

§. 76. *Gregor. in Ezechiel. l. 2.* in Sacerdotes majoris & minoris ordinis distinguit: Illos, ait, Templum Dei custodire, & orando, prædicando, & spiritualibus actibus in vigilando Ecclesiam sanctam defendere; Hos verò ad Ministerium altaris excubare, & peccatis delinquentium præesse.

§. 77. *Cassiodor. c. VIII. Cantic.* ait: Minoris gradus Sacerdotes, baptizando in Ecclesia, & divinis mysteriis initiando homines in Ecclesiam introducere.

§. 78. Quinam ad Clericatum sint admittendi, sic docet *Jur. Canon. Dist. XXXIII. c. 1. & seqq.* Si quis post acceptum baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus, aut prorsus eorum, qui ministerio sacro deserviunt. Græc. τῶ καταλόγου τῶ ἱερατικοῦ.

§. 79. *Gratian. ibid. notat*: Deservientes sacro Ministerio intelliguntur Subdiaconi, qui Calicem Diacono offerunt & acolythi. &c.

§. 80. *Canon. Apostol. XVII. sic sonant*: ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶ καταλόγου ἱερατικοῦ.

§. 81. *Can. 18. ibid.* statuit, nec eum, qui viduam vel meretricem, vel ancillam &c. duxerit, ὁ χήραν λαβὼν ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς οὐ δύναται &c. *ut suprà.*

§. 82. *Can. 19.* ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος ἢ ἀδελφιδῆν οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

§. 83. *Can. 20.* ὁ ἀκρωτηριάζας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός. Hæc repetit *Dist. XXXIII. XXXIV. LV. c.* : Si quis abscidit. & interpr. *si quis amputavit sibi virilia.*

§. 84. *Pius Papa d. 82. c. III. & Nicol. Pap. c. IV. & Concil. Arausic. I. c. 16.* statuunt, Arreptitios s. obsessos, Epilepticos, qui in terram à dæmonibus eliduntur aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, non debere sacris altaribus ministrare. *Nicolaus ait*: Ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt.

§. 85. *D. c. V. Gelas. Pap.* causam addit: ne infirmis scandalum generetur.

§. 86. *D. c. 10. Gregor. l. 2. ep. XXV.* Bigamus vel Pœnitens, corpore vitiatus, literas ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, ad sacros ordines non admittatur.

§. 87. Nec fiat Clericus, cujus uxor adulterium commisit. *C. 11. è Concil. Neocæsar. c. 8. & Concil. Bracarens. c. 12. d. l.*

§. 88. *Requisita Clericorum in Dist. XLV.* ordine percenset *Gratian. ex I. Tim. III. & Tit. I. Est dist. 46. c. III. è Concil. Carth. IV. c. 55. 56. 59. 67.* Adulatores & Clerici Proditores, Maledici, Scurræ, & invidentes fratrum profectibus, καθαιρείσθω deponi jubentur, & Seditionarii, & Usurarii, & Fœneratores. *Concil. Laod. c. V. & Leo P. Ep. 1. c. 4.* Nec suo, nec alieno nomine Clericorum aliquis fœnus exercere attentet. Idq; *è I. Tim. III.* αἰσχροκερδεῖς. *Can. Apost. XLIV.* Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ Διάκονος τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Can. 54.* Irrisorem excommunicat: Εἴ τις χωλὸν ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω, ὡσαύτως καὶ ὁ λαϊκός. *Can. 57.* Negligentem deponit. Ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. Ἐπιμένων δὲ τῇ ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω. In hospitalem. *Can. 58.* Εἴ τις τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω. Nec eum admittit *Can. LX.* ad Clerum, qui ante in judicium criminis ergò est accusatus. Εἴ τις κατηγορία γένηται κατά τινος πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ καταγέσθω. Nec obsessum, vel cœcum, vel surdum

dum admittunt. *Can. 76.* Εἴ τις ἀνάπηρος, ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέ ἐστιν, γινέσθω· οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός, *Unoculum* itaque hic Canon admittit, & pede læsum. Sed 77. *Canon* surdum & cœcum ad Episcopatum non admittit, Κωφὸς δὲ ὢν καὶ Τυφλὸς μὴ γινέσθω Ἐπίσκοπος, οὐχ ὡς βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο. Nota Causam! Sic *Can. 78.*

§. 89. *De obsesso*, ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω.

§. 90. Nec νεόφυτον ad Episcopatum admittit *Canon 79.* ἄδικον γὰρ ὢν μηδέπω πεῖραν ἐπιδειξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον. Εἰ μὴ πού κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνηται. Quod benè notandum.

§. 91. Hæreticorum socium *Can. LXIII.* non tolerat. Εἴ τις εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν συνεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

§. 92. Negantem suam Fidem vel professionem *Can. LXI.* non tolerat, Εἴ τις κληρικὸν διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσεται, εἰ μὲν ὄνομα Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω, εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Κληρικοῦ, καθαιρείσθω. Μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω, i. e. Christi abnegator excommunicetur, Professionis verò suæ, deponatur.

§. 93. Ita *Can. LXII.* edonem morticini aut polluti deponit, Εἴ τις κληρικὸς φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω.

§. 94. Servum non admittit *Canon XXCI.* Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης sine Dominorum consensu, οὐκ ἐπιτρέπομεν. Si verò dignus est, & à Dominis manumittitur volentibus, admittatur. Εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστέλλουσι, γινέσθω.

§. 95. Usurarios *Conc. Nicen. c. XVII.* jubet καθαιρεῖσθαι. *Gregor. P. L. VIII. ep. 40.* de quodam Clerico fœneratore: Si ita

 con-

constiterit, alium eligite, & ab hujus vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus usurarum nullâ ratione manus imponimus. *Concil. Eliberit. c. XX.* Si quis Clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari & abstinere.

§. 96. Nam ait *Leo Papa dist. 47. c. 6.* Mens pecuniæ avida nec abstinere novità vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. Et *Gregor. l. 7. ep. 100.* Bonorum auctori inhærere non valere ait, nisi cupiditatem abscindat.

§. 97. *Hieron. in Malach. c. 1.* Indoctum qui ordinat loco indocti, cœcum animal offert, claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat, languidum offert, qui vitiosum habet pro religioso, quiq; tardum & pigrum probat patientem.

§. 98. Lapsi semel in suum ordinem recipi non debent. *Gregor. l. 4. ep. 17.* Lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare suadeat. *Martin. P. ad Amand. Dist. 50. c. 2.* Qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumq; gradum Sacerdotii poterit adipisci. *Gregor. l. 7. ep. 25.* Presbyterum nullâ ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut revocari posse cognoscas.

§. 99. Sic & *Conc. Agath. c. 50. Conc. Triburiens. c. 11.* Si quis Clericus, quamvis nimium coactus, homicidium fecerit, deponatur. *Canon Apost. XXIV.* Ἐπίσκοπος &c. ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπὶ ὀρκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἁλοὺς καθαιρείσθω καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. Scortator, fur, perjurus deponatur, non excommunicetur *Can. 62.* Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ ἀποκτείνει καθαιρείσθω. *Can. 27.* vetat, Clericum verberibus uti, Τύπτοντα τοὺς πιστοὺς ἁμαρτάνοντας καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. Depositi itaque sunt Clerici lapsi quoquo modo, ut apparet. *Canon 29.* depositum ad officium suum refractariè recurrentem excommunicat, εἴ τις ἐπίσκοπος &c. καθαιρεθεὶς δικαίως τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

§. 100. Sed tamen *Gratian. dist. 50. Part. 2. c. XIII.* contrarium exemplis multis docet. Nam *Calixt. P. ep. 2. d. 50. c. 14.*

ait: Nos verò indubitanter tàm Domini Sacerdotes, quàm reliquos post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus. Et utitur exemplo Petri. Sic & *Gregor. l. 7. ep LIII.* Post dignam satisfactionem credimus posse redire ad honores. *Hieron. in Mich. III.* Animadverte hic docere posse aliquem post peccatum, si tamen vitia pristina pœnitentiâ digna diluerit. Sic *Concil. Agathens. c. 2. Augustin. ad Bonif.* Benè valent Sacerdotes restitui ad honorem suum post peractam pœnitentiam, ut citat *Palea dist. cit. c. 23.*

§. 101. *Gratian. Part. III. d.* conciliat hæc ita, ut dicat: Esse quosdam, quos non odium criminis, sed timor vilitatis & amissio proprii gradûs & ambitio celsioris ad pœnitentiam agat. Et tales sacros Canones irrecuperabiliter dejicere. Sic *Augustin. ep. 50. ad Bon.* Ut constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicujus criminis pœnitentiam Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat, vel in Clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ.

§. 102. *Isidor. ad Massan. Ep.* hoc sic solvit: Illos ad pristinos gradus redire Canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio. At contrà nec gradum honoris, nec gratiam communionis recipiunt.

§. 103. *Raban. lib. Pœn. c. 1.* aliter solvit, ita, ut, quorum crimina manifesta sunt, ante vel post ordinationem dejiciendi sint; Quorum autem occulta, & satisfactione secretâ purgata, remaneant aut recipiantur.

§. 104. *Concil. Ilerd. cap. I.* Homicidas Clericos duobus annis tàm officio, quàm Communione privat, & permittit redire ad ordinem suum, sed ita, ne ulterius ad officia potiora provehantur.

§. 105. Sed tamen id iis tantùm indulgent, qui in obsessionis necessitate positi sanguinem fuderunt per modum defensionis.

§. 106. *Id Conc c. 5.* sic in genere lapsos recipit, ne possint ad altiora officia ulteriùs promoveri. Quod si iteratò peccaverint, non solùm dignitate officii careant, sed & S. Communionem non nisi in exitu percipiant.

§. 107.

§. 107. Porrò *Concil. Carthag. IV. c. 68. & V. c. 11.* ad Clerum non admittit, qui pœnitentiæ subjacuit. Sic & *Siric. Pap. ep. I. c. 15. Concil. Gerund. c. 9.* Qui ægritudinis languore depressus per communionem benedictionem pœnitentia accepit, admittit ad Clerum.

§. 108. *Pap. Hormisd. d. 50. c. 88.* Presbyterii gradu excludit, qui in monasterium ad pœnitentiam agendam detrusus fuerat.

§. 109. Apostatæ non admittuntur in *Conc. Arelat. c. 25.* Apostatare autem ibidem dicuntur, qui post sanctam religionis professionem ad secularem redeunt conversationem. Hos jubemus ad Clericatus officium non admitti.

§. 110. Sic & Curiales & post baptisma militantes, aut in foro decertantes, à sacro ordine prohibet *Innoc. Pap. I. Ep. 34. c. 2. Et Ep. 6. c. 3. & Ep. 2. c. 11. Concil. Tolet. IV. c. VIII.* Sic enumerat indignos Cleri ordine: 1. Qui in aliquo crimine defecti sunt. 2. Qui infamiæ notâ aspersi sunt. 3. Qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt. 4. Qui in hæresin lapsi sunt. 5. Vel qui in hæresi baptizati. 6. aut rebaptizati esse noscuntur. 7. Qui semetipsos absciderunt. 8. Aut naturali defectu membrorum, aut decisione aliquid minùs habere noscuntur. 9. Qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti. 10. aut numerosa conjugia frequentârunt. 11. Qui viduam vel 12. à marito derelictam duxerunt. 13. Aut corruptarum mariti fuerunt. 14. Qui Concubinas aut fornicarias habuerunt. 15. Qui servili conditioni obnoxii sunt. 16. Qui ignoti. 17. Laici. 18. Seculari malitiæ dediti sunt. 19. Qui curiæ nexibus obligati sunt. 20. Qui Neophyti. 21. Qui inscii literarum sunt. 22. Qui nondum ad XXX. annos pervenerunt. 23. Qui per gradus Ecclesiasticos non ascenderunt. 24. Qui ambitu honorem quærunt. 25. Qui honorem muneribus obtinere moliuntur. 26. Qui à decessoribus in Sacerdotium eliguntur.

§ 111. Spurios admittit ad Clerum *Hieron. d. 56. c. 8.*

§. 112. Porrò quibus ex ordinibus Archipresbyter, Præpositus &c. sint eligendi, docet *Gratian. d. 60. c. 1. 2. &c.* Ex Diacono Archidiaconus, ex Presbytero hebat Archipresbyter aut Decanus.

nus. *Concil. Alvern. & Claremont. l. cit.* Ex Diacono & Presbytero Episcopus.

§. 113. Emeritis autem in suis Ecclesiis extranei non præponantur, ait *Cæl. Pap. Ep. 2. c. 4. d. 61. c. 12. & c. 1.* Tunc alter de altera eligatur Ecclesiâ, si de civitatis ipsius Clero, cui Episcopus est ordinandus, nullus dignus (quod evenire non credimus,) poterit reperiri.

§. 114. Qui in Clerico statu hoc contenti fuerunt, dicebantur κληρικοὶ, ἱερατικοὶ & ἐν τῷ κανόνι. *Sic in Concil. Nicæn. c. IX.* Περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων. *Conf. Tit. Episcopi.* Interdum tamen ἱερατικοὶ dicti Ordinum superiorum, κληρικοὶ, inferiorum, ut Exorcistæ &c. Aliàs οἱ τοῦ καταλόγου ἱερατικοῦ sunt omnes in Clero comprehensi.

§. 115. *De Accusationibus Clericorum.* 1. Sententia de scripto contra Clericum proferenda. Conc. apud S. Med. ait: Sententia, quæ sine scripto profertur, nec nomen sententiæ habere meretur. 2. Restituendus est, qui neque convictus, neque confessus ejicitur. Caus. 2. quæst. 1. c. 10. 3. Antequam causa probetur, nullus excommunicari debet. Julian. Antecess. Novell. 123. cap. XV. Nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, nisi causa probetur. August. Ep. 137. Nullum Clericum, qui nondum convictus sit, suspendi à communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentaverit. 4. Causa manifesta ordinem judiciarium non desiderat. Caus. 2. q. 1. cap. 17. Ambros. De manifesta & nota pluribus causa non sunt quærendi testes. 5. Sententia præcipitanter non est ferenda. Gregor. Moral. l. 19. c. 23. Concil. Tribur. c. 22. Ad proferendam sententiam nunquam præcipites simus. 6. Accusatio fieri debet in scriptis. Calixt. Pap. caus. III. q. 8. c. 1. Eutych. P. c. 9. vocat vinculum inscriptionis. 7. Ante litem contestatam possessori Episcopus vel Primas omnia restituat. Caus. 2. q. 2. 8. Nullus debet accusari, dum suis rebus est spoliatus, aut à sede propria pulsus. Caus. 2. q. 5. c. 3. 9. Qui non probanda objiciunt, intelligant, se infamiæ jacturam sustinere, ait Cajus P. c. 2. q. 3. c. 1. &

Damaſ. Ep. 3. Calumniator, ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat. Et: Si quis Epiſcopum aut Presbyterum, aut Diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem cenſemus, ait Concil. Eliberit. cap. LXXV.

§. 116. 10. *Juramentum* à Sacerdotibus vel Dei miniſtris, niſi pro recta fide, exigi non debet. C. 2. q. 5. c. 1. 11. Si quis Presbyter contra Laicum, vel Laicus contra Presbyterum querimoniam habeat, Epiſcopo præcipiente terminetur, & Laicus per juramentum, ſi neceſſe ſit, ſe expurget; Presbyter verò vice juramenti per ſanctam conſecrationem interrogetur. Quia Sacerdotes ex levi cauſa jurare non debent. *Concil. Triburienſ. c. XXI.*

§. 117. 11. Sacerdos à populo accuſatus, juramento innocentiam ſuam aſſerat. *Gregor. Ep. 1. de hoc:* Jusjurandum in medio erit.

§. 118. 12. *Concil. Ilerdenſ. c. 78.* Presbyter, ſi à plebe ſibi commiſsà infamatus fuerit, & Epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur uſque ad dignam ſatisfactionem.

§. 119. Digna autem ſatisfactio eſt ex *Concil. Agath. & Ilerdenſ. c. 18.* cùm Sacerdos cum ſeptem ſui ordinis ſociis adjunctis ſibi à crimine ſemet expurgat, jurans in ſacroſancto Evangelio coràm poſito, quod crimen ſibi illatum non perpetravit, ait *Concil. Ilerd. c. 18. & cit. Extrav. de Purg. Can. C. Si quis Presbyt.*

§. 120. 12. *In Concil. Rhemenſ. Troslejano c. 9. de eod.* Cum denominatis vicinis Presbyteris Sacramento famam ſuam purget.

§. 121. Non probatur tamen mihi mos iſte; quem video in judiciis obſervatum in *Concil. Wormat. Can. 15.* de S. Cœnæ ſumtione in pœnam, ut quæ abuſum merum cauſatur. *Sic ibi:* Si in Monaſterio furta contingunt, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodiè.

§. 122. Unde apparet, S. Euchariſtiâ uſos fuiſſe ad manifeſtationem furis. Quod impium, & præter inſtitutionem fit.

§. 123. 13. *Idem Conc. Worm. c. 10.* pro Clerico accuſato Miſſam celebrari jubet.

§. 124. 14. Teſtes ex h. l. duo aut tres requiſiti. *Concil.*

Braca-

Bracarens. 2. c. 8. placuit, ut si quis Clericum in accusatione impetit, secundum præcepta Apostoli Pauli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Sic *in Concil. Rom. Silv. Pap. Epilog. c. 3. dixit*: Præsul non damnabitur, nisi cum LXXII. testibus. Presbyter Cardinalis, nisi cum XLIV. Diaconus Cardinalis, nisi cum XXVII. Subdiaconus, Acoluthus, Exorcista, Lector, Ostiarius, non nisi VII. testibus condemnabitur. Testes autem sint & accusatores sine aliqua infamia. Sic etiam *Leo c. 2. q. 5. c. 3. & Concil. Moguntin. II. c. 12.* ubi additur: Episcopum condemnari debere præsente numero XII. Episcoporum, *cit. Gratian. c. 2. q. 5. c. III.*

§. 125. 15. *Can. Apost. 72.* in accusatione Episcopi requirit 1. *κατηγορεῖσθαι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων.* 2. *καλεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων.* Et ter vocatum Synodi judicio subjicit, *ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ᾽ αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα. Can. autem Apost. 74.* Hæreticum in accusationem Episcopi non admittit, *εἰς μαρτυρίαν τὴν καθ᾽ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι.* Nec unum fidelem solùm, sed duos vel tres. Ex h. l. *ἀλλά μηδὲ πιστῶν ἕνα μόνον, ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν.* &c.

§. 126. 16. Excommunicetur, qui judicibus obtemperare recusat. *Concil. Milevitan. cap. XXIV. addit*: Cùm hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum.

§. 127. 17. *Id. c. 24.* ordinat: A judicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare.

§. 128. 18. *Id. c. 22.* statuit, si de judiciis Episcoporum suorum Presbyteri vel cæteri Clerici questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos, quicquid est, finiant, adhibitis ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si etiam ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana Concilia aut Primates Provinciarum suarum.

§. 129. 18. *Concil. Sardic. c. 7.* tamen permittit provocationem ad P. Rom. *εἰ βουληθείη διακοῦσαι,* si voluerit audire scil.

§. 130. *Concil. African. c. 65.* statuit; Deinceps nulli liceat provocare ab his, ad quos provocatum fuerit.

§. 131. 19. Laici in Episcoporum accusationem non sunt reci-

recipiendi. *Concil. Rom. Epist. Silvestr.* Nullus Laicus audeat Clerico crimen inferre. *Marcell. Ep.* 4. Laico non licet quemlibet Clericum accusare.

§. 132. 20. Nec Clerici in accusatione Laicorum sunt suscipiendi. Quia servum Domini non oportet litigare, *ait Fabian. Epist.* 2.

§. 133. 21. De rebus transitoriis Episcopus non litiget, ait *Concil. Carth. IV. Clem. Constit. l.* 1. *c.* 45. de Christiano litigante, σπουδαζέτω διαλύεσθαι κἂν δέῃ βλαφθῆναί τι. Unde videmus, quid vett. Christianorum fuit animi de judiciis: Nimirum, non temerè esse litigandum.

§. 134. Ex h. l. puto & illud *Calixt. Ep.* 2. fluxisse: Non permittuntur majores natu accusare, nisi qui sunt rectæ conversationis ac fidei.

§. 135. 22. *Concil. Tolet. IV. c.* 63. Qui veritatis fidem à se abjecerunt, quiq; in fide falsi docentur, eorum testimonium infirmari oportet. Sic & *Cajus P. c.* 2. *q.* 7. *c.* 25. Pagani vel Hæretici, s. Judæi non possunt Christianos accusare.

§. 136. Hæreticus tamen hæreticum accusare & contra eum testari potest. *Constit. Novell. XLIX.* citatur *c.* 2. *q.* 7. *c.* 26. Sin autem Orthodoxus contra hæreticum litiget, pro Orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat; Contra Orthodoxum autem potius Orthodoxi testimonium valeat. Ibid. c. 49.

§. 137. 23. *Concil. Chalced. c.* 21. ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως ad accusationem Episcoporum neminem admittit, nisi prius eorum ὑπόληψις discutiatur. Verba sunt: Κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς κατηγοροῦντας τῶν Ἐπισκόπων ἢ Κληρικῶν ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη αὐτῶν ἡ ὑπόληψις.

§. 138. 24. Nec Monachis id licuit. *C.* 2. *q.* 7. *c.* 53. & 54. *Pelag. II. addit:* Quia mortua in talibus eorum vox est.

§. 139. Infames & exules fiant, qui Episcopos persequuntur, *C. III. q. V. c.* 9.

§. 140. Detractores & auctores inimicorum ab Episcopali

accu-

accusatione submovemus, vel testimonio. *Zepherin. P. Ep. I.*

§. 141. Nec servus, nec libertus, *C. III. q V. c. 8.*

§. 142. Accusatus in sua provincia audiri debet. *Fabian. Ep. 3. c. 2. addit:* Quia non oportet accusatum alibi quàm in foro suo audiri.

§. 143. *Concil. African. can. 69. vel 95.* ad accusationem non recte admittitur, qui in Excommunicatione constitutus accusare voluerit.

§. 144. *Concil. Manticens. c. VI.* statuit: Nullum testimonium dicat, nisi jejunus.

§. 145. *Can. 52. Concilii Eliberit.* Si qui inventi fuerint famosos libellos in Ecclesiam ponere, anathematizentur.

§. 146. Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent. *C. VI. q. 1. c. 5.*

§. 147. Criminosus Sacerdotes accusare non potest. *Hadrian. Capit. 68. c. 6. q 1. c. 6.*

§. 148. *Conc. Vasens. I. c. 8.* Episcopus non proferet, quod probare non potest.

§. 149. *Conc. African. c. 99. & 100.* de Episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen confessum fuisse, statuit: Illi soli non credatur, & si scrupulo conscientiæ neganti non communicaverit, nec iidem ab aliis communicetur Episcopis, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis probare non potest.

§. 150. Si comprovinciales Episcopi discordent, sic statuit *Synod. Antioch. c. 14.* ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον. *Sic Capit. Mart. Bracar. XIII.* de eod. De provincia vicina alter Metropolitanus convocetur, ut per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit Canonem.

§. 151. In Ecclesia antiqua Ordo talis fuit, Τάξις dicitur *Epiphanio.* Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus μετὰ

 ταῦτα,

ταύτην, inquit id. τὴν ἱερωσύνην λοιπὸν Ἀναγνωςῶν τάγμα, quos omnes eligi ait, ἐκ παρθένων καὶ μοναζόντων, ἐγκρατευομένων, χηρευσάντων, & τῶν ἐπὶ ἐν σεμνῷ γάμῳ, quæ obiter nota. Imò & necessitate urgente, καὶ δευτερογάμους admitti ait, quos nominat, τοὺς ἀπὸ πρώτης γυναικὸς θανούσης δευτέρᾳ συναφθέντας. Lector autem ait, non est ἱερεὺς, sed ὡς γραμματεὺς τοῦ λόγου. Post Lectores ponit Diaconissas.

§. 152. Διακόνισσαι erant olim in Ecclesia, quarum usum & institutum *Epiphan. hær. LXXIX. n. III. IV.* declarat: οὐκ εἰς τὸ ἱερατεύειν, ἀλλ' ἕνεκεν σεμνότητος τοῦ γυναικείου γένους, ἢ δι' ὥραν λουτροῦ, ἢ ἐπισκέψεως πάθους, ἢ πόνου, ἢ ὅτε γυμνωθείη σῶμα, ἵνα μὴ ὑπὸ ἀνδρῶν ἱερεργούντων ὀφθείη. Deinde *num. IV.* ait, electas ad eam rem esse τὰς ἐπὶ γραῦτέρας ἢ πρεσβύτιδας, οὐδαμοῦ δὲ πρεσβυτερίσσας ἢ ἱερίσσας. *Et Exp. Fid. n. 21.* Διακόνισσαι καθίστανται μονογάμοι Univiræ, χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, aut viduæ post primum Conjugium.

§. 153. *Zonar. & Balsamo ad Canon. Nicæn. XIX.* Virgines delectas esse statuunt. Παρθένοι *Zonar. ait*, τὸ παλαιὸν προσήγοντο τῷ θεῷ ἁγνεύειν ὁμολογοῦσαι· ἃς οἱ ἐπίσκοποι καθιέρουν juxta *Canon. VI. Carthaginens. & XLVI.* Ἐξ ὧν δὴ παρθένων καὶ Διακόνισσαι ἐχειροτονοῦντο ὅτε ἐτῶν ἐγένοντο μ'. 40. αἳ δὲ τοιαῦται καὶ τὸ σχῆμα ἐνεδύοντο παρὰ τῶν ἐπισκόπων, anno ætat. XXV. Tertullian. lib. de ver. Virg. c. IX. Viduas fuisse ait, & queritur ab Episcopo quodam Virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. *Carthag. Concil. Can. XII.* officium earum ita describit: Viduæ vel sancti moniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eligantur, tam instructæ sint ad officium, ut possint apto & sano sermone docere imperitas, tempore quo baptizandæ sunt. *Chalcedononſ. Can. XV.* Διακόνισσαν μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετ' ἀκριβοῦς δοκιμασίας. Ita & *Agathenſ. Can. XIX. Ignat. Ep. IX.* τὰς φρουρὰς τῶν ἁγίων πυλώνων, τὰς ἐν Χριστῷ διακόνους.

§. 154.

§. 154. *Epaunens. Concil.* sustulit illas. Diaconas ab omni regione nostra penitùs abrogamus. Et *Laodicen.* ex ea parte solùm, ne aliis mulieribus præessent, nec earum docendarum munus usurparent. *Zonar. & Balsamo:* Μὴ δεῖν τὰς λεγομένας Πρεσβυτίδας ἤτοι προκαθημένας ἐν Ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. *Clem. Diat. l. 2. c. 26.* πνευματομάχως ait, Episcopum Dei Patris instar esse, Christi verò Diaconum, Diaconissam instar Sp. Sancti, ita ut Sp. S. nihil à seipso dicit facitve, ἀλλὰ δοξάζει τὸ χριστοῦ θέλημα, sic Diaconissæ nihil sine Diacono debent suscipere. Quæ sunt impia.

§. 155. *Clem. l. III. Constit. C. XV.* εἰς πολλὰς χρείας γυναικὸς χρήζομεν Διακόνου. Primò ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας. Secundò ὁ Διάκονος μὲν χρίσει τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ καὶ μετ' αὐτὸν ἡ Διάκονος ἀλείψει αὐτάς. Unget totum corpus fœminarum Diaconissa.

§. 156. *Tit. 2. 3.* Hic locus monet, ut dicam, in Ecclesia antiquiori fuisse Matronas, σωφρονιστρίας aliarum, & quæ cæteras ad honestatem adhortarentur, quæ appellatæ fuerunt Πρεσβύτιδες & προκαθήμεναι, quia in Ecclesiis supra cæteras sedebant.

§. 157. Eas abolevit *Canon XI. Synod. Laodicen. Fulgent. Ferrandus Breviar. Canon.* vult à Paulo sic nominari τὰς χαυτέρας τ Διακονισσῶν. In *Nicæno* videntur vocari αἱ ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεῖσαι.

§. 158. *Dist. XXXII. cap. 19. Gratian. Laod. Conc. c. XI.* sic citat: Mulieres, quæ apud Gr. Presbyteræ appellantur, apud nos Viduæ seniores, Univiræ & Matricuriæ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere. Græcè sic sonat: Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας Πρεσβύτιδας, ἢ τοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι.

§. 159. *Dist. 78. c. 2.* statuitur: Nemo inter Diaconissas consecretur, quæ minor sit XL. annis, vel quæ ad secundum matrimonium pervenerit.

§. 160. *Caus. 27. q. I. c. 23.* Diaconissa, quæ post ordinatio-

nem

nem nubit, anathema sit cum eo, qui in nuptiis illius convenerit.

§. 161. Post illas ἐπορκισαὶ καὶ ἑρμηνευταὶ γλώσσης εἰς γλώσσαν. Tum *Κοπιαταὶ*, qui sunt περιστέλλοντες τὰ σώματα τῶν κοιμωμένων. Tum θυρωροὶ, quos omnes &c. appellant εὐταξίαν.

§. 162. Apud *Ignat. Ep. IX.* præter majores illos commemorantur, Ἀναγνῶσται, ψάλται, Πυλωροὶ, οἱ Κοπιῶντες, Ἐπορκισταί. Qui an fuerint ætate Apostolicâ vivente *Ignatio* vix fit credibile.

§. 163. Diaconi munus *Chrysost. Heb. IX. Homil. 17.* sic depingit: Ὁ Διάκονος ὑψηλῶς ἑστὼς μεγάλῃ τῇ φωνῇ φρικτῇ τῇ βοῇ καθάπερ τις κῆρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, τοὺς μὲν ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει. *Matth. Blastares sic:* Ὠράριον ἐξαρτῶντες Διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι περιστάμενοι καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελευτῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς, καὶ τῷ ὠραρίῳ τῷ ἐν ἄμβωνι σημαίνουσι Διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν.

§. 164. Προστάται. Ἔκδικοι. Defensores dabantur ab Impp. Ecclesiis id poscentibus, *Novell. Const LVI. & Concil. Chalced. Can. CCI. & Carthag Canon. LXXVI.* Hi posterioribus seculis dicti ADVOCATI Ecclesiarum.

§. 165. His similes φροντισαὶ, qui à Metropolitis dabantur Ecclesiis, ad tractandas cum Episcopis pecuniæ Ecclesiasticæ rationes.

§. 166. *Rom. 16. 3.* De Προστάταις. Apud PP. occurrit nomen Προστάτης, ut *Epiphan. hær. LXXII.* quæ dignitatis aut officii esse in Ecclesia olim videtur. *Petav.* Defensorem vertit, *Cornar.* Præsidem. Ille ait, Laicorum fuisse munus, & propugnasse jura Ecclesiæ in foro communi. *Concil. Milev. Can. 16.* Defensores scholasticos nominant, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum. Meminit & *Carthag. V. Can. IX. & African. Tom. I Concil. Can. 42. Zosim. Ep. I.* Defensores Ecclesiæ, qui ex Laicis fiunt, Græc. ἔκδικος. *Chalced. Can. II.* Οἰκονόμος, ἔκδικος, παραμονάριος. *Balsamo ad Can. Afric. Synodor. Can. 78.* dubitat, utrum Defensores & ἔκδικοι ante Concilii

hoc

hoc tempus fuerint, οὐ γὰρ γίνωσκε ὅτι ἡ δόσις τῶν ἐκδίκων ἤτοι καὶ Δεφενσόρων λεγομένων εἴτε ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἔλαβε τὴν ἀρχήν, εἴτε καὶ πρὸ τούτου ἐπεγινώσκετο διὰ ἐπιλογῶν τῶν κατοικούντων ἑκάστης πόλεως ἐγίνετο.

§. 167. *Hieron. in Cap. XIX. Esa.* quinque tantùm numerat Ecclesiæ ordines h. m. Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Catechumenos, Fideles.

§. 168. *Anacletus Ep. tertiâ:* Amplius, ait, quàm isti duo ordines Sacerdotum, Episcopi & Presbyteri, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt.

§. 169. *Clem. Ep. 2. de Concil. Dist. III.* tres facit, his verbis: Tribus gradibus commissa sunt Sacramenta divinorum Secretorum, id est, Presbytero, Diacono & Ministro.

§. 170. *Dionys. Hierarch. C. V.* itidem tres, sed paulò aliter facit: Ἐπισκόπους, Πρεσβυτέρους, Διακόνους.

§. 171. *Clem. Ep. I. addit* & Catechistas, Doctores sc. elementorum Christianismi.

§. 172. *Ignat. Ep. ad Antiochen.* iis, quos suprà adducimus, adjicit ὁμολογητάς.

§. 173. Libellus, qui circumfertur sub *Hieronymi* nomine, *de septem Ordinibus Ecclesiæ,* addit & Fossarios, quos *Epiphan.* κοπιατὰς nominavit, verba sunt: *Primus in Clericis Fossariorum ordo est, qui in similitudine Tobiæ sancti sepelire mortuos admonent.*

§. 174. Ad tres majores ordines illos *Isidor. Etym. l. c. 12.* & apud *Sect. IV. Sent. Dist. 24. q. I.* Gulielmus Altisiodorensis & Gottofredus Pictaviensis adjiciunt adhuc alium quendam Episcoporum ordinem seorsim & separatim à cæteris.

§. 175. Et ex inferioribus *Hieronymus* omittit contrà Exorcistas & Acoluthos; *Ambros.* Acoluthos & Ostiarios; *Canones Apostolici,* Exorcistas, Acoluthos & Ostiarios pariter prætermittunt.

§. 176. Origo horum inferiorum ordinum narratur apud *P. Lombard. Sent. l. IV. Dist. 24. b. m.* Ego sum ostium, ait *Christus;* Ergò in Ecclesia Ostiariorum ordinem esse oportet; Ego

 sum

ſum lux mundi; Hinc Acoluthorum ordinem inſtituerunt, qui cereos portarent, &c.

§. 177. Officium Inferiorum illorum deſcribit *Aureum ſpecul. Papæ h. m.* Ad minores ordines hæc ſpectant, portare cereos, & urceolum, & canes expellere de Eccleſia.

§. 178. Porrò κληρικοὶ olim ab ἱερατικοῖς ſic diſtinguebantur, ut ἱερατικοὶ eſſent ſuperiores, κληρικοὶ autem Presbyteris inferiores, quales erant *Foſſarii, Acoluthi, Oſtiarii, &c.* Totum ordinem ἱερατικῶν *Iſidor. VII. Origin. c. 12.* ſic ponit: Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acoluthus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.

§. 179. *In Pontificiali Damaſi anno CCC.* dicitur *Cajus Ep. Rom. ſanxiſſe*: Si quis Epiſcopus eſſe meretur, ut eſſet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Sequens, (ἀκόλυθος Gr.) Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & exinde Epiſcopus ordinarius. Ubi VII. ſunt ordines Eccleſiæ, quorum ſummus eſt Presbyter.

§. 180. Epiſcopi dicti nonnunquam & *Sacerdotes* nudè. *Concil. Taurinenſ. Can. V.* IX. literas venerabilis memoriæ Ambroſii Epiſcopi vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis. Ubi Sacerdos Rom. Eccleſiæ dicitur Syricius Papa. Sic *Sulpic. Sev. Dial. 2.* Epiſcopi depoſitâ auctoritate Sacerdotali, pro Epiſcopali. Et *C. 26. vit. Mart.* Qui cum eſſet ſummus *Sacerdos.*

§. 181. Hi & *Papæ* dicti. Ut *Gervaſius Dorobernienſ.* Anſelmum Archiepiſcopum Cantuarienſem *Urban. II.* vocat, Papam alterius orbis. Idq; è Judaiſmo.

§. 182. Sic enim & Levitæ pro Clericis *in Concil. Tomis*, & Levitarum venerabilis ordo pro *Sacerdotum.*

§. 183. Cuſtodes Sacrorum etiam in ordine Eccleſiaſtico ponuntur ab *Iſidoro* inter Diaconos & Subdiaconos, quos & *Cuſtodes Sacrarii* vocat.

§. 184. In quibuſdam etiam Eccleſiis *Pſaltæ* in Canone numerati, qui ψάλται κανονικοὶ dicti *in Laodic. Concil.*

§. 185. *Concil. Sardic.* præter Epiſcopum tres tantùm ordines ponit: Lectorum, Diacon. & Presbyterorum. Nam *Can.* XIII.

XIII. sancit, ut non priùs ordinetur Episcopus, nisi & Lectoris munere & officio Diaconi aut Presbyteri fuerit perfunctus, ut per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen Episcopatus.

§. 186. Hodiè apud Græcos munus *Acoluthi* sustinet Lector, & *Ostiarii*, Subdiaconus.

§. 187. Contrà olim in Ordine Ecclesiastico fuère, qui nunc non sunt, & id instituto Apostolorum: Nam Diaconissæ *Rom. 16. 1. & I. Tim. IV.* fuêre in Clero tunc temporis.

§. 188. *Dist. 77. c. Subdiac.* statuit: Subdiaconus non debet esse minor XX. annis. *Dist. 25. c. 1.* §. ad Subd. officium ejus est: Calicem & patenam ad altare defert, Diaconis tradit, urceolum quoque & aquam, mantile & manutergium tenet, Episcopo & Presbytero ac Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbet. *Dist. XXXIII. c. 1.* Deservientes sacro Ministerio dicuntur Subdiaconi, qui calicem Diacono offerunt, & Acoluthi, qui cum cereis Diaconis præcedunt, unde & Ceroferarii dicuntur: Qui etiam vinum & aquam præparando calice subministrant. *Sic ibidem.*

§. 189. ÆTAS horum. *Dist. LXXVIII. c. I.* Ante annos XXX. Presbyter non ordinetur, etiamsi valdè sit dignus, & c. 2. Nemo Presbyter consecretur, qui minor XXX. annis sit: Nemo Diaconus fiat, qui minor XXV. annis sit: Nemo Lectoribus connumeretur, qui minor XVIII. annis fuerit: Nemo inter Diaconissas consecretur, quæ minor sit XL. annis, vel ad secundum matrimonium pervenerit. *C. IV. ex Concil. Neo-Cæs. c. 21. ibid.* docetur, ideò id fieri, quia Dominus noster anno XXXmo est baptisatus & tunc prædicavit.

§. 190. Sed, tamen *C. V.* annus 25. admittitur: Si XXX. annorum non reperiuntur, & necessitas exposcit, à XXV. annis & suprà Levitæ & Sacerdotes ordinentur. *Novell. Justin. 123. c. 19.* annum XXX. etiam præscribit, fluxitq; idem ex Judaismo, teste *Hieron. Ep. 62.* ubi ait: Si in hoc testimonio solo Hebraicam sequimur veritatem, noverit XXX. annorum fieri Sacerdotem. Et *Procem. Ezech.* Non permittitur apud Judæos Sacerdotem fieri, nec principia Genesis legere, nisi XXXmum annum impleverit.

§. 191. *Clementin. I. Tit. 6. c. 3.* Decernimus, ut (alio non obſtante impedimento Canonico,) poſſit quis liberè in XVIII. ad Subdiaconatus, in XX. ad Diaconatus, & in XXV. ætatis anno ad Presbyteratus ordines promoveri.

§. 192. *Modus ordinandi.* Ante manuum impoſitionem præceſſit Examen. *Diſt. 78. c. 3.* Quid eſt, manus citò imponere, niſi ante examinis tempus, ante meritum obedientiæ, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis?

§. 193. In quibus autem locis debeant ordinari, *D. 78. c. 1. 2. 3. &c.* ſic decernitur.

§. 194. *Diſt. 81. c. 4. è Conc. Nic. c. 9.* Non recipit ordo Eccleſiaſticus eum, qui ſine Examine, vel poſteà Conſervus ordinatur, & *cap. V. ibid.* Lapſi per ignorantiam a. contemtû ordinantium, ordinati deponantur.

§. 195. *C. VI.* de eo qui improbè vixit: Alienus fiat à miniſterio, qui illud vivendo illicitè polluit. Et *c. VII.* Sic depoſitus ab ordine Epiſcopi providentia benè proviſo loco conſtituatur, ubi peccata lugeat & ulterius non committat.

§. 196. TEMPUS. *Diſt. 75. C. 1.* Anaclet. Papa: Ordinationes Epiſcoporum ab omnibus ejus provinciæ Epiſcopis ſunt celebrandæ. Qui ſimul convenientes ſcrutinium diligenter agant, jejuniumq; cum omnibus celebrent precibus, & manus in ſanctis Evangeliis, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, Dominicâ die horâ tertiâ orantes, ſacrâq; unctione capita eorum ungentes. Et ex *Conc. Chalced. c. XXV. d. c. 2. §.* Ultra tres menſes, niſi neceſſitate cogente, Epiſcoporum ordinatio poſt electionem differri non debet.

§. 197. *Ibid.* Cæterorum, ut Presbyt. Levitarumq; ordinationes multis coràm adſtantibus veſperâ Sabbathi, vel manè Diei Dominicæ continuato jejunio fieri debent, ordinante ita *Leone Episcopo Ep. 29. c. 1.*

§. 198. *Gelaſ. Papa Ep. 1. c. 13.* fieri debere ait: Quarti menſis jejunio, ſeptimi & decimi, d. & Quadrageſimalis initii & medianæ hebdomadæ, & ſabbathi jejunio circa veſperam.

§. 199.

§. 199. Cur autem Dominico die ordinationes celebrentur, docet *Leo Episcop. loc. cit. d. c. 5. §. Quod die.* Quia Paulus & Barnabas *Act. XIII.* cum jejunio & precibus electi. Quia eo die Christus resurrexit, &c.

§. 200. Sciendum autem, quæ circa hosce gradus fuerint observata olim. Sic itaque *Dist. 77. c. 1. §. Non nisi.* Cajus Papa statuit: Si quis Episcopus esse meretur, sit primùm Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde Acoluthus, demùm verò Sub-Diaconus, deinde Diaconus, & posteà Presbyter, & exinde, si meretur, ordinetur Episcopus. *Concil. Sardic. Can. XIII.* supra citatum post Lectoris & Diaconi & Presbyteri munus expletum ad Episcopatum perveniri posse ostendit.

§. 201. De tempore hujus evectionis sic *Zosim. Pap. Ep. I. c. III.* Si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter Lectores & Exorcistas Quinquennio teneatur, Acoluthus vel Sub-Diaconus 14. annis fiat, in Diaconatu quinque annis hærere debebit, & sic denique ad Presbyterium & Episcopatum ascendet.

§. 202. *Siric. Papa Ep. I. c. IX.* Post Lectoris, Acoluthi, Subdiaconi, Diaconi & Presbyteri gradum superatum ait: Exinde post Decennium Episcopalem cathedram poterit adipisci.

§. 203. De Senioribus verò, qui ex Laicis ad Clerum se applicuerant, sic ibid. Non aliter desiderii sui fructum obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim Lectorum aut Exorcistarum numero societur. Qui expleto biennio per quinquennium aliud Acoluthus & Subdiaconus fiat, & sic deinde Diaconus. Exinde accessu temporum Presbyterio vel Episcopatui societur.

§. 204. Episcopus debebat à pluribus Episcopis ordinari. *Dist. 81. c. VI.* Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis fieri non debet. *d. c. 3.* Episcopus non ab UNO, sed à pluribus debet Episcopis ordinari.

§. 205. Archiepiscopi, Patriarchæ, Metropolitani, Archidiaconi. De his *Dist. XXI. c. 1. Ex Isidoro b. m.* loquitur: Ordo Episcoporum quadripartitus est, Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiscoporum, Episcoporum. Patriarcha, summus Patrum interpres, quia primum locum tenet; Archiepiscopus,

 quod

quòd sit summus Episcoporum, & præsidet Metropolitanis & reliquis. Metropolitani autem à mensura civitatum vocantur. Singulis enim Provinciis præeminent, quorum auctoritati cæteri Sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos. Episcopi autem Lat. Speculatores. Nam Speculator est Præpositus in Ecclesia dictus, eò quod perspiciat mores & vitam auditorum, *D. 25. c. 1.* Archidiaconus imperat Subdiaconis & Levitis. Ad quem ista ministeria pertinent, ordinatio vestiendi altaris à Levitis, curâ incensi, & sacrificii necessaria sollicitudo, quis Levitarum Epistolam & Evangelium legat, quis preces dicat, f. Responsoria dieb. Dominicis decantet. Sollicitudo quoque Parochiarum, & ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent curam, pro reparandis diœcesanis basilicis ipse suggerit Sacerdoti. Ipse inquirit parochias jussione Episcopi. Collectam pecuniam de Communione ipse accipit, & Episcopo defert, & Clericis partes suas distribuit. Ipse nunciat Episcopo excessus Diaconorum, & jejuniorum dies & solennitatem, & ab ipso publicè in Ecclesia prædicatur. Quando verò Archidiaconus absens est, vicem ejus Diaconus sequens implet. Ille vicem gerit Episcopi, & in omnibus major est post Episcopum. C. 1. &. c. adhæc. 7. §. Archidiacon. Ipse ponit Abbates & Abbatissas in sede, d. c. 9. Acoluthos ordinari debet, d. c. 2. §. fin. Quæ corrigenda in diœcesi videt, emendare potest ac debet. d. §. fin.

§. 206. Examen Clericorum ordinandorum ad Archidiaconum pertinet. *C. ut vestr. 9. vers.* Jus excommunicandi sine licentia Episcopi non habet. *Cap. Archidiac.* 5. de off. Archidiaconi. In Monasteriis jurisdictionem non habet, nisi quantum tribuit ei consuetudo. *C. ult. de off. Archidiac.* Oculus Episcopi vocatur, *d. c. 7. §. item.* Repræsentat ordinandos Episcopo. *d. c. 9.* Visitare quolibet Triennio per diœcesin tenetur parochias. *Cap. 1. §. fin. de off. Archid.*

§. 207. Plura vide Philipp. I. ubi Paulus facit gradus Ἐπισκόπων & Διακόνων. Item in verbo *Episcopi.*

§. 208. De Examine suprà vide. *Adde: Dist. XXIII.* in Episcopo hæc requiruntur. Qui Episcopus ordinandus est, anteà

anteà examinetur, si naturâ sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vitâ castus, si sobrius, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, in lege Domini instructus, in Scripturarum sensibus cautus, & in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c. Cùm in his omnibus examinatus fuerit inventus, plenè instructus, tunc cum consensu Clericorum & Laicorum, & conventu totius provinciæ Episcoporum maximè metropolitani, vel auctoritate vel præsentiâ ordinetur Episcopus.

§. 209. Ordinandi Episcopum modus talis. *D. c. 7. Decret. Grat. Part. I. p. 74. è Conc. Carth. IV. 2.* Episcopus cùm ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, & uno super eum fundendo benedictionem. Reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant.

§. 210. *Presbyter d. c. 8. §. qualiter.* Cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenentes, & omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis Sacerdos orario utroque humero ambitur, ita tempore consecrationis eodem orario debet uti instanter.

§. 211. *D. c. XI.* Diaconus cùm ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, sed Ministerium consecratur.

§. 212. *Ibid. c. 12. Nicol. Papa statuit:* Nec Presbyteris, nec Diaconis in consecratione manus Chrismate conficere seu perungere licet. Et *Concil. Hispal. 2. c. V. d. c. 14.* Si Episcopus manum tantùm ordinando imposuisset, & Presbyter benedictionem dedisset, censetur id factum contra Ordinem Ecclesiasticum, & ordinator & ordinatus gradum Sacerdotis amittat, quem perversè fuit adeptus.

§. 213. *D. c. XV. è Conc. Carth. IV. c. V.* Subdiaconus cùm ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi vacuam accipiat, & calicem vacuum. De manu verò Archidiaconi accipiat urceolum cum aqua, manile & manutergiũ.

§. 214.

§. 214. *D. c. 16. ex ead Concil. c. VI.* Acoluthus cùm ordinatur, ab Episcopo doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, & similiter urceolum vacuum ad suggerendum vinum in Euchariſtia Sangu. Chriſti.

§. 215. *C. 17. Exorciſta* accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente ei Episopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus super Catechumenum s. baptisatum Energumenum.

§. 216. *D. c. 18. Lector*, faciat de illo Episcopus verbum ad plebem, judicans ejus fidem ac vitam, & ingenium, poſt hæc ſpectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens: Accipe, & eſto relator verbi Dei, habiturus si fideliter & utiliter impleveris officium, partem cum iis, qui verbum Dei miniſtraverint.

§. 217. *D. c. 19. Oſtiarius*, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggeſtionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ de altario, dicens: Ecce, sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.

§. 218. *Pſalmiſta d. c. 20.* poteſt abſque licentia Episcopi solà juſſione Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente ei Presbytero: Vide, ut, quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.

§. 219. De Oeconomo Clerico. *Vid. in verbo Ecclesia.*

§. 220. Quin & in cæde horum gradus obſervatos notamus. *C. XVII. q. 4. c. 27.* Qui Subdiaconum occiderit, CCC. solidos componat. Qui Diaconum, CCCC. Qui Presbyterum, DC. Qui Episcopum, DCCCC. Qui Monachum, CCCC.

§. 221. *C. 28.* Qui occiderit Monachum aut Clericum, Deo in monaſterio serviat cunctis diebus vitæ suæ, & VII. annis publicam pœnitentiam agat. *Concil. Mogunt. c. 24.* duodecim annos pœnæ ei imponit.

§. 222. *Salaria.* Unde ſuſtentati olim? Initiò sine terrenis poſſeſſionibus ſuſtentabantur Miniſtri Ecclesiarum ex liberis populi oblationibus, idq; cum magna frugalitate. I. Cor. C. IX. v. 14.

v. 14. *Hieron. Ep. II.* Si autem ego Domini pars ſum, & funiculus hereditatis ejus, quaſi Levita & Sacerdos vivo de Decimis, & *Altari ſerviens, Altaris oblatione ſuſtentor*, habens victum & veſtitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.

§. 223. Occaſione enim panis & vini in Euchariſtiam ad populi communionem conſervandorum, non modò panem & vinum, quantum ſatis eſſet, ſed multò plus, ita ut ad ſuſtentationem etiam ipſorum Miniſtrorum & pauperum abundaret, offerebant. Hinc *in Actis Concil. Chalced.* Iſchyrion Diaconus Alexandrinus impio ſuo Epiſcopo Dioſcoro exprobrat *Epiſt. ad Leonem Papam*: Quòd frumentum, quod à piiſſimis Imperatoribus Eccleſiis Libyæ præſtitum eſt, inprimis quidem, ut incruenta ex ipſo Hoſtia offeratur; Deinde, ut & peregrini, nec non & provinciales pauperes aliquod mereantur ſolatium, non permitteret ſuſcipere, ſed venderet.

§. 224. Quia etiam reſrigeſcente caritate Oblationes hujusmodi in deſuetudinem abire incipiebant, cogebantur ſancti Patres eas datis interdum Eccleſiaſticis decretis reſtituere & reparare. E. gr. *Concil. Matiſcon. II. c. 4.* Decernimus, ut omnibus Dominicis diebus Altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tàm panis, quàm vini, ut per haſce immolationes, & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel vel cæteris juſtè offerentibus promereantur eſſe conſortes. Quod *Concil. Colonienſ. A. C. 1549. Cap. XX.* ſic exprimit: Succeſſerunt etiam rerum temporalium oblationes ad uſum miniſterii neceſſariarum, quas olim in primitiva Eccleſia magnis ſtudiis offerebant in Miſſa, quo ſuffragiis ejuscemodi Sacerdotes & Eccleſiarum miniſtros ſuſtentarent. Unde adeò locupletatæ ſunt Eccleſiæ, ut *poſt Sacerdotum & Miniſtrorum alimenta partiti ſint eas in alimenta viduarum & pauperum, in veſtes item & vaſa Miniſterii, ornatum & fabricam Eccleſiarum*: Qui mos afferendi ſemper fuit in populo fideli retentus ad noviſſima iſta uſque ſecula. Verùm res tàm altæ originis & ratione tàm ſancta ſubnixa jam tota propè abire cœpit in deſuetudinem.

§. 225. Solebat ex his potiſſimùm oblationibus Clerus ipſe

inprimis ali, idq; in communi & unica mensa. *Dist. XXXII. c. præter. & 12. qv. 1. c. dilectissimis.* Quod & adhuc tempore Innocent. III. obtinuisse legitur, *in de verb. sign. c. olim.* Hinc & distributiones illæ quotidianæ, quibus hujusmodi bona ad victum dispensabantur iis, qui quotidianis obsequiis Ecclesiis inserviebant. Imò & numerus Cleri status ac certus in singulis Ecclesiis habebatur, ut non plures ministri ordinarentur in ipsis, quàm quot ex ordinariis oblationibus possent sustentari. Elegans extat apud *Chrysost.* locus in hanc rem *Homil. XXXIII. ad Popul. Antiochenum,* ubi ita: Habens proventum Ecclesia, quot per singulos dies viduis sufficiat, quot virginibus, cogita. Nam ad 3000. ascendit numerum earum *catalogus*, & præter has, quot Carcerum incolis, quot in Xenodochiis laborantibus, sanis & peregrinis & mancis corpore, altari assidentibus, & *victus ac vestitus causâ quotidiè suppliciter accedentibus*, & nihil eis de substantiis deminutum est. Vide & præclara in *Ambrosio de offic. l. II. cap. XVI.*

§. 226. Sed spontaneæ erant hæ oblationes, ut testatur *Tertull. Apolog. c. XXXIX.* ajens: Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cùm velit, & si modò possit, apponit. Nam *nemo compellitur*, sed spontè confert. Ubi observa, quòd sicut menstrua erat hæc publica Collatio, sic & menstrua fuerit divisio in Clerum, ut docet *Cyprian. l. 4. ep. 5.* ubi Celerinum & Aurelium confessores in numerum Lectorum adsciverat, eisq; portionem Presbyterorum attribuerat, ait: Cæterùm Presbyterii honorem designasse nos illis jam sciatis. ut & Sportulis iisdem cum Presbyteris honorentur, & *Divisiones mensurnæ* æquatis quantitatibus partiantur. §. *Sportulæ* dicuntur Cypriano ejusmodi portiunculæ, & *sportulantes lib. I. ep. IX.* ii, qui sortiebantur; *Honorem* autem vocat *Alimenta*, ex *I. Tim. c. V. v. 17.*

§. 227. Unde etiam apud Veteres istos non nisi Pauperes ad Clericatum assumebantur, & si quis dives ac patrimonio pollens id ambiret, divitias relinquere ac patrimonio cedere cogebatur, *Hieron. in Tit. cap. I. & XII. qv. 1. C. Cui portio. & Gregor. M. Homil. XVII. in Evang.*

§. 228. Occurrunt etiam Canones, qui Clericis præscribunt

sunt opera manuum, ne sint Ecclesiis molesti. E. gr. *Concil. IV. Carthag. Cap.* 51. 52. fortè, quia oblationes istæ incipiebant decrescere: *Clericus victum & vestimentum sibi artificio vel agricultura absqve duntaxat officii sui detrimento paret.* Et iterùm: *Clericus qvantumlibet verbo Dei eruditus artificiolo victum qværat.* Concil. Cabilon. sub Carolo M. cap. 6. Et *Theodoret. lib.* 1. *c.* 11. asserit, temporibus Constantini M. Ecclesiæ ministros fuisse pauperes, & ex solis eleemosynis victitasse, ita ut Cæsar congiarium constitueret, ex quo vitæ necessaria ceu ex publico ærario conquirerent. Idem de se testatur ipse *Ep.* 113. & 123. apud *Baron. Tom. 6. A. C.* 449. *n.* 111. & 127. Et Episcopi ipsi adeò erant pauperes, ut ad Concilia generalia euntes sumtu suo iter peragere non valerent, sed equis, rhedis & vecturis concessione Principum uterentur, ut latè pertractat *M. de Domin. l. 6. c. 5. & l. 7. c. 3. & l. 9. c. 1. n.* 19. ubi Lector copiosè inveniet, quæ huc faciunt.

§. 229. *Decimarum* usus pro Ministris Ecclesiæ etiam post C. N. in Ecclesia antiqvus occurrit, à primis fermè Libertatis Ecclesiasticæ temporibus, ut patet è *Constitut. Apost. l.* II. *c.* 21. 31. 38. 39. *l.* 7. *c.* 30. *l.* 8. *c.* 36. Et suo seculo *Hieron. ep.* II. ait: Quasi Levita & Sacerdos ex decimis & oblationibus vivo. Quod repetit Comment. in *Malach. Cap.* III. *Et* 16. *qv.* 1. *cap. fin.* Maximè curandum est Clericis, ut de Decimis & oblationibus Cœnobiis & Xenodochiis, qualem voluerint & potuerint, sustentationem impendant. Et in *Serm.* 219. *de Temp. Augustinus ait*: Decimæ tributa sunt egentium animarum. Redde ergò tributa pauperibus, offer libamina Sacerdotibus, &c. Ambros. 16. qu. 2. Nam qui ait: *Qvi Deo non vult reddere Decimas, qvas retinuit, & homini non studet reddere, qvod injustè ab eo abstulit, non timet adhuc Deum.* Concil. Matiscon. II. A. C. 560. Cap. 5. sic: *Statuimus, ut mos antiqvus à fidelibus reparetur, & Decimas Ecclesiasticis famulantibus Cerimoniis, populus omnis inferat.* Idem repetunt Arelat. sub Carol. M. *c.* 9. Forojaliens. *c.* 14. Turon. III. *c.* 46. Cabilon. *c.* 19. Meldense *c.* 62. Moguntin. *c.* 22. & *cap.* 17. Metense *c.* 2. Triburiense *c.* 13. 14. Nannetense *c.* 10. De quibus adi Gratian. XVI. qu. 1. c. 42. 56. & qu. 2. c. 2. 3. 4. & qu. 7. c. 1. 3. 5. 6. 7.

§. 231. Cæterùm quo jure illæ fuerint datæ, *num ex debito & justitia, an verò ex sola charitate & fidelium liberalitate*, ex professo tractat *l. IX. C. 2. §. 7. M. Anton. de Domin.* ubi inclinat in posterius & latè probat. Sequente tamen Paragrapho VIII. allegat Patres contrarium statuentes, itaque §. *seq. 9.* ita concludit: *Ego ad obligationem juris divini naturalis Decimas pertinere non dubito.* Et ibid. n. X. Innoc. III. meritò dixisse ait: *Deum Decimas in signum universalis Dominii sibi reddi præcepisse.*

§. 232. BENEFICIA. §. In Latina Eccl. dicuntur Bona temporalia Ecclesiarum usibus destinata; Quibus Ecclesia vetustior non egebat, quamdiu charitas populi fidelis erga Ministros munifica durabat, deinceps traxerunt ortum ex retentione prædiorum donatorum Ecclesiæ, vel ex Dotationibus ac Fundationibus novarum Ecclesiarum. Sanè *Actor. c. 2. & c. 4.* Fideles prædia & amplas suas possessiones vendidisse leguntur in usum Ecclesiasticum. Eaq; liberalitas posterioribus seculis sæpissimè emicuit. Ante *Constantinum Magnum* non videtur cuiquam licuisse bona sua, stabilia præsertim, relinquere Ecclesiis. Tempore tamen *Hieronymi* jam possedit Ecclesia villas & latifundia. Nam viculus Maronia dictus Evagrio Episcopo erat destinatus. *Hieron. vita Malch. & Augustin. Tract. 6. in Joann. & Epist. 225.* villas Ecclesiæ memorat, atque accipiebat hæreditates, ut affirmat *Possidonius c. 23. 24.* quarum tamen nonnullas respuebat. *Serm. 52. de Hered. ad Fratres.* Ambrosius similiter agros Ecclesiæ possidebat & administrabat. *Ep. 32.* Et posteà Ecclesiæ prædiis ac dominiis temporalibus inveniuntur passim opulentissimæ.

§. 233. Initium horum videtur fuisse lex *Const. M. C. de Sacr. Eccl. l. 1.* quâ universalem licentiam tribuit, *ut unusqvisqve sanctissimo & venerabili Concilio decedens bonorum, qvod optavit, possit relinqvere.* Hinc amplissima illa Petri patrimonia pro Ecclesia Romana in omnibus penè Christianis regnis sunt comparata; ad quæ colligenda vel Presbyteri, vel Diaconi mittebantur. Erant verò meræ & simplices Eleemosynæ à fidelibus collatæ, non autem certi reditus certorum sive prædiorum, sive vectigalium, ut videre licet apud *Gregor. l. 5. Epist. 105. 152. 123. 157. &c.*

§. 234.

§. 234. Equidem *Cyprian. de Lapsis* mentionem facit Fundorum; sed agit ibi de Episcopis avaris, qui non pro Ecclesia, sed sibi ipsis nundinas exercerent, & fundos alienos raperent. At publicâ lege aut consuetudine non obtinuit ante Constantinum Magnum, ut vult *M. Anton. de Dominis l. 9. c. 3. §. 4.*

§. 235. Itaque oblationes, quas initiò Fideles ad Ministros deferebant, in pane utplurimùm, vino, & reliquo ad victum necessario commeatu, ac nonnihil in numerata pecunia; Postmodùm quando cœpit jam retinere prædia Ecclesia, *quæ vendenda offerebantur à piis*, factæ sunt etiam prædiorum & villarum oblationes, quas secula posteriora deinde appellarunt *Dotationes s. Fundationes beneficiorum.* Porrò, quando jam templa cœperunt multiplicari, dedit Ecclesia certas leges, ne consecraretur ullum templum, nisi antè dotatum certis proventibus ad ipsum sartum tectum conservandum, ad Luminaria & sustentationem ministrorum. *Concil. Arelatense IV. cap. XXXIII.* Si quis in agro suo aut habet, aut habere postulat Diœcesin, primùm terras ei deputet sufficientes; & Clericos, qui ibidem sua officia impleant. *Concil. Valentin.* sub Lothario Imp. *Cap. IX.* memorabili decreto sancit: Quia Parochiales Presbyteri gravissimè & indignè à Secularibus premuntur, nullaq; reverentia Sacerdotali gradui ab aliquibus servatur, & quia possessiunculæ vel dotes Basilicis collatæ irreverenter auferuntur, durissimoq; servitio extenuantur, placuit, ut ipsi Presbyteri sub Episcopis, quibus adjutores sunt, maneant, & sub matre Ecclesia liberi ac quieti officium Ecclesiasticum exsequantur. Dotes verò à fidelibus designatæ Basilicis, ad hoc, quod statutum est, ab eis vendicentur, nullaq; redhibitio census inde à quolibet Seculari exigatur. Sed & ipsi Seculares & fideles Laici, *si condere voluerint Basilicas in prædiis suis, unam Coloniam vestitam cum tribus mancipiis, dotationis gratia eis conferant; Moxq; Episcoporum juri & S. Matri Ecclesiæ eandem Basilicam submittant, &c.* Concil. Wormatiens. cap. 3. *Unusquisque Episcopus meminerit, ut non priùs dedicet Ecclesiam, nisi anteà dotem & obsequium ipsius per donationem Chartulæ confirmatum accipiat.* Quod ipsum repetit *Concil. Aurelian. Dist. 1. Cap. Nemo.*

§. 236. Eadem sancit & confirmat Cæsar *Justinian Novell III. in Præfat.* & breviter complexum est *Concil. Rhemense* sub Carol. M. *c. XXVII.* sic loquens: Ut in civitatibus & Monasteriis non major numerus servientium Deo mittatur, quàm possibilitas eis ministrandi fuerit. Vide & *Concil. Aquisgranense* sub Ludovico Pio Imp. *c. 118.*

§. 237. Hinc illud tritum & vulgò usurpatum: *Beneficium datum propter officium.* Præcipuum enim, quod Ecclesia semper intendit, fuit ipsum Ministerium ex *I. Cor. IX. v. 13.* Unde & factum est, quòd per multa secula non fuerit audita *Beneficii collatio*, aut *Donatio* sed solùm *Ordinatio*, quæ sine certo titulo fieri non debebat. *Concil. Chalcedon. Can. VI.* Et ministerium erat certum cujusq; sive Presbyteri, sive Diaconi, Lectoris &c. officium, & certus locus singulis assignatus, in quibus obsequia sua præstare tenebantur. Absolutas verò Ordinationes, i. e. factas sine ulla deputatione loci ad exercendum officium ordinis, *nullas & irritas voluit esse Ecclesia.* Dist. 70. c. Neminem. *Concil. Meldens. c. 52. ait:* Decernimus, ut sine titulo facta Ordinatio irrita habeatur. *Concil. Valentin. c. 6.* Sed nec ullum sanctorum Sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitùs non spoponderit.

§. 238. Igitur *Beneficium obtinere* nihil aliud est, quàm alicui servitio Ecclesiæ addici, atque inde sustentationem accipere, prout habetur ex Concilio Agathens. *in 1. q. 2. C. fin.* At deinceps excludi cœptum est officium sacrum, & Beneficia Eccles. exorta sunt, quando non modò prædia & certa vectigalia in Ecclesia fuerunt retenta, sed etiam ea divisa sunt, & peculiaribus ministris singulariter applicata. Tunc enim inducta turpissima proprietate, principale effectum est, quod erat sacro officio accessorium & connexum. De quo adi *M. Anton. de Domin. l. IX. c. III. §. XI. XII. seqq.*

§. 239. Simplicissima erat primitivæ Ecclesiæ vita *in communi*, cujus exiguæ adhuc stricturæ radiant in *Communitatibus s. communibus Mensis* Academiarum. Sic vixit Dominus, *Johann. c. XII v. 6. c. XIII v. 29.* Sic Apostoli, *Actor c. 2. v. 1. & c. 4. v. 32. & c. 6.* Et testatur *Pseudo-Urban. Ep. unicâ:* Scimus, *inquiens,*

quiens, vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter bonos Christianos viguit, & adhuc gratiâ Dei viget, & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi. Et *Augustin. serm. 52. de Heredit. ad Fratres*: Statuebat aliquando Clericatum auferre iis, qui nollent in communi vitam suscipere.

§. 240. Erat autem mos iste, ut Clerici juniores simul omnes loco ad id deputato alerentur & instituerentur, ut patet è *Concil. Toletan. IV. c. 23.* Seculo sexto sub Honorio I. Sic enim loquitur: Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum, nihil quippe incertius, quàm vita adolescentum: Ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in Clero puberes, aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo Seniori, quem & Magistrum disciplinæ & testem vitæ habeant. *Concil. Turonense* sub Carolo M. *Cap. XXIII.* statuit: Canonici & Clerici civitatum in claustris habitantes *simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulq; in uno reficiantur Refectorio*, quò facilius possint ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conversatione sua admoneri & doceri. Victum & vestimentum juxta facultatem Episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diversa vagari ac turpibus se implicare negotiis cogantur, &c. Quod idem repetit *Synodus Moguntina Cap IX.* & Synodus Romana sub Nicolao Papa II. *Dist. XXXII. c. preter.*

§. 241. Proprietas bonorum & dominium propriè, ibi exulabant penitus; idq; adeò, ut *Patres* eum pro Clerico habere non dignentur, qui proprium ex istis bonis possidere vellet. *Concil. Carthag. IV. c. 31.* Ut Episcopus rebus Ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur. *Concil. Paris. l. 1. c. 15. cap 18.* Quòd nulli Sacerdotum liceat res Deo dicatas, sibiq; commissas, utpote proprias, tractare, & ad multifarios secundum libitum suum eas usus retorquere. Hieronymus *in 12. q. c. 1. duo sunt*: In Clericis rasio capitis est temporalium omnium depositio. Illi enim victu & vestitu contenti nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia.

§. 242. Usus denique variè definitur à Veteribus. In universum

versum ad IV. Capita reduxerunt omnes expensas, videlicet 1. ad *Episcopi sustentationem.* 2. ad *Cleri alimoniam.* 3. ad *Pauperum levamen.* 4. & *Ecclesiæ reparationem.* Canones hac de re extant sequentes: *Canon* 4. Synodi Rom. II. sub Silvestro. *Canon* 16.17. Concil. Aurel. I. *Canon XXIV.* Concilii Toletani Quarti. *Canon XXV.* Concil. Bracar. I. & Concil. Bracar. II. *Canon II.* Concilii Wormac. *Canon VII.* Triburiensis. *Canon XIII.* Nannetensis *Canon X.* & plures aliorum.

§. 243. *Personæ*, quibus *Beneficia* talia sint conferendæ legitimè occurrunt istæ. *I. Pauperes & patrimonia non habentes.* Nam de divitibus ajebat *Hieron. I. qu. 2. c. Clericos.* Hi sanè, dum, quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium committunt. Et *Constant. M. Imp. C. Theod. de Episc. & Cler. l. 6. ait*: Opulentos seculi necessitates subire oportet, Pauperes Ecclesiarum divitiis sustentari. Sed tamen *l. 9. c. 1. docet M. Anton. de Dominis*: Posse nonnunquam etiam divites & patrimonio proprio pollentes ad Ecclesiastica ministeria ordinari, ita ut abstineant à bonis Ecclesiasticis, quæ solos pauperes debent sustentare, & velit propriis stipendiis in Ecclesia Christi militare. §. *II. Non Propinqvi.* Ut statuit Canon XXXIX. Apostol. sic loquens: *Non liceat Episcopo ex rebus Ecclesiasticis qvicqvam contingere, aut Parentibus propriis, qvæ sunt Dei, condonare. Qvod si pauperes sint, tanqvam pauperibus subministret, ne eorum occasione Ecclesiæ negocia deprædetur.* Quod mox *Canon* 75. repetit & illustrat. Egregius extat *Canon III.* in Concil. X. Toletano: Agnovimus, quosdam Pontifices præcepti Apostolici ita esse immemores, ut quibusdam ministeriis & Ecclesiis aut suæ consanguinitatis personas, aut sui favoris participes sæpè statuant in Prælatum: Proinde decenter omnibus placet, & in præsenti tale factum rescindere, & non esse de cætero faciendum. Et *Concil. Basileens. Sess. XXIII.* Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis viventis. §. *III. Benè merentes & digni.* Concil. Agathense *I. q. 2. c. Clericos.* statuit: Clerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter vigilanterq; inserviunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum servitii sui meritum à Sacerdotibus consequantur. Et alibi

alibi privantur stipendiis, qui parùm sunt diligentes. E. g. *Concil. Carthag. IV. c. 49 ait:* Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis privetur. *Concil. Carthagin. V. c. 5.* Clericus, si ad Ecclesiam, aut ad Sacrificium quotidianum non venerit, pro Clerico non habeatur. *Aurelian. I. c. XXX.* Clerici, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium Episcopi, Ecclesiasticam suscipiant disciplinam. *Concil Aurel. 2. c. 14.* durius statuit in negligentes, inquiens: *Loci sui dignitate priventur.* Concil. Aurel. III. c. 11. ait: *Inter Clericos nullatenus habeantur, neque ex rebus Ecclesiasticis stipendia aut munera ulla percipiant.* §. Quò spectat illud *in Decret. Eugen. c. 11. & Concil. Alemann. c. 12.* Ne Ecclesiæ conductitiis Presbyteris committantur. *Concil. Senonens. c. 10.* conqueritur, quòd Canonici illius Provinciæ pro unius diei officio totius anni fructus percipiant, sic loquens: *Ex quibus vagandi materia oritur, cultus divinus minuitur, officium propter quod Beneficium datur, omittitur, quibusdam Clericis admodùm ignaris tenui pretio conductis cura divini officii committitur, &c.* Confer gravissimam *Novellam VI. c. 2. Imp. Justiniani. & C. de Episc. l. 42. §. 10.* §. *IV. Originarii locorum exteris præferendi.* Dist. 61. c. 12. 13. Cœlestin. I. Ep. I. statuit: *Emeritis in suis Ecclesiis Clericis peregrini & extranei, & qui antè ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui benè de suorum civium testimonio merentur, ne præponantur.* §. V. Laici à beneficiis Eccl. excluduntur. *Nicolaus Epist. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.* §. VI. Clerici ejusdem Ecclesiæ proprii. *Synodus octava generalis: Can. XIII. & Leo I. Dist. 63.* Ut omnium Clericorum atque civium voluntate discussa, ex Presbyteris ejusdem Ecclesiæ, vel Diaconis optimis ordinetur. *Innocent. III.* statuit: Viduatam Ecclesiam de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ vel alterius, *si digna non reperiatur in illa,* ordinari. Ipsi Impp. *Arcadius & Honor. Cod. Theod. de Episc. & Cler. l. 33.* cavent, ne in Ecclesiis alii, quàm Originarii locorum ordinentur.

§. 244. Huc pertinent *Commendæ,* ut vulgò dici solent Ecclesiæ Latinæ, sic dictæ à *Commendando.* Erat enim olim mos, ut si quando non poterat commodè statim Ecclesiæ vacanti Sacerdos

præfici, ad præcavenda incommoda ipsa Ecclesia interim alicui Clerico s. Sacerdoti bono ac fideli commendaretur, donec legitimus antistes eidem provideri posset. *Gregor. l. 2. Indict. II. q. 13.* Hic modus prospiciendi ad tempus Ecclesiis vacantibus per Commendationes in se non malus, ex hominum malitia amplam portam aperuit fraudibus & avaritiæ. Concedebantur quippe avidis duæ Ecclesiæ aut plures, ita, ut unam haberent in Titulum, reliquas in Commendam, sed eam tamen perpetuam, atque ad vitam. *C. dudum 2. de Elect.* Quam fraudem *Gregor. 10. C. Nemo. de Elect. in 6.* Lugdunensi generali Concilio castigavit, non permittens, ut ultra sex menses duraret, quibus elapsis, irritæ essent & inanes. Vid. *Duaren. l. 5. c. 8. de Sacr. Eccl. Minist. & Benefic.*

§. 245. Is, cui commendata fuerat Ecclesia, dicitur *Commendatarius*, de quo sic Glossa in *C. Nemo. de Elect. in 6.* Custos est, nec in Ecclesia jus habet, nec etiam in fructibus, nisi ad colligendum, & gubernandum & providendum sibi, & ministris, & quod superest, in utilitatem Ecclesiæ convertendum. *Concil. Meldens. cap. II.* Regem acrius increpat, quòd Monasteria *Laicis* daret in Commendam, eaq; contra omnem auctoritatem Laicorum curæ ac potestati commisisset.

§. 246. De Commendatariis ordinum militarium, vulgò Comter-Herren / adi sis prolixè *M. Anton. de Domin. l. 9. cap. XI. §. 14.* ubi disputat, num bona conscientia Commendas suas possidere queant.

§. 247. *Pensiones.* §. Ad hanc Classem etiam pertinent. Ut cùm ab Episcopo quis ordinabatur ad Clerum allectus, posteà verò per injuriam & sine culpa ab Episcopo ejiciebatur, debuit ei Episcopus etiam extra Ecclesiam posito necessaria ex suæ Ecclesiæ bonis suppeditare. Ita si privabatur Episcopus, pensio tamen ei ad vitam designabatur; Aut si Clerici ab Ecclesia sua studiorum causâ vel disciplinæ abessent, alimenta interim ab eadem suscipere debebant. *Gregor. l. I. Ep. 64.* Porrò, ubi ex infirmitate vel impotentia fungendi datur Coadjutor, reservantur alimenta ægroto, quæ pensio erat necessaria. *7. q. 1. C. Quamvis.*

§. 248. *Precariæ* §. dicuntur pensiones, ex justitia debitæ, cùm

cùm videlicet benè meritis de Ecclesia, pro obsequiis temporalibus ei præstitis, prædia aliqua, vel alias certa annua stipendia ex bonis Ecclesiæ assignarentur. *Navarr. de Redit. Eccl. qu. I. n. 39. V. M. Anton. de Domin. l. alleg. c. XI.* circa finem.

§. 249. *Conjugium Clericorum. 1. Cor. 7. 5.* Hinc *Dist. XXXI. c. 2. Gratian.* fluxit *ἀγαμίας*, Clericorum origo.

§. 250. Patres damnant contubernales Clericorum fœminas, quas Latini *Extraneas*, Græc. Συνεισάκτους vocant. Et *Synod. Nicæn. Can. III. Carthag. III. Can. XVII. Arelat. II. Can. III. Toletan. IV. Can. XLII. Basil. Epist. ad Gregor.* quæ Balsamoni Canonica p. m. XXII. *Euseb. l. 7. Cap. XXIV.* Τὰς δὲ συνεισάκτους *αὐτῷ γυναῖκας ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι. &c. Epiphan. hær. LXIII. n. II.* Τὰς *ἀγαπητὰς λεγομένας Συνεισάκτους γυναῖκας. Hieronym. ad Eustach. Ep. XXII.* Unde in Ecclesias Agapitarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Imò unde novum Concubinarum genus?

§. 251. Hinc Μονογαμία *Vett. PP.* sæpè in ore. *Epiph. Exp. Fid. n. XXI.* Εἰ δὲ τις τελευτησάσης τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἢ ἀνδρὸς τελευτήσαντος τῆς τινος γυναικὸς, ἐφίεται δευτέρᾳ συναφθῆναι ἢ δευτέρῳ μετὰ θάνατον τοῦ πρώτου ἢ τῆς πρώτης. *Id. tamen Hær. LIX. n. IV.* tolerari illos in Ecclesia dixerat, qui post divortium alias ducerent uxores. ἀπὸ μιᾶς ἀποσχεθεὶς δευτέρᾳ εἰ τύχοιεν, νόμῳ συναφθῆναι licet. *Synod. Tridentin. Sess. XXIV. Can. VII.* post divortium superstite priori conjuge alterius nuptiis copulari nunquam licet. A quo dissident PP. sententiæ, *apud Gratianum Part. II. Caus. XXXII. Quæst. 7. & Cajetan. & alii. Et Arelatens. Can X.* De his, qui Conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere; Placuit, ut, in quantum potest, consilium eis detur, ne viventibus suis uxoribus licet adulteris alias accipiant.

§. 252. *Can. Laodicen. I.* adversus digamos, qui priore mortuâ alteram uxorem ducerent, ita sancit: Περὶ τοῦ δεῖν κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευ-

 τέροις

τέροις γάμοις μὴ λαθρογαμίαν ποιήσαντας ὀλίγου χρόνου παρελθόντος καὶ σχολασάντων ταῖς προσευχαῖς καὶ νηστείαις κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὡρίσαμεν. I e. Post preces & jejunia Communio digamis permittitur. *Neocæsariens.* verò *Can. 7.* vetat Presbyterum digamorum nuptiis interesse, ne illis suffragari videantur. Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι. ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου τίς ἔσται ὁ Πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις.

§. 253. *Ancyran. Can. XIX.* jubet; ut, qui Virginitatem, quam Deo spoponderant, violârint, eadem quâ Digami pœnâ coerceantur. Sed tamen in Ecclesiam recepti sunt Digami, & qui cum iis communicare nollent, pro Hæreticis habiti. *Nicæn. Can. VIII.* Novatianos ἐγγράφως ὁμολογῆσαι jubet, ὅτι συνθήσονται καὶ διγάμοις κοινωνεῖν καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν.

§. 254. *Clericis* autem *unicas Nuptias solemnes Epiphan. l. cit. & hær. LIX. n. IV.* ita describit, citato hoc loco Pauli: οὐ δέχεται τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ κήρυγμα τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικὸς Δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας. Ubi rejicit ab ordine Clericos digamos. Tum pergit: Καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον ἢ χηρεύσαντα, Διάκονον τε καὶ Πρεσβύτερον, καὶ Ἐπίσκοπον καὶ ὑποδιάκονον. Quod autem alicubi liberos illi suscipiant, id διὰ ῥαθυμοτέραν διάνοιαν hominum fieri ait, aut necessitate, ubi ministrorum copia non suppetit.

§. 255. *Hieron. ad Vigilant.* Quid facient Orientis Ecclesiæ? Quid Ægypti & Sedis Apostolicæ, quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, & si uxores habuerint, mariti esse desierunt.

§. 256. *Balsamo & Zonaras ad Can. Apost. 26.* qui talis est: τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν Αναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους. Sic notant: *Ante ordinationem Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos copulare nuptias & ordinari potuisse. Post ordinationem vero solis hoc Cantoribus & Lectori-*

bus indultum. *Zonaras* addit, quæsitos ante ordinationem esse, num castè vivere vellent? Quod si negarent, permissum esse uxorem ducere ante ordinationem. *Canon Apost. X.* de Diaconis ita sancitur, ut qui in ordinatione contestati fuerint, se nuptiis carere non posse, ideoq; post ordinationem uxores duxerint, non removeantur officio. Τοῦτο εἰ τινες σιωπήσαντες καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς Διακονίας. i. e. Hoc si qui tacuerint, & in ordinatione permanere in continentia consenserint, cùm deinde nuptias inierint, à Diaconatu repellantur.

§. 257. Sed *Græci hodierni Episcopos excipiunt*, quibus solis nuptiis interdicunt, nixi Canone III. *Concil. II. Carthagin.* ut Balsamo, quib. Romani opponunt *Canon. IV. & III. hunc*: Placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, ab uxoribus se abstineant. Et *Chalced. Can. XIV.* ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μὴ ἐξεῖναί τινι τῶν αὐτῶν Sacerdotum γυναῖκα λαμβάνειν ἑτερόδοξον, i. e. alterius religionis uxorem.

§. 258. Aliàs *Canon Carthagin. Concil.* Episcopos duntaxat, Presbyteros & Diaconos abstinere Conjugio jubent. Ut & *Arelat. III. Can. III. Toletan. I. Can. IV.* decrevit, ut Subdiaconus uxorem alteram ducens inter Lectores habeatur. Si tertiam duxerit, abstentus Biennio pòst inter Laicos reconciliatus post pœnitentiam communicet. Adhæc *Siric. Papa Concil. Telens. Can. IX. Innocent. Ep. II. c. IX. & III. c. I.* Presbyteros duntaxat & Diaconos coire cum uxoribus vetant. Quod confirmat *Can. Agathens. IX.* qui Subdiaconos *Can. 39.* etiam comprehendit.

§. 259. *Distinct. XXVI. C. 14. 27.* Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam prætextu religionis ne abjicito; Si abjicit, segregatur à communione, si perseverat, deponitur. *Distinct. XXVIII. 15.* Si quis discernat Presbyterum conjugatum tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideò se abstinet, Anathema sit.

§. 260. *Hieron.* tamen *ad Pammach. Cap. 3.* inquit: Episcopus, Presbyter, Diaconus noverint, se hostias offerre non posse, si ope-

si operi serviant conjugali. Et *lib. 1. adv. Jovin.* ostendit, Laicum hominem communicare non posse, qui consuetudine uxoris non abstinuerit, & addit: *Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Atque inde probat, uxore abstinendum esse Sacerdoti.*

§. 261. *Id. Decret. Part. I. Dist. 31. cap. I. ad Ocean. Ep. XXCIII.* statuit, post Baptismum Monogamum esse debere Episcopum. Si enim & ante conjugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur.

§. 262. Sed *Augustin. in Ep. Tit. I. contrà* qui ante baptismum habuerit unam, & post Baptismum aliam, ordinandum non censet. Et *c. 2. §. Acutius.*

§. 263. *Innoc. ep. 22. c. 2.* probat bigamum, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.

§. 264. *Ambros. l. de off. c. ult.* Una tantùm nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso conjugio lex est, non iterare conjugium, nec secundam conjugii fieri conjunctionem.

§. 265. *Id. ad Vercell. l. X. ep. 82.* Qui sine crimine est unius uxoris vir, tenetur ad legem Sacerdotii suscipiendi. Qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed Prærogativa Sacerdotis exuitur.

§. 266. Unde manifestum est, tunc temporis licuisse Sacerdotibus semel ducere uxorem.

§. 267. Posterioribus seculis valuit illa γαμομισῶν Constitutio. *Dist. 28. c. 1. 2. & 3. Concil. Rom. Cap. V.* Decernimus, ut ii, qui in ordine Subdiaconatus & supra, uxores duxerint, aut Concubinas habuerint, officio Ecclesiastico careant. *Concil. Arelat. II. c. 2.* Assumi aliquem ad Sacerdotium in conjugii vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conversio.

§. 268. *Arelat. III. c. 2.* Non ordinentur Diaconi, nisi qui prius conversionis proposito confessi fuerint castitatem.

§. 269. *Dist. 27. c. 8. Synod. Ancyran. c. IX.* statuitur: Diaconi quicunq; cùm ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, velle se habere uxores, nec posse se continere, hi, si posteà ad nuptias venerint, maneant in Ministerio. Sed qui tacuerint & susce-

ſuſceperunt manûs impoſitionem, profeſſi continentiam, ſi poſteà ad nuptias venerint, à Miniſterio ceſſare debebunt.

§. 270. In *Cod. Jur. Canon. XXCI. c. V. VI. &c.* ſic ſtatuitur: Si quis adulteráſſe convictus confeſſusve fuerit, communione conceſſa in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudatur. Quod *c. XI.* Romano Eccleſiæ Theanenſ. Clerico contigit à Pelagio Papâ. *c. XIII.* Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus poſt Diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus aut mœchatus, deponatur, & ab Eccleſia projectus inter Laicos agat pœnitentiam. *c. XV. ibid.* Iidem prohibentur Eccleſiam ingredi: Interdicimus eis Eccleſiæ introitum, uſque dum pœniteant & emendent.

§. 271. *c. XVI.* Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus fœminam accipiens, vel acceptam retinens, proprio gradu decidat, uſq; dum ad ſatisfactionem veniat, nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus Eccleſiaſticis habeat. Sic & *c. 17.* 18. & ne minora quidem officia ei gerere permittit Lucius Papa; Urceum, inquit, ſanè ad altare & calicem ne ſuggerat.

§. 272. *c. XX.* Clericus ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet ſine majoris natu Sacerdotis juſſione, nec ſolus Presbyter cum ſola femina fabulas miſceat. Nec Archi-Diaconus ſub prætextu humilitatis aut officii frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per Clericos aut domeſticos mandet aliquid ſecretè. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à limine Eccleſiæ arceatur.

§. 273. *Cap. 23.* Simul cum feminis Sacerdotes habitare non licet: Si quis verò aliter agere præſumſerit, Sacerdotii honore privetur. *C. 24.* adjicit: Exceptâ matre, ſorore vel uxore, quæ caſtè regenda eſt. (*Ergò uxorem tunc habuit Sacerdos. NB.*)

§. 274. *Concil. Laodic. Cap. XXX.* balnea cum mulierib. vetat. *d. c. 28.* §. Non oportet miniſtros altaris, vel etiam Clericos quoslibet, aut continentes ſe, aut omnem omninò Chriſtianum cum mulieribus lavacra habere communia. Hæc eſt enim apud Gentiles prima reprehenſio.

§. 275. Et *Siric. Papa Ep. 1. c. 12.* Feminas non alias eſſe patimur in ædibus Clericorum, niſi eas tantùm, quas propter ſolas neceſſi-

necessitudinum causas, habitare cum iisdem Nicæna Synodus permittit.

§. 276. *Concil. African. c. 5.* Clerici ad viduas vel virgines non accedant, nisi ex jussu vel permissu Episcoporum aut Presbyterorum. Et hoc non soli faciant, sed cum Conclericis. Sic & Episcopi & Presbyteri non soli, sed ubi aut Clerici sunt, aut graves aliqui Christiani.

§. 277. *Dist. 83. c. 1.* Suspendatur ab officio Episcopus, Clericorum suorum fornicationi consentiens vel precio interveniente, vel precibus.

§. 278. *D. 84. c. 3. ex Conc. Carth. 2. c. 2.* Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, Pudicitiæ custodes etiam ab uxoribus abstineant. *D. c. 4. ex Concil. Carth. V. c. 5.* Cùm de quorundam Clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentiâ referretur, placuit, Episcopos, Presbyteros & Diaconos etiam ab uxoribus abstinere, quod nisi fecerint, ab Ecclesiastico removeantur officio.

§. 279. *Siric. Papa Ep. 1. c. 2.* Quisquis Clericus aut viduam, aut certè secundam conjugem duxerit, omni Ecclesiæ dignitatis privilegio mox nudetur, Laicâ ipsi tantùm communione concessâ.

§. 280. *Can. Apost. XXV.* sic statuit: Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους. *Can. XVI.* Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Permittitur itaque unum Conjugium.

§. 281. *Can. 17.* ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆν Mimicam, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου ἱερατικοῦ. Ergò licet talem non-existentem, sed honestam ducere.

§. 282. *Can. 18.* Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός. Ergò præter hæc aliàs honestè licuit illis Conjuges esse. Hæc sunt aperta.

§. 283. Memorabilia planè sunt verba *Can Apost. 50.* Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος &c. γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχηται ἐπιλαθόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω, ὡσαύτως καὶ ὁ λαϊκός.

§. 284. *D. 28. C. 10. §. Quia sunt.* Manifestè Diaconi & Presbyteri uxoris fit mentio talis. *C. 10. Gregor. l. XI. ep. 59.* consilium dat Episcopo de eo, qui relictam Diaconi uxorem duxerat. *C. XI.* geminum Conjugium vetatur, simplex permittitur, è *Concil. Aurelian. I. c. XV.* Si se cuiquam mulier duplici conjugio Presbyteri vel Diaconi relictæ conjunxerit, aut separentur, aut excommunicentur. *Concil. Bracar. cap. 9. & Tolet. I. c. 18.* addit: Morienti Sacramenta tamen subveniant.

§. 285. *Dist. 28. c. XIII.* Gelas. Pap. Syracusanæ urbis Episcopum uxorem & filios habentem post longam deliberationem admittit.

§. 286. Expressè *Canon Apostol. V.* Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. Ἐὰν δὲ ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

§. 287. Adde *Dist. 28. c. 9. è Concil. Neo-Cæsar. c. I.* Presbyter, si uxorem duxerit, deponatur.

§. 288. Huic denuò opponatur *d. c. 15. è. Concil. Gangrens. c. IV.* Si quis discernit Presbyterum conjugatum tanquam occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideò se abstinet, anathema sit. *Sic Gratianus.*

§. 289. Græcè sonat: Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω.

§. 290. *Sext. Synod. in Trull. c. 26. Dist. 28. §. Presbyterum. c. XVI.* Presbyterum per ignorantiam non legalib. nuptiis detentum cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere præcipimus.

cipimus. Gr. τ ἢ λοιπῶν ἐνεργειῶν. Sic & *ejusd. synod. can. III. & apud Basil. ad Amphil. cap. XXVII.*

§. 291. *Gratian. d. 28. c 13.* ex allegatis illis locis sic colligit in utramque partem. Ecce, inquiens, hac auctoritate electus in Episcopatum non prohibetur habere uxorem & filias. Eligi autem ad Episcopatum non debet nisi aut Sacerdos, aut Diaconus, Subdiaconus verò non nisi cogente necessitate. Sive ergò Presbyter, s. Diaconus, s. Subdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinib. constituti, licitè matrimonio uti possunt.

§. 292. Quia ergò auctoritate Gregorii, qui relictam Diaconi marito tradidit, puniendus est, item in *Concil. Neo-Cæsar.* Presbyter ducens uxorem, non Diaconus jubetur deponi; *Item in synod. Ancyran.* Diaconi, qui in ordinatione sua dicunt, se velle habere uxores, non prohibentur: patet, quòd nec Diaconi, nec Subdiaconi sunt prohibendi à Conjugio.

§. 293. Sed quod de Electione objicitur, verum quidem est, in Episcopatum non eligendum, in sacris ordinibus constitutum, sed ipsum uxorem habere & filios non repugnat, præmissis auctoritatibus de continentia Clericorum.

§. 294. In Laicali enim habitu, vel in minoribus constitutus potuit habere uxorem & filios, & si posteà ex consensu uxoris continentiam professus Subdiaconatum, vel Diaconatum, vel Presbyterii gradum adeptus fuerat, attamen uxori & filiis ipsum necessaria subministrare oportebat.

§. 295. Illud autem Gregorii duobus modis solvitur: Vel quia Ecclesia illa, cui Diaconus ille ministraverat, nondum continentiæ votum susceperat in Diaconis & reliquis ministris, vel quia, sicut de Electo in Episcopum anteà scriptum est, ante Subdiaconatum memoratus Diaconus eam in uxorem duxerat.

§. 296. Illud autem Neo-Cæsariensis & Ancyranæ Synodi vel ex tempore, vel ex loco intelligitur: Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco, quia utraque Synodus Orientalis est, & Orientalis Ecclesia non suscipit generale votum Castitatis. Hoc tamen diligenti observatione custodit, ut post adeptum Sacerdotium defunctâ priore

uxore,

uxore, cum qua Sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.

§. 297. *Hæc ille.* In quo multa notanda: 1. Olim Episcopis & Clericis conjugium licuisse. 2. Diaconis, Subdiaconis &c. licuisse tunc quoque. 3. Ecclesiam Græcam μονογαμίαν Clericis concedere.

§. 298. *Dist. XXXI. c. 1. è Gregor. l. 1. ep.* 42. citatur: In Sicilia & aliquibus provinciis Subdiaconis non fuisse prohibitum matrimonium. *Id ibid.* statuit: Ut qui castitatem non promisit, ab uxore sua separari non cogatur.

§. 299. In Latina Ecclesia verò Diaconis & Presbyteris non licuisse uxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, uti patet ex *D. c.* 2. Sacerdotib. ut semper altari queant assistere, SEMPER ab uxoribus continendum, semper castitas observanda præcipitur.

§. 300. *Leo IX. d. 31. c. XI.* citato h. l. ait: Vide insipiens, quia non dixit: Potestatem complectendi, sed circumducendi? scil. ut de mercede prædicationis sustentetur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium.

§. 301. Nam sic statuunt, iis, qui in Laicatu duxêre uxores, non licuisse eas abjicere Clericis factis, sed sustentare, tamen non concumbere, cujus rei testimonia sunt. *Innocent. I. Pap. Ep.* 2. *c.* 9. Tenere debet omninò Ecclesia, ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii quotidiani necessitatib. occupantur. Scriptum est enim, Sancti estote, &c. &c. V. Palea ibid. Sicut *Paulus ad Corinth.* 7. scribit, dicens: Abstinete, &c. Et hoc utique Laicis præcepit, multò magis Sacerdotes, quibus orandi & sacrificandi juge sacrificium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere.

§. 302. *D. c. VI.* Neque ad sacrificia eos fas sit admitti, qui cum uxore exercent carnale officium, vel *Dist.* 82. consortium.

§. 303. Si qui tamen ante Clericatum uxorati fuêre, eis vetatur abjicere suas. *D. c.* 11. Omninò confitemur, non licere Episcopo, vel Presbytero, Diacono vel Subdiacono propriam uxorem causâ religionis abjicere à cura sua, scil. ut ei victum & vestitum largiatur, non ut cum illa carnaliter jaceat.

§. 304. Unde discis manifestò talib. uxores licuisse retinere, sed iis in toro non cohabitare. Nam.

§. 305. Sic ait & Leo *Ep. 90. c. III.* Cùm essent Laici seu Lectores, licitè & uxores ducere & filios procreare potuerunt, sed cùm ad gradus Clericatus pervenerunt, cœpit eis non licere, quod licuit, unde, ut de carnali fiat spiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant, sic habere, quò & salva sit charitas, & cessent opera nuptiarum.

§. 306. Sed *in Jure Canonic. Dist. XXXI. c. 12. ex Hist. Trip. l. 2. c. 14.* objicitur, quòd in Nicæna Synodo, cùm reliqui Patres ἀγαμίαν Clericorum introducere Canone facto statuerent, surgens in medio Paphnutius Confessor contradixit, & castitatem esse dicens cum propria conjuge concubitum, suasitq; Concilio, ne talem ponerent legem, gravem esse adferens causam, quæ in ipsis aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius licet nuptiarum inexpertus exposuit, Synodusq; laudavit sententiam ejus, & nihil ex hac parte sancivit, sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate dimisit, *ait Gratian. d. c. 12. Nicena.*

§. 307. Et *ibid. cap. 13. Synod. VI. c. 13. l. 8. c. 9.* Nos sequentes antiqvum Canonem (nota!) Apostolicæ diligentiæ sacrorum virorum legales Nuptias à modo valere volumus, nullo modo cum uxoribus suis connubia eorum dissolventes.

§. 308. Cur autem sic statuit Synod. addit: Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδιδόσθαι διεγνώκαμεν contrarium.

§. 309. Hunc Rom. Ecclesiæ Canonem defendère *Hieron. contr. Jovinian. Humbert. & Balsamon. Exposit. ad hunc Can.*

§. 310. Dissensum hunc *ibid. Dist. XXXI. c. 14.* testatur *Stephan. Pap. Act. 1. Synod. Lateran.* Aliter se Orientalium Ecclesiarum Traditio habet, aliter hujus S. Romanæ Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi ac Subdiaconi matrimonio copulantur; Istius autem Ecclesiæ vel Occid. Sacerdotum nullus à Subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet conjugium sortiendi.

§. 311. *Nota Gradus inter Clericos:* A Subdiacono usque

ad

ad Episcopum non licebat illis γαμεῖν. Lectores & Cantores, & reliqui Minores dicti potuerunt.

§. 312. Nec Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, ait *Leo ep. XXCII. c. III. IV.*

§. 313. Unde liquet id quod diximus. Sed ante *B. Gregorium* non erat generatim omnibus Ecclesiis præceptum. Nam in Sicilia aliter observatum.

§. 314. Et *Gregor. l. III. ep. XXXIV.* Catinensi Episcopo: Multorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut Subdiaconi suis licitè miscerentur uxoribus.

§. 315. Ipse autem ibid. vetat *d. 32. c. 2.*

§. 316. Ita & *Nicol. Papa synod. Rom.* Odoni Viennensi Archiepiscopo de Alverico Subdiacono conjuge ait: Cur vestrâ autoritate uxorem duxerit, miramur, eò quòd nulli UNQUAM uxorem ducendi licentiam damus.

§. 317. *Dist. cit. c. 7. synod. sextâ & Extrav. de ætat. & qual. c. A multis.* statuunt: Qui uxorem ducere voluerit, ante ordinem Subdiaconatus id faciat.

§. 318. *Ibid. c. 8. Concil. Carthag. III. c. 19.* statuit: Lectores, cùm ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

§. 319. *Urban. II. Synod. Melf. c. 13.* statuit, beneficio & officio Ecclesiæ carere decernimus, & ab omni sacro ordine removemus, qui post Subdiaconatum uxoribus vacare volunt.

§. 320. *Leo IX. d. c. 14.* permittit, ut in minoribus ordinib. constituti uxorati sint, nisi voto aut religioso habitu prohibeantur.

§. 321. *D. c. 15. è Concil. Chalcedon. c. 14.* ἑτερόδοξον γυναῖκα ducere Clerici prohibentur. *D. c. 16. è Nicæn. Concil. c. III.* statuitur, ut Clerici non habitent cum mulieribus. ἢ ἀμόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. *Gratianus:* Nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt.

§. 322. *Gregor. l. 2. ep. 44.* ante Episcopatum uxorato jam Episcopo facto scribit, maculatum illum esse & scelus esse.

§. 323. *Nicol. Pap. dist. 34.* Episcopum jubet etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem vitare.

§. 324. *D. C. IV.* Is, qui non habet uxorem, sed pro uxore concubinam, à communione non repellatur, tamen ut unius uxoris aut concubinæ sit conjunctione contentus. Verba sunt *Concil. Toletan I. c. 17.* quod addit, ut ei placuerit.

§. 325. De his concubinis agunt *August. de bon. conjug. Caus. XXXII. quæst. 2. C. Solet. & Justinian. Novell. XVIII. c. 5.* In quibus hæc tria erant necessaria. I. Ut uterq; esset solutus. II. Fides mutua quòd alteri non jungerentur, nec à procreatione filiorum abhorrerent. III. Ut usque ad mortem in ea vitæ conjunctione sibi manendum proponerent.

§. 326. Et in his quidem scribit *B. Aug.* posse aliquo modo dici NUPTIAS esse, & connubium, quamvis sic habitam non audeat appellare uxorem, quia non intervenerant instrumenta dotalia &c.

§. 327. Itaque vocabantur hujusmodi mulieres *Concubinæ,* quòd non essent uxores, habebantur tamen ut uxores minùs solenniter ductæ.

§. 328. *Gratian. Dist. XXXIII. ait:* Concubina est hoc loco, quæ cessantibus legalibus instrumentis unita est, & conjugali affectu asciscetur. Hanc Conjugem facit affectus, Concubinam verò Lex nominat cit. *Conc. Tolet. I. Can. 17.*

§. 329. Sic *Dist. 34. c. 5. Isidor. de diff. N. & Vet. Test. I.* Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantùm, aut uxorem, aut certè loco uxoris (si deest,) Concubinam.

§. 330. *Addit Gratian. c. 7.* Si non adsit talis Concubina, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dignoscatur, Apostolicâ concessione ad ordinem Diaconatus provehi potest; statuente Pelagio Papâ ad Flor. Episcopum, idq; ut ait *id. Gratianus*, ex dispensatione misericordiam, verùm ex rigore disciplinæ intelligitur illud *Aurelianensi. Concil. ex Gerundens. cap. VIII.* Non admittatur ad Clerum, qui præter, velut verba sonant, Post uxorem, aliam cognoverit cujuscunque conditionis mulierem.

§. 331.

§. 331. *Hilar. Pap. in Synod. Rom. c. 2.* Ne ad sacros ordines quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.

§. 332. De eo autem, qui ante baptismum uxorem duxit viduam, statuit *Innocent. Ep. 2. c. 5.* non admittatur ad Clerum.

§. 333. De eo, qui secundum ducit uxorem, statuitur *d. 34. c. 17.* Inter Lectores & Ostiarios habeatur ita ut Apostolum non legat. Plura infrà vide.

§. 334. *Immunitas Clericorum à militia. Can. Apost. 82.* Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος στρατείᾳ σχολάζων καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, καθαιρείσθω. *Can. 80.* οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. Ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω.

§. 335. Sic & *Concil. Carthag. I. c. VI. Epist. IX. l. I. Cyprian. ait:* Statutum est, ne quis de Clericis & DEI ministris tutorem vel Curatorem testamento suo constituat, quando non nisi altari & sacrificiis deservire & precibus atque orationibus vacare debeant.

§. 336. *Ibid. c. 21. q. 3.* Molestiis & laqueis secularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupantur. Ab Ecclesia recedere & ad terrenos & seculares actus vacare non possunt. *Plura ibid. q. 3. c. 6. & 7.*

§. 337. *Dist. 88. c. 3. Can. Apost. c. 7.* ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. Εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

§. 338. *Gregor. l. VIII. Ep. II. ait:* Hoc Clericum reddere vilem & reverentiam Sacerdotalem annihilare. *D. 88. c. V.* Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. *D. c. 6.* Nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni & orationi & verbi DEI prædicationi tantummodò vacet. *D. c. 7.* Gubernationem viduarum & pupillorum & peregrinorum non per seipsum agat Episcopus, sed per Archipresbyterum vel Archidiaconum.

§. 339. *Gregor. l. X. Ep. XXX.* Inutile & valdè laboriosum est, hominem literatum ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

§. 340.

§. 340. *Hieron. ad Nepot.* Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum quasi pestem fuge.

§. 341. *Aug. Qu. V. & N. T. c. 127.* Antequam Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari; Facto jam NON LICET.

§. 342. *Cyprian. l. I. ep. IX.* Neque apud altare meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes voluit avocare.

§. 343. *Can. Apost. 31.* Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι, χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω. *Can. XIX.* Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

§. 344. *Plura vide Tit. Militia.*

§. 345. *Quæritur in Jure Canon: Dist. XXXVII.* An Episcopum vel Clericum deceat Secularibus literis esse eruditum? Resp. *Gratian. è Concil. Carthag. IV. c. 16.* Episcopus Gentilium libros ne legat, Hæreticorum autem pro tempore aut necessitate. C. 2. reprehendatur Sacerdos, qui omissis Evangeliis comœdias legit. *Hieron. Ep. 146. Id. c. III. & l. 2. Comm. in 4. Ephes. ait:* In vanitate sensûs & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus Dialecticâ arte torquetur, qui Physicus perscrutator oculos trans cœlum levat &c. qui Jambum ferit. &c.

§. 346. *Id. l. 9. ad c. 28. Esai.* Vino inebriantur, quando S. S. malè intelligunt ac pervertunt: Si cerâ, quando seculari abutuntur Sapientiâ, & Dialecticorum tendiculis, quæ non tàm vincula sunt appellanda, quàm Phantasmata.

§. 347. *Id. l. III. ad c. VI. Ephes.* reprehendit Episcopos & Presbyteros, qui filios suos secularibus literis erudiunt, & faciunt illos Comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare.

§. 348. Sic & *Ambros. l. 1. de fid. ad Gratian. Imp. c. III.* Et *Hadrian. Pap. ad Carol. c. 49.*

§. 349. *Raban. de Pressur. Eccles. ex Hieron. ad Eustach.* citat: Legimus de B. Hieronymo, quod cùm libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eò quòd vir Christianus paganorum intenderet figmentis.

§. 350. *Gratianus ibid.* postquam ex Act. 7. & alia citaverat, in contrarium subdit. Hæc ideò despecta sunt à nostris, quia nihil

nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animæ non habent.

§. 351. *Beda l. 2. Rer. c. 9.* Turbat acumen legentium & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus literis omninò æstimat prohibendos, in quibus, si qua inventa sunt utilia, ut sua sumere licet. Alioqui nec Moyses, nec Daniel sapientiâ vel literis Ægyptiorum paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones & delicias horrebant. Nec ipse Magister Gentium aliquot versus Poetarum suis scriptis indidisset. *Hæc Beda.*

§. 352. Quæritur itaque, cur legi prohibentur ab aliis? R. *Gratian. d. c. VIII. Part. 2.* Quidam legunt ad voluptatem, quidam verò ad eruditionem, ut errores Gentilium legendo detestentur, & utilia, quæ in eis invenerint, ad usum sacræ eruditionis devotè convertant. Tales laudabiliter seculares literas addiscunt.

§. 353. Hinc *Ambros. in Procem. Luc.* Legimus aliqua, ne negligantur, legimus, ne ignoremus, legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.

§. 354. Sic *Hieron. c. 1. ad Tit.* Si quis autem Grammaticam noverit vel Dialecticam, ut rationem rectè loquendi habeat, & inter falsa ac vera dijudicet, non improbamus. Geometria quoque & Arithmetica, & Musica habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa Pietatis. Scientia Pietatis est nosse legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apostolos non ignorare.

§. 355. *Isidor. l. III. de Sum. Bono c. XIII.* Grammaticorum doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumta.

§. 356. *Hieron. c. 1. Daniel.* de Daniele & ejus sociis: Discunt doctrinam Babylon. non ut sequantur, sed ut judicent ac convincant. Quomodo si quispiam adversus Mathematicos velit scribere imperitus Mathematis, risui pateat, & adversus Philosophos, si ignoret dogmata eorum?

§. 357. *Ibid.* vocat, gravissimæ necessitatis, literas seculares discere, ut probemus ea, quæ à S. Prophetis ante multa secula sunt prædicta, tam Græcorum, quàm Latinorum & aliarum gentium literis contineri.

§. 358. Hinc *in Synod. Eugen. Pap. II. & Leon. IV. & Gregor. VII. Rom.* Synodi indice cujusdam capitis summa ponitur: Ut omnes Episcopi artes literarum in suis Ecclesiis doceri faciant. *Gratian. d. 37. c. 14.* sic citat: In universis Episcopis, subjectisq; plebib. & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omninò cura & diligentia adhibeatur, ut Magistri & Doctores constituantur, qui studia literarum & artium liberalium dogmata assiduè doceant; quia in his maximè divina manifestantur & declarantur mandata.

§. 359. Sic & *Augustin. contr. Faust. l. XIII. c. 15.* Si quid veri de Deo Sibylla vel Orpheus aliive gentium vates, aut Philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum auctoritatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam.

§. 360. *Clem. Pap. I. Ep. V. ad Discip.* Cùm ex divinis Scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex Eruditione communi & liberalib. studiis, quæ fortè à pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut, ubi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

§. 361. Cur autem Poetas legere prohibeatur, docet *Isidor. l. III. de S. Bon. c. XIII.* Quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum.

§. 362. Aliàs *Concil. Tolet. IV. c. 24.* ignorantiam in Sacerdotibus maximè fugiendam docet: Ignorantia, inquit, mater cunctorum maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Quod ipsum extat in *Synod. Arelat. IV. cap. IV. & I. Dist. XXXIX. c. 5.* hæc scire debet Sacerdos, Librum Sacramentorum, Lectionarium, Antiphonarium, Baptisterium, Computum, Canonem pœnitentialem, Psalterium, Homilias, per circulum anni Dominicis diebus & singulis Festivitatibus aptas.

§. 363. Atque ut ista sciat, statutum est *Concil. Toletan. c. 26.* Quando Presbyteri in Parochiis ordinantur, libellum officialem à suo Sacerdote accipiant, ut ad Ecclesias sibi deputatas instructi succe-

ſuccedant, ne per ignorantiam & in ipſis divinis Sacramentis offendant.

§. 364. Hinc *Leo Ep. XXII.* Inſcitiam Sacerdotum nec excuſatione, nec veniâ dignam eſſe judicat.

§. 365. Memorabile eſt, quod *Auguſtin. lib. de catech. rud. c. IX.* ſcribit; Quamvis Epiſcopi vel Clerici per ignorantiam aliquid vitioſum proferant, non ideò deſpici debere à Scholaſticis, his verbis: Noverint, non eſſe vocem ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita non irridebunt, ſi aliquos antiſtites & miniſtros Eccleſiæ animadverterint, vel cum barbariſmis & ſolæciſmis Deum invocare, vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbatèq; diſtinguere, non quia iſta minimè corrigenda ſunt, ut populus ad id, quod planè intelligit, dicat Amen, ſed quia piè toleranda ſunt ab eis, qui didicerunt, ut ſono in foro, ſic voto in Eccleſia benedici.

§. 366. *Translocatio* Sacerdotum in Eccleſia veteri vetita aut certè raro facta. Nam ordinatio dicebatur certum miniſterium certusq; locus, cui quis deſtinabatur, & ideò abſolutæ ſ. ſine titulo ordinationes prohibitæ. *Diſt. 70.* ait: Nullas & irritas eſſe voluit Eccleſia. *Concil. Meldenſ. c. 52. & Placentin.* Decernimus, ut ſine titulo facta Ordinatio irrita habeatur, & in qua Eccleſia quis intitulatus eſt, in ea perpetuò perſeveret. *Anaclet. Ep. 115.* Epiſcopi & Presbyteri poni & ordinari debent, ſinguli per titulos ſuos. *Concil. Valentin. ſub Rege Theodoric. cap. 6.* Nullum ſanctorum Sacerdotum quiſpiam ordinet, qui localem ſe futurum primitùs non ſpoponderit. *Concil. Hiſpalenſ. Can. III.* ſeverè vetat, ne alia Eccleſia alterius Clericum ſuſcipiat. *Cœnomanenſ. ep. 55. in Bibl. PP. Tom. III.* Cùm Epiſcopus Charæmontanus Subdiaconum ſuum aliò ad Archidiaconum vocaret, liberat eum priùs ab obedientia, dicens: Gratias Beatitudini veſtræ agens, vobis & veſtræ commodo Eccleſiæ ab ea, quam conſecratori ſuo debet, obedientiâ, liberum omninò & abſolutum dimitto.

§. 367. *De Dignitate Sacerdotum.* Nazianzen. ὑψιθρόνους appellat & Θεῷ πλησιάζοντας. Et de *Sacerdote*: Τὸν μετ' ἀγγέλων στησόμενον καὶ μετὰ ἀρχαγγέλων δοξάζοντα. Καὶ ἐπὶ τὸ

ἄνω θυσιαστήριον ἀναπέμψαντα τὰς θυσίας, καὶ Χριστῷ συνιερεύοντα· τὸν ἀναπλάσοντα τὸν πλάσμα καὶ παραστήσοντα τὴν εἰκόνα καὶ τῷ ἄνω κόσμῳ δημιουργήσοντα. *Gregorius*: θεὸν ἐσόμενον καὶ θεοποιήσοντα. *Ignatius*: Τί γὰρ ἐστιν ἐπίσκοπος ἢ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας ἐπέκεινα πάντων κρατῶν, ὡς οἷόν τε ἀνθρώπῳ κρατεῖν. *Chrysost.* ἄρχων ἐστὶν ὁ ἱερεύς. Sed & Regum capita, οἱ ἱεροὶ νόμοι τοῖς ταῖς τούτου φέρουσι χερσὶν ὑποτάξαι, non ut insultent cervicibus Regum, sed quod εὐλογεῖ, χειροθετεῖ, προσφέρει, καθαίρει. Πρεσβευτής ἐστι πρὸς θεὸν, quod παρὰ Θεοῦ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν εἰλήφασιν Sacerdotes, ἐν τῷ δικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας, καὶ καταδικάζειν εἰς θάνατον πυρὸς αἰωνίου, καὶ λύειν ἁμαρτιῶν τοὺς ἀποστρέφοντας. *Dionys. Areop.* φωτοειδεῖς sunt, θεουργικοὶ, τετελεσμένοι, τελεσιουργοί. *Ambros. l. 2. de dign. sacerd.* Honor & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari.

§. 368. *De vita Sacerdotum. Niceph. l. 14. c. 30.* de Polychronio Apamenorum Episcopo: Et optimè, *inquit*, vixit, & optimè docuit, vitâ scil. ex æquo doctrinæ respondente.

§. 369. *Hieron: Epitaph. Marcell.* Erubescit doctrina quamvis præclara, quam propria reprehendit conscientia.

§. 370. *Abbas Antonius in Melissis*: Nihil Doctore frigidius, verbis tantùm philosophante: Hoc enim non Doctoris, sed Histrionis est. Confer *M. Anton. de Dominis l. III. & l. IV. & l. VII. l. IX. c. 2. 3.* prolixè.

CONCILIA.

§. 1. DE Etymo Concilii *Dist. XV. c. 1.* Synodus, interpretatur Comitatus vel Cœtus. Concilii verò nomen tractum est ex more Romano; Tempore enim, in quo causæ agebantur, conveniebant omnes in unum. Unde Concilium quasi Consilium, Consilium quasi Considium. Vel Concilium dictum est, eò quòd in unum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt, unde & qui sibimet dissentiunt, non agunt Concilium. *Ridiculè.*

§. 2

§. 2. Editiones Conciliorum variæ sunt: I. *Veneta*, eaq; gemina. Anno 1585. Nicotini. Altera 1623. autoritate Pauli V. cum Romana. II. *Antwerpiensis & Coloniensis*. Anno 1606. & Ann. 1616. Binij. III. *Coloniensis*. 1627 edente Gymnico. IV. *Parisiensis* Regia plusquam triginta Tomis. cum Notis Sirmondi. d. l.

§. 3. *Gloß. Ordinar.* ex Actis colligit Concilia Apostolica IV. hæc: Primum facit *Act.* I. de electione Mathiæ. Secundum *Act. VI.* de Diaconorum VII. electione. Tertium *Act. XV.* de Circumcisione Gentilib. non imponendâ, anno 14. post resurrect. Christi, & ann. IV. Claudii Cæsaris. Quartum *Act. XXI.* quo permittebant Judæis conversis ad tempus legalia, donec Synagoga cum honore sepeliretur, teste Bedâ, Dionysio Carthus. & aliis.

§. 4. Sunt qui hoc quartum omittunt, & faciunt ex *Act.* 15. Concilium Apostolicum quartum, ex *Act. VI.* tertium, ex *Act. IV.* secundum, h. m. ut ibid. legitur: ὁμοθυμαδὸν, seu unanimiter omnes congregati.

§. 5. Porrò sunt, qui ex *Act. IV.* & illud ex *Act. XXI.* prætereuntes, aliud novum faciunt ex *Actor. XI.*

§. 6. Atque hæc quatuor Hierosolymis.

§. 7. Cæterùm sequentes Synodi fuerunt vel *Oecumenicæ*, vel *Provinciales*. *Cedrenus* illas sic dicit vocatas, quia ab Imperatoribus τῆς οἰκουμενικῆς βασιλεῦσι fuerunt indictæ. Has autem Τοπικὰς dici ait, ob ζητήσεις τοπικὰς per illas decisas, quarum gratia συνέστησαν; & tales numerat *Neocæsariensem*, *Antiochenam*, *Gangrensem*, *Ancyranam*, *Laodicenam*, *Sardicensem*, *Carthaginensem*. ἰστέον, ἦν inquit, ὅτι καὶ ἕτεραι γεγόνασι τοπικαὶ σύνοδοι, καὶ κανόνας τούτων κατέχομεν, εἰ καὶ μὴ κυρίως καὶ τῷ ἀριθμῷ τῶν ἕξ συνόδων ἀριθμοῦνται. Nota: Non eas in VI. (al. VII. al. VIII. de quo infrà:) *Synod. Oecum.* numerari ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ, ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ἡ ἐν Γάγγραις, ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἡ ἐν Λαοδικείᾳ, ἡ ἐν Σαρδικῇ, ἡ ἐν Καρθαγένῃ.

§. 8. Septem numerant Græci Concilia Oecumenica, quibus Florentinum, seu Ferrariense Eugenii IV. annumerant. quia illi cum

eum suo Imperatore & Patriarcha aderant, auxilia adversus Turcas petentes. *Octavum* autem vocant, quòd nec Constantinopolitanum contra Photium, nec posteriora illa Occidentis, quæ ex Tomis Concill. ordine huc ponimus, pro Oecumenicis & legitimis haberent.

§. 9. Nam post IV. illa Oecumenica, *de quib. infrà,* Isidor. d. l. addit quintum, Constantinopolitanum II. contra Theodorum Mopsuestenum, qui dicebat, alium Deum esse, Verbum & alium Christum, & Mariam negabat esse θεοτόκον, tempore Justiniani. In eo 14. Capitula sunt sancita. *Sextum Oecumen.* Constantinopolit. Tertium, 170. Patrum, contra Macarium Antiochenum μονοθελητὴν. In eo octo Capitula sanxêre, temp. Constantini Pogonati.

§. 10. Conciliorum Generalium IV. Classes sunt: 1. Concilia generalia approbata numerantur *octodecim*: Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, Constantinopolitanum II. & III. & IV. Nicenum II. Anno 781. Lateranense I. & II. & III. & IV. & V. Anno 1517. Lugdunense primum, secundum. Viennense Anno 1311. Florentinum A. C. 1439. Tridentinum A. C. 1545. Hæc omnia P. R. approbavit. At *Græci* tantùm recipiunt priora septem Concilia. *Lutherani,* sex.

§. 11. Concilia Generalia reprobata numerantur octo: *Antiochenum* A. C. 345. in quo damnatus est Athanasius. *Mediolanense* A. C. 354. *Ariminense* A. C. 363. *Ephesinum secundum*, in quo Hæresis Eutychiana est confirmata. *Constantinopolitanum* sub Copronymo A. C. 755. *Pisanum,* contra Julium II. Pont. R. *Wittembergense* Præside *Luthero*. A. C. 1536.

§. 12. Concilia partim confirmata, partim reprobata numerantur sex: *Sardicense* A. C. 351. *Sirmiense* A. C. 356. *Quinisextum*, in quo Canones Trullani extant. A. C. 528. *Francofurtense* sub Carolo Magno. A. C. 794. *Constantiense* A. C. 1414. *Basileense* A. C. 1449.

§. 13. Concilium nec manifestè probatum, nec manifestè reprobatum numero *unum*: Concilium *Pisanum* A. C. 1409.

quod

quod depoſuit Gregorium XII. & Benedictum III. Pontifices, & elegit Alexandrum Quintum. *Bellarmin. l. 1. de Concil. cap.* 5.

§. 14. Photius ad Michael Bulg. addit *ſeptimum*, Nicænum Bithyniæ ſecundum, 360. Patrum contra εἰκονομάχους. Statuit εἰκονολατρείαν & alia.

§. 15. Provinciales eo ordine in *Tomis* ponuntur *edit. Surianæ*: Carthaginenſe ſub Cypriano de rebaptizandis hæreticis, contra Eccleſiæ morem, ut ait *Vincent. Lirin. & Hieron. adv. Lucifer.* cujus decreta non ſunt recepta. 2. Synodus Antiochena contra Paulum Samoſat. tempore Imp. Aureliani. 3. Ancyranum, ann. Dom. CCCVIII. Aliqui ex Epiſcopis, qui huic interfuere, convenêre etiam ad Nicænum, cui ideò poſtponitur, quia provinciale eſt, ſed in ſexta Synodo Can. 2. eſt approbatum. 4. Neocæſarienſe, non longè poſt Ancyranum, Anno CCCXX. Epiſcoporum XVII. Canonum XIV. quos ſexta Synodus Oecum. approbavit Can. 1.

§. 16. 5. Hoc ſubſecutum eſt Oecum. primum Nicænum, coincidit Provinciale Romanum primum, ſub Silveſtro P. XIII. d. Kal. Jul. contr. Arrium, Epiſcoporum 275.

§. 17. 6. Romanum II. ſub eodem. Epiſcoporum 139. Canonum XX.

§. 18. 7. Eliberinum, Hiſpan. eodem tempore, Canonum 81. Epiſcoporum 19. Presbyterorum 36.

§. 19. 8. Arelatenſe I. Canonum XXIII.

§. 20. 9. Gangrenſe ann. 324. approbatum in ſexta Oecumen. celebratâ in Trullo Conſtantinopoli, Canonum XX. 10. Arelatenſe II. ann. 326. Canonum 25. alii 37.

§. 21. 11. Carthaginenſe I. Canonum 14. ann. 336.

§. 22. 12. Romanum ſub Julio Papa. 13. Agrippinenſe ſ. Colonienſe eod. tempore. 14. Antiochenum, eod. tempore. Approbatum in VI. Oecum. in Trullo congregato Canon 2. Conſtat Canonibus XXV.

§. 23. 15. Sardicenſe, quod Surius Oecumenicum & toto Orbe receptum vocat, Cedren. Provinciale ſ. τοπικὸν anno 381. Contra Arrianos, Canonum XX. Incidêre Synodus Arimi-

nenſis

nensis & Sirmiensis, contra Athanasium, Arrianæ. Hujus æmula Seleuciensis Constantii Jmp. contracta Alexandrina Athanasii, quæ in Tomis non extant.

§. 24. 16. Laodicenum sub Damaso Pap. Sexta Occum. approbatum. Canonum LX.

§. 25. 17. Aqvilejense eod. tempore contra Palladium & Secundianum Arianos. Jam incidit Oecumen. Secundum Constantinopol. I. ann. 419. contra Macedon. Can. 7.

§. 26. 18. Valentinum Galliæ; Episcoporum XXX. ann. 413. Sub Gratiano Canonum 4.

§. 27. 19. Tebense Canonum 9. super tractatoria Siricij Papæ.

§. 28. 20. Carthaginense II. ann. 428. Can. 13.

§. 29. 21. Carthaginense III. confirmatum in VI. Oecum. in Trullo. Canonum 50. ann. 417.

§. 30. 22. Carthaginense IV. Episcoporum 214. ann. 436. confirmatum in IV. Oecum Canonum. 104.

§. 31. 23. Taurinatense Galliæ Canonum 7. tempore Ambrosii.

§. 32. 24. Carthaginense V. Episcoporum 73. ann. 438. Canonum 15.

§. 33. 25. Toletanum I. Hispan. Episcoporum 19. sub Honor, & Arcadio. Canonum 20.

§. 34. 26. Concilium Militevitanum in insulâ, ut volunt, Maltâ, eod. temp. 6. Kal. Sept. Canonum. 27.

§. 35. 27. Carthaginense VI. Episcoporum 217. repetit Concilium Nicenum. Capitum 10. Canonum 20.

§. 36. 28. Carthag. VII. Episcoporum 38. Canonum 105.

§. 37. 29. Africanum, Canon. 105. tempore Bonifac. P. I. Hoc excipit Oecum. Ephesinum I. contra Nestorium.

§. 38. 30. Rhegiense, Episcoporum XIII. ann. 471. Galliæ. Capitum 7.

§. 39. 31. Agathense Episcoporum XXXV. Canonum 71.

§. 40. 32. Arausicanum I. sub Theod. Jun. Canon. 29.

§. 41. 33. Vasense s. Vasionense, Gallicæ Episcoporum XVIII. Canonum 50.

§. 42.

§. 42. 34. Carpentoractense, Galliæ sub Leon. I. Papâ.

§. 43. 35. Arelatense III. ann. 461. sub Marcian. Can. IV.

§. 44. *secundo tomo*: Oecumenicum IV. Chalcedonense, Episcoporum 630. contra Eutych. ann. Dom. 488. ex decreto Imperatorum Valent. & Marciani, ut legitur ibidem initio. 36. Veneticum, Canonum 16.

§. 45. 37. Turonense I. sub Leone I. Canon. XIII.

§. 46. 38. Romanum III. sub Hilario Pap. Canon. IV. 39. Tarraconense, Hispan. Can. XIII. 40. Epaunense, sub Rege Sigismundo, Canon. 40.

§. 47. 41. Romanum IV. aliis II. sub Symmacho Canon. VIII. 42. Romanum V. aliis III. Episcoporum 218. sub Rege Theodorico. 43. Romanum VI. sub eod. 44. Ilerdense, Hispan. Episcoporum VIII. eod. tempore, Canonum 16. 45. Valentinum Hisp. Episcoporum VI. eod. tempore Can. VI. 46. Aurelianense I. Episcoporum XXXIII. Galliæ sub Hormisd. Papâ Can. XXXIII. 47. Gerundense Hisp. eod. tempore Canon. X. 48. Cæsaraugustanum, Episcoporum XII. Canon. VIII. 49. Toletanum II. sub Joan. P. II. Canon. V. 50. Constantinopol. quinta sub Justiniano ann. 27. ejus reg. 51. Aurelianense II. sub Vigilio Canonum XXVIII. 52. Aurelianense III. Canon. 32. 53. Arvernense, Canon. 16. sub Vigilio. 54. Aurelianense IV. tempore Childeberti Regis, sub Pelagio P. I. Can. XXXVIII. 55. Turonense II. eod. tempore Canon. 28. 56. Parisiense I. ann. Dom. 552. Canon. 9. 57. Aurelianense V. eod. tempore Canon. 23. 58. Parisiense II. breve. 59. Hispalense I. Capit. III. 60. Toletanum III. contra Arrium Capitul. XXIII. 61. Lugdunense I. Canon. 6. 62. Matisconense I. Canon. 19. 63. Lugdunense II. Can. 6. 64. Valentinum II. 65. Matisconense II. Can. 20. 66. Romanum VII. Can. 6. sub Maurit. Tiber. & Theod. Impp. 67. Lateranense sub Gregor. I. de quiete Monachorum. 68. Antisidoriense, Canon. 45. 69. Hispalense II. ann. 657. Canon. 13. 70. Toletanum IV. sub Honor. P. I. Canon. 74. ann. 681. 71. Toletanum V. Episcoporum XXIV. ann. 684. Can. 9. 72. Toletanum VI. Can. 19. eod. tempore ann. 686. 73. Bracarense I. Can. 40. 74. Bracaren-

carense II. ann. 610. Can. 10. Dicuntur Concilia hæc Martini, quia ille ejus Ecclesiæ fuit Episcopus. 75. Toletanum VII. Can. 6. Episcoporum XXXVIII. aliis XXX. 76. Lateranense II. Roman. 77. Concil. Toletanum VIII. Can. 12. 78. Toletanum IX. Episcoporum 16. Can. 17. 79. Toletanum X. Capit. VI. 80. Cabilonense Gall. Canon. 19. 81. Toletanum XI. Can. 16. 82. Bracarense III. Capit. 8. 83. Anglicanum è Beda l. 4. c. 3. ann. 670. 84. Sexta Oecum. Constantinopolitana, quæ vocatur Sexta, respectu quinque Oecumenicorum præcedd. alioqui tertia Constantinopoli habitarum, sub Pogonato, Episcoporum 171. contra Monothel. Canones nullos edidit, uti nec quinti Concilii Patres. Sed posteà sub Justiniano filio Pogonati, qui ῥινότμητος dicitur, denuò Constantinopoli convenêre Episcopi 227. & Canones 102. sanxerunt, resarcientes, quod à quintæ & sextæ Synodi Patribus erat omissum. Unde fit, ut hæc Synodus non propriè sexta numeretur, sed πενθέκτη, i. e. *Quinisexta.*

§. 48. *Tomo Tertio:* 85. Toletanum XII. Capit. 13. 86. Toletanum XIII. ann. 721. 87. Romanum IIX. sub Gregor. II. Can. 17. 88. Francicum ann. Dom. 742. 89. Suessionense anno 744. 90. Apud Palatium Vernis ann. 755. Can. 26. Incidit Nicenum II. Bithyn. sub Irene, Episcoporum 350. contra Iconomachos. 91. Francofurdense ad Mœnum sub Carolo Mag. 92. Forojuliense, post Francofurtense, vel non diu ante, Capit. 14. 93. Apud Theodonis villam eod. seculo, Episcoporum 32. 94. Arelatense IV. ann. 851. cap. 26. 95. Turonense III. Cap. 51. 96. Cabilonense II. cap. 67. 97. Moguntiacum, ann. Dom. 813. Canon. 56. 98. Rhemense, ann. 813. Canon. 44. 99. Aquisgranense, ann. 816. cap. 145. 100. Parisiense III. sub Lothario, ann. 829. distinctum in tres libros. 101. Aquisgranense II. ann. 833. 102. Moguntinum II. eod. temp. cap. 31. ann. 848. apud Trithemium Chron. Hirsaug. 103. Aquisgranense III. sub Pipino, libris 3. 104. Meldense, ann. 845. Canon. 88. 105. Apud Medardum in Suessione ann. 853. 106. Valentinum III. ann. 855. cap. 23. 107. Ticinense sub Ludovico II. Imp. 108. Pistense ad Sequanam ann. 863. 109. Wormatiense, ann. 868. Canon. 80. 110. Incidit in annum 868. al. 870. Oecume-

nicum

nicum VIII. Constantinopolitanum quartum, Episcoporum 373. contra Photium invasorem Episcopatus Constantinop. pulso Ignatio. Notandum h. l. triplicem in Historiis occurrere *Synodum Octavam Constantinopoli* habitam. Prima est, in qua, ejecto Ignatio, Photius factus est Episcopus. Secunda, quæ pulso Photio restituit Ignatium. Tertia sub Joann. VIII. Rom. P. qui pacis causâ Photium mortuo Ignatio restituit. Ex his media *Oecumenica* dicitur. Græci autem Oecumenicam non vocant, sed *Octavam* illam *Florentinam* nominant, ut infrà dicetur. Sed Surius ideò illos increpat, & hoc Constantinopol. & Lateranense sub Innoc. III. longè justius Oecumenicum dici censet. Canones sunt XXVII. 111. Coloniense ann. 887. cap. 6. Moguntinum III. ann. 888. can. 26. 112. Metense sub rege Arnulfo. cap. 9. 113. Triburiense, ann. 895. Canonum 58. 114. Nannetense, cujus tempus incertum esse notat Surius. Can. 20. sanxit. 115. Salegunstadiense, anno 1023. sub Henrico II. Canon. 20. 116. Romanum IX. sub Nicol. II. P. Episcoporum 113. quo post Vercellense & Turonense sub Leone & Victore II. Berengarius damnatur. 117. Lateranense III. sub Alex. III. anno 1180. Episcoporum 280. constans partibus 58. 118. Lateranense IV. longè celeberrimum Surio, sub Innoc. III. ann. 1215. Capitulis LXX. 119. Concilium Alemannicum ann. 1225. Canon. 14. 120. Oxoniense. 121. Constantiense ann. 1338. Hussus damnatur. Session. XLV. 122. Basileense ann. 1431. sub Eugen. IV. Sessione IV. statuit, quod Concilium generale sit super Papam.

§. 49. *Ritus Sessionum.* *Modus* in Conciliis agendis duplex legetur infrà ex Isidoro & Burchardo, addi potest tertius practicatus & observatus in *hoc Basiliensi Concilio*:

§. 50. Primo in loco, ubi tenetur Sessio, celebrabitur Missa solennis de Spiritu S. quocunque tempore per Cardinales, vel alium Prælatum ad hoc deputatum. Quâ Missâ durante omnes Prælati suis habitibus induti sedent in loco dictæ Sessionis, secundum suas dignitates ac prærogativas.

§. 51. Missâ finitâ in eadem Sessione existentes, induunt se pluvialibus, & habent mitras albas, solo Præsidente vel Celebrante in Concilio excepto, qui habet mitram aut phrygiatam, aut gemmatam ac notabiliter ornatam.

§. 52. Ille Præsidens vel Celebrans associatis Diacono ac Subdiacono, aliisq; multis in habitibus Ecclesiasticis, sedet in cathedra, in medio Chori, habens dorsum ad altare, & vultum ad alios Prælatos.

§. 53. Tunc Cantores cantant Antiphonam: *Exaudi nos Domine, &c.* Et: *Salvum me fac Domine, &c. Gloria Patri & Filio, & Spir. S.* Posteà Diaconus clamat altâ voce; *ORATE!* & tunc omnes flectunt genua, & per aliquod intervallum erant sub silentio secundum devotiones suas. Et postquam in illa Oratione per competens intervallum steterunt, Diaconus iterùm clamat altâ voce: *ERIGITE VOS!* Et tunc omnibus Prælatis surgentibus & stantibus ipse Præsidens etiam erectus, orat altâ voce: *OREMUS.* Adsumus Domine S. Spiritus, &c. *ut infrà ex Isidoro citatur.* Posthæc Cantores Concilii Antiphonam incipiunt: *Exaudi nos Domine, &c.* & tunc omnes flexis genibus orant. Et facto parvo intervallo Diaconus iterùm dicit clarâ voce: *ERIGITE VOS!* Tunc omnibus erectis Præsidens denuò orationem dicit: *Oremus*: Mentibus nostris Domine Spiritum S. benignus infunde, &c.

§. 54. His peractis omnes flectant genua, & Diaconus & Subdiaconus, vel alii duo ad hoc deputati ante altare stantes, incipiunt *Litaniam*, Cantoribus & aliis respondentibus. Et cùm venitur ad illum locum, ut Dominum Apostolicum &c. Præsidens, qui cum aliis stabat flexis genib. surgit, & vertens se ad Conventum & dando benedictionem, cantando ter dicit: *ut hanc S. Synodum & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere, regere ac conservare digneris*; Cantorib. qualibet vice respondentibus: *Te rogamus, audi nos.*

§. 55. Post Litaniam Præsidens dicit: *Oremus*; quo dicto Diaconus inquit: *Flectamus genua!* & Subdiaconus dicit: *Levate.*

§. 56. Deinde celebrans dicit hanc Orationem: *Da Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Spiritu S. congregata hostili incursione non turbetur!*

§. 57. Tunc Diaconus habens librum supra pulpitum, incipit Evangelium: *Vos estis sal terræ*, vel aliud ad legendum ordinatum.

§. 58. Quo perlecto celebrans primò facit collationem, exhortando omnes ad solicitam meditationem. Deinde flexis genibus incipit altâ voce hymnum: *Veni Creator Spiritus, &c.* quem cantant alternatim existentes in Sessione cum Cantoribus. Hoc decantato duo Clerici induti superpelliceis, & adstantes Præsidenti, dicunt versiculum *Ps. 103. Emittes Spiritum tuum & creabuntur.* Et Cantores respondent: *Et renovabis faciem terræ.*

§. 59. Posteà celebrans dicit hanc Orationem: *Oremus:* DEUS, &c. da nobis in Spiritu recta sapere, &c. *Amen!* Posteà duo isti Clerici, vel Diaconus, vel Subdiaconus dicunt: *Benedicamus Domino!* Et adstantes respondent; *DEO gratias!*

§. 60. His omnibus completis Præsidens & omnes Prælati sedent, & ponunt mitras in capitibus suis. Et tunc unus Prælatorum ad hoc deputatus, legit decreta in illa Sessione expedienda. Et in eodem ambone cum dicto Prælato legente ipsa Decreta, erant Præsidentes Nationum tempore Concilii Constantiensis, & respondebat quilibet Præsidens: *PLACET*, pro natione sua. Præsidens verò generalis in dicta Sessione, respondebat etiam: *PLACET*, pro toto Concilio & Collegio generali.

§. 61. Decretis verò perlectis, etiam responso *PLACET*, & dicto, *TE DEUM LAUDAMUS*, cum oratione de Spiritu S. omnes depositis pluvialib. & mitris resumunt habitus suos consuetos & recedunt. *Hæc inibi Tom. IV. Concil. Basileens.*

§. 62. Huic opposuit Eugen. IV. Concilium Ferrariæ cœptum, Florentiæ peractum, unde Ferrariense & Florentinum dicitur, & Oecumenicum VIII. Græcis, non autem Latinis. Anno MCCCCXXXVIII.

§. 63. 123. Lateranense IV. & ultimum sub Julio II. & Leon. X. ann. 1518. 124. Senonense ann. 1528. capitib. 40. 125. Coloniense II. ann. 1536. Partib. 14. 126. Augustensis Diœcesana Synodus ann. 1548. capit. 33. 127. Trevirense, 1548. 12. Nov. 128 Coloniense tertium ann. 1549. 129. Moguntinum IV. ann. 1549. Canon. 104. 130. Treverense secund. ann. 1549. Post hæc Tridentinum, quod Conciliabulo cum reliquis hisce posterioribus accensemus. Hæc in Tomis. Longè plura & calculo recentiore extant in editione Regia.

§. 64. In Conciliis duo genera Sessorum occurrunt in PP. 1. οἱ προεστήκασαν, qui *Sulpit. severo* dicuntur Principes, & 2. qui in suppetiis erant, οἱ συλλαμβάνοντες. Sic in Synodo Arimin. Valenti & Ursacio συνελαμβάνοντο Germanius, Auxentius, &c. Hi etiam συνασπίζοντες & δευτεραγωνισταὶ dicti.

§. 65. Memorabile est, quod Cedrenus ait, Concilia illa Oecumenica esse indicta ab Impp. Rom. Ἐκλήθησαν δὲ οἰκουμενικαὶ διότι ἐκ κελεύσεων βασιλικῶν οἱ κατὰ πᾶσαν Ῥωμαίαν πολιτείαν ἀρχιερεῖς μετεκλήθησαν. Cum quo confer *Titul. de Magistratu infrà. Id. Cedren.* de reliquis provincialib. Synodis signanter addit, eas non esse jussu Impp. factas, nec consedisse Impp. & quasi diceret, Oecumenicarum id esse proprium ac præcipuum, μήτε βασιλέων συνεδρευσάντων αὐταῖς μηδὲ προσταξάντων. Habes προστασίαν fuisse Imperatorum.

§. 66. *Isidor. de Concil. his IV. Oecum. & aliis scribit h. m.* 1. De tempore, quando cœperint, ait: Canones generalium Conciliorum à temporibus Constantini cœperunt. Nam in præcedd. annis persecutione sæviente docendarum plebium minimè dabatur facultas. 2. De Numero sic: Quatuor autem principalia sunt Concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent Ecclesiæ. Prima harum Nicæna Synodus 318. Episcoporum, sub Constantino Aug. imperante peracta, in qua Arrianæ perfidiæ blasphemia condemnata. Secunda est CL. Patrum sub Theodosio Seniore Constantinopoli congregata, quæ Macedonium Spiritum S. Deum esse negantem condemnavit. Tertia Ephesina prima 200. Episcoporum sub Juniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas Personas in Christo asserentem condemnavit. Quarta est Chalcedonensis 630. Sacerdotum, sub Martiano Principe habita, in qua Eutychem Constantinum Abbatem verbi Domini & carnis unam Naturam pronunciantem, & ejus defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis prædamnavit.

§. 67. *Id. ait*: In prima statuerunt Canones XX. vel ut alii, LXX. In secunda tres; in tertia duodecim Capitula; in quarta Canones 27.

§. 68.

§. 68. Modum celebrandi Concilia *Isidor. de Concil.* sic describit, ut citatur *Tom. I. Concil. ed. Sur. p. 11.* Horâ diei primâ ante Solis ortum ejiciantur omnes ab Ecclesia, obseratisq; foribus cunctis ad unam januam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stabunt, & convenientes omnes Episcopi pariter introibunt, & secundum Ordinationis suæ tempus (NB.) residebunt. Post ingressum Episcoporum omnium atque consessum, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probaverit introire, nullusq; se inter eos ingerat Diaconorum. Post hos ingrediantur Diaconi probabiles, quos ordo poposcerit interesse. Et coronâ factâ de sedibus Episcoporum Presbyteri à tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum Metropolitanus elegerit, qui utique & cum eo judicare aliquid, & diffinire possunt. Diaconi in conspectu Episcoporum stent. Deinde ingrediantur Laici, qui Electione conjugali Concilio interesse meruerunt. Ingrediantur quoque Notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit.

§. 69. Obseratisq; januis & sedentibus in diuturno silentio Sacerdotibus, atque cor totum habentibus ad Dominum, dicat Archidiaconus: *ORATE.* Statimq; omnes in terram prosternantur tàm Episcopi, quàm Presbyteri, & orantibus diutius tacitè cum fletibus atque gemitibus, unus ex Episcopis senioribus surgens, orationem palàm fundat ad Dominum, & cunctis adhuc in terra jacentibus dicat hanc orationem: *Adsumus Domine S. Spiritus, adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. veni ad nos, adesto nobis dignare illabi cordibus nostris, doce nos, quid agamus, quò gradiamur, &c. ut simus in Te unum, & in nullo deviemus à vero quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut & hic in nullo dissentiat sententia nostra; & in futuro pro benè gestis consequamur præmia sempiterna.*

§. 70. In hac oratione non dicatur *Pater noster*, nec Benedictio, sed ipsa solummodò oratio confirmetur. Finitâ autem oratione & responso ab omnibus *Amen*; rursus dicat Archidiaconus: *ERIGITE VOS.* Confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei & disciplinâ tàm Episcopi, quàm Presbyteri sedeant.

§. 71.

§. 71. Sicq́, omnibus in suis locis in silentio considentibus, Diaconus albâ indutus codicem Canonum in medium proferens, capitula de Conciliis agendis pronunciet, i. e. de Concilio Toletano VI æra XVIII. Item, è Concil. Tolet. VI. æra III. Item è Capitulis Orientalium Patrum, quæ Martinus Episcopus de Græco in Latinum vertit æra XVIII. de Synodo facienda: Item è Concilio Chalcedonensi æra XXVIII. Ex Conc. Agathens. æra XXXV. vel aliud de Canonibus, quid Metropolitano aptius visum fuerit, ut legatur; finitisq́; titulis, Metropolitanus Episcopus Concilium alloquatur per exhortationem, ita dicens: *Ecce sanctissimi Sacerdotes præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, & per divinum nomen obtestor, ut ea, quæ à nobis de Deo & sacris Ordinibus, vel sanctis moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, &c. Quod si forsitan aliquis vestrûm aliter, quàm dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo contentionis, in nostrorum omnium copulatione, ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter Deo auxiliante aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione convenio, nullus personam in judicando accipiat, aut quolibet favore vel munere pulsatus, à justo judicio scientes avertatur. &c.*

§. 72. Post hanc Exhortationem introibunt omnes, quicunque fuerint Presbyteri, Diaconi, vel Religiosi, sicq́; Archidiaconus legat Canonem Toletani Concilii XI. æra prima: Ne tumultu Concilium agitetur. Posteà Concilium Ephesinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio & instructio de Mysterio S. Trinitatis habeatur, simulq́; & de officiorum ordinibus, si in omnibus sedibus ejusdem celebritatis unitas teneatur. &c. Nec ad aliud aliquid antè transeatur, quàm ista omnia explicentur, ita tamen, ut totos tres dies Litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, nisi sola collatio de Mysterio S. Trinitatis, & de ordinibus sacris, vel officiorum institutis.

§. 73. Post hæc in quarto die reliquæ per ordinem personæ admittendæ sunt, sicq́; omnes, qui de religiosis in retroactis diebus pro spirituali instructione interfuerant, egrediantur foràs, residentibus aliquibus Presbyteris, quos Metropolitanus probaverit honorandos.

§. 74.

§. 74. Et sic Confidentes causarum negotia justè & religiosè colligant.

§. 75. Nullus tamen tumultus inter Confidentes aut inter adstantes habeatur.

§. 76. Eodem modo eodemq; ordine ad Concilium omnes per singulos dies ingrediantur, *ut suprà dictum.*

§. 77. Si Presbyteri reliqui aut Diaconi, Clerici s. Laici, de his, qui foris steterint, Concilium pro qualibet re crediderint appellandum, Ecclesiæ Metropolitanæ Archidiacono causam suam intiment, & ille Concilio denunciet. Tunc & illis introeundi singulatim & proponendi licentia concedatur.

§. 78. Nullus Episcoporum à Cœtu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adveniat.

§. 79. Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcunque de liberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur.

§. 80. In die, quo Concilium absolvendum est, Canones, qui in S. Synodo sunt constituti, coram Ecclesia in publico relegantur. Quibus explicatis respondeatur in Choro: *Amen.*

§. 81. Deinde ad locum redeuntes Concilii, Canones ipsos subscribant.

§. 82. Jam quæ post Concilium agantur, sic addit *Isidorus*: 1. Admonendi sunt à Metropolitano de Pascha futuro, quo veniat die. 2. Quo tempore supervenienti anno ad faciendum Concilium veniant. 3. Eligendi sunt de Episcopis, qui cum Metropolitano dies Festos Natalis Domini & sanctum Pascha debeant celebrare.

§. 83. Post hæc dicente Archidiacono: *ORATE*, omnes prosternantur in terram, ubi unus è Senioribus hanc illis orationem dicat: *Nulla est, Domine, humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffensè possit tuæ voluntatis judicia expedire, & ideò perfectioni deputa quæsumus, quæ perfecto æquitatis fine concludere præoptamus. &c.*

§. 84. Huic oratio Pater noster adjungatur, & cunctis adhuc in terra jacentibus hæc Benedictio explicetur: Christus DEI

Filius, qui est initium & finis, complementum vobis tribuat charitatis! Amen. Et qui vos ad expletionem hujus Concilii fecit pervenire, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen. Et ab omni reatu liberi effecti, absoluti etiam per donum Spiritus Sancti felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis! Amen. Quod ipse præstare dignetur, cujus est regnum &c. Amen.

§. 85. Quibus expletis, cùm dictum fuerit ab Archidiacono: *In nomine DOMINI JESU CHRISTI eamus cum pace!* omnes ilicò pariter exsurgentes, residente Metropolitano, ab ipso primùm incipientes, osculum sibi invicem omnes dabunt.

§ 86. Sicq; datâ sibi invicem pace, conventus Concilii absolvatur.

§. 87. *Apud Burchard. Tom. III. Concil Salegunstad. c. 20.* Modus Concilii talis legitur: Horâ convenienti &c. *ut suprà Isidorus*, Synodum ingrediens Episcopus vel ejus Vicarius, primùm salutet Clerum & populum, & versus in Orientem mediocri voce dicat: *Deus humilium visitator, prætende societati nostræ gratiam tuam, &c.*

§. 88. Tunc procedens Diaconus cum Subdiacono, & thuribulo, & cum Ceroferariis duobus, legat Evangelium *Joan XX.* de Januis clausis.

§. 89. Deinde dicat Pontifex, vel ejus Vicarius: *Sancta Maria & omnes Sancti intercedite pro nobis, &c.* Postmodùm bis dicat, è *Psalmo 69 Deus, in adjutorium meum intende, Domine, ad juvandam me festina.* Tunc tertiò iterùm dicat: *Deus, in adjutorium &c.* Clero respondente: *Domine ad juvandum &c.*

§. 90. Cum Gloria Patri, & Kyrie eleison, & Pater noster, & cùm precibus istis: Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum! *Ps. 78.* Adjuva nos Deus salutaris noster. Esto nobis turris fortitudinis. *Ps 60.* Exaudi orationem meam. *Ps. 101.* Dominus vobiscum. *Ruth. 2.* *Oremus: Exaudi nos Deus salutaris noster, &c.*

§. 91. Deinde pro universis ordinibus, pro statu Papæ orent: *Ps. 0. 51. 56. 66. 131. 105. 123. 101.* Dominus vobiscum. Oremus: Omnipotens, sempiterne Deus, &c. exaudi nos, &c.

§. 92

§. 92. His expletis *VII. Ps.* Pœnitentiæ decantent, cum *Kyrie eleison, Paternoster* & cum precibus istis: *Domine miserere mei. Convertere Domine, Ps. 89. &c.* Posthæc egrediantur omnes, exceptis Presbyteris & cæteris idoneis Clericis, factoq; silentio Pontifex vel ejus Vicarius dicat: *Oremus: Adesto nobis, Domine, &c. ut suprà Isidor. q. vid.*

§. 93. Tunc Diaconus Codicem Canonum in medium proferens, Capitula de Conciliis è Toletano, & finitis titulis & cunctis in ordine sedentibus, hæc admonitio ab Episcopo, vel si voluerit, à Diacono legatur. *Verba vid. suprà ex Isidoro.*

§. 94. Post hanc exhortationem, quisquis Clericorum velit, conferat querelam. Et admonendi sunt, ut nullus ad Synodum veniat non jejunus, vel à cœtu secedat, antequam generalis Secessio adveniat. Et tunc primi diei Synodus solvatur.

§. 95. Secundâ die, quando Episcopus Synodnm intrat, stans in loco suo, dicat: Dominus vobiscum: *Oremus*: Deus &c. *Mitte super nos spiritum charitatis, &c.* Pòst legatur Evangelium, ut in priore die, *Luc. 10.* de 70. discipulis. Deinde oret Episcopus, ut pridiè: *S. Maria &c.* Tunc omnes prostrati, decantent Psalmos istos: *Ps. 111. 19. 43.* pro Regis nostri sospitate. Cum *Kyrie, Pater noster, cum precibus istis: Ps. 19. 66. 27. 121. 43. 101. 79.* Dominus vobiscum. Oremus: Deus, da servo tuo Regi Triumfum. &c. Deinde pro infirmis & salute totius Ecclesiæ illos Psalmos decantent, *117. 88. 43. 101.* Pòst legatur Homilia Gregorii à versu: Messis quidem multa, &c. Tunc, si Clerici querelam non habent, intromittantur Laici. Illis audientibus Lectio Niceni Concilii recitetur. Et sic Synodus secundæ diei solvatur. Sic & tertiâ die, mutatis tantùm Psalmis.

§. 96. Quartâ die Episcopus sic intret, ut ante eum portentur duo candelabra cum cereis accensis, quæ sequatur Subdiaconus portans Evangelium, duæ Cruces hinc & inde. Deinde Diaconus, postremùm Episcopus Episcopalibus indutus vestibus & cappâ ingrediatur, & oret, sicut supr. Pòst legatur Evangelium *Mat. 18.* ad Petrum. *Hæc ibi.*

§. 97. Quatuor ista generalia Concilia, de quibus actum su-

prà cum quinq; observo normam fuisse Confessionis Fidei. Sic *Gregor. l. 1. ep. 24.* Sicut S. Evangelii IV. libros, sic & IV. Concilia suscipere & venerari me fateor. Et secundum hæc reliquæ Provinciales directæ, unde plerumque formulæ istæ: Secundum, juxta Patrum antiquorum Canones. Et: Tenentes ordinem Apostolicum, &c.

§. 98. Synodum convocare, initiò fuit Imperatorum. Mox Episcoporum & Pontificis, qui sibi hoc arrogavit. Præsidens vel celebrans unus fuit. Causa fuit εὐταξία fidei & morum, ut videmus è *Conciliorum Tomis.* Locus fuit templum. Basilica. Privatæ & publicæ. Illas potuit Metropolitanus convocare; Has Imperator, Episcopus, Pontif. Rom. Statuit enim *Julius Papa dist. 17.* Non esse ratum, & *Gregor. c. 16. 4.* Non licere, & *Pelag. II. d. c. 5.* Conventiculum vocat, & *Symmach. P. d. c. 6.* Pondere carere, s. ut ait, Valetudinem perdere, Synodos, decretas per Provincias, quæ sine R. Pont. indicuntur. Dicuntur autem ibidem, *Particulares,* & opp. *Universales,* Gregor. I. c. V.

§. 99. Imperator in medio Concilii sedit. *Constant. VI. Can. I.*

§. 100. Episcopi sederunt juxta tempus ordinationis; In *Concil. Cabilon. c. 6.* placuit, ut conservato Metropolitani Primatu cæteri Episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alii deferat locum. Sic citat *Gratian. d. 18. c. 1.* Sed extat in *Bracar. I. c. 24.* & concordat cum *Concil. Milevit. c. XIII. & Conc. African. Can. LIII.*

§. 101. *Quoties.* Semel quotannis statuit *Nic. Syn. Can. 5.* idq; πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμερῶν, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ. *Gratian. d. 18. c. 3.* Ante dies Quadragesimæ.

§. 102. *Concil. Antioch. c. 20.* Δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, bis in anno, per singulas provincias Episcoporum Concilium fieri, ἀρχεῖν ἔδοξε. *Primo,* μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τοῦ πάσχα, i. e. post 3. hebdomada Paschæ, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς ἐπιτελεῖσθαι. *Dionys.* vertit: Ut quartâ Septimanâ conveniat, *Gratian.* verò com-

compleatur. *secundò*, Idibus Octobris. *Canon Apost.* 37. ita haec effert: Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν Ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας καὶ τὰς ἐμπιπτούσας Ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν, Ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, Δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ. *Dionys. Burchardus* & *Ivo* in versione addunt, Idibus Octobris, quem Gr. Hyperberetaeum cognominant, ut & *Gratianus*.

§. 103. Repetiit hoc *Concil. Chalced. c.* 19. additq;, iis intermissis πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. Adjiciens, loci designandi jus esse penes Metropolitanum. Ἔνθα ἂν ὁ τῆς Μητροπόλεως Ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ. Finem verò facit, διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα.

§. 104. Ubi Metropolitani primatus observetur. Et *Gregor. I. l. 7. ep.* 112. de ordine Episcoporum sic statuit: Episcopos secundum ordinationis suae tempus, s. ad considendum in Concilio, s. ad subscribendum, vel in qualibet alia re sua attendere loca, & suorum ordinum praerogativam sibi vendicare decernimus.

§. 105. De Tempore *Leo I. ep.* 82. *c.* 7. Bini Conventus per singulos annos habeantur.

§. 106. Quod si Provinciarum Episcopi causam decernere non possent, Metropolitano res committebatur, ab eo deveniebatur ad Romanum. Sic *Leo I. ep. cit.* Si fortè inter ipsos, qui praesunt, de peccatis majoribus causa nascatur, quae provinciali examine nequeat definiri, &c.

§. 107. Metropolitanus, qui semel in anno id neglexerit, punitur. *Synod. VII.* Κανονικαῖς ἐπιτιμίαις ὑποκείσθω. *Concil. Carthag. IV. c.* 21. *apud Gratian. d.* 18. *c.* 9. Episcopus ad Synodum ire non tardetur, nisi satis gravi necessitate inhibeatur, sic tamen, ut in persona sua Legatum mittat. *Carthag. V. cap. X.* tres excipit, qui senio, morbo, vel aliâ graviori necessitate impediuntur. *d. c.* 10. Et addit jubendo, ut literas excusatorias mittant.

§. 108. EPISTOLAE Veterum. *vide infrà.*

§. 109. Literae autem variae sunt vett. Patrum; Συνοδικαὶ Synodales, Tractatoriae s. Tractoriae, Εἰρηνικαὶ s. Pacificae, Formatae,

matæ, Συςατικαί. Ex his Synodales, Pacificæ & Formatæ, conjunctionis & societatis Symbolum fuerunt. *Theodoret. l. 4. c. 10. & Sozomen. l. 7. c. 11. Optat. Milev. l. 2.* Tales enim ad hæreticos aliosve suspectos non mittebant. Tractoriæ sunt, quibus Impp. vel Reges suos Præsides vocabant, vel evectionem aliquam concedebant. *Theod. Cod. l. 8. tit. 6. Concil. Mald. c. 71.* Ut autoritatem Sigillo regio roboratam more Tractoriæ Christianissimus Princeps singulis donet Episcopis, quam quisque Episcoporum penes se habeat. *August. lib. post collat. contr. Donat. c. 24.* Sic autem à Primate suo per Tractoriam fuerunt evocati. *Concil. Afric. c. 43.* Tractatoria legitur in *vet. Codd.* Tractoria. In *Carthag. Græco c. 91.* ἡ Συνοδική. *August. ep. 162.* loquens de Episcopis, qui vocati venire ad Synodum noluerunt, Missâ tractatoriâ super eorum per totum orbem terrarum ab omnibus Ecclesiis eorum Communio præcidetur. Extat & Siricii Tractatoria in Conc. Teletens. Ita *Leo II. P. post VI. Oecum. Concil.* brevem ejus Concilii summam ad Hispan. Episcopos subscribendam misit, quam Tractatoriam vocat.

§. 110. Sed ad rem. *Concil. Carth. V. c. 10.* pœnam Episcopis recusantibus venire hanc ponit, *ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι Ἐκκλησίας.*

§. 111. *Concil. Arelat. c. 19. dist. 18. c. 12.* statuit, de Episcopis venire nolentibus: Alienum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus. Sic & *Concil. Agathens. cap. XXXV. & Tarraconens. c. 6.*

§. 112. Abbatem non debet Episcopus cogere ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. *Concil Turon. c 2. Palea Dist. 18. c 16.* Annis singulis Episcopus in sua Diœcesi Synodum faciat de suis Clericis, nec non Abbatibus, & discutiat alteros Clericos & Monachos.

§. 113. Atque huc venerunt, quicunque læsi erant, ut in *Capitul. Martin. P.* propter Ecclesiasticas causas & altercationum solutiones. Benè placuit, per singulas Provincias bis in anno Concilium fieri, convocante Metropolitano omnes provinciales Episcopos,

ſcopos, ita, ut ad Concilium veniant omnes Presbyteri, Diaconi, vel qui ſe læſos exiſtimant. Nulli autem Epiſcopo liceat propria apud ſemetipſum Concilia facere, præter eos, quibus Metropoles ſunt creditæ.

§. 114. Denique *Concil. Toletan. XVI. c. 6.* decernit, ut, dum in qualibet provincia Concilium agitur, unusquisque Epiſcoporum admonitionibus ſuis intra ſex menſium ſpatia omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos atque Clericos, omnemq; Conventum civitatis, cui præeſt, & cunctam diœceſis ſuæ plebem aggreget, quatenus coram eis pleniſſimè omnia reſerata, de his, quæ eo anno in Concilio acta vel definita extiterint, notiores efficiantur.

§. 115. Ergò, quæ in Conciliis ſtatuta, ea ſinguli Epiſcopi ſuis Eccleſiis debuerunt intimare.

§. 116. *Decret. Greg. l. III. Tit. 36.* ſtatuit, ut in ſingulis regnis ſ. provinciis de triennio in triennium commune Capitulum Abbatum &c. celebretur. Ubi Abbatibus & Prioribus ſingulare Concilium indulgetur.

§. 117. *Id l. V. Tit. I.* ante Concilium inquirendum ſtatuit de iis, quæ correctione indigent. Atque ad id, per ſingulas diœceſes ordinari perſonas idoneas, quæ inveſtigent per totum annum ſimpliciter abſque ulla Jurisdictione, quæ correctione digna ſunt.

§. 118. Quinam ad Synodum non vocandi?

§. 119. I. Hæretici. *C. 24. qu. 2.* II. Imperatores Synodis intereſſe non debent. *Diſt. 96. c. 2.* Niſi ubi de Fide agitur, quæ univerſalis eſt, quæ omnium communis eſt, ait *Nicol. Pap. epiſt. ad Mich. Imp. d. c.* III. Presbyteri religionis populum non habentes. *Decret. Greg. lib. V. Tit. 39.* (Quæ duo poſteriora recentioris ſunt conſtitutionis.)

§. 120. Præterea duo occurrunt, quæ in Concilio ad uſque ſequens definita noto. I. Sequentis Concilii locus. *d. 18. c. 7.* II. Paſcha anni. *Iſidor. Act 15. in fin. pag. 239.* & *de Conſecr. diſt. 3. cap. XXIV. Concil. Carth. V. c. 44.* [illegible] ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι. *Concil. African. Indice Can. 40.* Diem Paſchæ & diem Concilii nominanduum. *Conc.* [illegible]

[illegible]

car. II. c. 9. placuit, ut, postquam omnia in Concilio fuerint ordinata, omnimodis observetur, ut superventurum anni ipsius Pascha quota Calendarum die, vel quotâ Lunâ debeat suscipi, à Metropolitano intimetur. Quod cæteri Episcopi breviculo subnotantes, unusquisque in sua Ecclesia die Natali Domini astante populo post Evangelicam lectionem annuncient.

§. 121. Sessionarii dicuntur in *Concil. Constantiens.* qui Sessiones deputant.

§. 122. Memorabile est, quod Seculo VII. legimus, in Synodos etiam hæreticos admissos. Nam *Mar. Scotus* testatur in sexta Constantinop. præsedisse Gregorium & Macarium ambos hæreticos. *Cent. VII. Magdeburg. p. 207.*

§. 123. Græci jejunârunt Concilii tempore incipientis. *Tertull. de Jejun. c. 14.* Aguntur præcepta per Græcias certis in locis &c. Conventus autem illi stationibus prius & jejunationibus operati. *Sic ille.* Idq; inde. Nam ut supr. dixi *Can. Apost. 37.* priorem Synodum τῇ τετάρτῃ τῆς ἑβδομάδος τῆς πεντηκοστῆς fieri dicit, qui cadebat in feriam quartam. Quæ erat jejunio sacra, de quo *Luc. 3. & 6.* eamq; producebant in vesperam Patres Concilii. Sic & posterior celebrabatur τῇ παρασκευῇ τῆς ἑβδομάδος, i. e. primus Synodi dies cadebat in feriam sextam, quæ stationi quoque erat consecrata.

§. 124. INDICTIO CONCILIORUM. *Concilia indicere*, iis præsidere, eorum acta approbare, Magistratus esse & fuisse docent sequentia: *Hieronym.* Synodum vitio habitam probat ita: *Monstra mihi, quisnam Imperatorum celebrari id Concilium jusserit?*

§. 125. Hinc illæ Conciliorum formulæ: Imperio, jussu, præceptione Regum suorum se convenisse.

§. 126. *Leo Rom. ad Theodos. Epist. XXIV.* Omnes mansuetudini nostræ cum gemitibus & lacrymis supplicant, Synodum jubeatis intra Italiam celebrari.

§. 127. Sic *Donatistæ* à Constantino Imperatore Synodum postulant, his verbis: *Rogamus Te Constantine Opt. Imp. cùm in Africa inter nos & Episcopos contentiones exarserint, ut de Gallia nobis Judices dari præcipiat pietas tua!*

§. 128.

§. 128. Inde Constantino Imperatori ἀληθείας ἐξέτασιν Nicæn. Synodi tribuunt PP. ipsumq; ajunt fuisse τ ἐπισκοπουμένων κοινωνόν.

§. 129. Sic Carol. M. Francofurti Concilio ait se adsedisse Auditorem & Arbitrum.

§. 130. Nam hinc est, quod *Constantin. Epist.* ad eos, qui Tyri convenerant, de se scribit, officium suum fuisse, videre εἰ κτ τὰς θείας γραφὰς συνέβησαν ἀλλήλοι. Id ἐπίκρισιν vocant PP. Græci.

§. 131. Inde Synodi omnes suos Canones subjecêre censuræ & approbationi Imperatoris.

§. 132. *Concil. Constantin. I. ad Theodos.* ἀποδιδόντες τῷ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν ὀφειλομένην ἀναγκαίως κ τὰ γινόμενα κτ τὴν ἁγίαν σύνοδον πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν ἀναφέρομεν. κ ὅτι συνελθόντες εἰς τὴν Κωνςαντινούπολιν κτ τὸ γράμμα τ σῆς εὐσεβείας, &c. Δεόμεθα τοίνυν τ σῆς ἡμερότητος, γράμματι τ σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι Συνόδου τὴν ψῆφον, (nota,) ἵν' ὥσπερ τοῖς τ κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, ὅτω κ τ δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος.

§. 133. Hinc in hanc rem usitata illa: Βεβαιοῦν, ἐπιψηφίζεσθαι, ἐπισφραγίζεσθαι, κρατύνειν, ἐπικυροῦν τὰ πεπραγμένα.

§. 134. Hoc vero Synod. Franciæ vocant: Conciliorum Capitula ad sacratissimum judicium referre.

§. 135. Hinc in ipsis Synodorum Constitt. ut *Concil. Tolet. VI. Can. & seqq.* Præcipiente Rege. Decreto gloriosissimi Principis. Consultu piissimi & religiosissimi Domini. Annuente religiosissimo Principe, constituit aut decrevit Concilium.

§. 136. Hinc *Concil. Chalcedon. Can. XVII.* Τοῖς πολιτικοῖς κ δημοσίοις τύποις κ τ ἐκκλησιαστικῶν παροικιῶν ἡ τάξις ἀκολουθείτω, quod vim Legum Imperialium supra Canones manifestè ostendit.

§. 137. Quando seculari judicio se Clerici subduxerint; *Vid. infrà Tit. Episcopi.*

§. 138. Imperator autem in Concilio medius sedet. *Concil. Constantinop. VI. Act. I.*

§. 139. Breviter: Per omnia secula Principum fuit indicere Synodos & Concilia. Sic *IV. Concilia oecumenica* scribit Cedren, ab Imperatoribus indicta. Ἐκλήθησαν δὲ οἰκουμενικαὶ, διότι ἐκ κελεύσεως βασιλικῶν, jussu Regum, οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀρχιερεῖς μετεκλήθησαν. Ergò tunc Episcopi ab Imperatoribus vocati. Sic solenne fuit Sacerdotes compellare Principum curam, *Ruffin. l. 1. c. 1.* Constantinum Nicæn. Synod. convocasse de Sacerdotum sententia, scribit. *Epiphan. l. 2. Tom. 2.* scribit, Alexandrum ab Imperatore illam impetrasse. *Sozom. l. 6. c. 7.* scribit, Episcopos à Valentiniano impetrâsse Sampsacenam Synodum.

§. 140. Nec ulla Synodus toto illo Seculo occurrit non indicta à Regibus.

§. 141. Huc pertinent *seculo V.* quod Leo Imp. *Cod. de Ep. l. XXX.* legem sancit: 1. Episcopus debet eligi effugiens, & non appetens, &c. Quod 2. *Augustin. Ep. 48.* ait, Impp. adversus sacrificia paganorum leges tulisse & pœnam capitalem constituisse. 3. Quod *L. III. Cod. de Trin. Theod. & Valent.* ad professionem veræ doctrinæ legibus omnes invitant. 4. Quod *Martianus Imp. Cod. de Ep. aud. s. de Trin l. 5.* scrupulosas quæstiones & profanationes de Mysteriis divinis prohibuit. Et 5. *Honor. & Theod. l. cit.* Libros Mathematicorum & improbatæ fidei ab Episcopis cremari mandant. 6. Ideò ipse *Leo Ep. 58.* gratias agit Marciano Imp. quòd Nestor. & Eutych. hæresin defensione fidei destruxerit. 7. Et *Ep. 66.* petit, ut Eudoxia hæreses in Palæstina grassantes curet exstirpari. 8. Et *Ep. 64.* petit à Marciano, ut se juvet in constituendo, ut semper uno die Pascha celebretur. &c. 9. Synodos convocârunt & uni Episcoporum cognitionem causæ demandârunt. Et 10. *Can. 19. Concil. Milev.* admittit, ut Sacerdotes ab Impp. Episcopale judicium, & non civile ac forense petant.

§. 142. *Seculo VI.* Edelbertus Rex Angliæ convocavit Episcopos ad colloquium cum *Augustino. Bed. l. 2. c. 2.* Ganthrannus Rex convocavit Synodum. *Turon. l. 9. c. 24.* Gregor. Papa à Regibus

Regibus Francorum petit, ut convocent Synodum adversus Simoniam. *Id. l. 9. Ind. 4. ep. 56. Concil. Tolet. III. c. 16.* meminit Judicum & Auctoris Fisci in Synodo præsentium.

§. 143. *Seculo VII.* Constantinus sextam Oecum. indixit. *Beda de Rat. Temp. c. 65.* ubi ait: Exequente ac residente piissimo Principe Constantino. Patres in *Toletan. VII. cap. 6.* agunt Regi gratias pro convocata Synodo. Nos immortali DEO & glorioso Chindasuindo Principi, ob cujus votum convenimus, gratias offerentes. &c. Et initiò ajunt, se convenisse studio Regis. *Bracar. Concil. II.* initio ait: Cùm Episcopi Galliciæ præcepto gloriosi. Regis convenissent. Et: Per ordinationem gloriosi. Regis conveniremus. *Concil. Tolet. V. in præfat.* Qui (Chintillanus Rex) in medio nostri cœtus ingressus cum Optimatib. & Senioribus palatii sui suos fideles ita facere coegit, atque hanc institutionem, quam ex præcepto ejus sancimus. &c. Et *Conc. Tolet. VI.* Salutaribus hortamentis gloriosi. Regis Chintillani nobis convenientibus.

§. 144. *Seculo VIII.* Gregor. III. Epist. ad Vivilum: Utilonem Ducem vestrum à vobis adiri volo, ut illius EDICTO conventus Sacerdotum indicatur. Sic Pipinus in Gentiliaco villa Synodum coëgit. *Annon. l. 4. c. 67. de reb. Franc.*

§. 145. *Seculo IX.* jussu Caroli Concilia per Galliam celebrârunt Episcopi. *Annon. l. 4. c. 99.* Ludovicus Aquisgrani Synodum convocavit, non exspectato Pontifice. Sic in illa Præfat. *Tom. VI.* Cùm convenissemus nos &c. Convocante nos gloriosi. Imp. Ludovico.

§. 146. *Theodoret. l. Hist. IV.* Epistolam Imp. Valent. ad Episcopos Synodi Illyric. hanc ponit: Ἀυτοκράτορες μέγιστοι ἀεὶ Σεβαστοὶ, &c. Ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς &c. χαίρειν. Et Theodoret. de ea sic loquitur: μαθὼν δὲ Valentin. τινὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ περὶ τῶν θείων ἀμφισβητοῦντας δογμάτων ἐν μὲν τῷ ἰλλυρικῷ σύνοδον γενέσθαι προσέταξε. Sic *Socrat.* de Lampsacen. Concil. ann. CCCLXV. εἰ μὲν δὴ παρὰ τοῦ βασιλέως τὴν Σύνοδον συγχωρηθῆναι αἰτήσαντες συνῆλθον. Ubi τὸ συγκροτεῖν σύνοδον Imperatoribus tribuitur, imò Episcopi id petierunt.

§. 147. Huc pertinent & alia officia Magistratûs Politici circa Sacra, quale est illud apud *Isidor. l. 3. de S. Bon. c. 23.* Disciplinam Ecclesiasticam munire, & quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, inquit, Potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem.

§. 148. Et *Concil. Turon. III. c. 41.* In pristinis perdurantes criminibus, oportet per secularis potentiæ disciplinam à tàm prava consuetudine coerceri, qui per salutifera Sacerdotum monita noluerunt revocari.

§. 149. Et *Haymo in Ep. ad Rom. c. XIII.* ait: Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi judices, quàm per Antistites & Rectores Ecclesiarum vindicantur.

§. 150. Observo etiam in *Euseb. de Vit. l. 4. c. 45.* Textus sacros proponi solitos à Constant. M. quos exponerent Episcopi. Sic enim ait: *Hierosolymis Synodum ad Festum Eucharisticum pro restituta locorum sacrorum libertate convenisse, in qua preces, hymni, conciones habitæ,* τὸ τι μὲν διὰ γράμματος τοῦ τῷ βασιλεῖ πεφιλοκαλημένων τὰς ἐκφράσεις ἑρμηνεύοντες. i. e. *quidam ab ipso Rege studiosè scriptas enarrationes interpretabantur.* Eodem modo Constantini mandato dedicatio templi Hierosolymis facta ap. *Athanas. Apol. 2.* ubi id factum ait, σπουδῇ, ope ac curâ Imperatoris. Et: αὐτίκα τι ὁ βασιλεὺς διὰ γραμμάτων οἰκείων τοῦθ᾽ ὅπερ ἔχειν παρεγγυήσας.

§. 151. Ex his dictis Requisita Conciliorum hæc elicimus. Indictionem 1. ab Impp. factam. Præparationem 2. quæ consistit in Oratione varia, & Exhortatione Præsidentis ad Episcopos factâ. Præsidens vel Celebrans posterioribus seculis accessit, apud Isidor. non occurrit. Imperatores præsedisse in IV. Oecumenicis constat. Jejuni accesserunt. Sederunt Episcopi & digniores Presbyteri. Clerici priùs querelas suas, deinde & Laici protulerunt. Ingredi nulli fas fuit, sed Archidiacono nunciare, quod voluit Concilio proponi. Post preces, lecta decreta tractanda, tunc residentes deliberarunt. Deliberata & consignata Concilio proposita fuerunt. Responsum solenni voce: PLACET. Tum præ-

lecta Ecclesiæ publicè, an placerent; Si & illa acclamasset, PLACET, regressum est in locum Concilii, & subscriptum à singulis. Tunc Canones sanciti, & solennia verba fuére: *Decrevit, statuit, sanxit, voluit, placuit S. Synodo.* In fine, recedere nemini licuit ante justum tempus, oratum denuò, cantatum & recessum.

§. 152. Formula decretoria finalis in *Basileensi* fuit & in aliis: *Hæc omnia nos auctoritate Ecclesiæ universalis volumus, statuimus, decernimus & mandamus. &c. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, decreti ac mandati infringere; Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & universæ Ecclesiæ se noverit incursurum.*

§. 153. Appensa Bulla plumbea in chordula serici per omnes chartas inferioris marginis transeunte roborata. Ut in Constantiensi Ann. 1490. testatur Joannes Art. Mag. & Theol. Baccal. qui descripsit.

§. 154. Denique & Acclamatio huc pertinet, & quidem ad finalia Synodorum. Hæc fuit, ut Patres ad proposita responderent solenni voce, *PLACET.* Sic in Rom. Concil. sub Hilar. Præsidens vel quisquis ille Synodo proponit, inquiens: Si placet, Sententias, causas, & subscriptiones proprias omnes commodate. Ab universis Episcopis & Presbyteris acclamatum est: *Exaudi Christe, Hilario vita!* dictum est sexies. Hæc & confirmamus, & hæc docemus. Hæc tenenda sunt, hæc servanda sunt. Qui hæc violaverit, in se inveniet. *Sic ibid. Tom. II. Concil.* Ab universis Episcopis & Presbyteris acclamatum est: *ut hæc emendentur, ut hæc recidantur, ut disciplina, ut antiquitas servetur, rogamus. Exaudi Christe, Hilario vita!*

§. 155. Præterea & singuli confirmasse leguntur, *ibid. Ep. 2. Tarracon. Episcop.* Hilarius Episcopus dicit: Acceptis quæ recitata sunt, de omnibus nunc fratres speciales sententias depromite. Et tunc Maximus Ep. dixit: *Censeo, &c.* Ingenuus Episcopus: Mihi quoque de omnibus partibus eadem est Sententia. De cœteris etiam *censeo.* Paulus Episcopus dixit: Ego quoque simili me lege constringo, & pariter *censeo.* Primus Episcopus dixit:

Hoc & ego *censeo* observandum, & sic deinceps ab universis dictum est: *sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus & observandas esse decernimus.*

§. 156. Surgentes acclamasse observo è *Synod. II. Rom.* sub Symmacho, §. *III.* sic scribitur: *universa synodus surgens, privetur, acclamavit: Hic pax cum Symmacho! Cujus sedem & annos. Dictum est octies.*

§. 157. Nam hoc plerumque adnotatum reperio, quoties sit acclamatum hoc & illud. Sic §. *IV. ibid.* Synodus dixit: Placet: dictum est decies. § *V. ibid.* Universa Synodus surgens acclamavit: Placent omnia! Exaudi Christe, Symmacho vita! Quibus respondit Symmachus: Acclamationes vestras Synodiq; judicium præsentia gesta suscipient.

§. 158. *Synod. Rom. III.* sub Symm. *cap. 2.* Interrogatio fuit: Modò S. Synodus dignetur edicere, si licuit &c. Dicite vobis quid videtur? Sancta Synod. dixit: Non licuit.

§. 159. Ibi solennis formula notanda Rogationis: Dicite, quid vobis videtur? *Tom. 2. Concil. p.332.*

§. 160. Nonnunquam ter acclamatum notavi in *Synod. V. Rom.* sub Symm. Omnes ter unâ voce responderunt, dicentes: Ut fiat, rogamus, ut fiat, rogamus, ut fiat, rogamus.

§. 161. Subscriptionis solennia verba illa observo. *Synod. 2. Rom.* His Synodalibus constitutis, à me probatis atque firmatis consentiens subscripsi. Cœlius Rusticus subscripsi, atque in hac profiteor me manere sententiâ. Quæ formula posterior cautè attendenda fuit.

§. 162. Atque hæc de Acclamatione & Subscriptione breviter.

§. 163. In discessu notat *Isidor. Act. 15.* Osculo se invicem salutasse, initio facto à Metropolitano. *V. id. isthic.*

§. 164. *Concil. Florentin.* fin. dicitur; Mos in Conciliis minimè fuit, ut in Prioratus ordine constituti, vel Fratres Magistri, vel Jurisperiti in Decretis Conciliorum subscriberent.

§. 165. Unde discimus, quinam subscribendi jus habuerint.

§. 166.

§. 166. Subscriptionis Græc. Formula generalis in *Concil. Sext. Oecum.* ὑποσφραγίζομεν τοὺς κανόνας.

§. 167. Testatur & *Cusanus apud Chemnit. Exam. P. 1. pag. 8.* in medio Synodi poni solita fuisse sacra Evangelia, ut admonerentur, quibus præsidiis & armis contra errores pro veritate in Conciliis pugnandum esset. Quod in aliis etiam Disputationibus solitum fieri *Aug. Ep. CLXIII.* scribit.

CONCIONES. LECTIONES.

§. 1. MAnsit in Ecclesia veteri iste ritus τοῦ ἀναγνῶναι, Scripta Apostolica & Prophetica ad populum, de quo mentio fit 1. *Thess.* 5. 27. quod ut eò commodius fieri posset, in περικοπὰς certas divisêre. Mos oritur ex illo Judaico, *Actor. XV. v. 21.* quem Philo ait fuisse, ut εἰς ταυτὸν συνάγωνται καὶ καθεζόμενοι μετ' ἀλλήλων τῶν νόμων ἀκρῶνται. Idq; hoc modo: Συνέρχονται ἀεὶ καὶ συνεδρεύουσι μετ' ἀλλήλων, οἱ μὲν πολλοὶ σιωπῇ, nisi quando προσεπιφημίσαι τοῖς ἀναγινωσκομένοις debebant solenni illo Ἀμὴν, de quo vid. *Tit. Ecclesia.* Τῶν ἱερέων δέ τις ὁ παρὼν ἢ τῶν γερόντων εἷς ἀναγινώσκει τοὺς ἱεροὺς νόμους, καὶ καθ' ἕκαστον ἐξηγεῖται usque ad vesperam. Idem obtinuit

§. 2. In N. T. Ecclesia. Manet & vox ἀνάγνωσις & ἐξήγησις & ἐπιφημισμὸς Amen & certa mensura Lectionis, quæ περικοπὴ dicitur. Sic Justin. M. Dial. Tryph. περικοπὴν τοῦ Ἡσαΐου citat. Et: τοὺς πάντας λόγους περικοπῆς ταύτης Michææ, *Clem. Al. Protrept. lib. III.* Προφητικὰς περικοπὰς appellat. *Hieron. Daniel. Præf.* unam Jeremiæ Pericopen memorat. Auctor Caten. Jerem. ait; οὐκ ἴσως διεσείλαντο τὰ ῥητὰ τῆς γραφῆς, ὁ μὲν γὰρ πλείους ὁ δὲ ἥττους στίχους περιθέμενος τὴν ἐξήγησιν. Addiq; sæpe unum καὶ δεύτερον καὶ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἐδάφους τῆς γραφῆς ἀναγινώσκειν ut sensus eruatur.

§. 3. Textum Scripturæ S. appellat ἔδαφος γραφῆς Nyssenus.

ßen. Orat. III. Eunom. ἀναγνῶναι ἐδάφη τῆς θείας γραφῆς dixit, Textum ſacrum ipſum legere. Ibid. θεωρήματα appellat Allegorias. *Epiphan. de Pond. Sect. VII.* appellat τὸν γεννητικὸν τόπον, quando ait: ἀνήρηται ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ γεννητικοῦ τόπου ἤτοι τοῦ ἐδάφους τῆς γραφῆς. Utrumque habet ἔδαφος γραφῆς, & Γεννητικὸν τόπον. Locum nativum. *Euſeb. Ep. ad Carpian.* ſcribit de *Ammon. Alex.* quod τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν Εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παρέθετο. *Baſil. l. 2. de Bapt. Qu. IV.* ὁ λόγος τινα περικοπὴν ἀναγινώσκειν jübet, quando πρόσταγμα προστάγματι ἐναντίως ἔχειν videtur. Atque hæ περικοπαὶ commoditati erant Lectionis publicæ.

§. 4. *Chryſoſt. Conc. III. de Laz.* teſtatur, ſe ideò auditoribus ſuis ſolitum multis diebus anteà declarare, de quo eſſet acturus argumento, ut illo dierum ſpatio integram Lectionem ſumerent legendam. Διὰ τοῦτο τὴν ὑπόθεσιν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι πολλάκις ὑμῖν προλέγομεν πρὸ πολλῶν ἡμερῶν, ἵνα ἐν ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις τὴν περικοπὴν ἅπασαν ἐπιόντες καὶ καταμαθόντες εὐμαθεστέραν ὑμῖν ποιήσητε διάνοιαν.

§. 5. Ἀναγινώσκειν. Antiqvum in Eccleſia fuiſſe officium docendi nemo neſcit. *Origen. l. III. contr. Celſ. de ſacerdotibus,* οἱ δι' Ἀναγνωσμάτων, Lectiones, καὶ διὰ τῶν εἰς τὰ Ἀναγνώσματα διηγήσεων, Conciones ipſæ, προτρέποντες ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν. Et quia certam Sectionem Evangelii vel Prophetæ legebant, inde περικοπαὶ dictæ & ἀναγνώσματα. *Athanaſ. Orat. I. contr. Arian.* τὸ ἀνάγνωσμα κατ' αὐτῶν ἐστι, loquens de verſiculo *XXV. Rom. I. Epiphan. hær. LXIV. n. XXIX.* ἐξεργασίαν ἀναγνωσμάτων appellat Periodorum Expoſitionem. Et *lib. de Menſur. Sect. II.* εἰς τρανότητα τὴν ἀνάγνωσιν καταστῆσαι dicit Textum explanare. Et *ibid.* εἰς συμφώνειαν παράγειν τὴν ἀνάγνωσιν idem. Sic *Nyſſen. de Reſurr. Chriſt. Orat. II.* εἰσηγεῖσθαι τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν. Hinc illi,

§. 6.

§. 6. Quorum in istis definitis Lectionibus mentio, dicebantur περιαναγνωσθῆναι. Ut Simeon ille à Timotheo Hierosolym. *Orat. de Simeon.* Ὁ ἀρτίως ἡμῖν περιαναγνωσθεὶς ἐν τῷ Ευαγγελίῳ, τοὔνομα Συμεών. Et Anna Prophetissa ab *Amphiloch. Hom. de Anna*: Ἡ ἀρτίως ἡμῖν περιαναγνωσθεῖσα Ἄννα. &c. Sic *Augustin. de Lect. Jacob.* Istæ Lectiones, quæ vobis leguntur, nunquid modò primùm vobis leguntur, & non eadem quotidiè repetuntur? Et *Serm. die Pentec.* Tria solemnia memorat: Huic solennis Congregatio, solennis Lectio, solennis Sermo debetur. Hic ἀνάγνωσις est Lectio, ἐξήγησις est Sermo. *Maxim. Taurin. Hom. II. Epiph.* Audistis Lectionem Evangelii. *Petr. Chrysolog. Serm. LX.* Sicut ex ipso lucet principio Lectionis.

§. 7. Atque hoc inde, ut dixi, quia legebantur περικοπαὶ Evangel. Apost. Prophet. in Ecclesia. *Tertull. Apol. XXXIX.* Coimus ad Literarum divinarum commemorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. *Basil. Hom. in Ps. 59.* Τὰ θεῖα λόγια τῇ ἐκκλησίᾳ καθ' ἕκαστον Σύλλογον ἀναγινώσκεται; in singulis Conventibus leguntur. *Chrysost. LVII. Joann.* οὐ γὰρ νῦν μὲν ταύτας, αὔριον δὲ ἑτέρας ἀναγινώσκομεν γραφὰς, ἀλλ' ἀεὶ τὰς αὐτὰς καὶ διαπαντός. Non hodie unum, cras aliud legimus, sed semper idem.

§. 8. *Lectores.* Ἀναγνῶσται. In hunc finem constituti. Diaconus clamabat: Attendamus! Ac statim Lector legebat textum Scripturæ. *Hom. XIX. Acta Ap. Chrysost.* Κοινὸς ἕστηκεν ὁ Διάκονος μέγα βοῶν καὶ λέγων, πρόσχωμεν καὶ τοῦτο πολλάκις. Μετ' ἐκεῖνον ἄρχεται ὁ ἀναγνώστης τῆς προφητείας Ἡσαΐου.

§. 9. *Tituli.* Κεφάλαια. Πίνακες. Tituli Τίτλοι dicuntur & περικοπαὶ in quas divisi erant ob commodiorem Lectionem libri sacri, quia singuli habebant suas ἐπιγραφὰς & Titulos. Sic Suid. ait, Matthæum habere Τίτλους ξη, Titulos LXVIII. Κεφάλαια τνδ. Capitula CCCLIV. Hæc est κεφαλαίου καὶ τίτλου differentia. Περικοπὴ continebat sensum integrum alicujus Historiæ Doctrinæve Christi.

§. 10. Ad horum Titulorum & Lectionum faciliorem usum describebatur Index in principio librorum cum notis arithmeticis, quæ deinde ad oram adnotabantur, ubi Περικοπὴ incipiebat. Auctores ipsi & interdum id faciebant. *Nyssen. de Hom. Opific.* σαφηνείας χάριν ἐπὶ κεφαλαίων σοι προέθηκα τ̃ λόγον, ut habeas τὴν ὑπόθεσιν ἐν ὀλίγῳ πάσης πραγματείας. *Cyprian. ad Quirin.* Compendio breviante libellum talem dicit. Appellatur & Πίναξ, Ἔλεγχος, Αναγραφὴ, Σύλλαβος, Ἐπισημείωσις. Ἔκθεσις. Ut in MSS. N. T. reperitur Ammonii ἔκθεσις τ̃ κεφαλαίων. Chrysocincas Ep. ad Joann. Charsianit. ἐκθέσθαι dicit, *Indicem Capitum proponere. Marcell. Memorial. Act. collat. Carthag. Collect.* Indicem, Brevitatem appellat.

§. 11. *Athanas. Disp. contr. Arr.* ultimam partem Homiliæ κεφάλαιον vocat. Ἀνάγνωθι τὸ κεφάλαιον ὅλον. *Auctor Hom. II. de Adv. Christ.* Capitulum Evangelicum dissèrere vocat Sectionem Evangelii exponere. *Tertull. ad uxor. l. II. c. II.* Nunquid sibi blandiuntur de illo Capitulo, primæ ad Corinth. &c. *Augustin. Tract. II. in Joann.* Capitulum primum præterito die Dominico Tractatum esse meminimus. Nimirum à Johanne *cap. I. v. 1. usque ad 5.* additq; : Hac usque Tractatum esse credo.

§. 12. *Tractatus & Tractare.* Solemnia sunt & PP. Latinis dicuntur pro eo, quod Gr. ἐξήγησιν, ἐξηγεῖσθαι. Estq; Lectionem explicare, & Textus sermone illustratio. *Ambros. l. V. Ep. XXXV.* Erat Dominica post Lectiones atque Tractatum. Habes utrumque ἀναγινώσκειν & ἐξηγεῖσθαι. *Cyprian. ad Antonian.* Ego priùs legeram & Episcopo tractante cognoveram. Habes τὸ legere & tractare.

§ 13. *Distinct. 21. cap. Cleros. §. Lector.* dicitur de Lectoribus: Tanta & tam clara erit eorum vox, ut quamvis longè positorum aures adimpleant. *P. m. 65. Col. 2.*

§. 14. Factum id de loco superiore, qui Pulpitum & Tribunal Ecclesiæ dicitur *Cypriano Ep. 68. & 62. ait*: Evangelium Christi legere, ad Pulpitum post Catastam venire. Ibid. vocat hoc dedi-

dedicare Lectionem. *Tertull. de Anim. c. 9.* Allocutionem proferre vocat tractare, *Cyprian.* vocat Sermonem. Habebatur autem Sermo post Lectionem Evangelii. *Concil. Laod. Can. XIX.*

§. 15. *Aug. l. 50. Hom. 28.* sic numerat: Lector ascendit, sed ipse non silet. Tractator loquitur, si vera loquitur, nec Christus per os vestrum siluit. Nam quando cantabatis, ipse loquebatur.

§. 16. Dum legebatur, stetêre auditores. Sic enim circa ann. 405. *Canon Athanas. de Consecr. Dist. 2.* Mandamus, ut dum S. Evangelia in Ecclesia leguntur, Sacerdotes & cæteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curvi & in conspectu Evangelii *stantes* Dominica verba intentè audiant.

CONFESSIO.

§. 1. M*Arc. I. v. 5.* [Ἐξομολογούμενοι] Hinc Confessio publica pœnitentium in Ecclesia antiqua, quam excepit Auricularis. *Sozom. l. 7. c. 16.* Φορτικὸν ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἱερεῦσιν ἔδοξεν, ὡς ἐν θεάτρῳ ὑπὸ μάρτυρι τῷ πλήθει τῆς ἐκκλησίας τὰς ἁμαρτίας ἐξαγγέλλειν· πρεσβύτερον δὲ τῶν ἄριστα πολιτευομένων ἐχέμυθόν τε καὶ ἔμφρονα ἐπὶ τούτῳ τετάχασιν, ᾧ δὴ προσιόντες οἱ ἡμαρτηκότες, τὰ βεβιωμένα ὡμολόγουν. Ὁ δὲ πρὸς τὴν ἑκάστου ἁμαρτίαν ὅτι χρὴ ποιῆσαι ἢ ἐκτίσαι ἐπιτίμιον θεὶς ἀπέλυε. Et *Leo Epist. LXXX. c. 2.* ait: Illam contra Apostolicam regulam præsumtionem constituo submoveri, ne de singulorum peccatorum genere libellis scripta professio publicè recitetur, cùm reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta.

§. 2. *Tertull. de Pœnit. c. 9.* Exomologesis est, quâ delictum Domino confitemur. Cypriano strictiùs ἐξομολόγησις est actus externi pars, quæ in confessione oris consistit. Quam sic describit: Agunt pœnitentiam justò tempore, & secundùm disciplinæ ordinem ad Exomologesin veniunt, & per manus impositionem Episcopi & Cleri jus communionis accipiunt. *L. 1. ep. 14.* Sed hæc notoria crimina erant initio. Posteà verò etiam inter-

 nam

nam criminis abnegationis Christi cogitationem confitebantur Sacerdotibus, & re per Sacerdotes, si utile videretur, publicatâ peractâq; à peccatoribus pœnitentiâ, palàm absolvebantur. Hanc *Cyprian. de laps.* appellat Exomologesin conscientiæ.

§. 3. *Nectarius ann. Dom. CCCXX. I.* abrogavit confessionem τῷ ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβυτέρῳ fieri solitam, eumq; secuti omnes ferè Orientales Episcopi.

§. 4. Tamen in Ecclesiis Occidentis salvâ charitatis & fidei unitate mansit, ut gravioris criminis conscii confiterentur Presbytero, vel Antistitibus Ecclesiæ, ut ait *Augustinus.*

§. 5. *Gradus.* 1. Ἡ πρόσκλαυσις erat ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου, ibi decebat ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. 2. Ἡ ἀκρόασις ἐνδόθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ibi decebat stare peccatorem ἕως τῶν κατηχουμένων καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι. 3. ὑπόπτωσις, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. 4. Σύστασις, ἵνα συνίσηται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων. Tandem ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων, i. e. admittebatur ad Cœnam. Ita & *Basil. M.* *Can. 22.* ἐπιτίμησιν hanc pœnam vocat. *Can. 56.* qui ἑκουσίως interficit viginti annis, μεθέξεως usu prohibetur. Et *Can. 57.* ὁ ἀκουσίως φονεύσας decem annis non communicabit. *Can. 58.* ὁ Μοιχεύσας, XV. ann. ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. *Can. 59.* ὁ πόρνος, septem annis. *Can. 75.* Qui cum propria sorore concubuit, εἰς οἶκον προσευχῶν, non admittitur. Pœnitentia enim ductus tres annos προσκλαιέτω τῇ θύρᾳ. Post alios tres annos εἰς ἀκρόασιν μόνον παραδεχθήτω, post con ἐκβαλλέσθω καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. Aliis tribus annis διδόσθω αὐτῷ ἡ ὑπόπτωσις. Et decimo anno εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω. Et postquam duos annos sic exegerit, λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. Hæc ille *ann. Dom. CCCXXX.* Non tamen eadem spatia semper olim fuisse præscripta, *Balsamon.* testis est, inquiens: ἔδωκαν οἱ πατέρες σὺν ἐπιτιμία πρὸς τοὺς ἰδίους,

& τὰ-

& variat *Concil. Nicæn. I. Can. XII.* & *Concil. Quinisext. ann. 691. Can. 87.* ubi qui deserunt uxores, jubentur ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς συναξιοῦσθαι. *Concil. Nicæn. I.* πρόσκλαυσιν non addit, sed tres tantùm posteriores, ἀκρόασιν, ὑπόπτωσιν, σύστασιν. Unde certum est, cuilibet Episcopo fuisse permissum dispensare in hisce pro lubitu. Quod idem *Concil. Can. 12.* apertè docet. Et *Balsamon.* causam dat, 1. τὴν ποιότητα τοῦ ἐπιτιμωμένου προσώπου. 2. τὴν θερμότητα τῆς ἐξομολογήσεως αὐτοῦ. 3. τὴν σπουδὴν τῆς μετανοίας. At Clericis olim ægrè indulta hæc pœnitentia. *Concil. Arausican. I. Can. 10.* Pœnitentiam desiderantibus Clericis non tamen negandam statuit.

§. 6. Interdum post pœnitentiam publicam ad communionem Laicam redacti. Aliàs salvo honore ab omni functione duntaxat & administratione sunt remoti. Ut *Ancyran. Concil. Can. I.* jubet Presbyteros sacrificatos, qui posteà ad certamen redierint, τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν μὴ ἐξεῖναι.

§. 7. Quod id. *Can. seq.* de Diaconis constituit. Et *Leo Papa Ep. III.* Clericos ab hæreticis revertentes post pœnitentiam sine ulla spe promotionis in eodem manere ordine decrevit, in quo fuerant. Verùm.

§. 8. Qui pœnitentiam aliquandò publicam obiissent, ordinari nefas erat. *Concil. Tolet. I. Can. 2.* Hinc *Optat. Milevit. Lib. II.* ait: Invenistis pueros, de pœnitentia sauciâstis, ne aliqui ordinari potuissent. Ita vel pueri, qui coacti pœnitentiæ speciem adumbrârant, à sacris ordinibus rejecti.

§. 9. In *Carthag. V. Can. XI.* decernitur, ne Presbyteris vel Diaconis gravioris culpæ convictis, ideoq; deponendis, manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus Laicis imponatur. *Augustin. l. I. de Bapt. Cap. 1.* Redeuntes, qui, priusquam recederent, ordinati sunt, non utique rursus ordinantur, sed aut administrant, quod administrabant, si hoc Ecclesiæ utilitas postulat, aut

si non administrant, Sacramentum ordinationis suæ tamen gerunt, & ideò eis manus inter Laicos non imponitur.

§. 10. *Tertull. de Pœnit. c. VI.* docet, Catechumenos pœnitentiam ante Baptismum quandoque protendere solitos, quia cum præterita omnia peccata Baptismo condonari putarent, Baptismum, quantum poterant, protelabant, quandoque pœnitentiam, quam assumebant, ad Baptismum parantes sese, non includebant. De pœnitentia verò post Baptismum agebat Ecclesia publicè. *Tertull. c. 7. l. cit.* hanc secundam & unam, imò jam ultimam dicit, quia post illam nullum volebant superesse publicum pœnitentiæ locum. *Ambros. de Pœnit. l. 2. c. 10.* Meritò reprehenduntur, qui sæpius agendam esse pœnitentiam putant; Quia, sicut unum Baptisma, ita una Pœnitentia, quæ tamen PUBLICE agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc delictorum levium, illa graviorum.

§. 11. *Contritio.* In vet. Eccl. habitu externo declarata. *Tertull.* vocat, Animum mœroribus dejicere, & ea, quæ peccavit, tristi tractatione mutare. *Cyprian. de lapſ.* Qui hilaris ac lætus incedit, quomodo mortem suam deflet? Agite pœnitentiam plenam, dolentis ac lamentantis animi probate mœstitiam. *Tertull. de pœn. cap. IX.* scribit, hoc ita factum, habitu & victu, sacco & cineri incubantes, corpus sordibus obscurantes, preces jejuniis alentes, ingemiscentes, lacrymantes & mugientes, dies noctesq; ad Dominum pastum & potum pura noscentes, h. e. ut id. ait de *Patient. Cap. XIII.* contenti simplici pabulo, puroq; aquæ potu.

§. 12. Ista ἐξομολόγησις dicitur & *Tertulliano Cap. VIII.* Satisfactio. Confessio satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ. Et *Cypriano de Lapſ.* vocatur, mœstitiâ satisfacere, misericordiam implorare: Dei misericordiam deprecemur, illi se Anima prosternat, illi mœstitia satisfaciat, illi spes omnis incumbat. *Tertull. Apolog. cap. XL.* hoc appellat, invidiâ cœlum tundere, cum jejuniis aridi & omni continentiâ expressi, ab omni vitæ fruge dilati in sacco & cinere se volutantes Deum tangerent, & misericordiam ejus extorquerent.

§. 13. *Confessio privata.* Cyprian. docet, fieri illam, ut mede-

medelam licet parvis & modicis vulneribus exquirerent. *Theodor. Cantuar. de Pœn. Dist. I.* ait; Confessio, quæ soli Deo fit, purgat peccata; Ea verò, quæ fit Sacerdoti, docet, qualiter purgentur ipsa peccata. *Et ibid. Cap.* Omnis, qui dicitur fieri, ad ostensionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ, in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ.

§. 14. Sciendum, nimium tributum fuisse huic confessioni & Pœnitentiæ. Nam *Eucher. Lugd in IV. Reges ait*: His Satisfactionibus Dominus se pasci hortatur. *Cassian. coll. 20. c. 28.* Per illam, ait, Peccatorum molem obrui. Et vox

§. 15. , Satisfactio Seculo V. de pœnitentia hac plerumque usurpant. *Eucher. l. cit.* Postquam per pœnitentiæ satisfactionem sua mortificaverit membra. *Leo Ep. ad Flavian.* Si ad satisfactionis pœnitudinem damnaverit.

§. 16. *Confessio auricularis* (sic dicta) ann. Chr. 1200. demùm sumit initium. Ante hæc tempora præcepta lege Ecclesiæ publicæ non legitur. Primus *Innocentius P. R.* de ea fecit decretum, & pro necessitate legali introduxit. Initiò peccatores consilium petebant à Confessario. Sic apud *Bedam l. 4. Hist. c. 19.* Adamanus accedens ad Sacerdotem, confessus est reatum suum, petiitq; (non absolutionem,) consilium, quo posset fugere a ventura ira.

§. 17. Confessio s. ἐξομολόγησις sumitur in Scriptis Veterum pro Actu pœnitentiæ publico, præsertim à Tertulliano, ubi non indicat secretam confessionem, quod prolixè docet & fatetur contra *Baronium & Bellarminum G. Albaspinæus l. 2. observat. 31.*

§. 18. Tempore *Cypriani* justo tempore in Ecclesia pœnitentia acta fuit. In *Epist. ad Presbyt. n. 10. l. III. Pamel. ait*: Nam cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore & secundum disciplinæ ordinem ad Exomologesin veniant, & per manus impositionem Episcopi & Cleri jus Communionis accipiant.

§. 19. Statuebant, confessione peccatum curari eò usque ne regnet. Sic suadebat apud *Athanas. vit. Antonius* his verbis: Ἔστω δὲ καὶ αὕτη πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν παρατήρησις.

§. 20.

§. 20. Monachi olim non audiebant Confessiones, sed Episcopi. *Nicephor. Chartophyl. T. III. Bibl. PP. sic*: Olim omnes oportebat ad ipsos Episcopos accedere, suaq; illis occulta prodere. Ignoro autem, quî factum sit, cur hæc minùs observentur, etsi arbitror, eos tædio laboris & multitudinis frequentiâ fatigatos rem ad Monachos transmisisse.

§. 21. Nonnunquam pœnitentes publicè catenas gestarunt. Idq; symbolum erat, quo testari cupiebant, vinculis peccatorum se innexos esse. Huc accommodat *Augustin. Homil. XXVII.* Lazari historiam, ejusq; fascias & vincula sepulcralia: Jam vivebat confitendo, sed nondum liber ambulabat vinculis solutus.

§. 22. Dimissi sæpè communicantes suis conscientiis. *Chrysost. hom. 56. c.* 1. ad eum, qui vult accedere, ait: *ἔνδον ἐν τῷ συνειδότι μηδενὸς παρόντος πλὴν τοῦ πάντα ὁρῶντος θεοῦ ποιοῦ τὴν κρίσιν καὶ διόρθου τὰ πλημμελήματα, καὶ οὕτω ἅπτου τραπέζης.*

§. 23. Observatum quoque est, seculis jam posterioribus, ubi ad Monachos tacitâ consuetudine officii hæc cura devoluta fuit, Confessarios dici *πνευματικοὺς* s. spirituales. Nam Monachi hoc titulo discernebantur, à *κοσμικοῖς* s. secularibus. Unde mox obtinuit, ut omnes, quotquot audirent Confessiones, dicerentur *Πνευματικοί.* Hodiè hoc cognomine insigniuntur vulgò omnes Clerici.

§. 24. Seculo IX. disciplinæ veteris rigor & ordo collabi cœpit: *Concil. Cabilon. II. c. 25.* ita: Pœnitentiam agere juxta antiquam Canonum constitutionem in plerisque locis ab usu recessit, ac mox decernuntur, ut à Domino Imperatore, (*is autem erat Carolus M.*) adjutorium impetretur, qualiter si quis publicè peccat, publicâ mulctetur pœnitentiâ, atque excommunicetur & reconcilietur.

§. 25. Jucundum est legere, quæ circa hæc tempora *Alcuin. de divin. offic. Cap. Jejun. T. 10. Bibl. PP.* recenset: 1. Sacerdos jubetur dare consilium pœnitenti. 2. Confitentem humi procumbere & Sacerdote præeunte sic orare: Domine DEUS omnipotens propitius esto mihi peccatori, ut condignè possim tibi gra-

uas

tias agere &c. 3. Jubeat eum sacerdos sedere contra se, & colloqui cum eo de octo vitiis capitalibus, ut sunt, superbia, inanis gloria, invidia, ira, avaritia, tristitia, ventris ingluvies, luxuria. 4. Consideret sexum, ætatem, conditionem, statum, & secundum hæc singula quæq; dijudicet. 5. Deinceps pœnitente jam corroborato, interroget eum Sacerdos: Credis in DEUM Patrem, Filium & Sp. S. Resp. pœnitens: Credo. Sacerdos: Vis dimittere illis, qui in te peccaverunt, omnia, ut & Deus tibi dimittat? Si vult dimittere, suscipiat ejus confessionem, & indicat ei pœnitentiam. Si non vult, non suscipiat ejus confessionem. Peccator: Multa & innumerabilia sunt alia peccata mea, quæ recordari nequeo, pro quibus omnibus misera mens mea compungitur; Ideòq; consilium tuum, imò judicium, qui medius & sequester es inter Deum & hominem peccatorem, humiliter imploro. Sacerdos: Exaudi Domine preces nostras, & tibi confitentium parce peccatis. *Et*: Præveniat hunc famulum tuum, quæsumus Domine, misericordia tua. Tunc jubeat pœnitentem surgere. &c.

§. 26. Formula illa: Absolvo te à peccatis tuis, admodùm recens est. *Thom. Opusc. 22.* quidam contendit, formam absolvendi deprecatoriam esse, & vix XXX. annos esse, quod omnes hac solâ formâ utebantur: Absolutionem & remissionem peccatorum tribuat tibi omnipotens Deus! Atque hoc Seculo XIII. idem confitetur *Goar. Not. in EuchＯlog. p. 676. Vid. plura in Ord. Rom. Cap. jejun. p. XXXI.*

§. 27. Pœnitentiæ tres species à *S. Augustino* annotantur: 1. Antebaptismalis. 2. Quotidiana. 3. Publica. Has sic *Hom. 50. c. 2. Tom. 10.* describit: Una est, quæ novum hominem parturit, donec per baptismum omnium fuit ablutio peccatorum. Eandem appellat ibid. primam pœnitentiam & præceptam à Petro Judæis asserit, *Act. II.* & à Domino, *Matth. 4.* & à Johanne, *Matth. III.* Altera, *Hom. 50. cap. III.* cujus actio per totam istam vitam, quâ in carne mortali degimus, perpetuâ supplicationis humilitate subeunda est. Tertia, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apostolus ait: Quoniam, qui talia agunt, regnum DEI non possidebunt. *Ibid.* requirit, ut pœ-
 nitens

nitens per Ecclesiasticam disciplinam à Sacramento panis cœlestis interim separetur.

§. 28. In Patrum Scriptis triplex loquendi discrimen circa hanc materiam occurrit, idq; ex diversitate Seculorum. Inprimis post C. N. seculis disciplinâ jam Canonibus constitutâ, quando vox pœnitentiæ simpliciter dicta legitur, de publica intelligi debet. Deinde à Seculo IX. usque ad XIII. post Innocent. P. R. de privata. Tertio, mediâ ætate, de utraque & publica & privatâ. Sic & usurpatur vox Pœnitentium. Cùm enim hi, medii puta, publicam ex antiquo retinerent, & privatam de suo adjecissent, solent ad discernendam utramque apponere vocem, vel publicæ, vel privatæ.

Crux Christi.

§. 1. INvenit Helena Constantini mater crucem cum hac inscriptione: Οὗτος ἐστιν Ἰησοῦς ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. In dubium vocat *J. Gothofred. Notis in Philostorgium & J. Dall. l. III: de Cultu relig. & Joann. Forbesius, aliiq;.* De eo ita *Ambros. concion. de obitu Theodosii senioris*: Invenit ergò titulum, inquit, Regem adoravit, non lignum utique, quia hic gentilis est error, & vanitas impiorum, sed adoravit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo. *Minut. Felix in Octav.* Cruces nec colimus, nec optamus. *Epiphan. hæres. 10. contr. Ebion.* de muliere narrat, quæ periculum evitatura pudicitiæ, ἐσφραγίσατο ἑαυτὴν εἰς ὄνομα χριστοῦ. Hinc inferunt Romanenses, Signo crucis esse liberatam. Sed hoc non dicit *Epiphan.* Explicat enim se ipse, inquiens: ἡ γυνὴ ἐβοηθήθη διὰ πίστεως. Nam in primitiva Ecclesia signum crucis erat fidei in Christum indicium, quia διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία κατόρθωσε, διὰ πάθους ἀπάθειαν χειροτονούμενος, ut loquitur *Ignatius*. *Epiphan.* porrò: σταυροῦ σφραγῖδα ἐπιθεὶς τῷ ἀγγείῳ καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, εἶπεν οὕτως· ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ἐσταύρωσαν οἱ Πατέρες μου, καὶ τούτων πάντων πρεσβυτέρων, γένηται δύναμις τούτῳ τῷ ὕδατι εἰς ἀθέτησιν

πάσης

πάσης φαρμακείας κ̀ μαγείας. Quid manifestiùs? In NOMINE JESU, non signi crucis id factum. *Vid. Montacutium.*

§. 2. Patres Crucem appellant σημεῖον βασιλικὸν, ὃ εἰδότες δαίμονες μακρὰν φεύγουσι, μάχαιραν κ̀ ἀσπίδα σωτήριον ὅπλον. *Theodoret.* δεσποτικὸν τρόπαιον, & δαιμόνων ἥττης μνημόσυνον. *Nazianz.* βοηθὸν πείθεται τὸν διακείμενον, i. Christum implorandum monet. Impiè tamen in *Colloq. Momp. Beza: Detestor Crucifixi imaginem.* Christianus sum, *ait Montacut.* idèoq; libenter admitto, sed non ad cultum Montacuti! Cæterùm non potest negari, veteres Patres vim quandam salutarem Cruci Domini adscripsisse. *Nazianz. Orat. III. contr. Julian.* ait: Illum in summo metu confugisse ad crucis signum, eoq; Dæmones fugasse. Ἐπὶ τὸν σταυρὸν καταφεύγει κ̀ τὸ παλαιὸν φάρμακον κ̀ τούτῳ σημειοῦται κ̀ τῶν φόβων, &c. Ἴσχυσεν ἡ σφραγίς. Ἡττῶνται οἱ Δαίμονες. Λύονται οἱ φόβοι. *Photius Orat. de Cyprian. n. 84.* narrat de sancta Justina, quòd signo crucis dæmonem repulerit. Τοῦ σταυροῦ τῷ τύπῳ νενικημένους δαίμονας ait. *Chrysost.* Διὰ σταυροῦ δαίμονες φυγαδεύονται, νόσοι δραπετεύουσι.

§. 3. *Tertull. l. 1. adv. Nat. c. 12. & seqq.* ostendit, Cruces vett. Christianorum fuisse ligneas, sine effigie, Dipalo constitisse, i. e. Palo s. arbore majore erectâ & antenna. *Solistaticulum* in iis s. excessum sedilis. Immissas, non commissas. Cornua. Preces ad eas non fuisse factas. *C. XIII.*

§. 4. *Tertull. Coron. Milit. c. III.* Ad omnem progressum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.

§. 5. Inde & in Baptismo. *Id. de resurr. c. IIX.* Caro signatur, ut anima muniatur. *Cyprian. l. I. ad Jud. c. VIII.* Signo Domini omnes signantur. *Ep. LVI.* Muniatur frons, ut signum DEI incolume servetur. *Basil. M. ad Amphil. c. 27.* Τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα I. X. ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι. *Ambros. Ep. 77.* Populus Christianus mortem Domini circumferens per

momenta singula fronti propriæ mortis contemtum inscribit. Nota ubique Frontem! Sic & *August. Tr. XI. in Johann.* Portat in fronte, & non erubescit de cruce Domini.

§. 6. Et id Seculo V. isto indicium erat Christianismi, quo se ab aliis idolis separabant. Quid quod & *Nazianz. in Julian. I. Theodoret. Histor. III. Sozom. l. V. & c. 2.* de Juliano narrant, quòd aliquando cruce factâ dæmones abegerit. Et *Impp. Cod. l. I. Tit. IIX. ann. Christi 427.* ita edicunt: Signum Salvatoris Christi nemini liceat vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere vel pingere, sed quodcunque reperitur, tolli debet. Et *Seculo VII. Trull. Can. 73.* prohibet, figuras crucis vel in pavimento, vel aliàs in solo fieri.

§. 7. Sed cùm objicerent Gentiles illis cultum Crucis, respondebant sic: *Juliano, Cyprian. & Cyrill.* Recordationi id se facere, non cultui. *Minut. Fel.* Cruces nec colimus, nec oramus, ut legit *Elmenhorst.* Et *Calixt.* non *optamus*, ut vulgò. *Ambros. in Obit. Theodos.* Habeat Helena, quæ legat, unde Crucem Domini recognoscat. Invenit ergò titulum, Regem adoravit, non lignum utique.

§. 8. De inventione Crucis Dominicæ & miraculo per illam facto vide *Sulpic. Sever. Histor. l. 2. p. 391.* quæ falsi arguunt nostrates, & præcipuè Salmasius probabiliter valdè. *Chrysost. Orat. de Cruce:* Καὶ ἐπὶ τῶν τοίχων, καὶ ἐπὶ θυρῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐπιγράφωμεν σταυρόν; Sed addit signanter: οὐχ ἁπλῶς τῷ δακτύλῳ ἐγχαράττειν αὐτὸν δεῖ, ἀλλὰ πρότερον τῇ προαιρέσει. Μετὰ πολλῆς τῆς πίστεως. Et tunc ait: οὐδεὶς ἐγγύς σου εἶναι δυνήσεται τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων. &c. *Synod. Trullan.* Προσκύνησιν ἀπονέμοντες τῷ ζωοποιῷ σταυρῷ, quòd ipsa viderit. *Michael. Choniat.* Cultum & Crucis & Christi sic distinguit: ὁ Χριστὸς τιμᾶται ὡς Θεός, ὁ δὲ σταυρὸς ὡς θείας χάριτος μετέχων. *S. Athanas. Orat. de Filio:* ὀρθῶς καὶ ἀκριβωμένως προσκυνῶ τὸν σταυρόν. *Lactant.*

Flecte genu lignumq; Crucis venerabile adora.

Pru-

prudent. Fac cum vocante somno castum petis cubile, Frontem locumq; Cordis (nota loca!) Crucis figura signet.

§. 9. Præterea Antiquitas illa è *Chrysostomi l. cit.* notanda est, quòd jejunio Quadrages. ἐν μέσῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν προτίθεται ὁ σταυρὸς εἰς προσκύνησιν. Idem in Paschate ab Episcopo fieri scribit *Nazianzen. Ep. 1.*

§. 10. Notari quoque debet è *Chrysost. cit. loco*, domibus inscriptas Cruces. In τὰ βάϊα *Orat.* ille: Ποῖος οἶκος ἐστιν ὁ μὴ ἔχων τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, quod ibid. nominat φυλακτήριον ψυχῶν.

§. 11. Diœcesis Episcopi Græcis dicitur σταυροπήγιον, quòd in ea sc. Episcopus Crucis figendæ jus habeat. Sic & apud *Curopalat. & in Jur. Orient.* Clerici dicuntur σταυροφόροι. *Act. Concil. Florent.*

§. 12. Sic & Subscriptiones Cruce firmabant, & ad eam jurabant, unde, qui violabant jusjurandum, dicti ibid. σταυροπάται.

§. 13. Observo in recentiorum Græcorum Epistolis, in *Turcogr. Crus. l. IV.* quòd Rhodius antistes scribens ad Patriarch. Constant. solet tres Crucis figuras inscribere, † † † σταυρῶν τύπος ibid. dicitur. Hinc & σταυροπηγιακὴ Ecclesia dicitur illa, quam Patriarcha administrat, ut ἐνοριακὴ Metropolitarum.

§. 14. *Hieron. ad Eustorg.* Digitum ad os tenens, crucis signum pingebat in labiis. Et *Vit. Hilarion.* Cùm tria Crucis signa pinxisset in sabulo. *Sulpic. Sev.* hoc describit sic: *Elevare signum Crucis, elevare manum, elevat â manu signum salutis opponere.* Idq; inde, quia Cruces ejusmodi manu clarâ fronti vel ori imprimebantur tunc.

§. 15. *Euseb.* vocat Crucem σωτηρίου τροπαίου σύμβολον. *Sulpic.* Signum Salutis. *Paulin.* Signum Crucis. *Fortunat. l. 12.* Crucis arma. *Sibyll. ap. Sozom. l. 1.* ξύλον μακαριστόν. *Damasc. IV. de Orig. Fid.* 1. Θυρεὸς καὶ ὅπλον, καὶ τρόπαιον κατὰ τοῦ Διαβόλου. 2. Σφραγὶς ἵνα μὴ θίγῃ ἡμῶν ὁ ὀλοθρεύων. 3. τῶν κειμένων ἀνάστασις. 4. τῶν ἑστώτων στήριγμα. 5. ἀσθενῶν βακτηρία. 6. ποιμαινομένων ῥάβδος. 7. ἐπιστρεφόντων χειραγωγία.

 8. προ-

8. προσκοπτόντων πλείωσις. 9. ψυχῆς καὶ σώματος σωτηρία. 10. πάντων τῶν κακῶν ἀποτρόπαιον. 11. πάντων τῶν ἀγαθῶν πρύξενον. 12. Ἁμαρτίας ἀναίρεσιν. 13. φυτὸν ἀναστάσεως. 14. ξύλον ζωῆς αἰωνίου.

§. 16. *Justinian.* vetuit, Signum Salvatoris humi vel in silice insculpi. *Id. Novell. V.* προσκυνητὸν καὶ τίμιον nominat. Sic Tiber. apud P. Diacon. ait: Crucem Domini, quâ frontem & pectora munire debemus, eam sub pedibus conculcamus.

§. 17. Denique in summis Templorum Cruces statutæ. *Gregor. l. IX.* de tempestate Constantin. πεπλώκασι καὶ πολλοὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Νεὼς ἱδρυμένων ἐκ σιδήρου σταυρῶν. Et

§. 18. Imperatorum Globis affixæ: *Suid. Justinian.* Τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν. Ἐμπεπηγότος τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῇ in finem eum, ut ostenderet, ὡς διὰ τοῦ τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς ἐγκρατὴς γέγονε. Et apud *Curopal.* Principes Byzantini τὸν σταυρὸν ἐν δεξιᾷ φέρουσι ἀεί.

§. 19. *Constantin. M.* in Diademate suo usus est. *Hieron. ad Lat.* Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas Patibuli Salvatoris pictura condecorat.

§. 20. Et in clypeis militum suorum. *Euseb.* ἐπ' αὐτῶν τῶν ὅπλων κατασημαίνεσθαι ἐποίει.

§. 21. Et in galeis. *Prudent.*

- - - - Ardebat summis crux addita cristis.

§. 22. Et in signis. *Prudent. contr. Symm.*

Agnoscas Regina lubens mea signa necesse est,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut solido ex auro longis præfertur in hastis.

§. 23. *Hieron. in Hilar.* vocat Cassidem & Loricam Fidei. Et in *Paul. Eremit.* Salutaris signi impressione armat frontem.

§. 24. Sed ista omnia non materiali Cruci, sed fidei in Crucifixum innitentes fecêre. Sic Crux sumitur *Col. I. 10. 20. Gal. III. 2. Gal. II. 20. I. Cor. I. 18.* Et *Hieron.* rem prolixè exponit in *Ps. XCV.* Ego Crucem dico non lignum, sed Passionem. Cæterùm

rùm Crux iſta & in Britannia eſt, & in India, & in univerſo orbe terrarum. *Et mox:* Felix, qui Crucem & Reſurrectionem, & locum Nativitatis & Aſcenſionis Chriſti portat in pectore ſuo! Ecce, quid velit?

§. 25. Quomodo hæc conveniunt cum *Aquin. 2. 2. Qu. 103. art. 4.* qui eam, in qua pependit Dominus, Latriâ, i. e. cultu DEI proprio, cæteras tantùm hyperduliâ colendam eſſe. Quantò rectius ii, quos audivimus.

§. 26. Sic & *Leo I. de Paſſ. Serm. 8.* Crucem Benedictionum fontem appellat, ſcil. Paſſionem Chriſti intelligens. Et *Auguſt. de Pecc. Merit. l. 1. c. 26.* Secundum quendam modum puto, Catechumenos per ſignum Chriſti ſanctificari, (idq;) pergit Id. & per orationem manus impoſitionis.

§. 27. Sic & *ſeculo VIII. Carol. M. de imag. l. 2. c. 15.* ait: Per Crucem Chriſti mortalitatem ejus intelligi. *Amalar. de reb. Eccl. l. 14.* Crucem tuam adoramus Domine, & S. Reſurrectionem tuam laudamus. Ubi opponit Crucem, i. e. Mortem & Reſurrectionem.

§. 28. Feſta non unius generis in ejus honorem inſtituta fuerunt. Ut ſunt: 1. Feſtum inventionis S. Crucis in Eccleſia Latina d. 3. Maji, quo auctore, incertum. Græci celebrant d. 14. Septembris, & vocant ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ. Nam quod Latinis dicitur *Inventio Crucis*, hoc ipſi nuncupant *Exaltationem.* Nicephor. l. 8. c. 29. ab Imp. Helena inſtitutum cenſet. Honoratur iisdem *Vigilia* præcedente d. 13. Sept. & *octava*, quam nominant Ἀπόδοσιν τῆς ἑορτῆς.

§. 29. Aliud adhuc Feſtum Dominicâ III. Quadrageſimæ habent, quod appellant σταυροπροσκύνησιν, ſive Crucis adorationem. Eo proponere ſolent Crucem adorandam, ſicut Latina Eccleſia die Paraſcêves. De quo agit *Balſamo in Phot. Nom. c. 7.* Idq; in eum finem, ut in memoriam revocet Paſſionem Domini noſtri JESU CHRISTI, moneatq; nos, ut amore illius cum vitiis & concupiſcentiis crucifigamur.

§. 30. Singulariter Paraſceve, i. e. Feria ſexta Hebdomadis magnæ ſacra fuit habita S. Cruci, ut oſtendit *Chryſoſtom Homil. de Cruce.*

Cruce. Quo die Constantinopoli extra urbis moenia ad sacrum conveniebant, in cœmeterio Martyris cujusdam, memoriam Crucis celebrantes.

§. 31. Quare factum fuit, ut tota illa Septimana, & sequens altera *Resurrectionis*, solenniter festa haberetur. Apud *Alexandr. Histor. de Invent. Crucis*, Imp. Constantin. Magn. legem sanxit: ἀπράκτους εἶναι τήν τε τοῦ σωτηρίου πάθους ἑβδομάδα, καὶ τὴν τῆς Διακαινησίμου.

§. 32. Amplius & Calendis *Augusti* mensis Festum celebrant, dictum πρόοδον τῶν τιμίων ξύλων, *Processionem venerandæ Crucis*. Cui præmittunt *Vigiliam*, προεόρτια. Quo itidem proponunt Crucem adorandam, sicut in *Domin. III.* Quadrages.

§. 33. Memorabile est, quod Constantinus M. legitur in *Hist. tripart. & l. 4. Glycæ*, in honorem S. Crucis, supplicium crucis sustulisse, prohibendo, ne quis in posterum eo mortis genere puniretur. Unde *Augustin. Ps. 36.* Cùm sub antiquis scelerati crucifigerentur, modò nullus crucifigitur. *Honorata est, finita est.*

§. 34. Solebant præterea Crucis particulas auro & argento inclusas gestare, & velut pretiosa monilia ex collo suspendere, ut testatur *Greg. Nyssenus apud Surium Tom. 4.* & de Isacio Angelo Imperatore *Nicetas Choniat. l. 3.*

§. 35. Et apud *Paulinum Epist. 11.* easdem domo sibi invicem misisse leguntur: Accipite, *ait ibid.* magnum in modico munus, sumite monumentum præsentis & pignus æternæ salutis. Et apud *Leon. Epist. 72.* Juvenalis Episcopus Ierosolymitanus particulam Crucis dono mittit Leoni Romano; Et Gregorius M. Recaredo Visigothorum Regi, *l. 7. reg. Epist. 117.*

§. 36. De Constantino M. refert Eusebius *Orat. in Eund.* quòd Templum Cruci dedicatum erexerit in media urbe, multisq; ac magnis insignibus exornaverit. Adde similia è *Paulini ep. 12.*

§. 37. Quin & obtestationes & juramenta per Crucem fecisse certum est. *Hieron. ad Damasum*: Obtestor beatitudinem tuam per Crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus. *Ambros. Instit. Virgin. c. 17.* Fiat vas in honorem sanctificatum, utile Domino ad omne opus bonum, per illam æternalem Crucem.

§. 38.

§. 38. Usi quoque leguntur hac formulâ in principio actionum suarum: Cruce fretus hoc vel illud aggrediar. Cosmas Hieros. Hymn. in Exalt. Crucis: σταυρῷ πεποιθὼς ὕμνον ἐξερεύγομαι.

§. 39. Qui hæresin vel hæreticos debellârant, dicebantur *vexillum Crucis erexisse*. Hieron. Ep. 70. ad Theophilum post damnatum dogma Origenis: *Totus mundus exultat & in tuis victoriis gloriatur, erectumq́ Alexandriæ vexillum Crucis, & adversus hæresin fulgentia trophæa gaudens populorum turba prospectat.*

§. 40. Simili modo, qui religiosam vitam inibant, dicebantur, *ad Crucem advolare*; & *levare vexillum Crucis*. Hieron. Ep. 99. & ad Heliodor. *Ad vexillum crucis advola.*

§. 41. In Testamentis quoque judicium crucis implorabant, contra eos, qui ultimæ voluntati & dispositioni resisterent & derogarent. Apud Greg. Turon. l. 9. c. 42. Regina Radegundis: *Si aliquis de supradictis conditionibus mutare tentaverit, DEI & S. Crucis & B. Virginis incurrat judicium.*

§. 42. Ita in præsentia Crucis Sacramento auctoritati milites apud *Cedren. in Cæs. Constant. Leon. filio*, juramenta super lignum crucis solenniter deposita, apud Sigebert. ann. 770. Reliquiæ Crucis obviam missæ hostibus, quibuscum pacem inire constituerant, ab Imperatoribus, apud *Cedren. in Michaele.*

§. 43. Confugiebant in angustiis, præsertim in morte ad Crucem, apud *Evagr. l. 4. c. 25. Turonens. l. 10. c. 15.* Solebant etiam, qui veniam petebant, Crucem obviam portare iis, quorum gratiam exposcebant, uti fecit Chrodieldis apud *Turonens. l. alleg.* Igne exorto injectam Crucem ad restinguendum incendium testatur *Paulinus Natal. 10. S. Felic.*

De Crucis æternæ sumtum mihi fragmine lignum
Promo, tenensq; manu adversis procul ingero flammis.

§. 44. Apud *Wilelm. Tyrium l. 10. 12.* varia exempla occurrunt eorum, qui prælatâ Cruce victorias à Saracenis reportârunt. *c. 17. l. 12. c. 12. 20. 21.* *Cruciatæ* hinc ortæ, & *Crucem prædicare* dicebantur, qui ad sacrum bellum contra Saracenos plebem incitabant.

§. 45. Cæterùm non uno modo Crucem effigiatam comperimus.

rimus. Nonnunquam cum Columba in ſummitate, ceu Symbolo S. Spiritus, aliàs auro, gemmis & margaritis exornatam, alibi ad pedes Crucis imaginem Agni apponebant, effundentis ſanguinem ex pectore & ex pedibus, ad exemplum Chriſti crucifixi. Quâ re conſultum putat *Caſalius c. 2. de ritib. Vet.* Neophytorum imbecillitati, adhuc erubeſcentium adorare Crucifixum. *I. Corinth. I. Paulinus Ep. 12.* Sub Cruce ſanguinea niveo ſtat Chriſtus in agno. Et: *Sanctam fatentur Crux & Agnus victimam.* Duravit ea pictura uſque ad annum 680. ubi *Concil. Conſtantinop. Can. 81.* fuit decretum, ut loco ejus pingeretur in Cruce Chriſtus in figura hominis. *De Conſecrat. Diſt. 3. Can. ſextam.*

§. 46. *Ruffin. l. 2. c. 29.* Alexandriæ unusquisque in poſtibus, in feneſtris, in ingreſſibus, in parietibus columnisq; Crucem depingebat. *Hieron. ad Lætam:* Vexilla militum Crucis inſignia ſunt.

§. 47. Ædium januas Cruce pariter inſigniebant. *Chryſoſt. de venerat. Crucis:* Crucem pro repagulo in oſtio depingamus. Pro muro & pariete omni domui circumdemus. *Ephrem. de Pœnit. cap. 3.* Poſtes pretioſâ & vivificâ Cruce coronemus, & in januis pingamus.

§. 48. Quod feciſſe leguntur etiam in fontibus, terminis, columnis & aliis locis veneficio pollutis, vel à ſpectris inſeſſis atque infeſtatis, vel aliàs idolothytis, & ritibus gentilibus coinquinatis, ut teſtatur Ep. 153. Auguſtini. Tertull. in Scorpiac. Poteſtates janitrices dœmonum memorat. *Vid. Arnob. l. 4. Cyprian. de idolor. vanit. Auguſtin. de C. D. l. 4. c. 4.* Chriſtiani igitur, ut hæc & ſimilia idolorum veſtigia ac cultus averruncarent, Cruce januas expurgabant. Quod illuſtrat *Ephrem. Serm. in Cruc.* his verbis: Coronemus portarum frontes, ut Chriſtiani, & non ut gentiles atque pagani lauris, floribus aliisq; herbarum generibus. Error idolorum deſtructus eſt, mors ſpoliata, inferorum captivitas revocata eſt, Homo liberatus, Dominus regnavit à ligno, Crux dominatur.

§. 49. In viis publicis Cruces erigebantur eundem primitùs in finem, ut ſcil. deſtruerent contrariâ fidei proteſtatione tot

ſuper-

superstitiones Paganorum, qui Hermas, Viales, Mercurios *ἐνοδίους* & cætera adorabant id genus Numina stercorea; Deinde, ut viatoribus piè meditandi ansam darent. *Balsamo in Can. 73. Synod. 6. Trull.* Cruces in publicis viis eriguntur. Et nos quidem propter Deum, & puram erga ejus Sanctos fidem, sancta ejusmodi ubicunque erecta salutamus & veneramur.

§. 50. Eodem modo in navibus Christianorum, & in portis civitatum ponebantur Cruces, ad emendandum ritum Paganorum, qui tutelæ loco Castores gestabant. *Paulinus in Red. Nicet.*

Et rate armatâ titulo salutis
Victor antenna Crucis ibis undis
Tutus & austris.

§. 51. Ex collo suspendi solitas indicat *Chrysost. c. 3. ad Philipp.* Cùm sis Crucis inimicus, gestas Crucem? Orestes miles Christianus sub Diocletiano crucem ex auro in pectore, Macrina soror Nysseni suspensum ex collo Crucis signum, Gregorius Turon. Crucem plenam reliquiis ex collo gestarunt, apud Surium *Tom. 4. & 6. Hieron. in Matth. XXIII.* Hoc apud nos superstitiosæ mulierculæ in parvulis Evangeliis & in Crucis ligno, & in istiusmodi rebus usque hodiè factitant, culicem liquantes, & glutientes camelum.

§. 52. Episcopos & Principes prælatis Crucibus excipi solitos, *Tom. 7. Baron. ann. 519.* observat & *Sigon. l. 5. de regn. Ital.* Ligurinus de Cæsare Friderico à Ticinensibus excepto sic canit:

- - - suo cum Præsule Clerus
Vestibus ornati nitidis, pretiosa ferentes
Signa Crucis textusq; sacros. - - -

Idq; honoris causâ. Fecerunt idem supplices, cùm misericordiam exposcerent. *Nic. Choniat. in Balduin. c. 2.* in deditione urbium victoribus occurri solitum ita annotat: *μετὰ σταυρικῶν σημείων.* *Otto Frisingens. l. 2. de gest. Frid.* scribit, Terdonenses arctissimè obsessos Friderico cum Cruce obviam processisse dicentes: Respicite in nobis, quæ gestamus stigmata Christi, & quos ad pietatem non flectit nostræ calamitatis acerbitas, inclinet saltim character Domini.

§. 53. Si quis insigne beneficium à Deo impetrasset, Crucem gratiarum loco statuebat. *Beda de locis S. c. 13.* In loco, ait, in quo baptizatus est Dominus, Crux lignea stat usq; ad collum alta.

§. 54. In præliis post Constant. M. Cæsarum Labaris Cruces inscriptas prælatasq; ex Nazianzeno, Sozomeno, *l. 5. c. 16.* & nummis antiquis constat hac formâ ☧. *Prudent. l. 2. contr. Symm.* *Christi Apicem* nominat. Quod alii Reges Anglorum, Hispanorum &c. imitatos docent Historiæ. *v. Bed. l. 3. Histor. c. 2. Marian. l. 11. Hispan. c. 14. 15.* Unde & Victoriam imagine effinxerunt *Crucis*, & milites acclamare sueti: *CRUCIS VICTORIA*. Et in nummis: *Victoria Augusti*, cum effigie *Crucis*, scriptum legimus. Mox galeis & clypeis insertæ extant veterum Heroum. *Prudent. l. 1. contr. Symm.*

> Christus purpureum gemmanti textus in auro
> Signabat Labarum, Clypeorum insignia Christus
> Scripserat, ardebat summis Crux addita cristis.

§. 55. Const. M. globo s. pilæ Imperatoriæ Crucem imposuit, quod servârunt deinceps successores. *Nicephor. l. 7. c. 49. Suidas in Justiniano. Procop. l. 1. Codinus* observat, Imperatorem dextrâ Crucem solitum gestare, inquiens: Crucem dextera semper gestat.

§. 56. Monachi in vestibus suis Crucem gerebant. *Josephus Thessalon. Orat. in Exalt. Cruc.* idcircò appellat Ἐπωμάδιον τ̃ Μοναζόντων.

§. 57. Præterea in efformatione Crucis solennes verborum formulæ usurpatæ fuerunt istæ: 1. Vel, *in nomine Patris, & Filii, & Sp. S.* 2. vel, *in nomine SS. Trinitatis.* 3. vel, *in nomine Domini nostri JESU CHRISTI.* 4. vel, *JESUS Nazarenus Rex Judæorum.* 5. vel, *benedictus DEUS.* 6. vel, *Abrenuncio tibi Satana.* 7. vel, *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

§. 58. Adhibitum fuit signum Crucis omnibus rebus & actionibus sacris. Unde *Cypriano l. de passion. Christi* dicitur, *Signum Sacramenti.* Et de bapt. Christi: In Cruce Domini gloriamur, unius virtus omnia peragit Sacramenta, sine qua nihil est sanctum, neque aliqua consecratio meretur effectum. *Chrysost. Hom.*

de Cruc. Signaculum Crux appellata est, quòd Testamenta & statuta divina omnia hoc quasi annulo & signo quodam regio obsignamus.

§. 59. Sic ante baptismum Catechumeni Cruce signati. *Augustin. de catech. rud.* alloquens Catechumenum: Cujus passionis & crucis signo in fronte hodiè tanquam in poste signandus es, omnesq; Christiani signantur. *Ambros. de iis, qui Myst. init. c. 4.* Credit etiam Catechumenus in Crucem Domini JESU, quâ & ipse signatur.

§ 60. Aquam baptismi signo Crucis benedicebant. *Aug. tract. 118. in Joann.* Signum Crucis nisi adhibeatur sive ipsi Aquæ, quâ regenerantur, sive oleo, quo Chrismate unguntur, sive Sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Ritus ipse fiebat, oleo ter in aquam immisso in Crucis modum, vel etiam, signi Crucis super aquas efformatione ante infusionem olei. Nonnunquam & sulcare manu solebant undam baptismi in figuram Crucis.

§. 61. In ipso baptismo & post eundem adhibitum fuisse Crucis obsignationem, *Dionys. c. 5.* testatur, ubi nuncupat σταυροειδῆ σφραγῖδα. *Tertull. c. 6. de Capt.* vocatur, Fides obsignata in Patre & Filio, & Sp. S. Et *c. XIII. Obsignatio Baptismi.* Hinc *Signaculum Christi* petere vel accipere dicti, qui Baptismum petiissent vel sumsissent. *Euseb. l. 6. c. 4. Hieron. in vit. Hilar.* Et baptizati dicti sunt *obsignati,* vel, *signati. Cyprian. ep. 2. ad Donat.*

§. 62. Fronti impressum docet fuisse *Sidon. l. III. ep. 12.*

Hæc sed maxima dignitas probatur,
Quod frontem Cruce, membra fonte purgans,
Primus de numero patrum suorum,
Sacris sacrilegis renunciavit;

Hieron. Ep. 113. Ego Christianus, & de Christianis parentibus natus, & vexillum Crucis in mea fronte portans.

§. 63. In usu S. Cœnæ Crucem nihilo segnius exprimebant Sacerdotes, & accedentes Laici. *Chrys. Hom. de Vener. Cruc.* & in *Orat. quòd Chr. sit Deus,* inquit: Sic in S. Cœnâ Crux, sic in Sacerdotum Ordinationibus, sic iterùm cum corpore Christi in mysticis cœnis fulget.

§. 64. Et cùm Evangelium legeretur, omnes assurgebant, facto Crucis signo, ut testantur versus Hildeberti Turonensis:

Frontibus imprimitur mystica forma Crucis.
Stans discis, quoniam stantes pugnare solemus.

§. 65. Idem factitatum in ordinatione ministrorum. *Augustin. serm 19. de sanct.* Sacerdotes & Levitæ per signum Crucis ad sacros ordines promoventur.

§. 66. Somno, cibo & potui Crucis signum præmissum ostendit *Prudent. Hymn. 6.* Fac cum vocante somno castum petis cubile, Frontem locumq; cordis, Crucis figura signet. *Tertull. l. 2. ad Uxor.* dissuadens conjugium cum infideli, adducit hoc incommodum, quòd uxor fidelis vix possit latere ob signaculum crucis: Latebisne tu, cùm lectulum & corpusculum tuum signas? *Theodoret. l. III. c. 16.* narrat prolixè, quomodo milites Juliani, antequam in convivio poculum sumerent, ex Crucis signo facto fuerint agniti. Et moris erat, ut, si adesset Sacerdos aut Diaconus, Crucis signo fercula consecraret, vel qui aliàs inter accumbentes erat dignissimus. *Turon. l. 1. Mirac c. 80.* Imò *Gregor. M. Dial. l. 1. c. 11.* scribit, panes quoque, dum pinserentur, Crucis figurâ solitos fuisse insigniri.

§. 67. Martyres adituri Tyrannos, & tormenta subituri, Cruce se muniebant, manibusq; in Crucis formam expansis mortem excipiebant, uti testatur de S. Gordio *Basilius*, de Cæsario *Nazianzenus*. Sanctos quoque & Presbyteros rogabant, ut ab iis signo Crucis ad confessionem armarentur. Quamobrem & hoc signum efformabant, quoties se volebant profiteri, bonos esse Christianos. *Augustin. Ps. 93.* Et Strationicus tortor Julianæ martyris repente conversus, Cruce signans se ajebat: *En & ego Christianus sum!* Apud *Surium 17. Augusti.*

§ 68. Cruce quoque porrò se munivisse leguntur, ingressuri in prælium, aut disputaturi cum Hæreticis. *Prudent. l. 2. contr. Symm.* - - Deus unus Christus utrique

Hujus adoratis Altaribus, & Cruce fronti
Inscripta, cecinêre tubæ.

§. 69. Idem fecere & concionaturi Episcopi ad hæc verba:

Pax

Pax vobis. *Hom. III. Col. I. Chrysost.* Et alias ædes ingressuri, ad Scripturas S. orationesq: in Ecclesia recitari solitas cruce signabant sese. *Aug. Tr. 50. in Joh.* Intras in Ecclesiam, signas te signo crucis. Prolixè *Chrysost. Hom. 21. ad Antioch.*

§. 70. Et auditâ blasphemiâ vel voce impia, vel admirabundi Crucem exprimebant. *Aug. in Ps. 94.* Cùm undique mali perstrepant, & dicant: Quare sic vivis? Tu solus Christus es? Quare non facis, quod faciunt & alii? Quare non remedia & ligaturas adhibes? Aruspices & Mathematicos consulis? At tu signas te, & dicis: Christianus sum, ut repellas istos, nescio quos.

§. 71. *Ephrem Serm. de Cruce,* docet nos, idem fecisse, si repentè tonitru vel fulgur grandius contingat, & *Augustin. Hom. Lib. 50. Hom. 21. sic:* Si fortè aliquâ ex causa expavescant, continuè se signant. Isacius Imp. audiens, Alexium invasisse imperium, τὸ σταυροῦ σημεῖον ἑαυτῷ ἐγχαράξας, exclamavit: O Christe, Rex sis propitius, ut recenset *Nicet. Chon. in Isaacio.*

§. 72. Moribundi & ægroti manibus in Crucis speciem formatis mortem oppetebant. Sic de Joanne Apostolo *Niceph. l. 2. c. 42.* Postremò illis in Domino salvere & valere jussis, ubi se Crucis signo munivisset, in monumentum descendit. *Hieron. de S. Paulo:* Digitum in os tenens, Crucis signum pingebat in labiis. Et S. Zenobius moriturus astantes Cruce signabat in ultimum Vale. Ac S. Photina mortua inventa est habens manus in formam Crucis compositas.

§. 73. Contra cogitationes impias & impuras signum Crucis adhibuisse, narrat *Beda l. 3. c. 4. in Cantic.* Noxios sæpè cogitatus, dum incautâ mente volvimus, ac subitò respecti à Deo signum S. Crucis pectori imprimimus, & quod nefarium tractamus, abjicimus, quasi vittâ coccineâ capillos nobis ligamus, quia fluxa cogitationum trophæo sacri cruoris comprimimus.

§. 74. In introitu, in exitu, aditu & recessu idem fecerunt. *Tertull. de Cor. Mil.* Ad omnem aditum & exitum, quacunque nos conversatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus. *Hieron. Ep. 22.* Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat Crucem.

§. 75.

§. 75. Fiebat autem ſolenniter in fronte. *Ambroſ. de Iſaac.* cauſam addit, ut ſemper confiteamur. *Aug. Pſ. 30.* Ne Chriſti opprobrio Chriſtianus erubeſcat. *Tertull. l. 5. contr. Marc.* idcircò dicit, *Signaculum frontium*, ut admoneret humilitatis. *Aug. Serm. 20. de diverſ.* Si portas in fronte ſignaculum humilitatis Chriſti, porta in corde imitationem humilitatis Chriſti. Ego deſumtum puto ex *Apocalypſ. c. 22. v. 4. c. 7. v. 3. c. 9. v. 4.* Regum purpuras & ardentes Diadematum coronas patibuli Salvatoris pictura condecorat.

§. 76. De ſitu ejus in templis, quòd in medio plerumque collocata fuerit, extat Carmen *Lactantio* vulgò adſcriptum;

Quisquis ades, mediiq; ſubis in limina templi,
Reſpice me, me conde animo, me in pectore ſerva.

§. 77. Quoties templum erigebant, Cruce erectâ conſecratum fuiſſe iis legimus, *de Conſecrat. Diſt. I. cap. Nemo.* Ne quis Eccleſiam ædificet, antequam Epiſcopus civitatis veniat, & ibidem Crucem figat, atriumq; deſignet. Quod Græcis vocatur *σαυροπήγιον, & σαυροπήγιον πατριαρχικόν. Euchiol. c. XXX.*

§. 78. Apud Iſacium *de Contemt. Mund cap. 20. Tom. 5. Bibl. PP.* legimus, non ſolitos abire è Templis, niſi priùs ſalutasſent Crucem: *Adoretur, ait, Crux, & ſic deinde recedatur.*

§. 79. Coronæ Crucibus adjectæ itidem occurrunt. *Paulin. Ep. 12.* Crucem Corona lucido cingit globo. Quæ *Cruces coronatæ* vulgò appellantur. Indicare autem hiſce volebant gloriam & majeſtatem Chriſti, quâ fini nonnunquam plures quàm unam ſuperimpoſitas, Paulinus idem teſtatur.

§. 80. Cruces in Altaribus poni moris fuiſſe, & ipſa Altarium tegumenta, ut & Baptiſteria Crucibus inſignita fuiſſe, docet *Chryſoſtomus Orat. quòd Chriſtus Deus.* inquiens: *In menſa ſacra Crux.* Et apud Sigebert. ann. 451. aurea Crux ſtabat in Altari, cùm Epiſcopus Vaſalenſis civitatis pro gratiarum actione Miſſam celebraret, quod urbs eſſet ab obſidione liberata. De Altarium velamentis, quæ *Pallia* vocat Victor Uticenſ. l. 1. Fortunatus l. 2. Carm. ſic canit:

Pallia

Pallia nam meruit, sunt quæ Cruce textile pulchra,
Obsequiisq; suis Crux habet alma Cruces.
Serica cui niveis agnata est bractea telis,
Et textis Crucibus magnificatur opus.

§. 81. *Beda c. 15. de loc. sanct.* scribit, jam suo ævo extitisse templa in formam Crucis exstructa, & *Hieron. de loc. Ebr.* ad latus montis Garizim situm idem annotat. Cedrenus in Justino: Constantinopoli in Blachernis duos fornices à Cæsare ædificatos esse observat, ut Ecclesia tota fieret *σαυρωτὴ* i. *Cruciformis.* Beda l. c. *Quadrifidam* nominat, i. e. in modum Crucis factam. *Nazianz.* *σαυροτύπους πλευρὰς* appellat, *Latera Cruciformia*, qualia nunc ubique est intueri.

§. 82. Similiter & in bello castra ad formam crucis composita leguntur. *Leo Imp. c. XI. de Appar. Bell.* hanc legem edicit: In medio castrorum platea strata sit ad Crucis formam transversa.

§. 83. Etiam templorum pinnis Cruces imponebant. *Gregor. Niceph. l. 9.* describens tempestatem Constantinopoli exortam, ait: *Tum cecidêre Cruces plurimæ, quæ Templis imponi è ferro solent, sufferre non valentes vim venti & tempestatis.*

§. 84. Moribundis & animam agentibus Crucem exhibere, vetus est consuetudo, & occurrit apud *Augustin. Tom. IX. l. 2. de visit. infirm. c. 7.* ubi monet infirmum, ut in promtu habeat imaginem S. Crucis, addens: *Sunt & quædam exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria.* Pluribus id docet *Alcuin. de divin. offic. l. c. 42. & alii.*

§. 85. Sepulcra mortuorum Cruce fixâ exornari solita, testis est *Beda de loc. sanct. c. 2.* ubi ait, ipsam Dominici sepulcri tumbam aureâ Cruce desuper fixâ extare, & *Gregor. Turon.* annotat, sepulcrum Juliani Martyris Cruce ornatum fuisse ex gemmis nitentibus compositâ. Idem scribit Eginardus l. 3. de Marcellino Martyre: *In loco publico Crux ei posita est, quasi pro monimento & titulo.*

§. 86. Solebant etiam interdum defunctis in manus inserere tenendam Crucem. *Sophron. Prat. Spir. c. 87.* scribit, in spe-

lunca inventum esse mortuum Eremitam, cilicio & pallio indutum, ac crucem argenteam manu tenentem.

§. 87. Usurparunt quoque Crucis signum in subsignandis testamentis & inventariis. *L. Scimus. C. de jure delib.* Subscriptionem supponere heredem necesse est, &c. si ignarus sit literarum vel scribere praepediatur, speciali tabellario ad hoc solùm adhibendo, ut pro eo literas supponat, *venerabili signo Crucis anteà heredis manu proposito.* Cujacius in Paratitl. inquit: *Adeo signum Christi sanctum erat, ut in Instrumentis pro fide & subscriptione cederet.* Formula erat: Pragmatius, in Christi signo, Episcopus relegi & subscripsi. *Bibl. PP. Tom. 4.*

§. 88. Par mos erat in fronte Epistolarum & aliàs Crucem formare, vel scribere nomen JESU. Sic praesertim occurrit in Epitaphiis Veterum apud *Baron. Martyrol. 29. d. Junii.* Ita Justinian. Imp. praefixit suis Institutionibus hanc formulam: *In nomine Domini nostri JESU CHRISTI.*

§. 89. In Conciliis Crucem publicè propositam esse legimus. *Cyrill.* docet *Apol. ad Theod.* Evangelium initiò tantùm adhibitum in Concilio Ephesino, factumq; idem *Action. 4. in Chalcedonensi.* Sed deinceps progressa consuetudo *Crucem* adjecit. *Act. Concil. VIII. Action. 1. 8. 9. 10.* προτεθέντων τ̃ τιμίων ξύλων κ̀ τ̃ ἁγίων ἐυαγγελίων.

§. 90. Habebant alii in privatis aedibus pictam parietinam Crucem vel sculptam. *Eustath. in vita Eutychii* Episc. Constantin. narrat, hunc in exilium deportatum in insulam Princepo dictam, cùm vidisset Crucem in pariete pictam, cum hoc elogio: *CHRISTUS nobiscum est, state!* vehementer collaetatum esse & gratias DEO egisse.

§. 91. In terrae motibus, pestibus & tempestatibus idem factitârunt. *Cedren. in Justiniano*: Tunc quidam piè Deum colens visione admonitus est, ut omnibus praeciperet, domorum postibus inscriberent: *CHRISTUS nobiscum, state!* Hoc facto, ira DEI resedit. Quod repetit *Nicephor. l. 17. c. 3.*

D.

DECRETALES EPISTOLÆ.

§. 1.

SUb nomine Episcoporum Romanorum editæ sunt Epistolæ quædam, quarum auctoritate Primatus Romanæ Sedis, & alia dogmata Pontificia stabiliuntur, non pauca etiam ex illis in Jus Canonicum Gratianus transtulit. Viderunt ὕπουλον aliquod in istis jam indè à Seculo & amplius Viri docti, donec Ann. 1628. *David Blondellus* Gallus edito in eum finem peculiari Tractatu, quem *Pseudo-Isidorum* inscripsit, fraudem totam in lucem protraxit.

§. 2. *Joann. Rainoldus Anglus Tom. I. Apocryph. p. 1348.* Franciscus Turrianus Jesuita quinque libris scriptis probare conatur, has Epistolas esse scriptas ab Episcopis istis, sed ita impudenter, ut nullum credam opus unquam esset scriptum, quod potuerit Jesuiticæ impudentiæ insignius esse & luculentius documentum. §. *Idem Tom. I. Apocryph. p. CCIII.* sic arbitratur: Epistolæ, quæ in Tom. I. Concil. extant sub nomine Clementis, Anacleti, Evaristi, Alexandri, Pii, Aniceti, Victoris, Zepherini & aliorum, in quibus Calixtus, sunt impudentissima alicujus è grege rabularum Romanæ Curiæ commenta. Circumstantiæ omnes arguunt confictas sub A. C. 700. 800. ad confirmandam P. R. auctoritatem, quam tunc paulò insolentiùs usurpare cœpit, quàm antè, cùm ante Concilium Nicenum parvus fuerit respectus ad Ecclesiam Romanam, ut ait *Æn. Silvius ep. 288.* Quare cùm ad arces sui principatus ædificandas magnoperè se destitui Ecclesiæ antiquissimæ testimoniis viderent, sive ab ipso Pontifice, sive ab aliquo Romani Pont. assecla Epistolæ hæ suppofititiæ confingebantur. §. *Joann. Dallæus l. III. c. X. de Quadrages.* loquens de Isidoro sic censet: Ego verò, quid istius Editio habeat, non admodùm laborandum

 puto,

puto, cujus nemo paulò eruditior imperitiam summa cum imprudentia conjunctam nescit. Is enim ipse est nobilis ille impostor, qui affictas prioribus usque ad Siricium urbis Romæ Episcopis Decretales Epistolas immani scelere vulgavit.

§. 3. Nam Primò, ut eò citiùs fidem mereretur & auctoritatem, nomen istis præfixit *Isidori*, Episcopi Hispalensis, tanquam si is illas collegisset ex antiquitate præcedenti. Sed falsò. Isidorus quippe ille obiit *A. C. 656.* At harum Epistolarum auctor *A. C.* 800. non superat, ut qui inseruit suæ collectioni Epistolas Gregorii II. & III. & Zachariæ Papæ. §. Deinde, ab Isidoro illo Hispalensi ab A. C. 636. ad 700. nullus in Hispalensi Cathedra Isidorus sedit Episcopus; Qui enim post illum sederunt, sic vocantur Theodosius, Honoratus, Antonius, Fugitivus, Julianus, Florescindus, Felix, Faustinus, Oppa, Joannes, Verus. §. Tertiò, is per illa tempora status fuit Ecclesiæ Hispanorum, ut nullis præsidiis librorum, pacis artibus, & literariis ingeniorum exercitamentis planè destituti fuisse legantur, ut latè deducit *Blondell. l. cit. Prolegom. c. 4.* §. Quartò, ut proinde verisimile fiat, harum Epistolarum consarcinatorem vel fuisse Germano-Francum, vel Franco-Gallum. Quod styli & scriptionis indoles confirmat, si quis conferre velit ejus Epistolas sub nomine Stephani III. Adriani I. Leonis III. &c. cum Germano-Franciscis scriptis Anastasii sub Pipino, Carolo, Ludovico Pio, Conciliis & Capitulis Caroli M. & aliis istius ævi. Ac deinde §. eo fit clarius, quòd inter alia plurima post A. C. 700. edita scripta, Bonifacii Moguntini epistolam ad Ethibaldum regem, post A. C. 744. datam excerpsit atque interpolavit.

§. 4. Quibus accedit, quòd Moguntini omnium primi hanc farraginem in medium protulerunt, & per orbem totum dispersarunt, ut eam ab hoc fonte ad hominum famam profluxisse constet. §. Unde tandem *Blondell. l. cit. c. 5.* concludit, *Benedictum Diaconum Moguntinum* primum fuisse, qui hasce Epistolas in partes divideret, variis modis exornaret, Lothario & fratribus A. C. 839. ad regnum evocatis dedicaret, seq; adeò vel auctorem earum proderet, vel ad incudem à se revocatas fuisse testaretur. Vide prolixè *l. cit. Blondell.*

§. 5.

§. 5. Materia Epistolarum non convenit Seculo, quo vixerunt, qui Epistolas scripsisse finguntur. Ita ante *Blondellum c 7. l. cit.* observat *Joann. Rainoldus T. I. Apocryph p. 205. & Centuria II. Magdeburg. c. 7.* De rebus enim & statu illorum temporum ne unum quidem verbum continent. Nihil de periculis & persecutionibus Ecclesiæ, nihil de doctrina & officio Episcopali, de consolatione Martyrum, de refutatione hæreticorum, &c.

§. 6. Mendax ad finem Epistolarum Consulatuum consignatio non leve est imposturæ argumentum. Hinc C. Baronio ad A. C. 69 80. 103. 121. 142. 158. 167. 175. vix decem ex istis Epistolis probare se potuerunt, quales sunt: *Calixti, Pontiani, Fabiani, Cornelii, Stephani, Dionysii, Eutychiani, Caji, Marcellini, Felicis Quarti.*

§. 7. Vulgatæ Scripturarum versionis usus creber docet, Epistolas illas post Hieronymi ætatem effictas esse. *Vide Ep. 2. Zephyrini ex Esai. c. 51. v. 7.*

§. 8. Identitas styli, quo omnes Epistolæ conscriptæ sunt, convincit eas esse adulterinas. Non enim fieri potest, ut 40. vel 45. Viri diversis temporibus, eodem quasi ore locuti, eosdem styli nævos amaverint, servaverint eosdem characteres dictionis, eandem styli materiam sumserint.

§. 9. Barbarismi, solœcismi & spurcissimi sermonis harum Epistolarum sordes non patiuntur eas ab antiquis urbis Episcopis scriptas fuisse. *Joann. Rainold. Tom. I. Apocryph.* de Calixti Epistolis: Tam barbarè & insulsè loquitur, *inquit*, ut ne stabularios aut cerdones eâ ætate sic locutos facilè æstimemus. *Prælectione XXV.* Talia sunt: Patres sunt portandi. Si persecutus fuerit in sua Ecclesia. Anathematis vox nocere potest nullum, *pro*, lædere. Malis particeps affici. Paternas disciplinas injuriare. Charitativè. Potestativè. Se cavere. &c.

§. 10. Parachronismi s. *Ἀντιχρονίσματα* occurrunt in Epistolis ferè sine numero. E. gr. Clemens sedisse dicitur, ab *A. C.* 93. ad *A. C. 103.* & tamen in Epistola ejus primâ usurpantur verba versionis latinæ per Hieronymum correctæ post *A. C. 372.* Quod per omnes reliquas juxta complura talia annotat *D. Blondell. Prolegom.*

gom. c. 13. Sic Cornelius P. R. vixit ab *A. C. 254.* ad *A. C. 256.* & tamen in Epiſtola ejus prima occurrunt verba è *Gregorii l. 7. ind. 2.* qui liber ſcriptus eſt *A. C. 599.* Et ſic deinceps.

§. 11. Veterum nemo ex Epiſtolis iſtis mutuatitias in ſua ſcripta ſententias verbaq; transtulit. Jam verò, ſi ſanctiſſimi illi Viri, qui ab *A. C. 370.* ad *A. C. 800.* vixerunt, haſce Epiſtolas agnoviſſent, quis dubitabit, quin mentionem earum facturi fuiſſent cum omni fide atque reverentia?

§. 12. Epiſtolarum harum ad *A. C. 830.* nulla memoria vel fama fuit. Unde rectiſſimè concluditur, poſt A. C. demùm 785. eſſe efficta atque excogitatas. *Centur. Magdeb. 2. c. 7.*

§. 13. Quicunque antiquiorum illorum Rom. Pontificum Epiſtolas eſſe cenſuerunt, Anno Domini 830. fuerunt poſteriores. Unde fit, ut, qui eas allegant auctores, incidant in A. C. 1000. & circiter, quales ſunt, Ivo, A. C. 1114. Burchardus, A. C. 1028. Anſelmus, A. C. 1086. alii.

§. 14. Huc pertinent Concilia, quæ teſtes epiſtolas adducunt, quorum ætas poſt A. C. 800. conſtituitur. E. gr. Aquisgranenſe citat Fabiani Epiſtolam, congregatum A. C. 836. Colonienſe A. C. 887. Moguntinum A. C. 888. Metenſe A. C. 887. & infrà. Quo enim anno, incertum eſt. Triburienſe, A. C. 895. Rhemenſe, A. C. 992. Ejusdem ætatis ſunt reliqui auctores, eas allegantes, Capitularia Caroli, Hincmarus, Remigius, Luitprandus, Humbertus, Micrologus, Ivo Carnutenſis, Gratianus denique, qui Decretum ſuum abſolvit A. C. 1151. Blondellus l. cit. enumerat omnia loca in Jure Canonico ex Epiſtolis iſtis excerpta, *p. m. 101. 102. & ſeqq.*

§. 15. *Jacobus Uſſerius Tract. de Succeſſ. Occident. Eccleſ. cap. 2. p. 60. 61.* ſic ſcribit: Veterum Epiſcoporum nomine prodierunt Epiſtolæ, ore duriſſimo confictæ, quas ex Hiſpania Riculfum tempore Caroli M. Archiepiſcopum Moguntinum in Gallias primùm attuliſſe, teſtis eſt *Hincmarus*, Virum erga Romanam ſedem valdè devotum. Eas verò Epiſtolas ſimul cum Donatione Conſtantini atque aliis Decretis Eccleſiaſticis in unum volumen compingens, ementito *Iſidori* nomine venditavit planus poſt ho-

mines

mines natos nequissimus & improbissimus; Qui posteris tamen sic imposuit, ut haud sciam, an in hoc genere quidquam unquam prodierit simile, quod plus ad causæ Pontificiæ firmamentum momenti attulerit.

§. 16. *Joann. Gerardus Tom. I. Confess. Cathol. l. 1. Part. 2. cap. 9.* sic omnia perspicuè, ut solet, complectitur: Epistolæ decretales Pontificum sunt Apocryphæ & supposititiæ. Prodierunt Romæ A. C. 1592. tribus libris, referente Possevino. Extant hodie Tom. I. Concil. & creberrimè citantur à Pontificiis in controversiis hodiernis. Patet earum falsitas ex eo: I. Quòd scatent barbarismis & solœcismis. Illo autem seculo, quo Clemens & alii Episcopi isti usque ad Silvestrum vixerunt, Lingua Latina florebat, sicut testantur, Plinii, Suetonius Tacitus, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius, Lactantius & alii. II. Quòd una sit omnium istarum Epistolarum phrasis, character unus, cùm tamen tribuantur diversis Episcopis, qui diversis seculis floruerunt. At fieri nequit, tot Viros eandem per omnia dicendi formam retinere. III. Quòd citandis Scripturæ locis vulgatam translationem sequantur, quam tamen Pontifices tàm vetusti, utpote quæ Hieronymo tribuitur, videre non potuerunt. IV. Quòd nec Eusebius, nec Hieronymus, nec Damasus, nec Gennadius, neque quisquam eorum, qui ante A. C. 800. vixerunt, earum uspiam mentionem faciat. V. Quòd illud unum sibi propositum habeant, ut Primatum Rom. Pontif. stabiliant, cùm tamen ante Concilium Nicenum parvus respectus ad Ecclesiam Romanam fuerit habitus, ut ait Æn. Silvius *Epist. XXXI.* VI. Quòd illorum meminerunt, quæ temporibus istorum Episcoporum non fuêre in Ecclesia adhuc nota vel usitata. E. gr. *Clemens, Alexander, Telesphorus* faciunt mentionem Missæ, quæ vox istis primis temporibus planè est ignota. Sic in aliis nuspiam meminerunt persecutionum, nulla in iis exhortatio ad patientiam Martyrum, sed tantùm loqvuntur de Primatu Ecclesiæ Rom. de vasis sacris, de templorum ornatu, quæ ne extitêre quidem tunc. VII. Quòd sine certo scopo & judicio aliquoties integra Scripturæ capita non solùm ex Canonicis, sed etiam ex *Ecclesiastico* Apocrypho adducant. Quem morem cùm in

pluri-

plurimis observatum videamus, meritò colligitur, ab uno autore esse profectas. *Centur. Magd. cap. 7. centur. II.*

§. 17. Jam olim Epistolarum istarum figmentum suboluit *Hincmaro l. 55. Capitum Cap. XX. Nicolao Cusano, de Concord. Cathol. Marsilio Patavino, Def. Pacis, Part. II. cap. 27.* Quos deinceps secuti Viri longe doctissimi, Turrecremata *A. C. 1460.* Desid. Erasmus, Cl. Espensæus, D. Covarruvias, G. Cassander *de officio pii viri.* A. C. 1563. Anton. Contius J C. *in dist. 16. c. 70.* Anton. Augustinus Tarraconensis, *A. C. 1580.* R. Bellarminus *l. 2. c. 14. de P. R.* C. Baronius *Annal. Tom. I. ad A. C. 102. 865. 527.* G. Bisciola *in Epitom. Baron. Tom. I.* Lorinus *Comm. in II. Pet. I. v. 14.* alii.

§. 18. Auctores s. Scriptores Epistolarum hi sunt, ut finguntur, Pontifices Romani, Clemens, Anacletus, Evaristus, Alexander, Sixtus I. Telesphorus, Hyginus, Pius, Anicetus, Soter, Eleutherus, Victor, Zepherinus, Callistus, Urbanus, Pontianus, Anterus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus II. Dionysius, Felix, Eutychianus, Cajus, Marcellinus, Marcellus, Eusebius, Melchiades, Marcus, Julius, Liberius, Felix II. Damasus, Anastasius, Sixtus III. Leo, Felix IV. Bonifacius, Silverius, Joannes III. Benedictus, Pelagius II. Gregorius M. §. Has omnes colligit in unum volumen diligentissimus *D. Blondellus*, Notisq; illustravit omni scientia Antiquitatis longè refertissimis, quò Lectorem avidum remitto.

Dies Dominica.

§. 1. Hoc die Dominico in veteri Ecclesia jejunia non exercita. *Epiphan.* Τὰς κυριακὰς ὐδ᾽ ὅλως ὐδ᾽ ἐν αὐτῇ τῇ Πεντηκοστῇ νηςεύωσι. Fuit adeò vetus institutum, τὰς κυριακὰς ἀνηςεύτυς τελεῖν. *Vid. infrà Titul. Jejunium.*

§. 2. Die Dominico & totâ *Quinquagesimâ* à Pascha ad Pentecosten non adorant de geniculis. *Tertullianus*: Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Quà immuni-

munitate à die Paschæ ad Pentecosten usque gaudemus. *Epiphan.* Ἐν ἡμέραις τ̃ πεντηκοστῆς ὔτε γονυκλισίαι γίνονται ὔτε νηστεία προστέτακται. *German. Constantinopol.* Τὸ μὴ κλίνειν γόνυ τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τ̃ ἁγίας κυριακῆς σημαίνει τὴν τ̃ καταπτώσεως ἡμῶν ἀνόρθωσιν γενομένην διὰ τ̃ τριημέρȣ τ̃ Χριστȣ̃ ἀναστάσεως. Τὸ δὲ μέχρι τ̃ πεντηκοστῆς μὴ κλίνειν γόνυ, ἐπὶ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα ἑπταπλȣμένας κρατεῖν τῇ διακαινισίμῳ. *Ambros. Serm. XLI. de Pentecoste:* Omni hoc tempore neque ad observandum indicamus jejunia, neque ad exorandum Deum genibus succidimus, sed sicut Dominicâ solemus facere, erecti resurrectione Domini celebramus. *Vid. infrà Titul. Oratio Dominica.*

§. 3. Cur autem diem Solis sacrum fecerint Christiani vett. causam reddit *Justin. M. Apol. II. fin.* Τὴν δὲ τȣ̃ ἡλίȣ ἡμέραν *Die Solis* κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιȣ́μεθα, *Conventus celebramus.* Ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε. *Quia primus est dies, quo DEUS tenebras & chaos discutiens, mundum cœpit formare.* Secundò, quia & Ἰησȣ̃ς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. *Dominus JESUS hac die resurrexit.* Τῇ γὰρ πρὸ τ̃ κρονικῆς, *ante Saturni diem,* ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ τῇ μετὰ τὴν κρονικὴν ἥτις ἐστὶν Ἡλίȣ ἡμέρα, φανεὶς τοῖς Ἀποστόλοις αὐτȣ̃ καὶ μαθηταῖς ἐδίδαξε ταῦτα. *Et Ignat. Ep. II.* ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακὴν, τὴν ἀναστάσιμον, τὴν βασιλίδα, τὴν ὕπατον πασῶν τ̃ ἡμερῶν. *Dominicum diem, resurrectioni Christi sacrum, Regem & Principem dierum.*

§. 4. Hoc die etiam in Jure *Can. Grat. Dist. LXXV. c. 5. §. Quare die.* Sacerdotes ordinati sunt. *Leo Ep. 79. c. 1.* His, qui consecrandi sunt, nunquam, nunquam benedictio, nisi in die Dominicæ resurrectionis tribuatur, cui à vespera Sabbathi initium constat ascribi. Et

§. 5. *Anaclet. Papa Ep. 2. princip. d. cap.* Ordinationes

 Epi-

Episcoporum celebrentur die Dominicâ horâ tertiâ. *Et ib. c. 4.* Manè primo die Dominicâ continuato jejunio Sabbathi celebretur ordinatio.

§. 6. *Concil. Tarracon. c. 4.* Die Dominico Clerico non liceat causas ventilare. Sic & *Concil. Erfurd.* Placita secularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis festis vel jejuniis minimè fieri decernimus.

§. 7. *Adrian. P. Capitul. c. 64.* Nullus Episcopus vel Clericus die Dominico causas judicare præsumat.

§. 8. *Tertull. adv. Nat. l. 1. c. 13.* Die Dominico, ait, Lætitiam curari. *Et:* Otium & prandium, sed tamen simul, abstineri à mundialibus, ut à lavacro. *Gothofr. in h. l. ait:* Die Dominicâ ab omni pressura, i. e. ritu, qui mœrorem inferret, abstinebant. Hinc jejunium, hinc Geniculatio eo die interdicta. Contrà otium & prandium eâ die curatum.

§. 9. *Id. Tertull. in Apologet. inquit:* Lætitiæ indulgemus. *Tertull.* Usque ad auctoritatem de morantis stellæ, ait, lavacro, eâ die abstineri.

§. 10. In Oriente diutissimè mansit consuetudo conveniendi non minùs Sabbati, quàm Dominicis diebus. *Clem. Constit. l. 7. c. 24.* Τὸ σάββατον μέντοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε. Rationem addit talem: ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ ἀναστάσεως. *Asterius Amasea Episcopus Homil. de repud.* appellat καλὴν συνωρίδα τοῦ σαββάτου καὶ τῆς κυριακῆς. *Gregor. Nyssen.* Ἡμέρας ἀδελφάς. *Balsamo* annotat: Ferè ab antiquis pares esse habitas, ἐξισώθησαν σχεδὸν ὅλου ταῖς κυριακαῖς τὰ σάββατα.

§. 11. Ortum inde fuit, ut sicut diebus Dominicis tanquam lætitiæ diebus non jejunabatur, ita nec Sabbatis, excepto uno ante Pascha. *Ignat. ad Philipp.* Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει, πλὴν ἑνὸς σαββάτου, χριστοκτόνος ἐστίν.

§. 12. Porrò Sabbatis illis legi in conventibus tunc solebant Mosis scripta per suas *Paraschas* s. *Lectiones*, non verò *Evangelia*, quæ in Dominicas differebantur sequentes. Mutasse id primò legitur

legitur *Syn. Laodic. can. 19.* definiens, Sabbatis non minùs, quàm Dominicis Evangelia legi.

§. 13. *Origenes Homil. XXIII. in Numer.* Oportet Sanctorum quemque & justum agere etiam Sabbati festivitatem. *Et mox:* Die Sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. *Euseb. l. 4. c. 18. de vita Constant. M.* scribit, eum statuisse σχολὴν ἄγειν ταῖς ἐπωνύμοις τοῦ σωτῆρος ἡμέραις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς τοῦ σαββάτου τιμᾶν. *Gregor. Nyssen. Orat. adv. eos, qui recusant corrigi:* Ποίοις ὀφθαλμοῖς τὴν κυριακὴν ὁρᾷς ὁ ἀτιμάσας τὸ σάββατον. Ἢ οὐκ οἶδας ὡς ἀδελφαὶ αὗται αἱ ἡμέραι; κἂν εἰς τὴν ἑτέραν ἐξυβρίσῃς τῇ ἑτέρᾳ προσκρούεις, i. e. *An negas, quòd hi dies fratres sunt? Quod si alterum neglexeris, alterum offendis.* Asterius Episc. Amaseæ Homil. de Repudio. Præclara est harum concursus & copula dierum, Sabbati & Dominicæ, quas tempus in orbem recurrens singulis septimanis reducit. Nam quasi matres & nutrices Ecclesiæ populum congregant, & Sacerdotes ad docendum considere faciunt, adeóq; omnes ad animarum curam ducunt & impellunt.

§. 14. *Socrat. l. V. c. 22.* testatur, omnes ubique in orbe terrarum Ecclesias singulis septimanis, die Sabbati mysteria celebrasse, exceptâ tantùm Alexandrinâ & Romanâ. *L. VI. c. X.* vocat cujusque septimanæ festa Sabbatum & diem Dominicum. Quod ipsum suo calculo approbat *Sozom. l. 7. c. 19.*

§. 15. Paulatim tamen consuetudo observandi Sabbatum desiit, præsertim in Occidente, vestigiis priscæ devotionis passim remanentibus. Et *Eduard. Brerewodus in Tract. de divers. Lingu. & Religion. ait:* Syros aut Melchitas & Abyssinos æquè solenniter adhuc colere Sabbatum ac diem Dominicum. *Cap. 16. 23.*

DISCIPLINA ECCLESIASTICA.

§. 1. EXCOMMUNICATIO. *Cyprian. Ep. XXXIX.* Ligare est communicatione aliquem abstinere. Hinc solvere λύειν, injectum vinculum demere. Et qui ligatus erat, ut ei

ut ei Sacramenti cœlestis gratia refundatur; seu communio reddatur, & qui sequestratus erat Sacramentis reddatur, ut ait *Ambros. l. 1. de pœnitent.* Quod Cypriano dicitur, Jus Communionis accipere, Pacem accipere, Communicationem accipere. *Ep. 52. 54.* Ex parte autem Sacerdotum, λῦσαι est illi, Pacem dare, Communicationem dare, ad bibendum in Ecclesia poculum Domini jure communicationis admittere, Pacem concedere. *Ep. 54. & cit. Chrysost. de Sacerdot. c. 5.* ἅπερ ἂν ἐργάσωνται κάτω οἱ ἱερεῖς, ταῦτα ὁ θεὸς ἄνω κυροῖ, καὶ τὴν τῶν δούλων γνώμην ὁ δεσπότης βεβαιοῖ. Et: καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ πᾶσαν αὐτοῖς τὴν οὐρανῶν ἔδωκεν ἐξουσίαν, ὧν γὰρ δὴ φησὶν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας. *&c. Dionys. l. 1. Hierarch. c. 7. ait:* Per hanc acceptam potestatem Sacerdotes pios admittere & impios excludere. ἐκφαντορικῶς καὶ διαπορθμευτικῶς. Quid si autem Sacerdotis erronea sit vel injusta sententia? *Resp. Dionys. l. cit.* Τὰς ἀφοριστικὰς ἔχουσιν οἱ ἱεράρχαι δυνάμεις, οἱ ἐκφαντορικοὶ τῶν θείων δικαιωμάτων, οὐχ ὡς ταῖς αὐτῶν ἀλόγοις ὁρμαῖς τῆς πανσόφου θεαρχίας, εὐφήμως εἰπεῖν, ὑπηρετικῶς ἑπομένας. *Gelas. I. Pap. Roman.* Apud Deum & Ecclesiam neminem potest gravare iniqua sententia. *Synod. Nicæn. Can. V.* statuit, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. Quod sic effert *Concil. Eliberitan. Can. 53.* Placuit, ut ab eo Episcopo quis recipiat Communionem, à quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Δεῖσθαι Tertulliano dicitur, *extra Ecclesiam dari, de Ecclesia auferri, Sacramento Benedictionis exauctorari, ab Ecclesia ejerari.* Lib. de Pudic. c. 14. 20. *De Ecclesia eradicari, extra Ecclesiam projici.* Λύεσθαι dicitur illi, *de-damnari, recipi in communicationem, revocari in Ecclesiam, concorporari rursus Ecclesiæ. Chrysost.* τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλειν. Et in *Matt. 16. hom. 61.* τὴν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκβολὴν nominat actum ligandi. *Sulpic. Sever. l. 2.* à Communione suspendere. Apud *Theodoret. l. 2. 16.* talis dicitur τῆς κοινωνίας ἐκκλησιαστικῆς ἀλλότριος. *Plura vid. suprà Tit. Confessio.*

§. 2.

§. 2. *Clem. Diatact.* Καθάπερ ἀργυρονόμοι τὰ φαῦλα τ̃ νομισμάτων ἀποκρίνουσι, τὰ δὲ δόκιμα οἰκειοῦνται, οὕτω καὶ τ̃ ἐπίσκοπον τὰ μὲν ἄμωμα κατέχειν, τὰ δὲ ἐπίμωμα ἢ ἀνιάτως ἔχοντα ἀπορρίπτειν. *Suid.* appellat τ̃ κοινωνίας σημιῶσαι. *Augustin.* Consuetudine Ecclesiæ mulctari. *Nyssen. de objurgat.* ait: θανὼν γίγνωσκε κεκλεῖσθαι σοι τὰ ἐκεῖ ἀφωρισμένα. *Et:* Κἂν ἀποκλείσθωσιν ἡμῖν ἀφορισμῷ αἱ θύραι τ̃ ἐκκλησίας, βλασφημοῦμεν. Μὴ ἐπισκοπικῆς αὐθαδείας εἶναι τ̃ ἀφορισμὸν νομίσῃς· πατρῷος ὁ νόμος, παλαιὸς τ̃ ἐκκλησίας κανὼν ἀπὸ τ̃ νόμου. Nam illi ἀφορίζειν est, quod *Paulo* παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ. *Zephyrin. Papa apud Tertull. de Judic. c. 5.* Adulteros post pœnitentiam admittendos edixit. Quod impugnat *Tertull.* quia solum adulterii crimen exceperit; cùm tamen tria sint gravissima scelera, Idololatria, Homicidium & Adulterium, quibus ab Ecclesia pax non reddatur. *C. IX. l. cit.* Quæ tria & *Pacianus Tom. III. Bibl. PP.* Capitalia vocat, & quæ *Johan. I. c. 5.* πρὸς θάνατον appellat. Ait enim: Hæc quicunque post fidem fecerit, Dei faciem non videbit.

§. 3. *Concil. Eliberitan. Can. I.* admodùm severè, & *Can. 2. 3. 7.* Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere Communionem. Hæc autem prima severissima disciplina sub Apostolorum tempore, & ad *Tertulliani* ferè seculum obtinuit, quæ à *Zephyrino Pont.* quod ad mœchiam spectat, paululùm relaxata. *Cypriani* temporibus majores ad lenitatem progressus habuit. Tum enim nullum peccati genus a fructu Communionis exceptum est, eà lege, ut temporiùs ad pœnitentiam se applicarent. Nam tunc, qui in obitum usque proferrent, interclusi sunt. Tandem ne his quidem negari Communionem placuit. *Cypr an. Epist. ad Anton.* Quod tamen in Hispaniensibus Ecclesiis tardiùs receptum videtur.

§. 4. Ἀνάθεμα. Ἀνάθεμα & ἀναθεματίζειν in Ecclesia prima Excommunicationis sententia dicta. Qualis apud *Cyprian.*

prian. Ep. 28. Nestorium Clerici *ἀναθεματίσαι*, & addunt: οὕτω γὰρ οἱ χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθαμεν τὴν κατὰ τοῦ βλασφήμου ψῆφον, ὅταν αὐτὴν ὥσπερ ἐν στήλῃ ἀναστήσαντες φανερὸν τοῖς ἅπασι καταστήσωμεν. Maranatha solennis etiam fuit, ut patet *Tom. I. Concil. edit. Bin.* in actis *Concil. Sinuessani.* Aliàs appellârunt id, à Christi corpore separari. *Augustin. Enchirid. c. 65.* ἀφορίζεσθαι. *Can. Apost. X.* & ἀφορισμὸν. *Can. XII.* & ἐκκόπτεσθαι τῆς κοινωνίας παντάπασιν. *Concil. I Arelat. Can. 4. & 16.* *Et:* ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας. *Concil. Laod. Can. 36.* & ἀναθεματισθῆναι καὶ εἶναι ἀκοινώνητον καὶ κεχωρισμένον τῆς ἐκκλησίας. *Concil. Gangrens. Epist. ad Episcop. Armen.* *ibid.* ἐκτὸς εἶναι τῆς ἐκκλησίας. Et demùm XX. Canonibus illius Concilii adjicitnr hoc: Ἀνάθεμα ἔστιν. Fuit tamen diversitas Censuræ pro diversitate peccati. Alii post Triennium, alii post Quinquennium, alii post Biennium, alii post Decennium; ut in *Concil. Eliberit.* Alii post XXX. annorum pœnitentiam. *Basil. ad Amphiloch. Can. 3.* Alii non nisi in fine vitæ recepti. *Concil. Eliberit. Can. XIII.* Aliis neque in fine dabatur Eucharistia absque præjudicio tamen gratiæ divinæ, tantùm in exemplum, quod sustulit *Synod. Nicæn.* Καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας ἐπιδότω. Hi erant tantùm gravibus sceleribus infecti, ut Apostatæ. *Basil. Can. LXXIII. ad Amphil.* Inter προσκλαίοντας in perpetuum relegantur, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἐκβαίνειν τῶν ἁγιασμάτων ἀξιούμενοι non priùs. Sic *Ancyran. Can. 23.* voluntarii homicidii reos toto vitæ tempore ὑποπτώσει subjicit, τοῦ δὲ πλείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιοῦσθωσαν, inquiens: Aliud enim erat, *Pœnitentiam concedere*, aliud, *ad spem Reconciliationis admittere*.

§. 5. Ex *Cyprian. Epist. XIII.* discimus, quòd iis, qui libellos à Martyribus acceperant, Communio permittebatur in fine vitæ. Hinc *Libellatici* dicti. Qui verò illis carerent, eos exspectare jubet ibid. donec Ecclesiæ pax esset reddita, adeóq; ne in

morte quidem illis pacem tribuit. *Pax* autem dicebatur, cùm à *peccatis, quæ diuturnâ pœnitentiâ diluerant, absolvebantur*, & cum Ecclesia reconciliati S. Cœnæ Communioni reddebantur.

§. 6. Apud *Euseb. l V. c. 36.* causa redditur, cur morientibus debeat Cœna dari; ἵνα εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται. *Nicæna Synod. Can. 13.* Κανονικὸν καὶ παλαιὸν νόμον esse dicit, ut εἴ τις ἐξοδεύοι τοῦ τελευταίου ἐφοδίου μὴ ἀποστερῆται. Et hoc ubique terrarum deinceps obtinuit.

§. 7. Porrò Absolutio fiebat χειροθεσίᾳ. *Cyprian. Ep. X. ad Clerum & Ep. XI. XII.* Nec ad Communicationem venire quis possit, nisi priùs illi ab Episcopo & Clero manus fuerit imposita. Et *Concil. Carthag. IV. Canon. LXXVI* Si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs impositionem. Et *Can. LXXVIII.* Pœnitentes non credant se absolutos sine manûs impositione. *Constit. Apostol. L. II. c. 41.* ἡ χειροθεσία pœnitentibus dicitur esse ἀντὶ τοῦ λούσματος. Sic & *Agathense Concil. Canon. XV. Laodicense Canon. XIX.* τῶν ἐν μετανοίᾳ προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα. Unde ὑποπίπτειν & ὑπόπτωσις ipse actus, ut vult *Petavius*.

§. 8. *Pœnitentia.* Pœnitentia à Patribus sic definitur. *Clem. Alex. 2. Strom.* Δόκησις μετανοίας, οὐ μετάνοια, τὸ πολλάκις αἰτεῖσθαι συγγνώμην, ἐφ᾽ οἷς πλημμελοῦμεν πολλάκις. *August. serm. 7. de Temp.* Ista est vera pœnitentia, quando sic convertitur quis, ut non revertatur. *Ambros. l. 2. de Pœn. c. 10.* Sicut unum baptisma, sic una pœnitentia, quæ tamen publicè agitur. Ita & *August. Ep. 54.* Locus humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia tantùm conceditur, ne medicina vilis esset ægrotis. Loquitur de *publica*, quam nemo amplius, quàm semel impetravit.

§. 9. Pœnitentia, ait *Gratian. Dist. 50. c. 61.* est quædam, quæ solennis appellatur, quæ semel tantùm in Ecclesia conceditur, de qua *Ambros.* suprà. *Id:* Non est secundus locus pœnitentiæ.

§. 10. Tamen quotidiè peccantibus nunquam per pœnitentiam venia negatur.

§. 11. Hinc liquet, duplicem esse pœnitentiam: *Privatam & publicam*.

§. 12. In *publica* illa reperio: 1. *Habitum*, in cilicio. 2. *Gestum*, in situ jacente corporis, vigilias, lacrymas. 3. *Exclusionem* è cœtu, &c.

§. 13. Formula erat, Ἀνάθεμα ἔσω. De hujus phrasibus, quibus hoc vocetur, suprà dictum.

§. 14. *Dist.* 50. Pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput à Sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur, & nisi dignè pœnituerint, non recipiantur. Juvenibus etiam non facilè pœnitentia committenda est, propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum.

§. 15. De gradibus pœnitentiæ vid. suprà Tit. *Confessio.*

§. 16. *Grat an. c. XXXIII. §. III. de Pœnit. Dist. V.* quærit, quis modus debeat observari in imponenda & accipienda pœnitentia? R. Ad arbitrium proprii Sacerdotis. *Dist. VI.* Cui quis confiteri debeat? R. Proprio Sacerdoti, si sit discretus. Alioquin alteri de ejus licentia.

§. 17 *Patian. Parænet. ad Pœnit.* peccata, quæ Apost. Johannes πρὸς θάνατον appellat, *Capitalia* dicuntur. Quæ tria statuit Antiquitas PP. *Idololatriam, Homicidium, Adulterium.*

§. 18. *Tertull. de Pud. c. IX.* Neque idololatriæ, neque sanguini pax ab Ecclesiis redditur. *Pacian. l. cit.* Hæc quicunque post fidem fecerit, faciem DEI non videbit. Reliqua peccata meliorum operum compensatione curantur. De his *Concil. Eliberitan. Can. I.* Quicunque post baptisma fecerit crimen capitale, placuit nec IN FINE eum Communionem recipere. De quo ritu suprà dictum.

§. 19. Deinde sciendum, *Capitalia* & *Mortalia* illa dicta esse, quæ & graviora erant, & quibus pœnæ à Canonibus singillatim expressæ. Hæc jam inferioris erant ævi illis *Paciani*, de quibus modò dixi. Alia *leviora* & *quotidiana* dicebant, quæ nos *venialia* dicimus, de quibus nulla in Conciliorum decretis mentio. Qualia sunt e. g. *maledictum asperius, perjurium, &c.*

§. 20. Quisquis igitur prioris generis crimen perpetrâsset ad

ad Sacerdotem accedens publicæ pœnitentiæ jus ab eo capiebat, eo modo, ut diximus suprà Tit. *Confessio*. Quâ peractâ absolutus Communioni restituebatur. Aliorum caussa erat levior. His enim satisfaciebat privata pœnitentia, quam Sacerdotis prudentia moderabatur.

§. 21. Ac priores illi propriè *pœnitentes* dicebantur. *Concil. Tolet. I. Can. II.* Eum pœnitentem dicimus, qui post baptismum aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens sub Cilicio, divino fuerit reconciliatus altario.

§. 22. Post publicam illam pœnitentiam relapsi ad priora crimina, ab Ecclesiæ aditu & Mysteriorum Communione penitùs exclusi reconciliari amplius non poterant, quod pluribus *suprà* ostendimus. Quanquam in quibusdam Ecclesiis iterare fas fuisse docere possit *Origenes Hom. XV. in XXV. c. Levitic.*

§. 23. Circa hæc *Novatianus*, cùm statueret, μὴ χρῆναι τοὺς ἡμαρτηκότας σωτηρίας τυχεῖν, ut exprimit *Theodoretus*, vel ut *Epiphan. hæres. Novat. §. 1.* Μὴ εἶναι σωτηρίαν ἀλλὰ μίαν μετάνοιαν. Μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν μηκέτι δύνασθαι ἐλεεῖσθαι τὸν παραπεπτωκότα. Contra quem *Epiphan.* Ἡ μὲν τελεία μετάνοια ἐν τῷ λουτρῷ τυγχάνει. Εἰ δέ τις παρέπεσεν, οὐκ ἀπολλύει τοῦτον ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία. Δίδωσι γὰρ καὶ ἐπάνοδον, καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν.

§. 24. Verùm hæc *Novatiani* dogmata non fuisse videntur, sed illud, quod penes Ecclesiam reconciliandi jus esse negabat. Nam ipse ad pœnitentiam admonebat lapsos. *Socrat. l. IV. c. 28.* ait Novatianum scripsisse Ecclesiis omnibus, μὴ δέχεσθαι τοὺς ἐπιτεθυκότας εἰς τὰ μυστήρια, ἀλλὰ προτρέπειν μὲν αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ συγχώρησιν ἐπιτρέπειν τῷ δυναμένῳ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Idem & *Ambros. l. 1. de pœnit. c. 2.* cum ita illos increpat: Quid durius, quam ut indicant pœnitentiam, quam non relaxent, cùm utique veniam negando incentivum auferant pœnitentiæ? Ergo sciendum, non pro eo quod

quòd lapsos ad pacem Ecclesiæ admittendos negarent, *Novatiani* hæreseos damnatos esse, sed quòd nullum ad eos reconciliandos, condonandaq; delicta jus in Ecclesia esse dicerent. *Vid. Dionys. Petav. ad Epiphan. hæres. Novat. p. 227.*

§. 25. Porrò pœnitentem reconciliare Presbytero non licuit, nisi absente Episcopo & cogente necessitate. *Concil. Carthag. III. Can. XXXII.*

§. 26. *Halberstadii* singularis fuit pœnitentium cærimonia.

§. 27. *Raph. Volaterr.* ita describit: Singulis annis eligitur è plebe quidam, qui personam pœnitentis & confitentis agat. Is in capite Jejunii Quadragesimalis ad templum adducitur, cultu lugubri quique pœnitentem deceat, capite obvoluto. Idem post sacrum deinde ejicitur, perq; totos dies XL. nudis pedibus vias urbis terit, templorum moles circuit, nec cum quoquam sermones miscet. Canonici illi cibum præbent. Non indulget sermoni, nisi post mediam noctem. Idq; in plateis. At in die, qui Dominicæ Cœnæ dicatus est, reducitur ad templum, & à Sacerdote non absque longis cærimoniis absolutus, stipem à reliqua plebe accipit. Hunc ADAMUM vocare solent. *Hæc ille.*

§. 28. Ritus iste ex *Canone Agathensi* profectus est, qui citatur *Gratiano Dist. I.* & sic sonat: In capite Quadragesimæ omnes publicè confitentes ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultu in terram prostrato, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent Diaconi, i. e. Archipresbyteri, Presbyteri Parœciarum & Presbyteri pœnitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, ut secundum modum culpæ pœnitentiam per *præfixos gradus* injungant. Post hæc Episcopus eos in Ecclesiam introducat, & cum omni Clero septem Psalmos pœnitentiales in terram prostratus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, juxta quod Canones jubent, manus eis imponat, aquam super eos benedictam spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eis denunciet, quòd sicut Adam projectus est de Paradiso, ita & ipsi de Ecclesia pro peccatis suis projiciantur. Post hæc

jubeat

Jubeat ministros, ut eos extra januas Ecclesiæ expellant. Clerus verò prosequatur eos cum Responsorio: In sudore vultus tui &c. ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parvi pendant pœnitentiam. In sacra autem Domini Cœnâ rursus ab eorum Decanis & Presbyteris Ecclesiæ liminibus repræsententur. *Hactenus Canon.*

§. 29. Quæritur de Excommunicatorum Liberis, an illi sint baptizandi? *Resp. August. Epist. LXXV.* Si quis nascatur ex parentibus excommunicatis, illum tamen hujusmodi excommunicationis esse participem non posse, cùm neque sit criminis. Proinde NON ESSE à Baptismo excludendum.

§. 30. Nam vitia parentum filiis non imputari docet *Gratian. d. 56. c. 3 & August. cont. Faust. l. 22. c. 64.* Discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Et *Chrysost. Hom. 3. in Matth.* ait: Μὴ ἐγκαλύπτεσθε ἐπὶ τῇ προγόνων κακίᾳ.

§. 31. *Tertull. de Pud.* Sedere in sacco & cinere, fletu ingemiscere, precibus ambire, genibus Ecclesiam exorare. *Lib. de Pœn. id.* Peccata publicè confiteri, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus dejicere, aris DEI adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere. *Quæ omnia continet ἐξομολόγησις.*

§. 32. Completo tempore pœnitentiæ nomen ejus excipiebant in libellum & ad Presbyteros remittebant, cum hac aut simili formula: *Hunc admittite ad communionem, quia lapsus sui egit pœnitentiam dignam.* Cyprian. l. III. Ep. 15. 16.

§. 33. *Id. l. III. Ep. XI.* Confessionis exemplum ponit: *Nos errorem nostrum confitemur. Circumventi sumus, &c.* Hanc excepit absolutio & manus impositio, sequebatur Ecclesiæ gaudium & gratiarum actio. *Cyprian. d. l.* Una vox erat omnium gratias DEO agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentium, complectentium eos quasi hodiè pœnâ carceris fuissent liberati.

§. 34. Nota complexos fuisse fideles sic absolutos!

§. 35. *Id. l. II. Ep. XII.* ostendit, morem fuisse per literas, si qui essent recepti, aliis Ecclesiis denunciandi.

§. 36. *Diem receptionis.* Id. de Unction. docet fuisse, *Diem*

Cœna Dominica, inquiens: Hæc dies nocti illi contigua est, qua Absolutionis nostræ negotium Dominus incoavit. Hoc Ecclesiæ suæ hodiernâ traditione exemplum relinquens, ut fieret in Ecclesia absolutio peccatorum.

§. 37. *Innocent. I. ad Decent. c. 7.* Quinta feria Paschæ remittendum pœnitentibus esse docet, si nulla interveniat ægritudo.

§. 38. Nam si istiusmodi pœnitentes casûs morbosus corripuisset, sine mora post confessionem absolvebantur & pacem accipiebant. *Cypr. l. III. Ep. 17.* Si incommodô aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectent præsentiam nostram, quin apud Presbyterium quemcunque, vel si exitus urgere cœperit, apud Diaconum quoque Exomologesin facere possint, ut manu eis in pœnitentiam impositâ cum pace veniant ad Dominum.

§. 39. Pœnitenti autem Pacem nullo modo negare licebat. *Constit. Clem. l. 6. c. 15.* Si quis contrà faceret, deponebatur. *Canon. Apost. 51.* Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος, τὸν ἐπιστρέφοντα, ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω. Ubi obiter docemur Episcopi & Presbyteri, illo jubente, fuisse munus absolvendi.

§. 40. Quid autem in absolutione considerandum, docet *Concil. Worm. Can. 25.* Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum Sacerdotis arbitrio, pœnitentiæ decernuntur. Debet itaque Sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singulariter considerare, originem quoque modumq; culparum, & affectus gemitusq; delinquentium diligenter examinare, manifesteq; cognoscere. Temporum etiam & personarum, locorum quoque & ætatum qualitates inspicere, ut & pro consideratione locorum, ætatum & temporum s. qualitate delictorum ac gemituum uniuscujusque delinquentis à sacris regulis oculos non reflectat. *Hoc Anno Chr. 868.*

§. 41. Penes Episcopum fuit Leges pœnitenti imponere, & tempus. Et illo concedente, etiam penes Presbyterum. Hinc conjungi sæpè videmus. *Concil. Turonens. III. c. 22.* Episcopis & Presbyteris diligenti cautelâ pertractandum est, qualiter conti-

gentibus tempus abstinendi ascribant, ut juxta modum peccati pœnitentibus abstinentia indicetur.

§. 42. *Concil. Carth. III. c. 31.* Inconsulto Episcopo non permittit id Presbytero, nisi eo absente & necessitate cogente. Sic *Concil. Triburiens. c. 52.* de homicidiis non sponte factis: Modus hujus pœnitentiæ in Episcoporum sit arbitrio, ut secundum conversationem pœnitentium possint & extendere tardantibus, & minuere studiose festinantibus.

§. 43. Unde apparet, à delinquentibus anxiè petendam fuisse pœnitentiam. Hinc *Concil. Carth. IV. c. 74.* docet, ut Sacerdos pœnitentiam petenti *ἄνευ προσωποληψίας* pœnitentiæ leges injungat. *Canon. 75.* Ut negligentiores pœnitentes tardiùs recipiantur.

§. 44. *Concil. Epaun.* statuit, non respuendam esse oblationem ejus, qui festinans ad pœnitentiam Sacerdotem invenire non potuit. Et *Julius Pap. c. 27. q. 7. ait*: Reus erit animarum Presbyter, qui pœnitentiam morientibus denegaverit.

§. 45. Et *Cœlestin. Pap. d. l. c. XIII.* Impietatem vocat.

§. 46. Infirmis quantitas pœnitentiæ non imponenda. *c. 23. q. 7. c. 1.*

§. 47. *Ibid. è Synod. VIII.* Pro qualitate delicti tempus pœnitentiæ impendatur. *Cyprian. ad Cornel.* Pacem sub ictu mortis accipere, vocat, docetq; ibi antiquitùs non nisi morituris datam esse pœnitentiam, quod abolet ipse, aitq;: Nunc non infirmis, sed fortibus pax est necessaria, nec morientibus, sed viventibus Communicatio à nobis danda est.

§. 48. Cum sic excommunicatis prohibetur conversari. *Can. Apost. 10.* Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω.

§. 49. Nec licebat talem sine *Formatis* in alia Ecclesia recipere. *Can. Ap. XII.* Εἴ τις ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. Εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός. Pœnit. tempus ei prorogabatur.

§. 50. *Concil. Tribur. c. III.* statuit, ut qui ab Episcopis Excommunicationis anathemate percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ad magistratum perferantur, ut qui divina judicia non verentur, humanâ pœnitentiâ feriantur.

§. 51. *Concil. Wormatiens. c. XIII.* Nullus Sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus causis à communione suspendat.

§. 52. Excommunicatum autem pro levi causa, ni statim ad gratiam recipiat. Episcopus vicini Episcopi usque ad Synodum communionem ei non negent. *Concil. Worm. c. 14.*

§. 53. Sic & *Concil. Meldens. c. LVI.* Nemo Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione privet Ecclesiastica.

§. 54. *Concil. Lateran. sub Alex. III.* Statuimus, ut Prælati, nisi canonicâ communione præmissâ, suspensionis vel excommunicationis sententiam non proferant.

§. 55. Sic & aliud *Lateranens. ann. 1215. cap. 47.* statuit, vocatâ competentem commonitionem. Qui contrà fecerit, ejus pœna additur: Ingressum Ecclesiæ per mensem unum sibi noverit interdictum.

§. 56. Et *c. 49.* de injustè excommunicante statuit, pecuniariâ pœnâ mulctetur.

§. 57. Sic & *Concil. Alemann. c. 4. de eo*: Per mensem ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus. Et *Oxopiense Concil.* Quod addit, Canonicam istam Admonitionem debere præmitti, ubi excessus non est manifestus.

§. 58. Recipiendi eo loco, ubi excommunicati erant. *Arelat. Concil. I. can. 16.* placuit, ut quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur. Et 2. ab eodem Episcopo, à quo erat exclusus, recipiatur. *Concil. Antioch. can. VI. & Conc. Taurin. cap 4.* In ejus sit arbitrio restitutio ipsius, in cujus potestate ejus fuit abjectio. Et *Conc. Lugdun. I. c. 4.* Tamdiu à communione habeatur alienus, usque quò ejus judicio debeat recipi, à quo meruerat sequestrari.

§. 59. Si verò Episcopus excommunicatum relinquat, statuit

ruit *concil. Epaunens. can. 28.* Correctum aut pœnitentem successori licebit absolvere.

§. 60. Requisita, quibus opus habent ad consequendam absolutionem, sic enarrant Rom. Clerici *Ep. ad Cyprian. tom. I. conc.* Multum illis proficiet 1. Peticio modesta, Postulatio verecunda. 2. Humilitas necessaria. 3. Patientia non otiosa. 4. Mittant Legatos pro suis doloribus lacrumas. 5. Advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus. 6. Imò si delecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, erubescant & petere, nisi quia majoris est rursum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petisse.

§. 61. Morituris in absolutione manus non imponebatur. Sic *Concil. Arausic. I. c. 3.* Qui recedunt de corpore pœnitentiâ acceptâ, placuit, sine reconciliatoria manus impositione eos communicare. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut legitimam communionem cum manûs impositione recipiant.

§. 62. Excommunicati qui moriuntur, defuncti absolvi non possunt. Sic *Gelas. Pap. I. c. 24. qu. 2.* Absolutionem, quam superstes non meruit, nec mortuus potest impetrare.

§. 63. *Concil Cabilon. c. 8.* statuit, ut pœnitentia post confessionem indicatur: Ut pœnitentibus à Sacerdotibus (*confessione facta*) indicatur pœnitentia, placuit.

§. 64. Excommunicatos Episcopi visitabant, & ad meliorem mentem reducere conabantur. Sic *Concil. Aquisgran. c. 36.* Quali sorte vivere debeant, ad melius exhortando visitent.

§. 65. Hypodiacono excommunicare non licet, nec Cantori, nec Lectori. *Constit. Apost. l. VIII. c. 34.*

§. 66. De variis temporibus pro quantitate delicti in pœnitentia observatis extant in Jure Canonico *canones*, inde dicti *pœnitentiales*. Quorum est primus de Presbytero talis: Quod si Presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam X. annorum faciat, inclusus & a ceteris remotus, sacco indutus, humi stratus, primis III. mensibus pane & aquâ utatur, exceptis Dominicis diebus & Feriis præcipuis, quibus modico vino, pisciculis & leguminibus recreetur. Postcà de loco illo exeat, non tamen in publicum pro-

deat,

deat. Post hoc unum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis & Festis præcipuis, in quibus vino, ovis & caseo poterit uti. Finito primo anno & dimidio, particeps sit corporis Domini, & ad pacem veniat, & ad Psalmos cum aliis fratribus canendos in choro ultimus recipiatur. &c.

§. 67. Qui lapsis ante restitutionem communicant, ipsi à communione abstineant. *Dist. 50. c 35 è Cyprian. Pap. l. 4. ep.* ...

§. 68. Clericum, qui coram excommunicatis celebrat communionem, excommunicatur ipse *è Concil. Alemann. c. 7.*

§. 69. *Calixt. I. Pap. Ep. 2. c. e Caus. XIII. quæst. III. c. 17.* Excommunicatos quoscunque à Sacerdotibus, nullus recipiat ante utriusque partis justam examinationem, nec cum eo oratione tum & cibo ac potu, aut osculo eis communicet, nec Ave eis dicat; qui contra fecerit, simili excommunicationi subjacebit.

§. 70. Sic & *Isidor. Reg. Mon. c. XVIII.* nec orare, nec loqui, nec vesci cum eo liceat. *Et Concil. Aureb. IV. c. 73. Concil. Tolet. l. 15. Can. Carth. II. c. 7. Synod. VIII.* ut citat *Gratian. cap. 18. q. 3. c. 28.*

§. 71. Gradus hujus pœnæ sunt tales: Sententia Ecclesiastica, quæ à communione lapsos excludit, & dicitur *Excommunicatio, ἀκοινώνητοι,* qui ei subjacent, Græcè. Hac sententia non separantur à consortio fidelium. 2. Anathema ex *I. Cor. XV.* vocatur, quo quis separatur à consortio fidelium, ut *c. 11. q. 3.* Cum excommunicato nolite communicare.

§. 72. *Dist. 50 c 40. Palea sic.* Si quis homicidium fecerit, si Episcopus est, XV. annos pœniteat, & deponatur. Presbyter, XII. tres in pane & aquâ. Diaconus X. tres in pane & aquâ.

§. 73. *Concil. Ancyr. c 22.* Qui casu homicidium patrârunt, *ait*, priore regula VII. annis pœnitere, ipsum autem statuit τῷ πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι. Sic & *Concil. Tribur. c. 52. c 55.* de eo, qui sponte cecidit: Quadraginta diebus ab ingressu Ecclesiæ arceatur. Nihil manducet præter solum panem & salem, neque bibat nisi puram aquam. Nudis pedibus incedat, lineis non induatur vestibus, nisi tantum femoralibus. Secularia arma non portet. Nullo vehiculo utatur. Non misceatur cum uxore his

diebus.

diebus nec ullam communionem his XL. diebus vel cibo aut potu, vel ullâ aliâ re cum Christianis habeat. Post hos dies XL. annum totum ab introitu Ecclesiæ suspendatur, abstineat à carne & vino & caseo, & mellitâ cerevisiâ, nisi Dominicis diebus & Festis. Pòst introducatur in Ecclesiam. Secundum & tertium annum simili modo pœniteat. Quartum, V. & VI. & VII. jejunet tres Quadragesimas: Unam ante Pascha Domini; Alteram ante D. Nat. Joannis Baptistæ; Tertiam ante Nat. Domini. Tunc reconcilietur.

§. 74. *Concil. Eliber. c. 5. & Wormac. c. 39.* de fœminâ, quæ ancillam interfecit, si voluntate, post VII. annos, si casu, post V. annos.

§. 75. Sic & in *Capit. Martini Bracar. c. 78.* Unde discimus, priùs VII. annos fuisse spatium pœnitentiæ homicidis; Posteà V.

§. 76. Qui post pœnitentiam ad secularia redeunt, *Concil. Aurel. I. c. XIII.* excommunicat. Qui post illam ad malitiam redeunt, Decennio pœnitere jubet *Canon. XI. Concil. Nicen.*

§. 77. Pro absolvendo excommunicatum, pretium exigere vetat *Decret. Gregor. l. V. tit. III. c. 24.*

§. 78. *Concil. Aurel. III. c. 7.* Episcopus, qui invitum præsumserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus sit.

§. 79. Sed si quenquam injustè excommunicet Episcopus, quid faciendum? *Concil. Sardicens. Can. XVII.* eo casu ait: προνοητέον ἐστὶ μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον κατακρίνεσθαι καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. Qui autem abjectus est, ὁ ἐκβαλλόμενος ἑξέται ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς Μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. Si verò ille abest, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν καὶ ἀξιοῦν ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. Et Episcopus, qui ejecit, γενναίως φέρειν ὀφείλει ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται. Neque tamen πρὶν ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως πάντα ἐξετασθῇ ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

§. 80. *Concil. African. Cap. CI.* Latinè sic redditur: Habeat potestatem ejectus, ut finitimos interpellet Episcopos, & causa ejus audiatur, & diligentiùs tractetur.

§. 81. *De eod. Concil. Carthag. II. c. VIII.* Συγχωρμένως μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχει δικαίαν.

§. 82. *Concil. Arausf.* Modum reconciliandi talem profert *c. VIII.* Cùm aliquis vel excommunicatus, vel anathematisatus pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, Episcopus, qui eum excommunicavit, ante januas Ecclesiæ venire debet, & XII. Presbyteri cum eo, qui eum hinc inde reconciliare debent. Et si ille terræ prostratus veniam postulat, & de futuris cautelam spondet, tunc Episcopus apprehensâ ejus dexterâ, in Ecclesiam illum introducat & Communioni Christianæ reddat, & VII. Ps. Pœnit. decantet, cum istis precibus: Kyrieeleison, Paternoster, Salvum fac servum tuum. Oratio: Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cujus integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius.

§. 83. Ubi notanda 1. *Postulatio.* 2. *Promissio emendationis.* 3. *Humi prostratio.* 4. *Sponsio cautelæ de futuris.*

§. 84. *Caus. XI. qu. III. c. 106.* Modus excommunicationis talis extat: Debent XII. Sacerdotes Episcopum circumstare & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis projicere debent in terram & proculcare pedibus. Deinde epistola per Parochias mittatur continens excommunicatorum nomina & causam excommunicationis.

§. 85. Porrò in excommunicatione etiam non solùm delictum respexerunt, sed & delinquentium anteactam vitam & mores. *Chrys. 2. Cor. 2.* οὐ δεῖ μόνον πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἕξιν τῶν ἁμαρτανόντων τὴν μετάνοιαν ἐξάγειν. Sic & *Conc. Ancyran. Can. XXV.*

§. 86. Et secundò, *intentio.* *Chrysost. III. de Sacerd.* οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν πλημμελημάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως.

§. 87. Erat consuetudo disciplinaris, ut eximerent ex sacris tabulis, quibus inseri solebant nomina orthodoxorum, eos, qui in exco-

errorem incidissent & scandalum Ecclesiæ. Hæ tabulæ asservatæ in templis appellantur δίπτυχα. Sic legimus apud *Evagr. l. 3. c. 30.* quod Anastasius Cæsar habitus pro adversario Concilii Chalcedonensis, ex sacris tabulis fuerit exemtus. Et in *Epist. Hormisd. P. R. ad Justin. Imp.* extat, nomen Acacii Patriar. Constantin. ex diptychis deletum fuisse, quia excommunicaverant illum Felix III. & Gelasius P. R. Episcopi tamen Orientales retinuerunt. Nonnulli censent, *deleri solita quoque eorum nomina, qui pacem turbarent publicam, & pastores fideles persequerentur;* quorsum inclinare videtur *J. Forbes. l. III. c. XI. §. 9.*

DONATIO CONSTANTINI MAGNI.

§. 1. Duo circa hanc sunt scitu digna: 1. *Instrumentum & Formula Donationis*, ac 2. deinde, *ejusdem falsitas*, argumentis evidentibus demonstrata.

§. 2. Formula Donationis Latine extat talis: In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris videlicet, & Filii & Spiritus Sancti. IMPERATOR CÆSAR, FLAVIUS CONSTANTINUS. In CHRISTO JESU, unico ejusdem Trinitatis Salvatore, Domino & Deo nostro, Fidelis, Mitis, Beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, Pius, Felix, Victor & Triumphator, semper Augustus. SANCTISSIMO & BEATISSIMO PATRI PATRUM, SYLVESTRO EPISCOPO & PAPÆ MAGNÆ URBIS ROMÆ, & omnibus Pontificibus successoribus ejus, in Cathedra Petri usque ad consummationem seculi sedentibus. Item omnibus Reverendissimis & religiosis Catholicis Episcopis, huic sacræ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ per hanc nostram Imperialem constitutionem subjectis, gratia, pax, amor, lætitia, magnanimitas, misericordia ab omnipotente DEO & Patre, & JESU CHRISTO, filio ejus, & Spiritu Sancto, cum omnibus vobis!

Quæ à Redemtore & Salvatore nostro DEO JESU CHRI-

CHRISTO, qui est Filius altissimi Patris, per sanctos Apostolos ejus Petrum & Paulum, mediante Patre nostro Sylvestro, summo Pontifice & Catholico Papa, admirabiliter circa nos miserationibus illius facta sunt, manifestâ narratione per hanc Imperialem nostram Scripturam, deinceps omnibus studuimus tradere ad cognitionem omnium, qui sunt in orbe terrarum, populorum. Mansuetissimè enim nostræ apparitionis ab ipso corde procedit confessio. Primùm quidem nostram fidem præ se fert, quam à prædicto beatissimo Patre & intercessore nostro Sylvestro Catholico Hierarcha didicimus, ad documentum intelligentiæ omnium nostrûm, deinde & effusam super nos DEI misericordiam omnibus nunciat. Scire enim vos omnes volumus, sicut per prædictam nostram pragmaticam constitutionem vobis declaravimus, nos ab idolorum cultu, quæ muta & surda, & manu facta sunt, diabolicisq; fictionibus, & ab omni Satanæ pompa desiliisse, & ad integram Christianorum fidem, quæ lux vera est & vita æterna, descendisse; sicut nos ipse excelsus & summus Pater noster & Magister Sylvester admonuit, in DEUM Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium: Et in JESUM CHRISTUM, Filium ejus unigenitum, Dominum nostrum, per quem omnia facta sunt: Et in Spiritum Sanctum, Dominum & vivificantem, omnem creationem præcipiens credere. Nos Patrem, Filium & Spiritum Sanctum sic confitemur, tanquam in perfecta Trinitate & perfectionem divinitatis esse & unitatem potentiæ. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, & tres unum sunt: tres igitur formæ, sed una potentia. Perfectis igitur cœlestibus virtutibus, & omnibus terrenis materiis misericordi nutu ipsius sapientiæ, primò ex limo terræ hominem formans, secundum imaginem & similitudinem sui ipsius, in paradiso hunc posuit deliciarum, cui invidens serpens antiqvus inimicus & Diabolus, amarissimo gustu inexperti ligni exulem fecit lætitiæ illius. Illumq; cùm expulisset, non cessat sui ipsius mortiferis sagittis multis modis alios sagittare, ut abstrahens humanum genus à via veritatis, idolorum cultum videlicet creaturæ, & non Creatori, servire omnes persuadeat, ut, quos possibilis fuit sui ipsis machinationibus

colli-

colligare, hos æterno supplicio tradat puniendos. Sed Deus propriæ formationis miserationem capiens misit sanctos ejus Prophetas, & per hos vitæ lucem, adventum videlicet filii ejus, Domini autem nostri & Salvatoris DEI JESU CHRISTI annuncians. Novissimè autem misit & unigenitum ejus Filium, & verbum sapientiæ: qui à cœlis descendit propter nostram salutem, & genitus est ex Spiritu Sancto & Mariâ virgine, verbum caro factum est, & habitavit in nobis: non deponens, quod fuit, sed incipiens esse, quod non fuit: Deus perfectus & homo perfectus, tanquam Deus miracula perficiens, & tanquam homo humanas passiones sustinens: sic verbum hominem, & Deum verbum intelligimus. Doctrinis nostri Patris Silvestri summi Pontificis, tanquam Deum verum & hominem verum eundem esse, nequaquam est ambigendum. Eligens igitur duodecim Apostolos, hosq; innumerabiles populos antea supernaturalibus miraculis illustravit: Confitemur ipsum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM adimplevisse leges & Prophetas, passum & crucifixum esse secundum scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse, assumtum esse in cœlos, sedere à dexteris Patris, illinc venturum judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Hæc est nostra orthodoxa fides à beatissimo Patre nostro Silvestro nobis antea lata. Admonemus igitur omnem populum & diversa gentium genera, hanc fidem detinere, colere, prædicare, & in sanctæ Trinitatis nomine Baptismatis gratiam assequi, & Dominum nostrum & Salvatorem JESUM CHRISTUM, qui cum Patre & Spiritu Sancto in infinita secula regnat, reverenti corde adorare: quem beatissimus Pater noster Sylvester Catholicus Hierarcha prædicat. Ipse enim Dominus noster mei peccatoris misertus, misit sanctos Apostolos suos nos visitaturos, & luce splendoris ejus nos illustravit, & tenebras attrahens ad veritatis cognitionem me pervenire dignatus. Quoniam gravis turpitudo lepræ omni mei corporis carni insiliit, multisq; convenientibus medicis cura mihi adhibita est, & horum nullius studio sanitatem assequi potui. Ad hæc accesserunt & Sacerdotes Capitolii, oportere mihi dicentes cisternam in Capitolio fieri, & hanc innocenti sanguine & calido impleri, illicq; lavari, sic mundatio-

 nem

tem consequi posse. Secundum documenta igitur ipsorum, cum multi innocentes infantes congregati essent, & vellent impii & sacrilegi Sacerdotes ipsos jugulare, & illorum sanguine cisternam implere, lacrymis Patrum illorum nostra serenitas intendens, statim rem nefandam exhorruit. Illorumq; tunc ego misertus matribus tradi filios jussi, vehiculaq; exhibens & dona concedens gaudentes ad propria remisi. Hic dies cùm præteriisset, & nocturna quies succederet, adsunt sancti Apostoli Petrus & Paulus, mihi dicentes: Quoniam ad peccata procedere non permisisti, & innocentis sanguinis effusionem es abominatus, à Christo Domino & Deo nostro missi sumus, dantes tibi consilium, per quod sanitatem resumes; audi igitur nostrum mandatum & fac, quod te admonemus. Hujus urbis Episcopus Silvester tuas persecutiones fugiens in cavernis lapidum cum propriis Clericis occultatur in monte Sorate: hunc ad te ipsum accersens demonstrante illo veram religionis cisternam addisces: in quo cùm tertiò immersus fueris, omnis vis lepræ te derelinquet. Quo facto hanc retributionem econtrà metire Salvatori tuo, ut tuis mandatis omnes in orbe terrarum Ecclesias renoves: & tu in hac parte teipsum purga, ut omnem idolorum infelicitatem relinquens, solum viventem & verum Deum, qui solus est verus Deus, colas & adores, & illius voluntatem adimpleas. Expergefactus igitur, secundum quæ ordinata fuerant ab Apostolis, operatus sum, accersensq; præcipuum & præclarum Patrem Silvestrum, Catholicum Papam, qui nos illuminavit, omnia ipsi à sanctis Apostolis mandata mihi verba declaravi, quæsiviq; ab eo, qui Dii essent, Petrus & Paulus qui appellantur. Dixitq; ille, non verè Deos hos appellari, Apostolos autem Salvatoris nostri & Domini JESU CHRISTI esse asseveravit. Rursus incepi interrogare beatissimum Patrem, si quæ manifesta horum Apostolorum essent imagines; ut ex pictura igitur possumus cognoscere, si possibile est, illos esse, quos à revelatione didicimus. Tunc ille omni reverentiâ dignus Pater divinorum horum Apostolorum imagines per proprium Diaconum afferri jussit: quas inspiciens & aspectus illorum, quos in somnis videram, in imaginibus perdiscens, magnâ voce coram meis satra-

pie confessus sum, hos illos esse in somnis mihi visos. Ad hæc beatissimus hic Pater noster Silvester urbis Romæ Episcopus tempus nobis terminavit in uno cilicio intra nostrum Lateranense Palatium: ut omnia, quæ à nobis impiè operata sunt & injustè perpetrata, jejuniis, vigiliis, lacrumis & orationibus apud Dominum Deum nostrum placaremus. Deinde Clericis imponentibus mihi manus, usque ad ipsum Pontificem perveni, illic autem renuncians Satanæ pompas & opera ejus, & omnia idola manu facta, credere in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum JESUM CHRISTUM, Filium Dei unigenitum, Dominum nostrum, qui genitus est ex Spiritu Sancto & Maria virgine, spontaneâ voluntate coram omni populo confessus sum. Benedicto autem lavacro, illic mensurabili demersione salutarem aquam mundavit, in sinu autem lavacri positus manu tangentem me à cœlo propriis oculis aspexi, sub qua mundus resurgens ab omni lepræ turpitudine me ipsum mundatum esse cognovi: ablatum autem me à venerando lavacro, albis palliis induerunt, septiformeq; Spiritus Sancti signaculum præbuit beati Chrismatis unctione, & signum sanctæ crucis meæ fronti signavit, dicens: Sigillat te Deus fidei ejus signaculo in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, omnisq; Clerus respondit, Amen. Et addidit Pontifex: Pax tibi. Primo igitur die, postquam cœpi mysterium divini baptismatis, & post medelam mei corporis à lepra, cognovi, non esse alium Deum, præter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum: quem baptismus Pater Silvester prædicat, Trinitatem in unitate, unitatem in Trinitate. Omnes enim Dii gentium, quos superiùs colui, dœmonia opera manuum hominum manifestè demonstrantur. Ad hæc, quantam potestatem ipse Salvator noster proprio Apostolo beato Petro præbuit in cœlo & in terra, manifestè nobis ipse venerandus Pater exposuit, quando illum fidelem inveniens in interrogatione, dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adversus eam. Considerate potentes, & auribus cordis attendite, quid bonus Magister & Dominus proprio discipulo adjunxit, dicens; Et tibi dabo

claves

claves regni cœlorum: Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis. Admirabile verbum & gloriosum, & super terram ligare & solvere, & in cœlis ligatum esse & solutum. Hæc igitur beato Silvestro docente cognoscens, & beneficentiis ipsius B. Petri integerrimè sanitatem sentiens corpori redeuntem, dignum judicavimus cum omnibus nostris satrapis, & universo Senatu & Optimatibus, & cuncto Romani Imperii subjacente populo: Ut sicut beatus Petrus Vicarius apparet constitutus in terra à Filio Dei, sic à nobis & nostro regno, locum tenentes Principis Apostolorum suscipiant, datum ipsis potestatis principatum majorem, quam nostra in terra serenitas & regnum ab omnibus habere cognoscatur. Elegimus enim ipsum Apostolorum Principem & ejus successores, proprios nobis ipsis ad Deum esse patronos: & sicut nostram in terra Imperialem Potestatem, sic & illius sacram & sanctam Ecclesiam Romanam decrevimus colere cum reverentia, & sacratissimam Cathedram beati Petri magis quàm nostrum regnum & terrenam sedem exaltare, tradentes ipsi potestatem & gloriæ dignitatem, vigorem & efficaciam, & honorificentiam imperialem. Atque decernentes sancimus: *Principatum habere super quatuor præcipuas Sedes, Antiochiæ, Alexandriæ, Constantinopoleos & Hierosolymorum; Item super omnes in universo orbe terrarum Ecclesias: Et Pontificem pro temporibus existentem, ipsius sacræ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ excelsiorem esse, & Principem omnium sacerdotum, qui sunt in universo orbe terrarum.* Et omnia, quorum curam habere oportet ad divinum cultum vel robur Christianorum fidei, hujus judicio gubernari. Justum enim est, caput Principatus sanctam habere legem, ubi sanctarum legum legislator Salvator noster beatum Petrum mandavit habere Apostolatus Cathedram, ubi crucis lignum, & ipse sustinens beatæ mortis piaculum bibit, imitator proprii Magistri & Domini factus. Illic usque ad finem & continue Magistrum quærunt, ubi sanctum Magistri corpus quiescit. Illic gentes pro confessione nominis Christi colla inclinent, ubi horum Magister beatus Paulus Apostolus pro Christi nomine collum extendens corona Martyrii coronatus. Illic supini & humiliati cœlestis Regis & Dei & Salvatoris

nostri

nostri JESU CHRISTI officio serviant, ubi superbæ terreni Regis potestati serviebant. Quorum gratiâ scire volumus omnes in orbe terrarum gentium populos, quòd nos in Lateranense nostrum Palatium, templum ereximus ipsi Salvatori nostro & DEO & Domino JESU CHRISTO, ab ipsis fundamentis cum baptisterio. Sciatisq; & duodecim Cophinos terræ illinc nos propriis humeris extulisse, æquales numero duodecim Apostolis, ædificavimusq; Ecclesias, & beatis & Petro & Paulo primis Apostolis, quas argento & auro decentes & ornatas constituimus: Ubi & sacratissima ipsorum corpora sepelientes magna reverentia Thecas ipsis ex electro, cujus nulla elementi potentia est fortior, construximus: Crucemq; auri purissimi & ex margaritis pretiosis factam, per utramq; thecam imposuimus, aureis clavis affigentes: quibus Ecclesiis pro continuatione luminariorum possessiones & agros contulimus, & nostro imperiali & divino mandato in Oriente & Occidente, Septentrionali & Meridionali climate, in Judea videlicet, Asia, Thrasia, Græcia, Aphrica, Italia & in diversis insulis, nostrâ ipsis largitate concessimus: sic videlicet, ut per manus beatissimi Patris nostri Pontificis Sylvestri & ejus successores omnia disponantur. Exultet igitur nobiscum omnis populus, omnia in orbe terrarum gentium genera admonemus, ut nobiscum & Salvatori nostro JESU CHRISTO infinitas gratias confiteantur: quoniam ipse DEUS in cœlo superiùs, & in terra inferiùs per sanctos Apostolos cùm nos visitasset, sanctum mysterium baptismatis & corporis sanitatem nos dignos fecit suscipere. Pro quibus etiam præbemus ipsis sanctis Apostolis & Dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per hos beato Sylvestro nostro Patri, & summo Pontifici & Catholico urbis Romæ Papæ, & omnibus Pontificibus successoribus ejus, usque ad consummationem mundi, in cathedra beati Petri sedentibus, & inpræsentiarum tradimus primùm quidem LATERANENSE NOSTRI REGNI PALATIUM, quod omnibus in orbe terrarum Palatiis præfertur & eminet: deinceps Diadema, id est, coronam capitis nostri; similiter autem & Phrygium, id est, mitram, & superhumerale videlicet lorum, quod imperiale collum circumdare consuevit. Item purpuream Chlami-

dem & coccineam tunicam, & imperialia omnia indumenta, & imperialium præsidentium equitum dignitatem; conferentes imperialia sceptra, simulq; cuncta signa atque banna, & diversa ornamenta imperialia, & omnem in processionibus imperialis culminis gloriam & potestatem. Reverendissimis autem Clericis secundum diversos ordines huic sacræ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ servientibus, illam circumspectionem & proprietatem potentiæ & præexcellentiæ habere sancimus, cujus amplissimus Senatus noster videtur gloriâ adornari, id est, Patricios & Consules ipsos effici, nec non & cæteris dignitatibus imperialibus, eos promulgamus decorari: Et sicut imperialem exercitum, sic & Clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ adornari decrevimus. Et quemadmodum imperialis potentia, diversis officiis cubiculariorum, ostiariorum & excubitorum decoratur, ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus: & ut amplissimè Pontificiale decus præfulgeat, decernimus, & ut Clerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ mappulis & linteamentis, id est, candidissimo colore decoratos equos equitent, & sicut noster Senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est, candidissimo linteamine illustratis, sic utantur & Clerici: & ita cœlestia sicut terrena ad laudem DEI decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo Patri nostro Sylvestro, urbis Romæ Episcopo & Papæ, & omnibus post ipsum in ejus successionem venturis, per supervenientia secula beatissimis Pontificibus pro honore & gloria Domini nostri JESU CHRISTI, in magna hac Catholica potestate, si aliquem circumspecti nostri Senatus voluerit inter religiosos Clericos connumerare, nullum eorum, qui ad hoc vocantur propter superbiam, ordinem hunc excusare. Sancimus etiam hoc omni reverentiâ dignum, Patrem Sylvestrem summum Pontificem, & omnes Pontifices successores ejus, Diademate videlicet Coronâ, quam ex capite nostro ipsi præbemus, & margaritis constructam, uti debere & in capite gestare ad gloriam DEI pro beati Petri reverentia. Quoniam verò ipse beatissimus Papa super coronam Clericatus, in tonsura capitis, quam pro reverentia beati Petri habet, ipsa ex auro non est passus uti coronâ; Nos Phrygium in hoc candidissimo colore splendidam Domini resurrectio-

rectionem signantes, sacratissimo ejus vertici propriis manibus imposuimus, & fræna equi hujus tenentes, pro reverentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes ejus successores singulariter uti in processionibus ad imitationem imperii nostri. Unde ne Pontificialis apex vilescat, sed magis quàm terrenum regnum ipse dignus & gloriâ & potentiâ decoretur, ecce Palatium nostrum (ut anteà dictum est,) & *urbem Romam, & totius Italiæ & Occidentalium Regionum provincias, loca, civitates* sæpenumerò prædicto beatissimo Patri nostro Sylvestro Catholico Papæ tradentes & cedentes hujus & successoribus ejus Pontificibus, potestati & judicio per divinum nostrum pragmaticum edictum decrevimus disponenda, atque Juri sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permanenda. Unde congruum judicavimus, nostrum regnum & hujus gloriam ad orientales regiones transferre, & in orbe Byzantio in optimo loco, nostro nomine urbem ædificantes, illic nostrum imperium constituere: Ubi Sacerdotum principatus & Christianæ Religionis caput à cœlesti Rege est constitutum, non esse justum, illic potestatem habere terrenum regnum. Hæc igitur omnia, quæ per hanc nostram imperialem sacram & alia divalia decreta statuimus ac confirmavimus, ad consummationem mundi illibata & inconcussa permanere decrevimus, unde coram vivent DEO, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obtestamur, omnes nostros successores, Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas, etiam amplissimum Senatum & universum populum in toto orbe terrarum, nunc & imposterùm, nulli eorum quoquo modo licere hæc, quæ à nobis imperiali sanctione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel ejus omnibus Pontificibus concessa sunt, aut confringere, vel in quoquam convelli. Si quis autem (quod non credimus,) in hoc temerator aut contemtor exstiterit, æternis condemnationibus subjaceat innodatus, sentiatq; sibi ipsi contrarios Sanctos DEI & Principes Apostolorum Petrum & Paulum, in infimo inferno cruciandus, deficiatq; cum Diabolo & omnibus impiis. Hujus autem imperialis decreti tabulam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus Principis Apostolorum beati Petri manibus imposuimus: Ibiq; eidem

dem DEI Apostolo promittentes, illibata nos hæc omnia conservare, & nostris successoribus & Imperatoribus per nostra mandata conservanda relinquere: & beatissimo Patri nostro Sylvestro, summo & universali Papæ, & per ipsum omnibus ejus successoribus Pontificibus (Domino & DEO & Salvatori nostro JESU CHRISTO placidè annuente,) tradidimus, perenniter atque feliciter possidenda.

SUBSCRIPTIO IMPERIALIS.

Divinitas vos conservet per multos annos, sanctissimi & beatissimi Patres. Datum Romæ sub 3. Kalendarum Aprilis die, Domino nostro Flavio Constantino Augusto & Gallicano, Clarissimis Viris Consulibus.

§. 3. Hoc est illud Pontificiæ Monarchiæ in temporalibus decantatissimum fundamentum, relatum in Jur. Canon. *c. Constantinus Dist. 96.* Quô Cæsar Constant. M. coronam & omnem regiam dignitatem in urbe Romana & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit, ut loquitur Gratianus in *Palea c. citato.* Sed ficta & falsa omnia esse evincunt sequentia. 1. Dictum *in c. Constantin. Dist. 96.* in vetustis Gratiani Codicibus non extat, ut refert *Nic. Cusan. l. III. c. 2. de Conc. Catholica. & Laur. Valla in Declamat.* Ideòq; à monachis impostoribus posteà est excogitatum. Adi & *Volaterran. Anthropol. l. XXIII.* (2) Plurimi ex ipsis Pontificiis fatentur commentum esse, & Æn. Silvius peculiarem Dialogum contra Donationem edidit, ubi ait: Miseros esse Legistas, qui sudant ac laborant in disputando, *an valuerit id, quod nullo unquam fuerat.* Otho III. Imp. in Constitutione apud *Goldastum Tom. I. p. 226. A. C. 998.* publicè scribit, Donationem illam commentitiam & longi temporis mendacio fictam esse. *Bartolus JC. in Proœm. digest. n. 14.* postquam multis non obscurè contra Donationem illam disputâsset, tandem concludit: *Videte, quia nos sumus in terris Ecclesiæ, idcircò dico, quod illa Donatio valet.* Idem agunt *Didac. Covarruvias l. 4. Var. Resolut. c. 18. n. 8. Platena in Vit. Pont. Silvestri. Alciatus l. 7. Parerg. c. 19. Cujacius l. 1. respons. ad l. legatus 20. ff. de Offic. Præs.* §. Huc perti-

pertinet silentium (3) Historicorum, qui de Constant. M. scripserunt, de Donatione verò nihil memorant, ut sunt, *Eusebius, Socrates, Theodoretus, Evagrius, Ruffinus, Zonaras, Orosius, P. Diaconus, Nicephorus.* (4) Absurdæ sunt, (1) quòd Cæsar constituerit Silvestrum Caput Ecclesiæ, & Principatum obtulerit super quatuor præcipuas Sedes, Alexandrinam, Antiochenam &c. & super omnes in universo orbe Ecclesias. Nam si id ex Donatione Cæsaris habet Pontifex, quomodo *jure divino* se taliter constitutum jure asserit alibi *c. nemo. c. cuncta. 9. qv. 3. C. Sacrosancta Dist. 22. c. rogamus. 24. qv. 1.* (2) Quæ de lepra & sanguine humano & baptismo narrantur, nullus quippe Historicorum memorat, præter *Zonaram.* Ac notabile est de baptismo Cæsaris, quòd Silvester jam tunc ante Quinquennium ferè fuerit mortuus, & quòd Cæsar paulò ante mortem ann. ætat. 65. Nicomediæ astante magnâ Episcoporum multitudine & frequentiâ baptizatus fuerit, *Euseb. l. 4. de Vit. Constant.* Plura absurda & ea quidem prolixè vide in *Hotoman. c. XI. Fulm. Brut. & Arnis. de Donat. Const. M.* (5) Diversa instrumenta Donationis & rerum donatarum differentia. Nam *c. futuram. 12. qv. 1.* P. Melchiades asserit, tantùm Urbem Romam Silvestro esse à Const. M. donatam. Rursum aliter eandem recitat *Nicol. III. P. M. in c. fundamenta extr. de Elect. in 6.* Aliter iterùm recenset Palea *Gratiani c. Constantinus. Dist. 96.* Et meretur cumprimis obeliscum, quòd *Melchiades P.R.* qui citari solet testis Donationis hujus, ante Silvestrum Papa fuerit, mortuus XVIII. diebus ante electionem Silvestri in Pontificem Romanum. (6) Nova Donatio Ludovici Imp. *c. ego Ludov. Dist. 63.* Nam si omnia regna Occidentis Silvestro donavit Const. M. quid opus erat novâ Donatione vel Caroli M. vel Ludovici? Ac *deinde*, in Donatione Ludovici minuitur res donata à Const. M. Et *denique* duo diversa instrumenta Donationis Ludovici novam arguunt falsitatem, confer *c. ego Ludov. Dist. LXIII. & Volaterranum l. 3. Geograph.* Postremò, roborant hasce antecedentes donatione *Mathildis* Comitissæ A. C. 1115. factâ, quæ extat apud *Blondum l. 4. Hist. Decad. 2.* & alios. (7) Divisio Imperii Const. M. probat, Donationem istam nunquam ab

 ipso

ipso factam esse. Tribus enim filiis Imp. divisit, ita ut Italia & Roma ipsa inter partes hereditatis orciscundæ recenseatur. *Eusch. l. 4. de Vit. C. M. Zosim. l. 2.* Imò, constat ex Historia, Urbis Romæ & totius Italiæ ac reliquarum partium Occidentis Imperium apud successores Const. M. per annos 140. permansisse, usque ad Gothorum irruptionem, circa A. C. 527. à Justiniano vindicatum sibi. (8) Multa in Donationis formula insunt minùs Latina & ætati Const. M. adversa. E. gr. *Phrygium, Superhumerale, Lorum, Bauna, udones*, & similia, quæ *Valla* copiosè annotavit. (9) Vitia ipsius actus donantis, ex quibus Donatio, etiamsi facta esset, invalida redditur, prolixè recenset *L. Banck. in de Tyrann. P. R. c. XVI.* & sunt ista (1) ex parte donantis. Nam dum alienat bona Imperii, contra juramentum Cæsar agit, neque statim alienandi potestas concessa esse intelligitur, cui administratio est permissa. (2) Ex parte Donatarii. Pontifex enim præesse debet religioni, non regioni, *C. Eccles. Dist. 97.* (3) In ipsa Materia. Nam regna chartæ s. paginæ beneficio transferre, ut *Donationis* verba sonant, prodigii loco habitum est, ait *Alb. Krantzius Saxon. l. 2. c. 1.* ac deinde, res tales extra commercium sunt, & alienari prohibitæ. *§. nullius. 7. Institut. de rerum divisione.* Unde *Vasquez. l. 1. c. 5. n. 24.* censet, revocandum esse, si quid ab imprudenti Cæsare Ecclesiæ esset donatum.

E.

ECCLESIA.

§. 1.

Ecclesiæ antiquæ Ritus. Conveniebant noctu, & quidem nocte eâ, quæ diem Paschatis immediatè antecedebat. Qua de re vid. *Tit. Pascha.*

§. 2. *Concil. Eliberit.* vetuit nocturnas pervigilationes mulierum in cœmeteriis. *Tertull. IX. Apolog.* scribit, Christianos noctu

noctu convenisse, cùm aliàs non liceret, & tamen eis objectum, quòd in principio majestatem conjurarent, quòd infanticidia, quòd epulæ Thyesteæ, & ad extinctam lucernam incesta stupra & illicitæ conjunctiones apud eos fierent.

§. 3. Non licebat abire è templo initiatis, nisi post finitam Missam. *Chrysost.* οὐ συγχωροῦμεν πρὸ ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾶν. Dicebatur ἀπόλυσις. Quæ erat Catechumenorum post sermonem ab Episcopo habitum de rebus Fidei ante cœnam Domini. *Aug. serm.* 237. Post sermonem Missa fit Catechumenis, manebunt fideles. *Conf. Tit. Christianismi* στοιχεῖα, *& Catechumeni.* Altera erat initiatorum, ut diximus. *Clem. Constit. VIII. Cap. XLI.* ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Incusabantur enim ii, qui ante missionem datam excederent. *Chrysostomus de synax.* ἐν τῷ καιρῷ τῆς φρικτῶν τοῦ χριστοῦ μυστηρίων ἐπιτελουμένων ἔτι καταλιμπάνεις ἐν μέσῳ πάντα, καὶ ἀναχωρεῖς. *Liturg. Chrysost.* dicitur ἱερεὺς ἀπόλυσιν ποιεῖν. Vox erat solemnis ἀπολύεσθε. *Concil. Agathens. Can. XXXI.* Missas die Dominico seculares audiant, nec ante Sacerdotis benedictionem egrediantur. *Concil. Carthag. IV. Can.* 84. Episcopus nullum prohibeat usque ad Missam Catechumenorum, neque hæreticum, neque Judæum. *Augusł. de temp. serm. CCLI.* Potentes istius mundi cogunt Presbyterum, ut abbreviet Missam.

§. 4. Templum dictum κυριακόν. *Concil. Neocæsar. Can. V.* Κατηχούμενος εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν, ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ. *Cyrill. Catech. XIIX.* Κἂν ποτε ἐπιδημήσεις ἐν πόλεσι, μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε ποῦ τὸ κυριακόν ἐστι.

§. 5. Συνέρχεσθαι Pauli, 1. *Cor.* 14. PP. dicitur συνάγειν, ἐκκλησιάζειν. Hinc σύναξιν dixêre, ut Synagogam Judaicam refugerent. *Augusł. Ps. LXXVII.* Nostram Apostoli nunquam dixerunt Synagogam, sed semper Ecclesiam. Contrà *Jacob. Ep.* 2. ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν ὑμῶν. *Ignat. Ep. I.* χωρὶς πρεσβυτέρων ἐκκλησία ἐκλεκτὴ ἐστιν· οὐ συνάθροισμα ἅγιον, οὐ συναγωγὴ ὁσίων. Zachar. Papa Συνοδίαν appellat.

§. 6.

§. 6. *Socrat.* Συνάγειν *l. 2. c. 13.* vocat *Populum vocare ad Liturgiam*, ἐάσας ὂν αὐτὸν ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη ἐκκλησίᾳ συνάγειν. *Et l. VI. c. 23.* καὶ εὑρὼν ἰδίᾳ συναγομένους. *Et ibid.* τὰς συναγωγὰς ποιεῖσθαι appellat. *L. IV. c. 18.* Συνάξεις ἐπιτελεῖσθαι. *Epiphan. l. IX. c. XXXIIX. Trip. Hist.* Συνάξεις ποιεῖν.

§. 7. Deinde & pro Cœna sumtum. *Pachymer. cap. III. Dionys. Hierarch.* Σύναξιν δὲ νοητέον, οὐ τὴν τοῦ λαοῦ ἀλλὰ τὴν πρὸς θεὸν συναγωγὴν καὶ κοινωνίαν.

§. 8. Latin. *Collecta* dicitur Populi Conventus. *Tertull. de Fuga*: Quomodo colligamus, quomodo Dominica solemnia celebrabimus? *Augustin. Brevicul.* Congregationem populi ad audiendum sacrum appellat. *Hieron. Ep. de Paulla*: Collectionem populi. *Tertull. III. C. Apol.* Coitionem Christianorum, Communicationem orationis & omnis sancti commercii.

§. 9. Hæreticorum Conventus dicti παρασυναγωγαί, παρασυνάξεις; *Edict. Theodos.* ad insigin. Colligendi copiam sibi tributam existimant. *Chrysost. I. Cor. XI.* συνιόντες οἱ πρὶν πάντες μετὰ τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν, Concionem, μετὰ τὰς εὐχάς, preces, μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν, Communionem, τῆς συνάξεως λυθείσης, dimissâ Concione.

§. 10. Συνακτήρια loca sunt Synaxibus sacra.

§. 11. *Justin. M. Apol. 2.* sui Seculi Ecclesiæ ritum sic describit: ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, Conventus, κοινὰς εὐχὰς ποιούμενοι, preces, ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα μετὰ τὰς εὐχάς, Osculum post preces. *Tertull. de Orat. c. XIV.* vocat Osculum hoc *Orationis signaculum*, quia fiebat finitis precibus. *Justin.* pergit, ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι ἄρτος, καὶ οἶνος, καὶ ποτήριον ὕδατος. Hoc erat *oblatio* convenientium ad Cœnam Domini. Καὶ οὗτος λαβὼν αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων ἀναπέμπει, καὶ εὐχαριστίαν ποιεῖται. Communio, οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων ΑΜΗΝ. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος καὶ ἐπευ-

ἐπευφημήσαντος τοῦ λαοῦ, οἱ Διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν Εὐχαριστία. *Cœnæ distributio.* Καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ. *Die Solis.* Πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται. *Habes verba Pauli. Convenitis in unum.* Καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται. *Lectio.* Εἶτα ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Episcopi *Concio explicatoria* Lectionis, Lat. *Tractatus. De quo alibi.* Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν. Preces sequantur. Tunc repetit, quæ jam sunt narrata.

§. 12. Oratio fiebat in genibus. *De quo v. in verbo Oratio.*

§. 13. Ingredientes se aquâ purificabant. Locus, in quo circa Templa erat aqua, quâ se lustrabant, dictus θησαυρός. *Græc.* Σπονδεῖα & Περιῤῥαντήρια. *Hieron. Pneum.* Θησαυρὸς ἢ Σπονδεῖον. Dicebantur & ἁγιστήρια, quòd ex his circumspersi purificarentur. *Hieron. in Automat.* Θησαυροῦ μετασκευὴ τροχὸν ἔχοντες στρεφόμενον χάλκεον, ὅς καλεῖται Ἁγιστήριον. Τοῦτο γὰρ εἰώθασιν οἱ εἰς τὰ ἱερὰ εἰσιόντες στρέφειν. Hanc rotulam æneam solent intrantes templum vertere, & aquâ inde effluente se purificant. Rota illa dicitur Ἁγιστήριον. Actio ipsa Περιῤῥαίνεσθαι.

§. 14. *Templorum Forma.* Πρόναος Ethnicorum Christianis dicebatur Νάρθηξ. Pòst Νάρθηκα, erant οἱ πυλῶνες, ingressus templi. Deinde templum ipsum, quod dicebatur *Navis Templi.* Ultimo loco ad Orientem erat *Absis*, s. *Concha*, & intimum Sacrarium. Hodiè *Chorus* appellatur. Hic locus erant Septa cancellato opere facta, quibus Sanctuarium à populo discernebant. Dictus aliàs *Transennæ*, *Caulæ* & *Cancella.* Capitul. M. Caroli; Pars illa, quæ cancellis versus altare dividitur Choris tantùm

tùm psallentium patent Clericorum. Inde *Chorum* hodiè pars illa Templi. *Euseb. l. X.* τάδε ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατα τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις εἰς ἄκρον εὐτέχνου λεπτουργίας ἐξησκημένοις. Circumcludebant δικτυωτὰ illa Septa in Græcis templis Sanctuarium. Vid. infrà Tit. *Templa.*

§. 15. Præterea docet locus (*1. Cor. 14. 23.*) ubi Sacramenta & Prædicatio verbi ab inde Apostolorum seculis fuerint celebrata.

§. 16. Nimirum in conventu publico fidelium. Nam in *Concil. Constantinop. V.* dicitur: *Eos, qui per domum baptizant, ejice foràs.* Et Ordo Roman. Tit. de Sabb. Sanct. Post tertiam horam Sabbati procedant ad Ecclesiam, qui baptizandi sunt cum patrinis & matrinis. *Clemens Quint. Tit. XV.* Prohibemus, ne quis in aulis vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed DUNTAXAT in Ecclesiis, in quibus sunt ad hos fontes specialiter destinati, aliquos, nisi Regum vel Principum, quibus in hoc casu valent deferri, fuerint liberi, audeat baptizare. *Concil. Colon. Canon. XV.* Statuimus, neminem alibi, quàm in Ecclesia, quocunque loco natus sit, debere baptizari, exceptis Regum filiis.

§. 17. Interdum tamen aliter accidit. *Concil. Triburiense Can. XII.* Si validâ infirmitate occupati & desperati ad Ecclesiam provehi non possint, loco mundo perspecto baptisma celebretur.

§. 18. Non licebat egredi templo, antequam omnia essent finita.

§. 19. *Concil. Basileens. Sess. XXI.* Qui ante finem Psalmi, in matutinis; Venite, exultemus; In aliis horis, ante finem primi Psalmi, in Missa ante ultimum Kyrieeleison *usqve in finem* divino officio non interfuerit, nisi fortè necessitate cogente, ac petitâ & obtentâ à Præside chori licentiâ, discesserit, pro illa hora absens censeatur. *Chrysost. Homil. de hac re:* οὐ συγχωροῦμεν πρὸ ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾶν.

§. 20. *Aras & Altaria non habuerunt.* Hinc Cæcilius Paganus ap. Minut. Octav. Christiano objicit: Cur nullas aras habent, nulla templa? Cui respond. Putatis, nos occultare, quod colimus, si delubra & aras non habemus. Sic & *Celsus ap. Origen.*

l. 8.

§. 8. Postea dictæ ἱεραὶ τράπεζαι. *Synod. Nic.* Τὴν θείαν τράπεζαν. Sic *Athanas. Theodoret.* alii. Vid. Tit. *Cœna Dominica, & Altaria, Sanctorum Reliquiæ. &c.*

§. 21. *Primò fuêre ligneæ.* Athanas. Epist. ad Mon. τράπεζαν ξυλίνην vocat. *Optat. I. contr. Parmen.* Quis fidelium nescit, in peragendis mysteriis ipsa ligna linteamine cooperiri? Ubi nota ritum aras tegendi mappâ lineâ, & unde fluxerit.

§. 22. Quod diximus, ante sacra finita non licuisse cuiquam templo exire, confirmatur *Canon. XXXI. Concil. Agath.* tali: Missas die Dominico totas audire secularibus speciali ordine præcipimus, ita, ut ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur.

§. 23. In templo locus fuit, dictus *Secretarium, Diaconicum,* παραπέτασμα, *Nazianz. Orat. 20. &* παστοφόρια. *Hieron. Ezech. 42.* dicit, in omnibus Ecclesiis duo Pastophoria exstrui consuevisse, eaq; hinc inde apud apsidem (ubi Episcopi sedes,) posita fuisse. *Paulin. Ep. XII.* docet, in eo repositam sacram supellectilem, inquiens: Hic locus est veneranda penus, quà conditur & quâ promitur alma sacri pompa Ministerii.

§. 24. *Dist. 23.* Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi Subdiacono aut acolutho in Secretario vasa Dominica. Et *Capit. Græc. Martin. Bracar. 42.* Non liceat mulieribus in Secretarium ingredi. *Tom. Concil. 2. p. m. 756.*

§. 25. *Can. Apost. X.* excommunicat egredientes templo ante finitam concionem. Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας, ἀφορίζεσθαι χρή. *Tom. I. Concil. initio.*

§. 26. Sine GLADIO Ecclesiam ingredi ordinat *Concil. Salegunstad. c. 8.* Nemo gladium in Ecclesiam portet, regali tantùm excepto.

§. 27. De modestia in templo. *Id. c. 9.* Ne colloquia in atrio aut Ecclesiâ fiant, ubi orationes & divina tantùm fieri æquum est officia.

§. 28. *Synod. Turonen. c. XXXIX.* Quando ad Ecclesiam veniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur, in qua etiam nequaquam conferant inanes confabulationes.

§. 29. Breviter Seculi secundi scriptor *Tertull.* rem comprehendit *Apol. c. 39.* 1. Coimus, *ait*, in cœtum & congregationem. 2. Ut ad DEUM quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. 3. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro mora finis. 4. Cogimur ad divinarum literarum commemorationem. &c. Certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam exigimus, disciplinam præceptorum nihilominùs inculcationibus densamus. Et *tandem*: 5. summum futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut à Communicatione orationis, & conventus, & omnis sancti commercii relegetur. 6. Præsident probati quique Seniores. *Confer Tit. Conciones, ubi de Lectione & ejus Lectore, & Pulpito. It. Tit. Oratio.*

§. 30. *Id. Tertull. de Anim. c. 9.* Tria in cœtu facta sic effert: Scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut Petitiones delegantur.

§. 31. Tandem sequebatur *Cœna, Cypr. de Laps. Serm. XIV.* Confer Titulum *Cœna Domini.*

§. 32. Quinque igitur officia erant Precum publicarum: 1. *Cantus.* 2. *Lectio.* 3. *Concio.* 4. *Oratio.* 5. *Communio.* *V. M. Anton. de Domin. l. VII. c. XII. §. XC. XCI. XCIII. & seqq. prolixè. Vid. infrà Tit. Templa.*

§. 33. *Act. 6. 38.* Vox Ecclesiæ tribuitur veteri Synagogæ. Quod noto. Nam & *Levit.* 4. *Ps. 13.* utrumque עדה & קהל *Synagoga* & *Ecclesia* tribuitur veteri Testamento. Sic & *Num. XX. 2. 4. Proverb. V. 14.* Ubi LXX. interpr. ἐκκλησίας ϗ συναγωγῆς verterunt. *Vulgat.* Synagogæ & Ecclesiæ. Ut & reddidit *Ps. 26. 5. 68. 26.* Ita quoque Syrus *Matt. 16. 28.* vocem ἐκκλησίαν, vertit עדתא *Ebr.* עדה quod *Bellarmin.* ipse vult significare *Synagogam. Controv. T. 4. l. III. c. 5.* Sic & vox συνάγεσθ usurpatur de piis N. T. Ubi duo aut tres fuerint συνηγμένοι. Et *Joh. XV. 52. Act. XI. 26.* Hinc in vett. Ecclesia Σύναξις de Cœna.

§. 34.

§. 34. *August. in Ps. 72. & 81. ait:* Quanquam dicitur propriè Synagoga Judæorum, Ecclesia verò Christianorum, quia congregatio magis pecorum, convocatio magis hominum intelligi solet, tamen & ILLAM dictam invenimus Ecclesiam, & nobis fortasse potiùs convenit dicere: Salva nos Domine DEUS noster, & congrega nos de gentibus.

§. 35. De Regimine ejus *vid. Tit. Hierarchia.*

§. 36. De Ecclesiæ Sanctitate & Doctrina nota sequentia.

§. 37. Notas Ecclesiæ è Script. S. petendas docet *Augustin. Ep. 48.* Non quisque nostrûm in justitiâ suâ, sed in Scripturis divinis quærit Ecclesiam. Et *Ep. CLXVI.* In Scripturis didicimus Christum, in Scr. S. didicimus Ecclesiam. Et *contr. Petilian. cap. III.* Nolo humanis documentis, sed divinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari. Et *ibid.* Si autem Christi Ecclesia Canonicarum Scripturarum divinis & certissimis testimoniis in omnibus gentibus designata est, quicquid attulerint & undecunque recitaverint, qui dicunt: Ecce hîc Christus, ecce illic, audiamus potiùs, si oves ejus simus, vocem Pastoris nostri. Sic & *Chrysost. Hom. XLIX. in Matth.*

§. 38. Porrò Fides à S. Apostolis & Prophetis V. T. docta nota est Catholicæ Ecclesiæ. *Ignat. Epist. ad Magn.* Εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς εἰς ὃν πᾶν ἔθνος πιστεῦσαν εἰς θεὸν συνήχθη. *Irenaus adv. Hæres. l. 1. c. 2.* Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis & à discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum DEUM. Et *Cap. XI.* Columna & firmamentum Ecclesiæ est Evangelium & Spiritus vitæ. *Tertull. de Præscript. c. XXI.* Communicamus cum Ecclesiis Apostolicis, quòd nulla doctrina diversa, hoc est, testimonium veritatis. *Hieron. Ps. CXXXIII.* Ecclesia non in parietibus consistit, sed in dogmatum veritate. Ecclesia ibi est, ubi Fides vera est.

§. 39. Huc pertinent Sacramenta Christi. *Optat. Milevitan. l. 2.* Ecclesia una est, cujus sanctitas de Sacramentis colligitur. Et *l. IV.* Apud Hæreticos sunt falsa Sacramentorum connubia. *August. contr. Faust. l. 19. c. 11.* In nullum nomen religionis s. verum,

 rum,

rum, f. falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel Sacramentorum visibilium consortio colligeretur.

§. 40. Accedunt disciplinæ Ecclesiasticæ præcepta. *Lactant. Instit. l. IV. c. XXX.* Sciendum est, illam esse veram Ecclesiam Catholicam, in qua est Confessio & Pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus subjecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. *Augustin. in Matth serm. XVI.* Cœpisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra, sed ut justè alliges, vide. Nam injusta vincula dirumpit justitia. Cùm autem correxeris & concordaveris cum fratre tuo, solvisti illum in terra. Cùm solveris in terra, solutus erit & in cœlo. Multum non tibi præstas, sed illi, quia multum nocuit non tibi, sed sibi. *Gloss. Decretal. Jud. offic. ordinar. ait:* In necessitate Laicus potest & audire confessiones & absolvere.

§. 41. Ministros autem esse Sacerdotes, non autem habere potestatis jus ad remittendum peccata, docent *Ambros. l. III. de Sp. S. c. XIX.* Per Spir. S. peccata donantur. Homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non jus alicujus potestatis exercent. *Hieron. c. 16. Matth. in h. l.* Istum locum Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisæorum assumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur, cùm apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita quæratur. *Ambros.* ait: Solus ille peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. *Lombard.* inquit: Sacerdotibus tribuit DEUS potestatem solvendi & ligandi, id est, OSTENDENDI homines solutos vel ligatos. Et *mox id.* In solvendis ergò culpis vel retinendis ita operatur Sacerdos Evangelicus & judicat, sicut olim Legalis in illis, qui contaminati erant leprâ, quæ peccatum signat. *August.* Ad ministrandum & dispensandum verbum ac Sacramenta aliquid est (Pastor,) ad mandandum autem & justificandum non est aliquid, quia hoc non operatur in interiore homine, nisi per quem creatus est totus homo, & qui DEUS manens factus est homo. *Vid. H. Grot. de Imp. sum. Pot. circ Sacr. p. 207.*

§. 42. Ecclesiam pro templo, passim *Jus Canon. & Concilia* vocant.

vocant. Spatium verò Ecclesiæ sic describit *c. 17. q. 4. c. 6.* Major Ecclesia per circuitum XL. passus habet, *Capellæ* autem vel minores, triginta.

§. 43. Ad has Ecclesias olim confugiebant, & qui huc confugerant, inde rapi nefas. *Augustin. ad Bonifac. Ep. 187.* Quo instigante facere ausus es? Hominem de Ecclesia rapuisti? Et *ibid. c. 9.* Reum ad Ecclesiam confugientem nemo inde abstrahere audeat. Et *Gelas. Papa c. 20.*

§. 44. Statuit: Ab Ecclesiæ ingressu arceatur, qui aliquem de Ecclesia violanter abripuit.

§. 45. Et qui Sacerdotem insequitur, sacrilegus judicatur. *c. 16. q. 4. c. XI. Pius Pap. Ep. 2.* Qui Sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit.

§. 46. *Concil. Ilerd. Can. VIII.* statuit: Ab Ecclesia segregetur Clericus, qui servum aut discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere vel flagellare præsumit.

§. 47. *Concil. Triburiens. c. XX.* Qui de atrio vel porticibus Ecclesiæ per vim abstraxerit, pro immunitate DCCCC. solidos Episcopo componat, & ipse excommunicetur.

§. 48. Ad Ecclesiam olim vetitarum artium Professores non admissi. *Tertull. de Idol.* Ad Ecclesiam non admittuntur, qui artes exercent, quas DEI disciplina non recipit.

§. 49. *August. de Fid. & Operib.* Meretrices & histriones, & quilibet alii publicæ turpitudinis Professores, nisi diruptis ac solutis talibus vinculis, ad Christi Sacramenta non permittuntur accedere.

§. 50. Exemplum apud *Cyprian. Ep. LXV.* est de Histrione.

§. 51. Apud *Tertull.* de Lanistis & Lenonibus ac victimarum redemtoribus.

§. 52. Apud *Augustin.* de Auriga Circensi.

§. 53. In Ecclesia convivari non licitum. *Dist. 42. c. 2. è Concil. Laod. c. 27.* Non oportet in Basilicis, seu in Ecclesiis ἀγάπην ποιεῖν, & intùs ἐν οἴκῳ τοῦ θεοῦ manducare vel accubitus sternere. Sic & in *Regul. Bened. c. 52.* Oratorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur vel condatur, quàm quod divinis

divinis ministeriis conveniat. *Augustin: Ep. CIX.* In Oratorio præter orandi & psallendi cultum penitùs nihil agatur.

§. 54. Ecclesiæ opes nimiæ quando cœperint. Memorabile est, quod *Otto Frisingens.* tempore largarum donationum Ecclesiis factarum ab *Klodovéo*, *Pipino*, *Carolo M. Ludovico Pio*, *&c* scribit de statu tàm divitis Ecclesiæ. *Si dicis,* inquit, *seculari personæ dare licuisse, quod Ecclesiam ex sanctitate officii habere nec decet, nec expedit, ad hoc fateor aliud effugium nescio. nisi quod sanctos Apostolicæ Fidei Viros, Silvestrum, Gregorium, Ulricum, Bonifacium, Lampertum aliosq; complures ea cognovimus habuisse. Ego enim, ut de meo sensu loquar, utrum DEO magis placeat hæc Ecclesiæ suæ, quæ nunc cernitur, exaltatio; quàm prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor. Videtur* quidem *status ille fuisse melior, iste felicior. Adsentior tamen Romanæ S. Ecclesiæ, credendaq; quæ credit, licitè possidenda, quæ possidet, credo.*

§. 55. Præterea juris divini speciem prætendunt Episcoporum divitiis & dominationi regiæ. *Gratian. Dist. XXX.* Lucius Papa: Urbes & loca, in quibus Primates præsidere debent, non à modernis, sed multis ante adventum Christi temporibus statuta sunt.

§. 56. Verùm *D. Bernard. serm. XXXIII. super Cantic.* alia sonat non lenia hæc: Ministri sunt Christi, & serviunt Anti-Christo, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Inde is, quem quotidiè vides, meretricius nitor, historicus habitus, apparatus regius, inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus, & plus fulgent calcaria, quàm altaria. Inde splendidæ mensæ & cibis & scyphis. Inde comessationes & ebrietates, inde cythara, & tibia & lyra. &c. Pro hujusmodi volunt esse & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi. Nec enim hoc merito cedunt, sed negotio illi, quod perambulat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus adimpletionis advenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara priùs in nece Martyrum. Amarior pòst in conflictu hæreticorum; Amarissima nunc in moribus domesticorum. *Et post pauca:* Ipse enim est Anti-Christus, qui non solùm se-

diem,

diem, sed & meridiem mentietur, ac extolletur super id, quod dicitur aut quod colitur DEUS, quem Dominus JESUS interficiet Spiritu oris sui, &c. Amen. *Hæc ille.*

§. 57. *Concil. African.* Cælestinum Episcop. Roman. monet: *Ne fumosum typhum seculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem DEUM videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Quid, quod & apud *Ammian. lib. 27.* Damasus & Ursicinus dicuntur ad rapiendam Episcopalem sedem acerrimè conflictati ad usque mortis vulnerumq; discrimina. Constatq;, *ait id.* in Basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die CXXXVII. reperta cadavera peremtorum. Idem *Ammian.* de Episcopis Petri successoribus *ibid.* pergit: *Ditantur oblationibus matronarum, proceduntq; vehiculis insidentes, circumspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeo, ut eorum convivia regales superent mensas. Qui esse poterunt beati reverà, si ad imitationem Antistitum quorundam provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandiq; parcissimè, vilitas etiam indumentorum & supercilia humi spectantia perpetuo Numini verisq; ejus Cultoribus, ut puros commendant & verecundos.*

§. 58. Hinc *Hieron. ad Pammach.* recitat Prætextati Cos. dictum ad Papam Damasum: *Facite me Romæ urbis Episcopum, & ero protinus Christianus.*

§. 59. Hinc illæ querelæ *Socratis*, Episcopatus εἰς δυναστείας esse delapsos.

§. 60. Hinc *Nazianz.* optat, ut μηδὲ προεδρία μηδέ τις τόπου προτίμησις καὶ τυραννικὴ προνομία sit, ἵνα ἐξ ἀρετῆς μόνης γινωσκώμεθα.

§. 61. Hinc *Ephes. Synod.* Patres metuunt, μὴ ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας κοσμικῆς τῦφος παρεισδύηται.

§. 62. Quod quàm sit planè peractum, hæc secula testantur.

§. 63. *Sulpic. Sever. Dial. I. c. 14.* de Clericorum sui secli sc. CCC. superbiâ sic: *Si quis Clericus fuerit effectus, dilatat continuò fimbrias, gaudet salutationibus, inflatur occursionibus, spumante equo superbus invehitur, erigit celsa laquearia, construit*

 multa

multa conclavia, sculpit ostia, pingit armaria, indumentum molle desiderat.

§. 64. *Hieron. Ep. ad Eustoch.* de Monachis sui seculi: Post cœnam dubiam Apostolos somniant. *Et:* Affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio Clericorum, & si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum.

§. 65. *Hieron. Vit. Malch.* Postquam Ecclesia cœpit habere Christianos Magistratus, facta est quidem opibus major, sed virtutibus minor.

§. 66. Initio verò ex oblationibus vivebat Clerus. *De quo vid. Tit. Clerus.* Quæ tamen sponte à populo ferebantur, & ævo *Tertull. in Apologet. c. 39.* in menses fiebat. Modicam, *inquit,* unusquisque stipem menstruâ die, vel cùm velit, si modò possit, opponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert.

§. 67. In menses etiam Clero dividebantur. Sic *Cyprian. l. IV. Ep. V.* cùm Celerinum & Aurelium in numerum Pastorum adoptasset, Presbyterialem portionem iis attribuebat, dicens: *Ut & sportulis iisdem cum Presbyteris honorentur, & divisiones mensurnæ æqualibus quantitatibus partiantur.*

§. 68. Ubi noto 1. Gradus Ecclesiasticos auxisse salarium. 2. Sportulas dici stipendium Cleri, h. e. *Honorem, ex I. Tim. V. 17.* Hinc & *sportulantes, eid l. I. ep. IX.* qui participant. Et *lib. V. ep. III.* nonnullos ob absentiam ab Ecclesia oblatione mensurnæ divisionis punit.

§. 69. Ante tempora *Constantini M.* Ecclesiæ agros & possessiones non videntur habuisse. Ille igitur universalem tribuit licentiam, ut unusquisque sanctissimo Catholicæ venerabiliq; Concilio decedens, bonorum quod optavit, possit relinquere. Ante illa non licuisse apparet cuiquam bona immobilia præsertim relinquere. Post id tempore *Hieronymi de Vita Malch.* jam villas & prædia habuêre. Viculus enim Maronia ad possessionem *Evagrii Episcopi* devolvebatur. *Aug. Tract. 6. in Joann.* villas in Ecclesia jam & hæreditates accipiebat, quas sæpe renuebat. *Possidon. in vit. Aug. c. 23. Et ipse serm. LII. de hered. ad fratr.*

§. 70.

§. 70. Hi sunt ortus & incrementa beneficiorum, præbendarum, patrimoniorum. Vide prolixè *M. Anton. de Domin. l. 9. c. 3. §. 4. 5. 6. seqq.*

§. 71. Dispensatio salarii Clericorum penes Episcopos erat. *Aug. serm. 21. de Hæred. ad fratr.* Nec ego, qui Episcopus sum, habere debeo, nisi tantùm ad dispensandum, quia bona Ecclesiarum patrimonium sunt pauperum. *Et l. de Vit. Eremit. c. 42.* Quæ sacrosanctis Ecclesiis à fidelibus collata sunt, Episcopi, Sacerdotes & Clerici dispensanda suscipiunt, & non recondenda, sed eroganda.

§. 72. Sic & *Concil. Gangr. Can. VIII.* Si quis dederit vel acceperit oblata præter Episcopum, vel qui ab eo constitutus ad dispensandum est, anathema sit. *Concil. Antioch. Canon. ult.* Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes, qui indigent. &c.

§. 73. *Concil. Turon. III. sub Carol. M. Can. 10.* Episcopi maximam curam circa pauperes habeant, & res Ecclesiasticas Ecclesiis oblatas cautâ circumspectione dispensent. *Cap. 9. & 16.* addit: Præsentibus Presbyteris & Diaconis licitum, ut Episcopus de Thesauro Ecclesiæ eroget. *C. 16. ait:* Id fieri quoque posse à Presbyteris, sed per consulta Episcoporum. Primus hoc immutavit *Nicolaus I. Pont. Rom. Ep. 40. Vid. M. Anton. de Domin. l. IIX. c. 4. §. 14.*

§. 74. *Et ex professo lib 9. c. 6. §. 23. 24. & seqq. p. m. 62. 63.*

Electio Ministrorum Ecclesiæ.

§. 1. Ex locis *I. Tim. I. v. 18. I. Tim. c. 4. & II. Tim. I. v. 14.* apparet, primis temporibus per revelationem Propheticam designatos fuisse à Spiritu Sancto digniores & à DEO electos, præeunte Oratione, quæ extat *Actor. c. 1. v. 24.* Nam Paulus eo modo electum Timotheum ait secundum *προαγούσας προφητείας, & iterum:* accepisse Charisma Episcopatus *διὰ προ-*

 φητείας.

φητείας. *1. Tim. 4.* Chrysostomus in l. cit. ait: Munus Sacerdotale τ. τ. Θεȣ̃ δεῖται ψήφȣ, i. e. Calculum DEI expetit, ut dignior eligatur, ὅτως ὁ Τιμόθε☉ ἠρέθη ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην. Quod ipsum *Theophylactus* annotavit. Vide *Actor. c. XIII. v. 2. c. XX. v. 28.* Clemens Romanus in Epist. I. ad Corinth. de Apostolis scribit: Per urbes & pagos prædicantes constituebant primitias illorum δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι εἰς Ἐπισκόπȣς καὶ Διακόνȣς τ̃ μελλόντων πιστεύειν. Ubi Spiritu *examinasse* & *probasse* annotat, i. e. revelationibus edoctos esse, quinam successores Apostolorum in Ecclesiis esse debeant. Quod & πρόγνωσιν vocat πλεῖαν, & exemplo Mosis illustrat. §. Et apud *Euseb. l. III. c. XXIII.* de Johanne legitur, quòd ad vicinas gentium regiones iverit, καταστήσων Ἐπισκόπȣς, κληρώσας κλῆρον τ̃ ὑπὸ τ̃ πνεύματ☉ σημαινομένων. Ubi ex *Actor. c. 1. v. 24.* Significationem à Spiritu factam exsertè docet. Id quod auctoritatem primorum Episcoporum non exiguum confirmat, observante *Cl. Hammondo Diss. n. 5. c 4.*

§. 2. Ritus Apostolicus in primit. Ecclesia hic fuit: 1. Rogabat Ecclesia DEUM, ut suo S. Spiritu electioni præesse velit. 2. Et præibat jejunium ad precem devotiorem. 3. Demùm electis imponebatur manus, primò ab Apostolis, deinde à Presbyteris, eaq; omnia prævio examine doctrinæ & vitæ. Cujus exemplum apud *Euseb. l. 6. c. 22.* in Fabiano, ubi dicuntur omnes Fratres χειροτονίας ἕνεκα convenisse. Electus itaque imponitur Throno Episcopali, idq; facit πᾶς ὁ λαός.

§. 3. Seqq. Seculis accessêre varia, prout docebitur deinde.

§. 4. *Cyprian. Epist. LXVIII. edit. Pamel.* Plebs DEUM metuens maximè habet potestatem eligendi dignos Sacerdotes & recusandi indignos. Quod & ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsente sub omnium oculis eligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur. Et mox de Apostolis agens idem factitantibus claudit: Quod idcircò tàm diligenter & cautè convocatâ plebe totâ gerebatur, ne quis ad altaris ministerium vel locum Sacerdotalem indignus obreperet.

§. 5.

§. 5. Eandem consuetudinem & Concilia retinuêre. Sic *Concil. Parisiens. Can. 8. statuit*: Nullus civibus invitis ordinetur Episcopus, nisi quem populi & Clericorum electio plenissimâ elegerit voluntate, non Principis imperio. &c. Sext. Synod. Oecum. citata *Jur. Canon. Distinct. LXIII. Cap. Omnis Electio.* Si quis Episcopus secularibus potestatibus usus Ecclesias per ipsas obtinuerit, deponatur, & segregentur ab Ecclesia omnes, qui ei communicant.

§. 6. Sic & *Caroli M. & Lud. Pii Constitt. Dist. LXIII.* Assensum Ordini Ecclesiastico præbemus, ut Episcopi per electionem Cleri & populi secundum statuta Canonum eligantur.

§. 7. Hunc ritum eligendi solennem in Africa fuisse constat ex Electione Erabii successor. Augustini, de quo extat Epistola ejus sc. *Cypriani CXX.* In Græcia ætate *Chrysostomi ex lib. III. de Sacerdot.* In Hispaniis *ex Ep. LXVIII. Cypriani & Isidoro lib. de Officiis.* In Galliis *ex Epist. Cœlestini Pap. II. Rom. ex Epist. Leon. I. XXCVII.* & perdurasse ad *Gregor. I.* usque & *Caroli M.* & *Lud. Pii* tempora, patet ex *l. I. Capitt.* eorundem, *ait Pamel. ad Cyprian. Ep. 68.*

§. 8. Atque hæc de *δοκιμασίᾳ* accipiendum, non de Electione, monet *Cl. Grot. de Imp. S. P. circa Sacr. p. 260.* quæ abrogata *Synod. Laodic.* fuit Canone tali: Τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον vetat. Antiquissimus igitur mos iste, ut plebi sisteretur eligendus, ne ad Sacerdotalem locum indignus obrepat, *ait Cyprian.* Qui iccircò & illa addit: Plebe præsente. *Et*: Sub populi adsistentis conscientiâ. *Et*: Ut dignus & idoneus testimonio publico ac judicio comprobetur. *Et*: Quia plebs singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusq; actum de ejus conversatione perspexit.

§. 9. Hæc est causa præsentiæ plebis.

§. 10. Nam ex *Can. XXII. Carthagin. III. Concil.* apparet, non semper expetita plebis testimonia. Sic enim ille: *ut nullus ordinetur Clericus, nisi probatus, vel Episcoporum, vel populi testimonio.*

§. 11. Ubi duplex via ad Clerum, Episcopi examen & po-

puli testimonium. Et *Hieron. ad Rustic.* Cùm ad perfectam ætatem veneris, & te vel populus, vel Pontifex civitatis in Clerum elegerit.

§. 12. Idem & alibi de Episcoporum electione, quæ antiquitas à plebe facta, testis est, à Presbyteris esse usurpatam, *sic ait:* Alexandriæ à Marco Evangelista usque ad Heraclem & Dionysium Episcopos Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant.

§. 13. *Justinianus Novell. CXXIII. c. I.* plebem ab Episcoporum electione exclusit, & nominatim eam commisit Clericis καὶ τοῖς πρώτοις τῆς πόλεως.

§. 14. Sed non diu viguit hæc constitutio, reditumq; est ad *Synodales Electiones.* Confer hic *Titt. Episcopus. Clerus. Ordinatio.* Unde concludit *H. Grot.* immutabiliter ad plebem non pertinere jus eligendi. *V. p. 265.*

§. 15. Tandem & Imperatores electionem peregêre, ut *Constantinop. Synod. I. Theodos.* nomina eorum, qui proponerentur, jussit in chartis perscribi, sibi autem servavit τὴν ἑνὸς τὴν αἵρεσιν. Et *Reges. Greg. Turon. l. 10. c. 13.* Dinitius Episcopus per electionem Regis Clodovæi ad Episcopatum successit. *Et id.* Ommatius jussu Clodomari Regis ordinatus est. Et *l. III. c. XVII.* Clerus Turonensis Catonem à Lothario electum sic compellat: Non nostrâ te voluntate expetivimus, sed Regis præceptione.

§. 16. In hanc rem ab Impp. Episcopis à se electis datus est *Baculus* & *Annulus.* *Onuphr. Vit. Hildebrand. de Imperatore:* Pro arbitrio à se electum annulo & virgâ Pastorali donabat.

§. 17. Quod ab Hildebrando *primò* Imperatorib. ereptum testatur *id. Onufrius, in vita ejus.*

§. 18. Verba sunt: *Non solùm Imperatorem Romanum electione Pontificis, sed & omni auctoritate, quâ reliquos Prælatos, Episcopos scil. & Abbates constituebat primus omnium Romanorum Pontificum privare tentavit.*

§. 19. Et hæc collatio ab Imperatorib. facta dicitur *investire, vestire, investitura.*

§. 20. Cæterùm plebs olim ab Episcopis quoque consulta non

non in ordinatione Clericorum tantùm, sed & in lapsis separandis & recipiendis. *Cyprian. ait*: Solus rescribere nihil potui, cùm à primordio Episcopatûs mei statuerim, nihil sine consilio vestro (*sc. cleri,*) & sine consensu plebis gerere.

§. 21. Postremò nomine plebis in consilium adhibiti Seniores urbis. *Auctor Comm. in Ep. Paul. I. Tim. V. scribit*: Sine Seniorum consilio nihil agebatur in Ecclesia. Quod quâ negligentiâ obsoleverit, nescio, nisi fortè Doctorum dissidio aut superbiâ. *Hæc ille*.

§. 22. Generatim regimen veteris Ecclesiæ describit brevibus *D. Hieron. cap. I. ad Tit. h. m.* Idem est Presbyter, qui Episcopus, & antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, ego sum Pauli, ego Apollo, communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Hoc *κοινὴν γνώμην Gr. PP.* vocant.

§. 23. Aliàs Presbyteri cum Diaconis non sine populi suffragio olim Romæ & Alexandriæ Episcopum elegerant, *teste Pontifical. Damas. & Vit. Rom. Pont.* Etiam IV. Seculo sub Constant. *Leo Epist. XI.* Teneatur subscriptio Clericorum honoratorum Testimonium, ordinis consensus & plebis. *Sulpic. Sever. Vit. Martin.* Incredibilis multitudo ex vicinis urbibus ad suffragia ferenda convenerat, una omnium voluntas, eadem vota, Martinum Episcopatu esse dignissimum.

§. 24. Quatuor igitur illa è *Leone* citata requirebantur.

§. 25. Ordinandi etiam coram Ecclesia prædicari soliti. *Lamprid. Alex. Sev.* Cùm id Christiani & Judæi facerent in prædicandis suis Sacerdotibus, qui ordinandi sunt. Quid autem *prædicare* sit, ostendit prioribus verbis: *Nomina eorum proponebat, hortans populum, ut, si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus.*

§. 26. Contrà *Tom. 2. Concil. in Capitul. Græc. à Martino Episcopo Bracar. versis Capit. I.* Non licet populo electionem facere eorum, qui ad Sacerdotium promoventur, sed sit judicium Episcoporum, ut ipsi eum probent. Iterùm

§. 27. *Concil. Tol. IV. c. 28.* Non erit Sacerdos, quem nec

Clerus,

Clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium Sacerdotum assensus non exquisivit. Ubi electio Clero & populo civitatis, exquisitio autem seu postulatio Metropolitano & Comprovincialibus.

§. 28. *Dist. 63. c. 14.* Modus eligendi talis ordinatur; In ordinatione Præpositi illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem DEI, sive etiam pars congregationis (quamvis parva) saniori consilio elegerit. *Gregor. l. XI. ep. 16.* Clerus & plebs remoto studio uno eodemq; consensu talem sibi præficiendum expetant Sacerdotem.

§. 29. *Dist. 62. c. 1. dicit Gratian.* Electio Clericorum est petitio plebis. In vulg. Codd. accessit, consensus Principis. Sed in *MSSis* partim legitur: *consensus plebis*; partim, *petitio plebis*, & sic est emendatum. Hinc *Leo P. Ep. 90.* Episcopos fieri non sinit, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti. Et *Cœl. Papa Ep. III. c. 3.* docet, populum non debere præire, sed subsequi.

§. 30. Laici autem Principes vel potentes electioni se inserere vetat *Hadrian. P. Synod. VIII. Const.*

§. 31. Quod autem *Gratian. ex Trip. l. 7. c. 8. de Valent. & Ambrosio* elicit tale lemma, Electioni Episcoporum Imperator interesse non debet, nescio quo jure faciat, cùm apertè ibi *Valentinianus* jusserit Clericos eligere Episcopum, cui mandato illi paruerunt, & in Synodo Imperatorem allocuti sunt, ut ipse statueret, de quo placeret. Quod recusavit piè & resp. Μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Non dixit, *super vos est Electio, quod scribit Gratian.* Sed, *plus quàm ipse intelligat.* Ideòq; scientiam dat Clero, eligendi jus sibi non adimit.

§. 32. Quod *D. 63. c. 22.* ipse fatetur: Imperator, *inquit*, jus habet eligendi Pontificem. Et *c. 23.* Electus in R. P. non ordinetur, nisi ejus decretum Imperatori priùs præsentetur.

§. 33. Et *cap. 18. ait:* Imperatoris Epistola in electionis confirmatione desideratur: Sic *Leo IV. d. c. 16.* rogat Lothar. & Ludov. Augg. ut Rentinam Ecclesiam cuidam electo dignentur

con-

concedere. Et *c. 17.* scribit ad Rit. Comitiss. Nobis Dominus Imp. per Epistolas dixit, ut Colonum Rentinæ Ecclesiæ Episcopum facere deberemus, quod & fecimus. Et *c. 23.* Electio Rom. Pont. pertinet ad jus Imperatoris, verbis ipsissimis extat, confirmaturq; è *Leon. IV. Synod. Rom.*

§. 34. *Concil. Tolet. XII. c. 6.* statuit, ut liberam Principis electionem præstolentur. *Ibid.* Quoscunque regalis potestas elegerit, & Episcopi judicium dignos probaverit.

§. 35. *Can. Apost. 31.* contrà: Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω. Quod repetiit *Synod. VII. s. Nicen. II. c. 3. & Gratian. d. 63 c. 7. & Caus. XVI. q. 7.* Quod accipiendum est de indignis, & id quidem præterito judicio Episcoporum, quod requiri vidimus & electione Cleri plebisq;.

§. 36. Hinc in *Conc. Paris. I. c. 8* ubi repetitur, appellatur, per ordinationem regiam honorem persuadere.

§. 37. Nam sic ordinem observo: 1. Plebis petitionem. 2. Cleri cum plebe electionem. 3. Episcopi judicium, an dignus sit. 4. Imperantis Magistratûs confirmatio vel consensus, interdum & electio, sic comparata, ut Episcopo remittatur probandus & Clero plebiq; sistatur.

§. 38. Quod apparet è superiori *Leon. IV. de Colono jud. d. 63. c. 17.*

§. 39. Hinc *d. 63. c. 9.* Voluntas Principis in electione Pontificis desideratur. Et *c. 10. & 11.* à Gelasio scribitur ad Philippum & Geruntin. Episcopos: Is, qui à vobis probatus dicitur, à paucis & tenuibus electus ab universis jubetur consensu suscipi. Ibid. Universa turba & Clerus convocari jubentur. Sic *Gregor. l. 2. ind. 11. ep. 30.* dicitur Clerus in Electione Constantii consensisse. Et *c. 12. d. Stephan. P. ad Ep. Ravenn.* scribit: Populi divisionem in electione provenisse. *Ibid.* Convocato Clero & populo eligatur talis. &c. Sacerdotum quippe est electio, & fidelis populi consensus est adhibendus.

§. 40. *Nicol. Pap. ad eund.* Episcopos non consecret, nisi post electionem Cleri & populi.

§. 41. Quo nihil manifestiùs.

§. 42. *Isidor. lib. Off.* Cum Clericis & populis electionem faciat Archidiaconus. *Pelag. Pap.* Episc. Grument. Latinum ad Episcopatum à Clero & omnibus postulari significat.

§. 43. *Leo I. Ep. 82. c.* 6. Omnium Clericorum & Civium voluntate discussâ ordinetur optimus. *Cœlest. Pap. ep. 2. c. 5.* Cleri, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiratur. *Leo I. Ep. 87.* Vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum expectantur. *Capitul. Carol. & Lud. c. 84.* Episcopi per electionem Cleri & populi eligantur.

§. 44. In regimine Ecclesiastico observo, omnia scripto esse transacta. *Concil. apud S. Medard ait:* Legum Ecclesiasticarum consuetudo talis est, ut in causis gestorum semper Scripturam requirant, adeò 1. ut qui ad sacrum fontem accedit, nomen suum dare præcipiatur. 2. Qui ad summum Sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato, eligitur. 3. Ordinatus autem à suis Ordinatoribus literas accipere jubetur. 4. Qui etiam ab Ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libelli scriptione aut recipitur, aut ejicitur. 5. Sed & qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur, per Scripturam accusari, vel reconciliari jubetur. Et sic in cæteris hujusmodi in tantum Scriptura deposcitur, ut sententia, quæ sine scripto profertur, nec nomen sententiæ habere mereatur. *Hæc ibi.*

§. 45. UNCTIO electi post ann. 500. *Seculo* Gregorii *sexto* accessit ex Judaismo, apud antiquiores ubi occurrit vox χρίειν, *& ungere* ῥητορικὸν est; Ut cum *Nyssen. cap. ult. de Virg.* cùm de omnibus Christianis loquitur, ait: Πῶς ἱερωσύνην Θεῷ εἰς αὐτὸ τοῦτο χρισθεὶς, *ex I. Pet. III.*

ΕΠΙΦΑΝΕΙΑ.

§. 1. CHrys. *Hom. de Bapt. Christi*; Ἐπιφάνειαν Christi duplicem observat; Priorem & posteriorem. De priori affert locum *Tit. II. 11.* quò pertinet & ille *II. Tim. I. 10.* χάριν

φανε-

φανερωθείσαν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. De posteriori affert locum *Tit. II. 13.* ἐπιφάνειαν τῆς δόξης *&c.* quò pertinet & ille *II. Tim. IV. 1.* τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας *&c.* Et hoc ipso capite *II. Tim. IV*: verè pii describuntur, οἱ ἠγαπηκότες τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. Ubi est gloriosus ad judicium adventus.

§. 2. Hinc *Epiphania* est ipsa Christi Nativitas. *Suid.* Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἔνσαρκος οἰκονομία. *Euseb. l. 1. Hist.* ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας. Hinc τὰ ἐπιφάνεια Festum solenne dictum Ecclesiæ Græcæ, quo die Christus natus est.

§. 3. *Epiphan. l. III. de Orient. Eccl.* ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐπιφανίων, ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ Κύριος. Idem & θεοφάνια dictus est. *Isidor. Pelus. l. III. Ep. CX.* Τὰ θεοφάνια, ἡ τοῦ σωτῆρος κατὰ σάρκα γέννησις. Atque hoc dixerunt, cùm Adventum Christi priorem in carnem intelligunt. *Nazianz. Orat. XX.* Θεοφάνια & Γενέθλια diem nati Christi nominat, quia τότε ἐφάνη γεννηθεὶς ὁ Κύριος. *Nazianz. loc. cit.* verba sunt: Ἐφάνη θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως. Idq; à gentibus derivatum ait *Casaubon. Exerc. p. 158. q. vid.*

§. 4. Deinde dies VI. Januar. ita appellatus est, quo Christum baptisatum credebant Veteres, & Magorum adventus sic dictus. *Chrysost.* Baptismi diem ἐπιφάνια dictum censet, quia ad diem illum Christus quasi latuerit, ut Joannes ait *c. 1. 31.* Ἐγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, quod tamen *Epiphan.* aliter docuit. *Hieron. Ezech. Comm.* Significat Baptisma, in quo aperti sunt Christo Cœli, & Epiphaniorum dies huc usque venerabilis est, non ut quidam putant, Natalis in carne, tunc enim absconditus est, & non apparuit, quod huic tempori congruit, quando dictum est: Hic est Filius &c. *Isidor. Hispalens. de offic. Eccles. l. 1. 26.* Epiphaniorum diem festâ solênnitate Viri Apostolici signârunt, quia in eo per stellam est Salvator ostensus, quando Magi Christum invenerunt.

sunt. Sic ab ἐπιφάσει fuerint ἐπιφάνια, quod ἅπαντες omnes vident.

§. 5. Latini Scriptores causas hujus solemnitatis tres assignârunt; *Magorum adventum*, *Baptisma Christi*, & *primum in Cœna miraculum*, quæ tria eodem die, sed annis diversis putabant esse facta. Verùm ex his tribus præcipuè celebrata est Magorum historia, ut testes sunt Canones Leonis Papæ. In Μηνολογίῳ Græc. Adoratio Magorum notatur *d. XV. Decembr.* non in d. Epiphan. Quomodo id Festum nominatur in Lectionario Gr. Eccles. Nam in Evangeliis totius anni ad d. VI. Januar. ita est adnotatum: Τῷ αὐτῷ μηνὶ ϛ. τὰ ἅγια θεοφάνια τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ ὄρθρῳ, καὶ λειτουργία. *Vid. Casaub. l. cit. & Scultet. Exerc. Evang. l. 2. c. 1.*

§. 6. Adhuc tempore Eusebii die Epiphaniorum, Natalis Christi & Baptismus celebratus est. Ecclesia Alexandrina diu hunc ritum tenuit. *Cassian. Coll. X. cap. 2.* Intra Ægypti Regionem mos iste antiquâ traditione servatur, ut peracto Epiphan. die, quem provinciæ istius Sacerdotes vel Dominici Baptismi, vel sanctam carnem Nativitatis esse definiunt, & idcircò utriusque Sacramenti solennitatem, non ut in occiduis Provinciis bifariè, per universas Ægypti Ecclesias dirigant, quibus & initium Quadragesimæ & diei Paschæ non solùm per civitates omnes, sed etiam per universa Monasteria designentur.

§. 7. *In Epist. Catholici Armen.* Πλὴν διὰ τὸ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἐφάπαξ ἑορτάσαι, πολλὰς ἔχομεν μαρτυρίας. Πρώτην μὲν πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι οὕτως ἑορτάζειν, δέξασθαι ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων, δεύτερον δὲ λόγον, ὅτι ὁ Εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς οὕτω μαρτυρεῖ.

§. 8. *Aug. serm. 27. de Temp. ait*: Licet de solennitate hujus diei Veterum diversa sit traditio, una tamen sanctæ devotionis est fides. Nam quamvis nonnulli Dominum nostrum stellâ Duce à Magis existiment adoratum, alii asserant aquam in vinum mutâsse, quidam verò à Joanne baptizatum esse confirment, in omnibus tamen DEI Filius creditur, in omnibus festivitas est vera.

§. 9.

§. 9. Eodem Seculo *Maxim. Taurin. Serm. de Epiphan.* In hac celebritate, ficut relatu paternæ traditionis inftruimur, multiplici eft feftivitate lætandum. Ferunt enim, Chriftum hodiè vel ftella duce à Gentibus adoratum, vel invitatum ad nuptias aquam vertiffe in vinum, vel fufcepto à Joanne baptifmate Jordanis fluenta confecráffe. Sed quid potiffimùm hoc factum fit die, noverit, qui fecit.

§. 10. Similiter ἐνδοιαστικῶς loquitur *Paullin. Natal. Felic. & Eucher. Lugdun. Hom. de Epiph. & Ifidor. Offic. Eccl. c. 26.*

§. 11. *Nazianz. Orat. 38.* Τάδε νῦν θεοφάνια, inquit, ἡ πανήγυρις ἐπεὶ οὖν γενέθλια. Λέγεται γὰρ ἀμφότερα δύο κειμένων προσηγοριῶν ἑνὶ πράγματι. Ἐφάνη γὰρ θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως *&c.* *Et ibid.* Ὄνομα δὲ τῷ φανῆναι, θεοφάνια, τῷ δὲ γεννηθῆναι, γενέθλια.

§. 12. *Bulengerus contra Cafaub. p. 99. 100. ait:* Cùm Ecclefia Orientalis didiciffet à Romana, celebrare Natalem Domini a. d. XXV. Decembris, manfit Epiphaniorum appellatio diei fexto Januarii, ut Magorum adventum & baptifmum Domini fignaret.

EPISCOPI, PRESBYTERI.

§. 1. S*cholia ἀνέκδοτα:* Ἐπειδὴ λανθάνει τοὺς πολλοὺς ἡ συνήθεια μάλιστα τῆς καινῆς Διαθήκης, τοὺς ἐπισκόπους Πρεσβυτέρους ὀνομάζουσα καὶ τοὺς Πρεσβυτέρους, ἐπισκόπους, σημειωτέον τοῦτο ἐνταῦθα. Tum adducunt loca ex *Epift. Tit. ad Philippenf. ad Tim. I. ex Actor. XX.*

§. 2. *Actor. XX.* Presbyteri etiam Epifcopi dicuntur v. 28. Et eosdem fuiffe in Ecclefia primitiva oftendit *Hieron. Ep. 85. ad Evagr. Tom. 2.* Audio, *inquit,* quendam in tantam erupiffe vecordiam, ut Epifcopos Presbyteris anteferret, i. e. Epifcopis. Nam cùm Apoftolus perfpicuè doceat, eosdem effe Presbyteros, quos Epifcopos, quid patitur menfarum & viduarum minifter, ut fupra eos fe tumidus efferat? Quæris auctoritatem? Audi teftimoni-

monium. *cit. Phil. I, 11.* Cum Episcopis & Diaconis. *Vid. infrà.* Vis & aliud exemplum? *Act. XX. 28. citat.* At ne quis contentiosè in una Ecclesia plures Episcopos fuisse contendat, audi & aliud Testimonium, in quo manifestissimè comprobatur, eundem esse Episcopum atque Presbyterum, *Tit. I. v. 10. cit.* Πρεσβυτέρους κατὰ πόλιν. *Et I. Tim. IV.* τοῦ πρεσβυτερίου. *Sed & Petrus l. e. 5.* συμπρεσβύτερος. Parva tibi videntur tantorum Virorum testimonia? Clangat tuba Evangelica *Joann. Ep. 2. v. 5.* Et in alia Epistola, scil. *3. v. 1.* Quòd autem posteà unus electus est, qui cæteris proponeretur, in Schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. *Et mox:* Quid enim facit exceptâ ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis Ecclesia, altera totius orbis terrarum existimanda est. Si auctoritas quæritur, orbis major est urbe. Ubicunque fuerit Episcopus s. Romæ, seu Eugubii, s. Constantinopoli, s. Rhegii, s. Alexandriæ ejusdem meriti, ejusdem est & Sacerdotii. Sed dicis; Quomodo Romæ ad testimonium Diaconi Presbyter ordinatur? Quid mihi præfero unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesiæ vindicas? *Et mox:* Presbyter & Episcopus aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen. Unde & ad Titum, & ad Timoth. de ordinatione Episcopi & Diaconi dicitur, de Presbyteris omninò reticetur, quia in Episcopo & Presbyter continetur. Qui provehitur, de minori ad majus provehitur. *Hæc ille & cit. Gratian. Dist. 95. c. 24.* Unde discimus 1. Presbyteros & Episcopos olim fuisse eosdem. 2. Propter Schisma unum esse Præpositum cæteris. 3. Presbyteri officium idem mansisse in Ecclesia, quod Episcopi, exceptâ ordinatione. *De quo infrà.*

§. 3. Hic attexemus plura. Archidiaconi super Presbyteros dominationem exercere prohibentur *Concil. Cabilon. c. XV.*

§. 4. Ubi Episcopi desunt, Presbyteri etiam in frontibus baptisatos chrismate tangere possunt. *Dist. 94. c. 1.* Aliàs conficere chrisma iis non licebat, nec alia reservata Episcopis, vel ut loquitur *Gelas. Pap. Ep. I. c. IX.* Episcopali fastigio debita.

§. 5.

§. 5. Oleo verò sanctificato infirmos ungere permittebatur Presbyteris. Quod oleum ab Episcopo quotannis petere jubentur *Conc. Carth. IV. c. 36.*

§. 6. Sine præcepto Episcopi Presbytero non licuit signare infantes. *In Cap. Mart. Bracar. c. 52. de Consecr. dist. 4.*

§. 7. Nec præsente Episcopo vel Presbyteris urbis licuit Presbyteris juris in Ecclesia civitatis Sacramenta administrare, ἐὰν ᾗ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνον, διδῶσιν ait *Concil. Neocæsar. c. 13.*

§. 8. *Dist. 95. c. 9.* Intra domum Episcopus collegam se Presbyterorum esse cognoscat. In Ecclesia verò & consessu Presbyterorum sublimior sedeat.

§. 9. Et *c. 10. è Concil. Carth. IV. c. 14. ibid.* Episcopus in quolibet sedens loco stare Presbyterum non patiatur.

§. 10. Unde dignitas Presbyterorum apparet.

§. 11. Missas celebrare, *Canon. 6 Syn. Matiscon.* Absolvere pœnitentes & baptisare infantes. *Gregor. l. 1. ind. 9. Ep. 15.* Baptizatos ungere in pectore, sed non in fronte, quod solis conveniebat Episcopis. *Id. l. III. Ind. XII. Epist. 9.* ad Presbyteros pertinet.

§. 12. Consecrare absente Episcopo. *August. Quæst. CI. V. & N. T.* Diaconi, Exorcistæ & Lectoris officium agere. *Id. Ep. XIX.*

§. 13. Docere verbum. *Posidin. Vit. Aug c. XV.* Nec tantùm in Civitatibus, sed & in Parochiis. *Can. 1. Concil. Vasensis.*

§. 14. Presbyteri non debebant ante ingressum Episcopi ingredi, sed cum Episcopo ingredi, nec sedere in Tribunalibus. πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλοίη ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος, *ait Concil. Laodicen. c. 56.*

§. 15. Presbyteri dicti Episcopi secundi gradus. *Vid. Savaron. Sidon. l. 4. Ep. 8. p. 255.*

§. 16. *Papæ* dicebantur initio omnes Episcopi. *V. Savaron. Sidon. l. 6. ep. 1. p. m. 360.*

§. 17. Ut & *Apostolici, Apostolicæ Sedes.* Ibid. vide 361. *Viri Apostolicæ gratiæ.* 369.

§. 18.

§. 18. Erant & Vicarii Episcoporum, *Coepiscopi* dicti. *De quib. ibid. vide p. 252. l. 4. ep. XI.*

§. 19. *Hieron. in Epist. ad Tit.* postquam dixerat, Episcopum & Presbyterum unum esse, & aliud ætatis, aliud nomen esse officii, hæc verba citat legitq; : Cum Episcopis duob. verbis, non Coepiscopis, ut *Chrysost. Theophyl. Oecum. &c.* Tum pergit *Hieron.* Illo tempore eosdem Episcopos, quos & Presbyteros appellabant, propterea indifferenter de Episcopis quasi de Presbyteris est locutus. Nam unâ in civitate plures Episcopi esse non poterant. *Ambros. c. III. in Timoth.* Episcopus dicitur esse, qui inter Presbyteros primus est. Ubi Salmas. eum auctorem ait respicere ad sui seculi, non ad Apostolici morem. §. Nos itaque ex *Hieronymo* breviter tria hæc colligimus bono juventutis. *Primum*, Apostolorum ætate nullum omninò discrimen non ordinis, non honoris, non potestatis inter Presbyt. & Episcopos fuisse, sed unum eundemq; re & nomine fuisse Episcopum & Presbyterum. *Secundum*, in unaquaque urbe Apostolorum ævo plures semper constitutos esse Episcopos, qui & Presbyteri dicebantur, & communi tum eorum consilio Ecclesias esse gubernatas. *Tertium* post Apostolorum Seculum, quæ introducta est in Ecclesiam disciplina & ordinatio de uno Episcopo eligendo, qui pluribus Presbyteris præesset, id Ecclesiasticæ Constitutioni ac Juri humano, non divinæ Institutioni acceptam ferri debere. Idem sensisse *Tertull. Ambros. Augustin. &c.* probant *Salmas.* & *Blondellus*.

§. 20. *Hieron. Ep. ad Evagr.* Apostolus præcipuè docet, eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos. *Et ibid.* Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, i. e. Episcopis anteferret. *Sic ille.*

§. 21. Episcopus & Presbyter variè distinguitur à recentioribus. *Dist. XXC. c. 3.* statuitur; Episcopus non ab uno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari. Presbyter autem ab Episcopo. *C. VI. d. l.* Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis fieri non debet.

§. 22. Presbyteris non licuit baptisare. *Epiphan.* ὅτι Διάκονοι ἐπιτρέπονται τὸ μαρτύριον ἐπιτελεῖν. *Tertull.* Dandi bapti-

baptiſmum jus habet Epiſcopus, dehinc & Presbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate.

§. 23. Addemus alias differentias, quæ *Tit. Clerici* inceptæ ſunt.

§. 24. *Diſt. itaque 25. c. 1.* varii βαθμοὶ ſic recenſentur: Ad Epiſcopum 1. pertinet Baſilicarum conſervatio. 2. Unctio Altaris. 3. Confectio Chriſmatis. 4. Officia & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit. 5. Sacras virgines benedicit. 6. Ipſe eſt præordinator in cunctis.

§. 25. Ad *Presbyterum* pertinet, Sacramentum corporis & ſang. Dom. in altario conficere, orationes dicere & benedicere dona DEI.

§. 26. Ad *Diaconum*, aſſiſtere Sacerdotibus, & miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in Sacram. Chriſti, in Baptiſmo, in Chriſmate, & patenâ & calice. Oblationes quoque inferre & diſponere in altario. Componere menſam Domini, & veſtire. Crucem ferre. Prædicare Evangelium & Apoſtolum. Officium precum, & recitatio nominum. Ipſe præmonet aures haberi ad DEUM. Ipſe hortatur clamare. Donat pacem. Ipſe annunciat.

§. 27. Ad *Subdiaconum*; Calicem & patenam ad altare deferre, & Levitis tradere, eisq; miniſtrare, urceolum quoque & aquam, manile & manutergium tenere, & aquam lavandis manibus præbere.

§. 28. Ad *Lectorem*; Lectiones pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinârunt, populo prædicare.

§. 29. Ad *Pſalmiſtam*; Officium canendi, dicere benedictiones, laudes, ſacrificium, reſponſoria, &c. quæ ad peritiam canendi pertinent.

§. 30. Ad *Acolutum*: Præparatio luminariorum in Sacrario. Cereum portat. Suggeſta pro Euchariſtia. Calices Sub-Diaconis præparat.

§. 31. Ad *Oſtiarium*; Claves Eccleſiæ, ut claudat & aperiat templum DEI, & omnia, quæ ſunt intùs extràq;, cuſtodiat; Fideles recipiat. Excommunicatos & infideles excipiat.

§. 32. Porrò de ſuperioribus Archipresbyteris & Theſaurariis, & Primiceriis *ibid.* §. 12. Archipresbyter ſciat ſe eſſe ſub

Archidiacono, ejusq; præceptis obedire, sicut Episcopi sui, & supra omnes Presbyteros in ordine positos curam gerere, & assiduè in Ecclesia stare, & quando Episcopi absentia contigerit, ipse vice ejus Missam celebret, & collectas dicat, vel cui ipse injunxerit.

§. 33. Ad *Primicerium* pertinent Acoluthi, Exorcistæ, Psalmistæ, Lectores. Signum quoque dandum pro officio Clericorum, præ vitæ honestate & officii meditandi & peragendi solicitè Lectiones, Benedictiones, Psalmum, Laudes, Offertorium & Responsorium, quis Clericorum dicere debeat. Ordo quoque & modus psallendi in Choro pro solennitate temporum, ordinatio pro luminaribus deportandis. Et si quid necessarium est pro reparatione Basilicarum, quæ sunt in urbe, ipse denunciet Sacerdoti, epistolas Episcopi pro diebus jejuniorum parochitanis per Ostiarios ipse dirigat; Clericos deliquentes distringat. Et quos emendare non valet, ad Episcopum deferat, Basilicanos constituat, matriculam disponat. Si ipse absens est, hæc omnia exquirat, qui lege proximus est aut eruditione.

§. 34. Ad *Thesaurarium*, Basilicarum & Ostiarii ordinatio, incensa præparatio, cura Chrismatis conficiendi, baptisterii ordinandi, luminariorum in sacrario, & in sacrificiis.

§. 35. Hæc *inibi Cod. Jur. Canon. p. 80. 81. 82. ibid. c. 2. §. Quid ab.* Sic porrò de officio Episcop. Presb. & Diaconi censetur: Ab Episcopo oportet suscipere doctrinam fidei. A Presbyteris inquirere monita vitæ. A Diaconis verò ordinem disciplinæ.

§. 36. Episcopum à pluribus ordinandum sic *Can. Apost. I.* confirmat: Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

§. 37. Episcopus non poterat fieri, nisi qui per gradus inferiores Clericatus ascenderet. *Turonens. c. VI. l. IV.* Cato Lector, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter & tandem Episcopus factus narratur. *Et l. 6. c. 15.* Gregor. Burgundioni petenti, ut Nannetarum constitueretur Episcopus, respondet: Non posse quenquam ad Episcopatum accedere, nisi priùs Ecclesiasticos gradus sortiatur. *Canon. Apost. 79.* Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα

ϑέντα καὶ βαπτισθέντα, ἐ δίκαιόν ἐστι παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον; Caula additur, ἄδικον γὰρ τὸν μηδέπω πεῖραν ἐπιδεξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον, εἰ μὴ πῦ κατὰ θείαν χάριν τῦτο γίνηται. *Quod cautè additur.*

§. 38. Episcopus, statuente *Gregor. l. 2. ep 19.* dum fuerit postulatus, cum solenuitate decreti subscriptionibus omnium roborati debet eligi.

§. 39. Ab omnibus autem Comprovincialibus Episcopis ordinari debet. *Dist. 64. c. 1. Concil. Arausic. 2. c. 21.* Sicubi contigerit duos Episcopos tertium ordinare & ipse & auctores damnabuntur.

§. 40. Extra conscientiam autem Metropolitani nullus audeat ordinare Episcopum. *Dist. d. c. 7. Et Basil. Ep. 195.* quæritur de Fausto, quod contemto Metropolitano ad alium ierit: καταφρονήσας ἡμᾶς πρὸς ἄνθιμον ᾤχετο καὶ παρ' αὐτῦ λαβὼν τὴν χειροτονίαν χωρὶς ἡμετέρας ὑπομνήσεως ἐπανῆκε.

§. 41. Ex cujus etiam *Epist.* discimus, licuisse alteri Metropolitæ modo Metropolitanus & ejus Episcopi testarentur consensum, ordinare in illa provincia Episcopum, vel etiam in aliena Diœcesi, cum istius Metropolitæ gratia, de quo statuit *Canon. 2. Concil. Const. I.* ἀκλήτυς δὲ ἐπισκόπυς ὑπὲρ Διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίᾳ ἤ τισιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς. Idq; vocant Gr. ὑπερόριον χειροτονίαν.

§. 42. Unde & *Concil. Nic. I. c. 6.* Episcopum non esse permittit, qui sine consensu Metropolitani sit ordinatus. *Id. c 6.* statuit, si omnes Comprovinciales ψήφῳ εὐλόγῳ ὔσῃ καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν designarint Episcopum, & duo vel tres velint contradicere, τὴν πλειόνων γνώμη κρατείτω.

§. 43. Metropolitanus reliquos convocabit per epistolam. *Capit. Martin. Bracar. III. Sic & Concil. Antioch. c. 19.*

§. 44. *Et Concil. Tarracon. C V.* statuit, ut Metropolitano se repræsentet completis 2. mensibus nuper factus Episcopus.

§. 45. Archiepiscopus ab omnibus suæ provinciæ Episcopis debet ordinari; ait *Anicet. d. 66. c. 1.*

§. 46. Presbyteri & Chorepiſcopi ab uno Epiſcopo ordinari poſſunt. *Diſt. 67. Concil. Hiſpal. 2. c. 6.* Epiſcopus Sacerdotibus ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt.

§. 47. Porrò in quibus Epiſcopi & Chorepiſcopi differant, ſic docet *Leo Pap. I. Ep. 86. d. 68. c.* 4. Nec erigere Choris altaria, nec Eccleſias conſecrare licet, nec per impoſitionem manuum fidelibus baptiſatis vel converſis hæreticis paracletum Spiritum S. tradere, nec Chriſma conficere, nec Chriſmate baptizatorum frontes ſignare, nec pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet mittere.

§. 48. Epiſcopi enim Apoſtolorum, Chorepiſcopi verò ad exemplum LXXII. diſcipulorum eſſe noſcuntur, ait *id. Leo I. d. 68. c. 4.* & *Urban. II. c. 6.* Patres miſſi ſunt Apoſtoli, Filii conſtituti ſunt Epiſcopi. *Auguſtin. in Pſ. 44.*

§. 49. In *Ordinatione* ſolenne fuiſſe obſervo τὸ ἐπικηρύττειν, *de qv. inf.* Adeòq; nemo erat ordinandus abſolutè, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ, ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο. Et *in Ord. Rom.* fit mentio talis: pronunciationis factæ Epiſcopi nomine per Archidiaconum. De Titulo S. Stephani eligimus Petrum ad Lectorem, eundem titulum.

§. 50. Qui ſine Titulo ordinatus erat, nihil inde juvari debebat. *Conc. Nicen. & Chalced. Can. 6.*

§. 51. *Concil. Placentin. ait*: Sine Titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Eccleſia quilibet eſt titulatus, in ea perpetuò perſeveret.

§. 52. Invitus autem nemo ordinandus. *Concil. Aurel. III. Cap. 7.* Epiſcopus, qui invitum aut reclamantem præſumſerit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus Miſſas facere non præſumat.

§. 53. Qui verò διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν aliùs promoveri volunt, à loco ſuo dejici jubentur. *Concil. Carthag. c. 31.*

§. 54. Promotio autem ad altiores ordines fiat ſecundum ordinem. *Concil. Agathenſ. c. XXIII.*

§. 55.

§. 55. Neque invitus teneri debet quispiam, in quo loco est ordinatus. *Gregor. l. II. Ep. 84.*

§. 56. Nec invitus quis ad Episcopatum pertrahendus. *Dist. 74. c. 7. & 8.*

§. 57. Cùmq; majores ordinari contemserint, de minoribus ordinibus promoveantur. *Gelas. Episc. A. ex. Dist. I. c. 9. ait:* Qui in suis ordinibus proficere noluerunt, reddantur suis inferioribus post minores.

§. 58. In quibus locis Primates, Gr. ἔξαρχοι τῆς Διοικήσεως, Patriarchæ, Archiepiscopi, &c. sint ordinandi, *Dist. 80. c. 1. & seqq.* sic discimus: In ipsis urbibus, ait *Lucius Pap. c. 1.* Apostoli & eorum successores Patriarchas vel Primates posuerunt.

§. 59. *Clem. P. Ep. I. & Leo II. ep. 4. Burchard. l. 1. c. 125.* In illis civitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi Flamines erant, Episcoporum Primates poni vel Patriarchas B. Petrus præcepit. In quibus Archiflamines erant, Archiepiscopos institui præcepit. In singulis verò reliquis civitatibus singulos, & non binos vel ternos, aut plures Episcopos. &c.

§. 60. Et *Anaclet. Ep. III c. 2.* non Episcopos, sed Presbyteros in castellis & modicis civitatibus constitui monet. Et *Leo P. ep. 85. c. 2.* tantùm in majoribus populis & frequentioribus civitatibus eos residere ordinat.

§. 61. Et *Concil. Laod. c. 57.* in villis & vicis non ἐπισκόπους, sed περιοδευτὰς constitui mandat, *de quo infrà.*

§. 62. DIACONI. Diaconi septem in unaquaque civitate esse debent. *Dist. 93. c. XI.* Eosdem oculos Episcopi nominat. *Evarist. P. ibid.*

§. 63. Officium eorum sic describit: Qui quasi custodiant Episcopum prædicantem, ne aut ipse Episcopus ab insidiatoribus quoquo modo infestetur aut lædatur à suis.

§. 64. *Concil. NeoCæsariens. Can. 14. Et Ord. Rom. c. IX. Et Concil. Aquisgran. c. 64.*

§. 65. *Gelas. Pap. d. 93. c. 14.* Nihil eorum suo ministerio penitùs applicare audeant Diaconi, quæ primis Ordinibus propriè decrevit Antiquitas. Absque Episcopo vel Presbytero baptizare non

non audeant, nisi necessitas extrema compellat. Sacri corporis erogationem sub conspectu Episcopi s. Presbyteri (nisi his absentibus.) jus non habeant exercendi.

§. 66. Ergò Diaconorum non fuit, baptizare, nec Cœnam administrare.

§. 67. Τῆς εὐχαριστίας ἅπτεσθαι, accipere S. Cœnam ante Episcopos vetat *Can. Concil. Nicen. c.* 14. qui nec sedere eos permittit in medio Presbytororum. Quod vetat & *Conc Laod. c. 20. Agathens. Can. 65. Aquisgran. c. 77. ubi & c. 78.* Subdiaconi vetantur idem, qui in *Laod c. 25.* ὑπηρέται nominantur.

§. 68. Subjiciuntur Presbyteris *Concil. Tolet. IV. c. 38. Nicen. c. 14. Carth. IV. c 37.*

§. 69. *Auct. de septem Ordin. Eccl. qui dicitur Hieron. c. 5.* Officium Diaconorum benè pingit: 1. docens Episcopo vel Presbytero à Diacono tradi calicem in Cœna administranda. Levitæ, *ait*, inferunt oblationes in altari, componunt mensam Domini, Sacerdotibus, dum Sacramenta benedicunt, assistunt. Ante Sacerdotes orant. Diaconus acclamat: Ut aures habeamus ad Dominum. Ipse prædicat, ipse hortatur, ipse commonet adstantibus Sacerdotibus.

§. 70. Mensarum & viduarum minister dicitur *Hieronymo Ep. 85.* Diaconus. Unde discimus, Altari & Viduarum curæ ex *Actor. 6. 2.* fuisse præpositos.

§. 71. De Metropolitano jam diximus. *h. l. Concil Antioch. c. IX.* Sic de ejus officio: 1. Illum τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, ideò διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τὰ πράγματα ἔχοντας. 2. Unde & ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτόν. 3. Et μηδὲν πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Nam singulis Episcopis sancit providendum necessaria suæ Ecclesiæ, ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. Ut sunt

χειρο-

χειροτονεῖν Πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα μεταλαμβάνειν. Sed περαιτέρω μηδὲν πράττειν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου. Sed nec illum μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

§. 72. Unde hæc elicio: 1. Metropolitanum debere primum esse Βαθμῷ. 2. Decidere omnia. 3. Episcopis reliquis præsidere. 4. Hoc nihil debere sine ejus consensu facere. Tamen liberè posse quemque suæ Parochiæ curam gerere. Cætera autem ad Metropolitanum referre.

§. 73. Sic in *Capit. Mart. Bracarens. IV.* Per singulas provincias oportet Episcopos cognoscere Metropolitanum suum, & ipsum Primatus curam suscipere. Nihil autem agere reliquos Episcopos præter eum. Nec Metropolitanus quisquam præsumtivè assumat absque consilio cæterorum.

§. 74. Idq; *è Can. Apost. XXXIV.* ad quem Antioch. & Bracar. provocant, tale: Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους χρὴ εἰδέναι τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδέν τι πράττειν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει καὶ ταῖς ὑπ᾽ αὐτὴν χώραις. Quæ totidem verbis repetit *Concil. Antioch. c. cit.*

§. 75. Variavit tamen Diaconorum & Presbyterorum officium. Nam *Hilarius* ait, suo tempore Diaconos in populo non prædicasse. Et tamen alibi Antiochiæ scil. præsente Meletio Episcopo *Jo. Chrysostomus* adhuc Diaconus homilias egit, & Ephraim Edessæ Diaconus ob facundiam dicitur *Nysseno* νοητὸς τῆς ἐκκλησίας εὐφράτης, & τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος. Sic & *Ancyram. Concil. Can. II.* dicitur Diaconorum esse ἀναφέρειν καὶ κηρύσσειν. Contrà *Synod. Arelat. c. 15.* minimè offerre debere ordinavit, ut & *Nicena c. XVIII. & An. 595.* Romana censuit, *vacare* debere ad prædicationis officium. Undè & *Ep. 2. Hieron. ait:* In quibusdam Ecclesiis tacere Presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui, quasi aut invideant, aut non dignentur audire.

§. 76. *Manuum Impositio.* *Chrysostom.* scribit, solâ ordina-

dinatione superiorem esse Episcopum Presbytero, χειροτονεῖ ὁ Ἐπίσκοπος τὸν Πρεσβύτερον, οὐ χειροτονεῖται ὑπὸ τοῦ Πρεσβυτέρου. Idem ait *Hieron.* Quid facit exceptâ Ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat? *Isidor. lib. 2. de Eccl. Offic. c. 7.* Propter auctoritatem summo Sacerdoti Clericorum ordinatio reservata est, ne à multis Ecclesiæ disciplina vindicata concordiam solveret, ac scandala generaret. *Aërius ap. Epiphan.* de differentia duorum horum; οὐδὲν, *ait*, διαλλάττει οὗτος τούτου. Μία γὰρ ἐστὶ τάξις καὶ μία τιμὴ, καὶ ἓν ἀξίωμα. Χειροθετεῖ ἐπίσκοπος; ἀλλὰ καὶ ὁ πρεσβύτερος. &c. Notandum χειροθετεῖν. Nam χειροτονεῖν *ordinare* est; illud *manus imponere*. *Clem. l. 8. c. 28.* Ἐπίσκοπος χειροθετεῖ, χειροτονεῖ, Πρεσβύτερος χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ. Rectè ergò *Chrysost.* ait, Episcopos τῇ χειροτονίᾳ ΜΟΝΗ, ἀναβεβηκέναι, καὶ τούτῳ μόνῳ τοὺς Πρεσβυτέρους πλεονεκτεῖν. *Clem. Diatactes:* Πρεσβύτερον χειροτονῶν ὦ ἐπίσκοπε, τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπιτίθει, τοῦ Πρεσβυτερίου παρεστῶτός σοι καὶ τῶν Διακόνων. *Can. Carthag.* Presbyter cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manus super caput ejus tendente, omnes Presbyteri, qui adsunt, manus suas juxta manus Episcopi super caput illius ponant.

§. 77. Ritus est à Judæis, quib. ἐπίθεσις τῶν χειρῶν τοῦ Πρεσβυτερίου in Sanedr. dicitur סמיכת הזקנים De quo adi infrà Titulum: *Manuum impositio.*

§. 78. Tria in PP. genera χειροθεσίας occurrunt: 1. *Presbyterorum*, de qua *I. Tim. IV. 14.* 2. *Baptizatorum*, quæ *Confirmatio* dicta, de qua *Matth. 28. fin.* 3. *Catechumenorum*, quâ Christiani fiebant, & hæc *prima* dicitur. *Vid. Tit. Catechum. Sulp. Dial. XI. 5.* Cunctos impositâ manu Catechumenos fecit.

§. 79. Hoc recipere in Ordinem sacrum Latin. PP. dicitur, *consecrare* & *consignare*. Gr. PP. εὐλογεῖν. *Sulpic. Vit. Mart.* Neque ab alio eam passus est consecrari.

§. 80. In pœnitentia quoque observo *Manus impositas* fuisse. Erat autem tunc Impositio manus signum admissionis ad pœni-

pœnitentiam. *Concil. Carth. III. c. 32.* ait: Ut cujusvis pœnitentis publicum crimen universa noscat Ecclesia, ante absolutionem manus ei imponatur.

§. 81. Et id erat initium agendæ pœnitentiæ publicæ. *Vid. Can. in capite Dist. 50.* Sic & Leo à manus impositione incipit remedium pœnitentiæ. *Ea. c. alienum. Concil. Carth. V. c. 11.* vult, ut Sacerdoti lapso manus imponantur, i. e. ad pœnitentiam admittatur. *Felix l. III. c. 6.* vult, ut pueri aliquandiu sub manus impositione delinientur.

§. 82. *Clemens Epist. ad Cor. I.* de Apostolis ait: κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθιστάναι τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Notabis κατὰ πόλεις. Nam sic & in loco *Tit. I.* PP. quidam legerunt, & *Hieronym.* Per civitates. *Theodoret. exp.* καταστῆσαι κατὰ πόλιν πρεσβυτέριον. Sic κατ' ἐκκλησίαν. *Act. XIV.* per singulas Ecclesias. Rectè ergò ex Phrasi colligit *Cl. Salmas.* in unaquaque civitate plures Episcopos institutos, non unum, ut PP. annotant, qui ex sui seculi consuetudine explicant.

§. 83. Ubi verò grex pusillus, ut in vico vel villâ *unus* constitutus fuit, qui χωρεπίσκοπος dictus. Quod ab Apostolis factum propter credentium paucitatem vix verisimile est.

§. 84. *Theodoretus* de Chorepiscopis accipit *Ephes. IV.* Ποιμένας καὶ διδασκάλους, exponens τοὺς κατὰ πόλιν καὶ κώμην ἀφωρισμένους.

§. 85. Παροικίαι istæ agrorum Ecclesiæ dictæ posteà, ut πάγοι Romæ, qui suos ἐπισκόπους habebant singuli. *Halicarnass. l. IV.* Istarum Παροικιῶν ἐπίσκοποι dicti χωρεπίσκοποι. *Canon. Latin. Interpr.* vertunt, Episcoporum Vicarios, & Regionarios, &, Vicarios, rectiùs. Horum dignitas suppar Episcopali & Presbyteris simplicibus amplior fuisse videtur. Nam poterant & inferiores ordines ipsi conferre. *Conc. Ancyran. Can. XIII.* χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι Πρεσβυτέρους ἢ Διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴ δὲ Πρεσβυτέρους πόλεως χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου.

§. 86. *Can. Antioch. X.* sancitur χωρεπίσκοπον γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται, ἐπισκόπου. Nomen illud Episcopi diu retinuerunt, donec tandem indignum videbatur, ex quare eos Episcopis τῆς πόλεων, αἷς ὑπόκεινται αὐτοί τε καὶ ἡ χώρα, ut loquitur *Concil. Antioch. l. cit.* Ideò pro χωρεπισκόποις, dicti sunt περιοδευταί, *Concil. Laodicen. Can. LVII.* Dicti & ἐπιχώριοι Πρεσβύτεροι, *Can. XIII. NeoCæsar.* & opponuntur ἐπισκόποις τῆς πόλεως. Non poterant ex decreto *Antioch.* ordinare χειροτονεῖν Πρεσβύτερον μήτε Διάκονον sine permissu Episcopi urbici. Neque ex decreto *NeoCæsar.* ἐν τῷ Κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν παρόντος ἐπισκόπου ἢ Πρεσβυτέρων πόλεως.

§. 87. In Subscriptionibus Conciliorum Episcopis nonnunquam accensentur. Ut in *Ephesina synodo p. 322.* Cæsarius Chorepiscopus, & *NeoCæsar. Concil.* Stephanus Chorepiscop. Cappadociæ. *Can. XIII. Neocæs.* εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα discipulorum Chorepiscopi constituti dicuntur.

§. 88. *Laodicen. Can. LVII.* οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς. Hoc est, quod suprà diximus, nomen ἐπισκόπων illis esse ademtum.

§. 89. *Balsamo ad Can. XIV. NeoCæsar.* ait, eos neque potuisse λογισμοὺς δέχεσθαι, neque ἁμαρτίας ἀφιέναι, nisi permissu τοῦ ἐπισκόπου, quod & *Leo LXXXIIX.* testatur, ubi officium appellat, *Pœnitentem reconciliare.*

§. 90. *Glossar. Vet.* Περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα. *Concil. Chalced. Act. IV. & X.* vertitur, *Procurator.* Alibi: *Circuitor.* Fuitq; Presbyter ἐν κώμαις Chorepiscopo substitutus.

§. 91. Cæterùm munus eorum fuit, τὰ κυριακὰ καὶ πτωχικὰ χρήματα dispensare, *Balsamo Can. XIII. NeoCæsar.* Et *Zonar.* προσόδους ἐκκλησιῶν ὧν προΐστανται εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν hoc appellat.

§. 92.

§. 92. *Basil. Magn.* antiqvum in Ecclesia ritum fuisse docet, ut Candidati ministerii à Presbyteris & Diaconis probati Chorepiscopis commendarentur, οἱ πὰς παρὰ τ̃ ἀληθῶς μαρτυρῦντων δεξάμδμοι ψήφυς, ϗ ὑπομνήσαντες ἐπίσκοπον, ὅτως ἐνηρίθμυν τ̃ ὑπηρέτην τῷ τάγματι τ̃ ἱερατικῶν. Quod à Chorepiscopis abrogatum queritur, dum adsciscendorum Sacerdotum autoritatem ad se transferrent, ac postremò Diaconis ac Presbyteris committerent, ut, quos vellent, adoptarent, διὸ πολλοὶ μδὺ ὑπηρέται ἀριθμῦνται καθ' ἑκάστην κώμην.

§. 93. *Tertull. de Præscript. Cap. XX.* Apostoli Ecclesias apud *unamqvamqve* civitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & semina doctrinæ ceteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidiè mutuantur, ut Ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur.

§. 94. *Epiphan.* ostendit, primò id Alexandriæ institutum, ut in tota civitate unus tantùm esset Episcopus, ὐ γδ πώ' Ἀλεξανδρεία δύο ἐπισκόπυς ἔσχεν, ὡς αἱ ἄλλαι πόλεις. *Nicano demùm Canon. VIII.* definitum fuit, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

§. 95. Pòst cœpêre Παροικίαι, Διοίκησεις. Illa duo sæpè in Scriptis PP. alternant. Nam Παροικία sumitur pro Διοίκησις & contrà. Aliàs Παροικία est membrum particulare & regionale universæ civitatis Ecclesiæ. Παροικῦσαι πόλιν ἑνὰ ἐκκλησίαι. Interdum plurium minutarum Ecclesiarum complexionem notat, & unam Ecclesiam civitatis in plures minores conventus divisam; aliquando minores illos cœtus, qui Ecclesiæ & Παροικίαι dictæ. Ut in *Ep. Innocent. ad Decent.* ἐκκλησίαι, sunt majores Ecclesiastici Conventus, qui & Παροικίαι, *cùm omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ*, ait, i. e. omnes Παροικίαι.

§. 96. Aliàs circa eadem tempora *Parœcia* distinguebatur ab *Ecclesia*, præcipuè in Africa. Quia Ecclesia propriè sumebatur de *Matrice* & *principali Ecclesia.* Sic *Can. XIX. Conc. African.* Tempore sane quo non communicat, nec in sua Ecclesia vel Parœcia communicet.

§. 97. Sic & eo tempore in Occidente Παροικία dicta, quæ pars esset Ecclesiæ civitatis, *Basilica* sc. *particularis*, cui unus Presbyter præerat, in qua Sacram. distribuebantur, & concionabantur.

§. 98. Διοίκησις autem constabat ex multis ejusmodi Παροικίαις, & plures Provincias Metropolitanas & Ecclesiasticas complectebatur, i. e. ἐπαρχίας. Ε᾽παρχία est Provincia plures Παροικίας cum suis territoriis s. ἐνορίαις continens Sedes Episcopales.

§. 99. Infimis *Lat. & Græc.* temporibus dicta fuit & Διοίκησις, quæ olim erat Παροικία.

§. 100. *Cod. Afric. Eccl.* Hipponensis Diarchytorum Diœcesis. *Can.* 93. & 54. Mappaliensis Diœcesis. Pro *Parœcia* sumitur apud *Sulp. Dial.* 2. *de Martino*: dum Diœceses visitat.

§. 101. Quibus in locis constitui debeat, sic *Gratian. Dist.* XXC. c. 1. Lucius Papa: In ipsis urbibus post Christi adventum Apostoli & successores eorum Patriarchas vel Primates posuerunt. Et *Clemens Papa Ep. I. d. c.* 2. In singulis civitatibus singulos & non binos vel ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed Episcoporum tantùm vocabulo potirentur.

§. 102. *Anaclet. Ep. III. c.* 2. *sic*: Episcopi non in castellis aut modicis civitatibus constitui debent, sed Presbyteri ab Episcopis poni & ordinari, singuli tamen per singulos titulos suos. Episcopus autem non ab uno, sed à pluribus debet ordinari Episcopis, & ad honorabilem urbem *Titulandus* & denominandus, ne vilescat nomen Episcopi.

§. 103. Idem statuit *Leo Pap. XXCV. Cap.* 2. & *Conc. Laodic. c.* 57. verba suprà habes.

§. 104. *Dist. cit. cap.* Fraternitatem. Gregorius Papa constituit, Episcopos non debere longo intervallo Sedibus suis disjungi.

§. 105. In Africa *Primates* dicti sunt, οἱ κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτεύοντες, ut ait *Justin. l.* 29. ita ut Afr. Primates

& alio-

& aliorum Metropolitani differant, quòd illi erant ordinatione primi, hi loco sedis suæ Metropoleos. Munus tamen & dignitas eadem, *Synodis præsidere, Episcopos ordinare. Petit. Miscell. var. lect. l. III. p. 3. cap. 1.*

§. 106. Non negandum, gradus licitos & usitatos semper ab ipsis Apostolicis temporibus fuisse. *Hieron.* ait: In toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus cæteris superponeretur, ad quem omnis cura Ecclesiæ pertineret.

§. 107. *Id.* ei, qui scripserat: Nihil interest inter Episcopum & Presbyterum, respondit: *Hoc satis imperitè, in portu naufragium.* Et idem:

§. 108. Alexandriæ à Marco Evangelista ad Heraclem & Dionys. Episcopos, Presbyteri unum semper *ex se* electum in *celsiori* gradu collocatum Episcopatum nominabant.

§. 109. Idem testantur Catalogi Episcoporum ap. *Irenæum, Eusebium, Socratem, Theodoretum*, incipientes ab Apostolica ætate. *Confer quæ supr. diximus hoc titul.*

§. 110. Benè rem decidit *Hieron.* inquiens: Episcopos invasisse majores Presbyteris magis consuetudine, quàm dispositionis Dominicæ veritate. Et *Augustin. Ep. XIX.* Episcopatum majorem Presbyterio secundum honorum vocabula, quæ Ecclesiæ usus obtinuit.

§. 111. Mos Episcoporum visitandi Ecclesias suæ Διοικήσεως vetustus. *Sulp. Sev. Ep. I.* Cùm ad Diœcesin quandam pro solenni consuetudine, sicut Episcopis visitare Ecclesias suas moris est, mediâ ferè hyeme Martinus venisset. Et *Dial. 2. c. 4.* Iter cum eo, dum Diœceses visitat, agebamus. Et *Ep. 2.* causa extitit, quâ Condatensem Diœcesin visitaret. *Concil. Colon. ann. 1549.* Non aliàs meliùs, quàm in visitatione deprehenduntur, corriguntur errores. Nec aliud est Episcopus etiam ex nomine, quàm Speculator. *Ibid. Tom. IV. Concil. p. 866.* Visitatione igitur opus est. *Et mox:* Statuimus ad hæc, ut Visitatoribus adhibeatur Notarius, qui sit Sacerdos, aut saltem Clericus non conjugatus.

§. 112. *Concil. Lateran. Ann. MCCXV. Cap. XXXIII.* Visitationis officium exercentes non quærant, quæ sua sunt, sed quæ

JESU CHRISTI prædicationi & exhortationi, correctioni & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit.

§. 113. *Oxoniens. Tom. III, Concil.* statuit; Ne visitaturi Ecclesias nimio sumtu graventur, nec redemtionem pro visitatione extorquere præsumant.

§. 114. Requisita Episcoporum, *Electionem, Ordinationem, Gradus.* Vide suprà. Ad officium pertinentia hic damus. Pauperibus providere Episcopum jubet *Concil. Aurel. I. c. 18. sic*: Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente manibus suis laborare non possunt, victum & vestitum largitur.

§. 115. Hospitalitatem exercere jubet *Dist. 8. Gregor. lib. 12. Ep. 6. & l. V. ep. 29. ait*: Sine liberalitate vacuum nomen Episcopi teneri.

§. 116. *Et l. XI. Ep. 49.* Ad vindictam facilem esse non debere monet.

§. 117. Baptisare, Sacramenta administrare, ordinare, pœnitentes absolvere, jejunia indicere, disponere res Ecclesiæ, Oblationes, Decimas, Negotia Ecclesiastica, sic enim *Can. Apost. 38.* Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω φροντίδα.

§. 118. Nec quicquam sine Episcopi consensu Clero licitum. *Canon. Apost. XXXIIX.* Οἱ Πρεσβύτεροι καὶ οἱ Διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου μηδὲν ἀποτελείτωσαν.

§. 119. Sic & *Concil. Laod. c. 57. & Can. Apost. XLI.* Προστάσσει, ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων, ut ἐπὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι τοῖς δεομένοις, per Presbyteros & Diaconos ἐπιχορηγεῖσθαι & verbo, καὶ κατὰ τὴν ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι. Sic & reliqua Concilia.

§. 120. *Hieron. ait*: Quid facit Episcopus, exceptâ ordinatione, quod idem non faciat Presbyter?

§. 121. Huc pertinent Temporum rationes & Festa Ecclesiis denunciare.

§. 122. *Seculo IV.* etiam sententias in civilibus dicere, & ad Episcopos appellare cœperunt, apud *Sozomen. l. 2. c. 9. Ruffin. l. 2. c. 31.*

§. 123.

§. 123. Consecrare templa & altaria, quod Chorepiscopo non licuit, ut suprà notavimus, *hoc tit.*

§. 124. Reliquias Sanctorum transferre, commendare populo. *Ambros. Ep. 85.* Monachos & Monasteria regere, *de quo Tit. Monachi.*

§. 125. *Ambros l. 10. ep. 82.* In Vercellensi Ecclesia duo pariter ab Episcopo exigi videntur, Monasterii continentia & Ecclesiæ disciplina.

§. 126. *Seculo V.* reperio additos esse Episcopis adjutores, qui Coepiscopi dicti. *Leo Ep. 88.* docet: Horum fuisse, absente Episcopo altaria erigere, basilicas consecrare. *Augusti. Epist. XXXIV.* & *XXXVI. ait:* A Valerio Coepiscopatus sarcinam sibi esse impositam.

§. 127. *Aug. Quæst. CI. V. & N. T.* docet, absente Episcopo & Presbytero licuisse nonnulla, inquiens: In Alexandria & per Ægyptum, si desit Episcopus, consecret Presbyter.

§. 128. *Concionari.* Hoc in aliis quidem Ecclesiis commune fuit & Presbyteris & Diaconis, sed in Africanis soli concionabantur Episcopi. Quod *seculo V.* abolitum. Valerius enim Augustino Presbytero id munus delegavit. *Possidon. Vit. Aug. c. V.*

§. 129. Preces seu orationes ordinare pro rebus necessariis. Sic apud *Sidon. l. 7.* Mamercus Vienn. rogationes publicas in suæ urbis incendio instituit. *Et 2.* Pro conversione Regum & Tyrannorum, apud *Augusti. l. III. cont. Maxim. c. 1.*

§. 130. Visitare ægrotos & excommunicatos. *Vid. suprà Tit. Discipl. Eccles.*

§. 131. Metropolitani. Præsules. Papæ. Pontifices. ἔξαρχοι *Nicephoro* dicuntur.

§. 132. Archiepiscopi. Summus Sacerdos. Patriarcha. Pontifex. Primas. Apud *Turonens. Vit. Patr. c. VIII. & Greg. l. 7. ind. 2. Ep. 64.* ἔξαρχοι τῆς διοικήσεως, *in Concil. Græcis.* Horum fuit, exstirpare hæreses, abrogare idololatrias. Mandare suis de excommunicatione, absolutione, visitatione, ordinare Episcopos, dijudicare Episcoporum controversias, celebrare Synodos, inaugurare Imperatores. Leges Imperatorum Ecclesiasticas denunciare Metropolitanis.

§. 133.

§. 133. Salutant se invicem, *Fratres, Papas, Coepiscopos Compresbyteros, Collegas.*

§. 134. Sponsis benedicere. De quo vid. verb. *Nuptiæ* infrà.

§. 135. Utq; rebus Ecclesiæ disponendis eò promtior esset, addunt ei *Oeconomum* & *ViceDominum* Jura *Can. d. 89. c. 2. Concil. Chalc. c. 26. Caus. 26. Quæst. VII.* de quo plura verbo *Bona Ecclesiast. Gregor. l. 1. Ep. 11.* Vice-Dominum constituimus, cujus arbitrio Episcopium commisimus disponendum. Quem *id. l. 9. Ep. 66.* Majorem domus vocat, quo utatur Episcopus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quæ eveniunt, idoneus & paratus existere.

§. 136. Episcopos omnes esse pares docet *Hieron. Ep. 85. ad Evagr.* Ubicunque fuerit Episcopus, seu Romæ, s. Eugubii, s. Constantinopolis. Alexandriæ ejusdem esse meriti & Sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit. Cæterùm omnes Apostolorum successores sunt.

§. 137. Episcopus in Consessu & Ecclesia sublimior sedebat Presbyteris. *Concil. Carth. IV. c. 14. Dist. 95. c. 9.*

§. 138. Episcopus primæ sedis non appelletur Princeps Sacerdotum, nec summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantùm primæ sedis Episcopus, *ait Conc. Afric. c. 6. & Carth. III c. 29.*

§. 139. Nec universalis. Sic enim *Pelagius II. Dist. 99. c. 4.* Nullus Patriarcharum Universalitatis vocabulo unquam utatur. Quia si unus dicitur universalis, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cujusquam mente, hoc sibi velle accipere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunque parte videatur.

§. 140. Sic & *Gregor. l. 7. ind. 1. Ep. XXX.* In præfatione Epistolæ superbæ appellationis verbum, universalem me Papam dicentes, imprimere curâstis. Quod peto, ultrà non facias. Absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

§. 141. Vivente Episcopo alius ei succedere non valet. *c. 7. qu. 1. c. 5.*

§. 142.

§. 142. Qui verò in locum viventis irrepserit, non est Episcopus. *Ibid. c. 6.* Nec defendendus est, qui viventis locum invadit.

§. 143. Infirmitate gravato alius subrogari potest. *Cap. 7. qu. 1. c. 13.*

§. 144. *Concil. Tolet. XI. c. 14.* statuit, ut Episcopo vel Sacerdoti sacrificanti Adjutor detur, qui cœpta Sacramenta expleat, veluti loquitur, à tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur, si ei aliqua necessitas ingruerit. Sic & *Concil. Tolet. VII. c. 2.*

§. 145. Senectute gravato Adjutor dandus est, qui morienti succedat. *C. VII. q. 1. c. 17.*

§. 146. De Visitatione *vid. suprà.* Quoties instituenda. *Conc. Tol. IV.* per annum Parochias circumire Episcopos jubet. *Conc. Tarracon. C. VIII.* Ab Episcopo annuis vicibus Diœceses visitentur. *Concil. Tolet. IV. c. 31.* Episcopum per cunctas Diœceses, Parochiasq; suas per singulos annos ire oportet. Quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, Presbyteros probabiles aut Diaconos mittat, qui reditus Basilicarum, & reparationes & ministrantium vitam exquirant.

§. 147. Ubi tria monentur in Visitatione: 1. *Reditus.* 2. *Reparatio Basilicarum.* 3. *Vita Ministrorum.*

§. 148. Quid exquirendum *Concil. Bracar. II. c. 1.* prolixè docet: Per singulas Ecclesias Episcopi per Diœceses ambulantes primùm discutiant Clericos, quomodo ordinem Baptismi vel Missarum teneant, & qualiter quæq; officia in Ecclesia peragant. Si rectè quidem invenerint, DEO gratias agant; Sin minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, ut ante XX. dies Baptismi ad purgationem Exorcismi concurrant Catechumeni, in quibus viginti diebus omninò Catechumeni Symbolum, quod est, *Credo in DEUM Patrem omnipot.* specialiter doceantur. Postquam ergò in his suos Clericos discusserint, aliâ die convocatâ plebe, doceant, illos, ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, i. e. homicidium, adulterium, &c. Et sic posteà de Ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

§. 149. *Primates.* In Africa primùm constituti circa *Ann. D. 350.* Hi non tàm Metropolitani Episcopi erant, quod *Turriano*

placet, quàm promotione antiquissimi, s. in Metropoli, s. in aliis oppidis constituti. Hinc *Concil. III. Carthag. c.* 44. Victor ab Epigonio ætate *Pater*, promotione *antiqvissimus* dicebatur.

§. 150. Unde & consuetudo *Senes* appellandi primæ Sedis Episcopos.

§. 151. Cùmq; singulis Episcopis pro ordinationis ætate ad *Primatum* pateret locus, studiosè cavebat Ecclesia Africana, ne quis ementitæ antiquitatis titulo Fratres gradu debito fraudaret. *Concil. African. c. 36.* cavit, ut qui ab Episcopis ordinabantur, literas acciperent ab ordinatoribus eorum manu conscriptas, continentes *Consulem* & *Diem*, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriretur. *Can. 52.* jubent, posteriores anterioribus deferre, iis consultis nihil agere, &c. *Vid. August. Ep. 261. Greg. M. Ep. 72, 75. lib. 1. 35. Leon. Ep. 4. l. IX.*

§. 152. Prima mentio Primatum fit *Ann. D. 390. Concil. II. Carth. c. 12.* & *Concil. Sardicens. c. 6. n.* 347.

§. 153. *Patriarchæ.* Eorum pariter origo circa hæc tempora. *Hieron. Ep.* 54. à Montanistis ortum duxisse putat, imò scribit. *Socrat. Hist. l. 5. c. 8.* primus videtur agnovisse. Et eodem tempore *Leo Romanus* aliquoties Patriarcha dicitur, *Concil. Chalcedon. Act. III.*

§. 154. Gothis usitatum peculiariter fuisse, ut Archiepiscopos Patriarcharum titulo insignirent, *Baron.* annotat, & Vandalis: ad *Ann. Dom. 533. 570.*

§. 155. In ordinatione Episcoporum populus acclamabat solenni voce: Ἄξιος. Sic *Philostorg. l. 9. c. 10.* recenset, in Demophili Ep. Const. ordinatione contrà acclamatum: Ἀνάξιος. *Photius in Bibl. Patr. p. 1415.* de Alexandri Const. Episcopi ordinatione: ὁ λαὸς μιᾷ φωνῇ σὺν αὐτῷ βασιλεῖ ἐπὶ τελείως ὥρας ἐβόα, τὸ ἄξιος.

§. 156. Olim in Ecclesia Patres dicti præcipuè Episcopi & Presbyteri, ac Seculis posterioribus Papæ. *De qvo vide infrà Tit. Papa.*

§. 157. *Seniores. Ignat.* Ordinem sic constituit sui seculi.

οἱ Διά-

Οἱ Διάκονοι τοῖς Πρεσβυτέροις ὑποτάσσεσθε, ἀρχιερεῦσιν, οἱ Πρεσβύτεροι τῷ ἐπισκόπῳ, ὁ Ἐπίσκοπος τῷ Χριστῷ, ὁ Χριστὸς τῷ Πατρί. Hæc est τάξις ἱεραρχικὴ in Petro à Christo instituta, ut PP. docent. *Ignat.* Καλοὶ μὲν οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ τοῦ λόγου διάκονοι, κρείσσων δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων Πρεσβυτέρων vocat *Hieron. Lat.* Senatum Ecclesiæ. Primùm Πρεσβυτέρων fuisse χειροθεσίαν. Posteà verò Episcopi dignitas facta fuit, οὐ μόνον διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ καὶ Πρεσβυτέρους, ait *Schol. Gr. Act.* 14. 25. *Hieron. Ep. ad Tit. Comment.* In toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus cœteris anteponeretur. Causam dicit *Epist. ad Evagr.* in Schismatis remedium, ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. *Id. Comm. in Ep. ad Tit. docet*: Apud Veteres eosdem fuisse Presbyteros, quos & Episcopos. Paulatim verò, ut dissensionum plantaria evellerentur, ad unum omnem solicitudinem esse delatam. Sic & Patres usi hac voce. *Clem. Alex. Strom. VI. Origen ap Euseb. Epiphanius, Hæres.* 69. *Liberius*: Testis est, *ait*, omne Presbyterium Romanæ Ecclesiæ. *Innocent.* In consessu Presbyterii. Ubi semper Conventum & Collegium Præpositorum Ecclesiæ capiunt PP. sancti.

§. 158. *Theophyl. in Luc.* 19. Τρία τάγματα in Ecclesia ita recenset: Οἱ διάκονοι καθαίρουσι διὰ κατηχήσεως καὶ διδασκαλίας, οἱ Πρεσβύτεροι φωτίζουσι διὰ τοῦ βαπτίσματος, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερατικὰς τάξεις καθιστῶσι, καὶ τελοῦσιν, ὅ ἐστι χειροτονοῦσιν.

§. 159. *Ignat.* Συνέδριον Ἀποστόλων Χριστοῦ vocat Presbyterium. Et Presbyteros συμβούλους καὶ συνεδρευτὰς ἐπισκόπου.

§. 160. *Tertull.* Seniores vertit *Gr.* Πρεσβυτέρους. *Firmilian. ad Cyprian.* Seniores & Præpositi. *Ambros.* Seniores duplicis facit gradus: Episcopum & Presbyteros. *Firmilian. l. cit.* & reddit: Majores natu, qui & baptizandi & manum imponendi & ordinandi habent potestatem. *Ignat.* Presbyterium nominat

ἱερὸν σύστημα. *Hieron.* vertit: Senatum, inquiens: Ecclesia habet Senatum, cœtum Presbyterorum.

§. 161. Hinc quando intelligunt PP. Laicos, addunt: *Seniores Plebis.* Sic Act. Cæcilian. & Felicis: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Seniores; Et pòst: Adhibete Conclericos & Seniores plebis. Interdum ap. PP. absolutè *Seniores* pro Magistratu, Gr. γερουσία. Sic *August.* scribit: Clero & Senioribus Ecclesiæ Hipponensis. Sic apud *Greg. Turonens.* est: Coram Pontifice, Clero & Senioribus. Et *Greg. Ep. 89.* inscribit: Clero, Ordini & Plebi Ravennæ. Ubi Ordo est γερουσία.

§. 162. Sed alicubi in libris Patrum occurrit vox *Senior* dubio significatu, an Sacerdotes, an verò Senes ætate notet. Ut cùm *Gregorius* jubet: Si quis Clericorum accusetur, coram Ecclesiæ Senioribus inquiri veritatem. Ut cùm *Optat. Serm. 19. de Verb. Dom.* narrat Ornamenta Ecclesiæ fidelibus Senioribus commendata. Et cùm *Auctor Comm. in Ep. Paul. I. Tim V.* scribit: Apud omnes gentes est honorabilis Senectus. Unde & Synagoga, & postea Ecclesia Seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. *I. Tim. V. 19.* Τὸ Seniores sunt Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, qui nomine plebis in consilium ab Episcopis adhibiti. Ut ita hoc triplici significatu apud Patres occurrat hæc vox: 1. *Ætate Grandium.* 2. *Magistratuum.* 3. *Pastorum.* In Africa *Senes* dicebantur etiam Episcopi. Sic in Zenophili Consularis Artis Anno CCCXX. legitur: Ad Senem nostrum Silvanum. Imò etiam primarum sedium Antistites dicti *Senes.* *August. Ep. XCIII. 6. & CXLIX. CCLXI. &c.*

§. 163. *Regimen.* *Matth. XV. 14.* notabilis locus est, cum quo *conf. Tit. III. 7. II. Theß III. 6. II. Tim. III. 6. I. Cor. V. 9. 13. I. Tim. VI. 6. 12.* Nam hic jubetur Ecclesia vitare, fugere, non misceri, aversari Pastores insinceros, scandalosos & fratres impios. *Rom. XVI. 17.* Nihil hic violenti in eos usurpandi jus datur. Hinc *Cyprian. Ep. 68.* Plebs obsequens præceptis Dominicis à peccatore præposito separare se debet. *Job. X.*

§. 164. Verùm quæ posteà usurpari cœperunt voces, de Pastore

Pastore quidem *καθαιρεῖν, deponere,* de Fratribus verò *ἀφορίζειν excommunicare,* à lege humana emanant & concessu summæ potestatis. Nam si qq. Christianorum Impp. temporibus jam non fugere, nec *ἀφιέναι* tantùm Pastorem malum plebi jus erat, sed Pastor istiusmodi in sententia jus Pastorale amittebat.

§. 165. Hinc illa *Arcad. & Honor. Impp.* Quicunque considentibus Sacerdotibus fuerit Episcopali loco vel nomine detrusus. Sic *l. si quicunque. Cod Th. de Ep. & Cler.* de fratre impio: Sit ab eorum cœtibus separatus, à quorum societate est discretus. *Et ibid. Valentin. Theod. & Arcad. Impp.* fœminam, quæ crines sibi abscidisset, jubent Ecclesiæ foribus arceri, *ἀπελαύνεσθαι τῆς ἐκκλησιῶν. Sozom. l. 8. c. 15.*

§. 166. Et *l. Apollon. Cod. eod.* Jubentur fratres scelerati inhiberi à congressu honestorum, à Communione Sanctorum.

§. 167. Et hæc jure humano accessoria. *V. Grot. Imp. S. P. circa Princ. p 278. Sulpic. Sever. Vit. Martin. ait,* degenerem inconstantiam subdidisse Regi Sacerdotalem dignitatem. Quo innuit jam illo ævo, CCC. seculo scil. invaluisse exemtionem Clericorum à civili Magistratu.

§. 108. *Justinian. Novell. 74.* sanxit leges in causis merè civilibus, ut soli Episcopi de Monachorum & Monialium causis cognoscerent. Licebat tamen pro natura causæ ad civiles quoque judices pergere. *Novell. 83. & 123. c. 21.* At in criminalibus judicio Magistratus subjecti erant, & si pœna judicaret dignum Clericum, tunc spoliari ab Episcopo Sacerdotali dignitate, atque ita sub Legum fieri manu decrevit *XXCIII 1.*

§. 169. Sed ante *Justinianum* nihilominùs in quibusdam Ecclesiis Clerici à civili Jurisdictione exemti fuerunt. *Concil. Agath. Can. 32.* Clericum nullus præsumat apud secularem judicem, Episcopo non permittente, pulsare, sed si pulsatus fuerit, non respondeat, vel proponat, nec audeat criminale negotium in seculari judicio proponere.

§ 170. *Ambros. Ep. ad Valent. Majorem:* Valentinianus, *inquit,* Major non solùm respondit sermone, sed & legibus sanxit, in causa fidei vel Ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere,

qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis. (*hac enim verba rescripti sunt,*) hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judicare. Quia etiam, si aliàs quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hanc voluit ad Episcopale judicium pertinere.

§. 171. *Decret. Felic. Pap. III.* Cùm de causis DEI agitur, regiam voluntatem Sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre.

§. 172. Hinc *C. 22. qu. 1. c. 1. è Concil. Agathens. c. VIII.* placuit, ut Clericus, si relicto officio suo propter districtionem ad judicem secularem confugerit, & is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesiæ communione pellatur.

§. 173. *Concil. Arelat. C. IV.* Qui Clericum Ecclesiasticæ disciplinæ regulam effugientem susceperit & defensare præsumserit, Ecclesiæ Communione privetur. *Concil. Bracar. Cap. XXXV.* Si talis importans se palatio aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, nec spem futuræ reconciliationis habebit.

§. 174. Sic & *Concil. Antioch.* & *Concil. Aquisgran. illud c. XII. Hoc verò Cap. LXXIV.*

§. 175. *Gregor. l. IV. Ep. XXXIV.* de iisdem; Si ad me diu venire distulerint, exercere in eos districtionem Canonicam nullo modo cessabo.

§. 176. *Nicolaus ad Consult. Bulgaror. Cap LXX. Dist. 21. c. 22.* De Presbyteris vobis, qui Laici estis, nec judicandum est, nec de eorum vita quidpiam investigandum, sed Episcoporum judicio per omnia reservandum.

§. 177. Hinc mox ista Paparum superbia. *Caus. IX. q. 3. c. 13.* Nemo judicabit primam sedem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo judex judicabitur. Et *Symm. P. c. 14. 16.* Aliorum hominum causas DEUS voluit homines terminare, sed Sedis istius Præsulis suo sine quæstione reservavit arbitrio.

§. 178. *Anterus P. c. 15. ibid.* Facta subditorum judicantur à nobis, nostra verò judicat DEUS.

§. 179.

§. 179. Nemo Episcoporum unquam apud judicem secularem, aut alios accusare Clericos præsumat. *C. XI. qu. I. c. I. Extrav. de Foro Compet c. 2. Concil. Aurel. III. c. 31.* Neque Laico inconsulto Sacerdote Clericum in seculare judicium liceat exhibere. Sic & *Concil. Matiscon. I. c. 2.* Sic in *Novell. CXXIII.* οὐδενὶ τῶν ἀρχόντων ἐξέστω τοὺς ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαστήριον παραγενέσθαι ἐπὶ τῷ λέγειν μαρτυρίας.

§. 180. *Matth. XX. v. 26.* vetatur in universum omnis Jurisdictio aut politica potestas & imperium. Sic & *I. Pet. V. 3.* vetantur Episcopi κατακυριεύειν τῶν κλήρων, quod Regibus tribuitur, *Luc. XXII. 23. &* κατεξουσιάζειν, quod *Matth. XX. 26.* τοῖς μεγάλοις tribuitur, quales erant εὐεργέται, *Joseph. Ant. l. XIII. 2. Sic & I. Tim. III. v. 3. Tit. I. 7.* Hinc Gr. PP. τὸ νομοθετεῖν in Ecclesia ἀνεῖται τοῖς βασιλεῦσιν. *Chrysost.* adimit Episcopis ἀνάγκην & νόμῳ κρατεῖν & dat solis Regibus. Et *Bernard.* ait: Stetisse ego Apostolos judicandos lego, sed ipsos judicantes non lego. Hinc in SS. vocantur *Legati, Nuncii, Praecones.* Et *Chrysost.* εἰς διδαχὴν ἐπέχθημεν οὐκ εἰς ἀρχὴν οὐδὲ εἰς αὐθεντίαν.

§. 181. Exempla conf. *I. Cor. XII. 25. II. Cor. IX. 7. 8.* ubi ait, μὴ ἐξ ἀνάγκης. Et οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω.

§. 182. Regimen ergò Pastorum est, ἡγεῖσθαι προΐστασθαι, ποιμαίνειν, præcepto & jure divino. Et Jurisdictionis eorum exemplum est in Paulo *II. Cor. XIII. c. X. 6. XIII. 2.* ἀποτόμως χρῆσθαι, ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, οὐ φείσομαι. Sed sciendum in hisce, ut *I. Cor. V.* non plus a Paulo præstitum, quàm à Petro in sanando claudo *Act. III. 12.* qui ἰδίᾳ δυνάμει se nihil fecisse ajunt. *V. Marc. Anton. de Domin. l. 1. c. 1. 2. Tom. I.*

§. 183. Accessit autem deinde Canonicum & Legale illud, quòd Pœnitentiæ gradus constituti, Synaxi malefici exclusi, tempore quanto Episcopis placuit. Nam generaliter de vita periclitantes ad Cœnam recepti, quod παλαιὸν καὶ κανονικὸν νόμον *Synod. Nic.* vocat.

§. 184.

§. 184. Denique Impp. Christiani triplicem ferè Jurisdictionem Pastoribus indulserunt: 1. Aut *Jure ordinario.* 2. aut *ex Consensu.* 3. aut *ex Delegatione.* Sic jure ordinario concesserunt Episcopis, de iis rebus judicare, quæ ad religionem pertinent. Quod primus tulisse videtur Valentin I. cujus hoc rescriptum citat *Ambros. l. V. Ep. 52.* In causa fidei vel Ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis. Et *Arcad. Constitut. & Honor. ait:* Quoties de religione agitur, Episcopos convenit agitare. *Valentin. III. l. 1. Cod. Theod. de Relig.* Constat, *inquit,* Episcopos & Presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, secundum Arcadii & Honorii, quæ Theodosianum corpus ostendit, præter religionem posse cognoscere. Et *Valent. II. l. graviter. Cod. Theod. de Episcop. Jud.* antiquior illa Honorii ait: Quibuscunque igitur fuerit mota quæstio, quæ ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub isto judice litigare, qui Præsul est in suis partibus omnium Sacerdotum. *Post hos sic Justinianus:* Has autem actiones, siquidem ad Ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore jubemus, ut à solis religiosissimis Episcopis aut Metropolitanis, aut à sacris Synodis, aut à sanctissimis Patriarchis cognoscantur. Sic & *Novell. XXCIX.*

§. 185. 2. Illam ex Consensu à Constantino accepere Episcopi, idq; tanto cum jure, ne liceret appellare. *Valentin. Constit. citat.* Cùm inter Clericos jurgium vertitur, & ipsis litigantibus convenit, habeat Episcopus licentiam judicandi, præeunte tamen vinculo Compromissi, quod & de Laicis, si consentiant, auctoritas nostra permittit. Et *Arcad. Honor. & Theod. l. 1. Cod. de Sent. Praef. Praetor.* Episcopale judicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sacerdotibus elegerint. *(Hic est Consensus,)* Eamq; illorum adjudicationi adhibendam esse reverentiam jubemus, quam vestris deferri necesse est potestatibus, à quib. non licet provocare.

§. 186. Posteà ex *Concil. Chalcedon. Cap. IX.* non licuit Clericis adversus Clericos ad secularia judicia procurrere, sed priùs actio, aut apud eum, quem consilio Episcopi partes elegissent, fuit ventilanda. Neque tamen secùs si facerent Clerici, Judex secula-

ris

ris caruit jurisdictione, sed duntaxat in Clericos constitutæ sunt Canonicæ correptiones.

§. 187. Primus omnium Imperatorum *Justinianus* jura judicum secularium arctavit, & Clericos tàm à Laicis, quàm à Clericis in civilibus causis apud Episcopum omninò conveniri voluit, ita tamen, ut liceret Episcopo difficiles controversias ad civiles Judices remittere, ei quoque, qui sententiæ Episcopi contradiceret, liceret ad civilem Judicem appellare. Criminum autem non merè Ecclesiasticorum vindicta in Clericos tunc & multò pòst penes judices seculares mansit.

§. 188. 3. Ex delegatione nata Jurisd. dicitur propriè *Audientia* à JCtis. Et in eo appellatio ad Imperatorem semper fuit concessa, aut ad judicem quemcunque, sic tamen ubique in hisce, ut Exsecutio non manu Episcopi, sed Judicis civilis perageretur. *Sozomen.* ait: Constitutum fuit *εἰς ἔργον τὰ κεκριμένα παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἄγειν τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας.*

§. 189. Sic *Concil. Turon. III. c. 41.* Incestuosos, parricidas, in pristinis criminibus perdurantes & admonitionibus Sacerdotum aurem accommodare nolentes, ait, secularis potentiæ disciplina coercere debet. Et.

§. 190. *Isidor. l. 3. sent. c. 53.* dicit, quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per Disciplinæ terrorem.

§. 191. Ubi *Potestas* relinquitur Magistratui Politico, & *Monita* & *Adhortationes* Sacerdotibus. *Talia plura vide Tit. de Hæreticis.*

§. 192. *Cassiodor. l. XI.* Episcopus doceat, ne judex possit invenire, quod puniat. *Ambros. serm. de Cain. l. 2. c. 4.* Sacerdos quidē officium suum exhibet, at nullius potestatis jura exercet.

§. 193. Vides opp. 1. Officium Sacerdotis, & 2. Potestatis jura exercere, quod Magistratûs est.

§. 194. *Chrysost. l. 2. de Sacerd.* *οὐ τοιαύτη ἐξουσία δέδοται ἡμῖν παρὰ τῶν νόμων, πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.*

§. 195. Ipse *Joannes VIII.* apud *Gratian. Cauſ.* 23. *qu.* 5. *c.* 26. Eccleſiaſticorum virorum querimonias ad ſeculares dignitates referri & ab iisdem diligenter examinari præcipit.

EPISTOLÆ VETERUM.

§. 1. MOS erat Veterum, ut peregrinantes inter ignotos hoſpitio recipi poſſent, *ſignum* ab Epiſcopo Eccleſiæ ſuæ, in qua vivebant, ad iter depoſcere, quod *Conteſſeratio* dicitur. *Tertull. de præſcript. c. XX.* Eo docebant, ſe eſſe orthodoxum & fidei domeſticum. Majoris autem certitudinis gratiâ, ne tale ſignum vel *Teſſera* adulteraretur, addebant Epiſcopi literas, quæ vocantur *formatæ*, certis ſignis ſcriptæ. *Concil. Milevitan. c. XX.* ſic ait: Placuit, ut quicunque Clericus propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum (*ſeu aulam Imperatoris,*) ire voluerit, Formatam ab Epiſcopo ſuo accipiat.

§. 2. Porrò, Nota earum, quòd ſinceræ eſſent & genuinæ, erat in fine appoſita Π. Υ. Α. Π. i. e. Nomen Trinitatis S. S. *Deinde,* Autor Epiſtolæ nomen ſuum primâ literâ aſſcribebat; *Tum* ſecundam nominis literam ejus, cui mittebatur. *Subinde,* tertiam ejus nominis literam, qui ferebat Epiſtolam. *Denique* quartam literam loci, in quo ſcripſerat autor; & *poſtremò*, anni numerum indictionis apponebat, cum voce Ἀμήν. *Conc. Chalc. T. I. Conc.*

§. 3. *Commendatitiæ* dicuntur à fine, quia ideò ſcribebantur, ut ſcirent, num domeſtici eſſent fidei veræ, & proinde caritate hoſpitis digni, qui iter faciebant. Dabantur autem ferè non niſi Clericis, vel aliàs perſonis clarioribus. *Concil. Chalced Can.* 11. 13.

§. 4. *Communicatoriæ* extant in *Concil. Eliber. Can.* 58. Placuit, ut interrogarentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & ſuo teſtimonio comprobant. Qui talibus erat inſtructus, tanquam orthodoxus in aliis Eccleſiis ad preces & Synaxin admitti poterat, prævio examine. Si quis non ferret ferventibus præſertim hæreticorum fraudibus, non admitti ſolebat ab Epiſcopis, ut docet Exemplum *Chryſoſtomi apud Nicephor. l. XIII. c.* 12.

§. 5. *Dimissoriæ* erant, quæ dabantur Clerico ordinationem in alterius Diœceli petenti, quibus docebat, bonâ cum gratiâ Episcopi hactenùs sui discessisse, & ipso benè conscio fieri, quod fieri optat. Sunt qui putant alio nomine dici *Pacificas*.

§. 6. *Encyclicæ*. Latinis *Circulares* dici solebant etiam *Catholicæ* ideò, quia ἐν κύκλῳ per orbem Catholicum missæ ab Episcopis, omnes Ecclesias toto orbe informabant, eiq; erant inscriptæ, quales censentur Petri, Jacobi, Johannis. *Oecum. in Jacob. I.* sic describit: Καθολικαὶ λέγονται οἱονεὶ ἐγκύκλιοι. οὐ γὰρ ἀφωρισμένοις ἔθνει ἑνὶ ἢ πόλει προσφωνεῖ ταύτας τὰς ἐπιστολὰς &c. ἀλλὰ καθόλου τοῖς πιστοῖς. Tales leguntur scripsisse Dionysius Corinth. Episc. apud *Euseb. l. 4. Hist. c. 21.* Clemens apud *Epiphan. hær. 30.* alii.

§. 7. *Confessoriæ* erant, quæ à Confessoribus in carcere ob veritatem fidei detentis mitti solebant ad Episcopos, pro commendatione lapsorum, quales erant tunc, qui in persecutione victi metu sacrificârant idolis, aut, ne id facerent, redemerant pecuniâ. Dicti ob id *Libellatici*, quia libellis confessorum venerant instructi.

§. 8. *Commonitoriæ* dicebantur, quibus Nuncii vel Legati monebantur, quæ agenda, quæ non, essent. Aliàs, Commonitorium breviùs dictæ. *Cyrill. Alex. T. 4. Op. Augustin. T. 2. Op. Ep. 129. & 158.*

§. 9. *Synodicæ* erant, quas scribebat Episcopus recens creatus ad alios, se profiteri fidem in Synodis Christianæ Ecclesiæ firmatam & sancitam. Vel 2. quas Synodus solebat emittere, quibus ἔκθεσιν πίστεως in Concilia editam cum aliis communicabat. Dicuntur & ἐνθρονιστικαὶ Græcis, eò quòd ab Episcopis nuper inthronizatis essent profectæ.

§. 10. *Tractoriæ*, *Tractatoriæ* etiam occurrunt in Vett. sed significatu diversa. 1. Nam *Tractoriæ* erant, quas Metropolitanus mittebat ad Episcopos suos in Synodum convocandos, à *trahendo* dictæ, quibus quasi traherentur in unum. *Augustin. contr. Donat. c. 24.* sic: A Primate suo per Tractoriam sunt vocati. Porrò, in iisdem nomina Episcoporum eo ordine collocabantur, quo

quo erant ordinati, non verò ex ætatis præcedentiâ, quomodo & in Conciliis solebant subscribere.

§. 11. 2. *Tractatoriæ* verò dicebantur, quibus Episcopi se invicem certiores reddebant de singulis, quæ contigerant scitu necessaria in rebus doctrinæ, apud *Augustin. Conc. 2. in Ps. 36.*

§. 12. Scripsit de hisce Epistolis Veterum peculiarem Tractatum *Bernardinus Ferrarius Ann. Christi 1613.*

§. 13. Formulæ initiales erant: ἐν Κυρίῳ Θεῷ χαίρειν, quâ & Apostoli usi fuisse leguntur *Actor. XV. 23.* Post id nomen suum & inde ejus, ad quem scribebatur, subdere solebant. *Symm. l. 3. Ep.* 44. Vis Epistolis nostris more majorum nuda nomina præferantur? Titulos laudis adjicere rarum invenies *cap. 9.* Ἐπισκόπῳ Κορινθίων, prætereàq; nihil, non μεγάλῳ, ἁγίῳ *&c.* Quod & *Basil. M.* observasse legitur, nisi quod nonnunquam ad Occidentales liberaliùs se gerit, quibus tribuit δυτικὴν ὀφρῦν, i. *Fastum Occidentalem.*

§. 14. Postmodùm etiam in Græcia crevit mollities in Episcopis, & prænomine cœperunt gaudere auriculæ Sanctorum. Hinc illa: Ἡ σὴ εὐλάβεια. Ἡ σὴ εὐσέβεια. Ἡ σὴ ἱερὰ διάθεσις. Ἡ σὴ τελειότης. Ἡ σὴ τιμιότης. *&c.*

§. 15. Inferiùs subscribebant nomen suum addentes, sicut in Conciliorum actis solent aliàs, *Peccatoris* titulum, c. 9. *Vigilius peccator. Joannes peccator* & humilis Episcopus. Idq; ab *Anno 600. C. N. Vid. Concil. Tolet. 10.* ubi: Eugenius indignus Toletanæ Sedis Metropolitanus Episcopus subscripsi.

§. 16. Sæpè in Paulo occurrit hæc Formula: Μόνῳ σοφῷ Θεῷ. Quam Veteres ita imitati sunt, uti discimus è Patribus. *Basil. M. de Sp. S. c. 27.* Εἴρηται μὲν οὖν ὅτι ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν πρὸς διάνοιαν. Δόξα Πατρὶ καὶ υἱῷ σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Καὶ δόξα Πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Nam idem τὸ σὺν ait esse ἰσοδυναμοῦσαν particulam τῷ καί. Arriani eodem teste tali utebantur: Σοὶ τῷ Πατρὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα, διὰ τοῦ μονογενοῦς καὶ σοῦ υἱοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. *Sozom. l. III. c. 19.*

Catho-

Catholicè ſcribit: *Πατέρα καὶ υἱὸν ὡς ὁμότιμον ἐδόξαζον κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸν Θεὸν ὑμνοῦντες.* Arriani autem *ἐδόξαζον Πατέρα ἐν υἱῷ τῇ προσθήκῃ τῆς προθέσεως δευτερεύοντα τὸν υἱὸν ἀποφαίνοντες*). *Macarius Ægyptius Homil. 17* ſic claudit: *Δόξα τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι.* Atque hoc prima Eccleſia appellavit *Δοξολογίαν*. *Auguſt. l. 3. contr. Maxim. c. 12.* Cui DEO, id eſt, Patri & Filio & Sp. S. quæ Trinitas unus eſt DEUS, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen!

§. 17. Erant & FESTIVÆ. Quibus utebantur, cùm inciderent Dies Feſti. Hos enim adeò ſanctè obſervabant, ut neque ii, qui in exilio vivebant, eos prætermitterent. Solebant igitur benè precando tunc ſe invicem ſalutare, non præſentes tantùm, ſed & abſentes per literas, quas inde *Feſtivas* nominabant. Cujus generis plures extant apud *Theodoretum*, in quarum unâ ad *Hermogenem* aſſeſſorem conſcripta, *n. 72.* ſic ait: Hac itaque de cauſa literis ad invicem eos, qui propè ſunt, ſalutamus, feſtivitatis lætitiam ſignificantes. Quod & ego nunc facio, & tuæ magnificentiæ offero. Tu verò eandem nobis redde, atque ita legem Feſti obſervabis & honorabis.

§. 18. *Baron. A. C. 142. § 7.* addit, *Literas Captivorum*, quæ pro redimendis captivis ab Epiſcopis ſcribi ſolebant, *Concil. Lugdun. II. Can. 2.*

§. 19. Inſuper ſequiori ævo acceſſerunt aliæ, dictæ *Apoſtolicæ*, quæ ab Epiſcopis Romanis dabantur. Earum diverſa enata ſunt genera: (1) *Breves*. Ea vox apud antiquos diverſæ reperitur ſignificationis. Apud *Optat. contra Parmen. l. 1.* BREVIS Charta dicitur illa, quæ contineret Bona Eccleſiaſtica, quod ſequentibus ſeculis *Inventarium* dixerunt. *Commoratorium* idem Optatus appellat. Vid. & *Caſſiodorum l. 4. Epiſt. 21.* Verùm apud *Lampridium in Alex.* ſumitur pro *Matricula* ſeu *Catalogo*, in quo nomina ſcriberentur.

§. 20. CLERICÆ dicebantur, quas ſede vacante Clerus exarabat, quarum fit mentio apud *Cyprianum Ep. 4. edit. Pamel.*

§. 21. PRIVATÆ erant, quæ à Catholicis Epiſcopis ad

 Hære-

Hæreticos vel Paganos mittebantur, quòd in eis nulla liceret pacis, salutis & benedictionis symbola apponere. Ideòq; dicebantur *Privatæ*, quibus opponuntur *Communicatoriæ*, apud *Aug. ep. 162.*

§. 21. Potissimùm ad conservandam Ecclesiæ Unitatem hisce litteris usi fuisse leguntur. Jam verò, quia difficile admodùm imò & prorsus impossibile erat, ut singulæ Ecclesiæ particulares cum singulis particularibus per speciales inter se literas communicarent, confirmatum fuit consuetudine & tacitâ lege Ecclesiasticâ, ut Ecclesia Catholica per provincias terrenas, ditiones & regna suam haberent distributionem; ac proinde in una provincia plures essent Episcopi inter se vicini, aut non multùm remoti sub uno eorum, quasi Præside Metropolitano; Plures verò Metropolitani ad unum referrentur in uno Regno Primatem, & plures Primates variorum Regnorum in tota una regione unum haberent supremum Patriarcham. Inde Episcopi omnes inferiores cum suo Metropolitano facilè poterant vel per literas, vel per colloquia inter se communicare. Per suos verò Metropolitanos cum Primatibus, & cum aliis Metropolitanis sub iisdem Primatibus constitutis, ac consequenter etiam cum singulis illorum Metropolitanorum Episcopis communionem hanc retinebant. Et primi illi Patriarchæ ac supremi *Literis Communicatoriis* semper in ipsorum præsertim primâ *Promotione* tenebantur se invisere ac salutare, ac professionem facere fidei suæ.

§. 22. *Cyprian. l. 4. Ep. 8.* cum suis Collegis indagabat, num Cornelii ordinatio in Episcopum fuerit legitima, ajens: *ut tum demùm scrupulo omni excusso de singulorum pectoribus per omnes omnino in Provincia ista positis, literæ fierent, sicut fiunt, ut te Collegæ nostri & Communicationem tuam, i. e. Catholicæ Ecclesiæ unitatem, pariter & charitatem probarent firmiter, ac tenerent.*

§. 23. *Theophilus Alexandr. Epist. III Paschal.* ad suos Ægypti Episcopos scribens Paschalem, in qua solennitatum illius anni dies annunciat, ad finem mortuos eo anno commemorat sui Patriarchatus Episcopos, & illorum successores nominat, ac sic concludit: *Iis ergò scribite, & ab eis juxta morem Ecclesiasticas Literas suscipite.*

§. 24. *Optatus l. 2.* ut partem Catholicam Africanarum Ecclesiarum veræ Catholicæ Ecclesiæ partem esse confirmet, producit communionem cum Siricio Romano suo Patriarchâ: *Qui noster,* inquit, *est socius, qui cum nobis totus orbis commercio Formatarum in una communionis societate concordat.*

§. 25. Atticus Constantinopol. & Alexander Antiochenus apud *Innocent. I. Ep. XXIII.* expetit restitutionem suspensæ communionis, ut illa per litteras R. P. Innoc. I. fieret, quas & ipse non denegavit, sed voluit priùs certior fieri, an conditiones ad hoc necessariæ expletæ fuerint.

§. 26. Joannes Nicopolitanus nuper ad illam suam sedem Metropolitanam promotus scribit Literas Communicatorias, cum suâ fidei expositione ad Hormisdam P. R. *n. 7. Epist Hormisd.* sic loquens: *Ut juxta consvetudinem Apostolicæ Sedis vestræ, quæ cunctarum Ecclesiarum habet curam, & Nicopolitanarum habere dignemini. Et mox:* Votum meum est, vestram sequi doctrinam. Anathematizo Dioscorum. &c. Sequens in omnibus Synodicas, ac propriè Apostolicas literas scriptas, & rogo pleniùs atque perfectiùs, quæ servari oportet, commonete. *Ibid Ep. Hormisd.* Joannes Constantinopolitanus ad eundem suam misit Communicatoriam, cum professione Fidei suæ, sic inchoans: *Saluto vestram sanctitatem, & prædico, quoniam recta fides salva est, & caritas fraternitatis firmata est. Scribere igitur Apostolicè & rescripta suscipere fraterno DEI amore dignemini.*

§ 27. Etiam Principes ipsi Catholici, ut se in illa Ecclesiæ unitate conservarent, iisdem Communicatoriis litteris utebantur, ut patet ex *Apologia Symmachi Papæ* contra Cæsarem Anastasium: *Omnes,* inquit, *Catholici Principes sive cùm Imperii gubernacula susceperunt, sive cùm Apostolicæ Sedi novos agnoverunt Præsules institutos, ad eam sua protinùs scripta miserunt, ut se docerent ejus esse consortes.* Et Mauritius Cæsar apud *Gregor. l. 6. indict. 15 Ep. XXX.* succenset Episcopo Romano, quod Cyriaci Constantinopolitani Communicatorias respuisset ideò, quòd se Oecumenicum salutaret & scriberet.

§. 28. Pontifices autem Romani, postquam ad Monarchiam aspi-

aſpirare cœperunt, ſalutarem hanc conſuetudinem in prærogativam Sedis ſuæ converterunt, & ſuam Fidei profeſſionem cœperunt appellare, *aliorum inſtructionem, & Fidei datam à ſe aliis præſcriptionem.* Quod primùm attentatum à *Gelaſio* obſervat *M. Anton. de Dominis l. 7. Cap. X. §. 21.* Verba Gelaſii ſunt in *Epiſtola I.* Quia mos eſt Romanæ Eccleſiæ, Sacerdoti noviter conſtituto Formam fidei ſuæ ad ſanctas Eccleſias *prærogare*, hæc eadem compendioſâ nimis brevitate ſtudui renovare, ut ſub quâ fide vivendum ſit, ſecundum ſtatuta Patrum, in hac noſtra Epiſtola lector agnoſcat. Cui præſumptioni contrarium apud *Baron. Tom. 7. annal. A. C.* 556. legitur de Pelagio P. R. faciente plenam fidei ſuæ profeſſionem, ut ſuſpiciones Hæreſis & damnati Concilii Chalcedonenſis à ſe amoveret. Vide prolixiùs *M. Ant. d. Dom. l. ſuprà allegato*, & *l. 4. c. 9.* & *lib. 3.* & *l. 7. c. 5. n. 16.*

EREMITÆ.

§. 1. ERemum ſic deſcribit *Hieron. Præf in Amos*: Nullus eſt viculus, ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles, quas Afri appellant Mapalia. Et quia humo arida atque arenoſa nihil omninò frugum gignitur, cuncta ſunt plena paſtoribus, ut ſterilitatem terræ compenſent pecorum multitudine. Et *Ep. I. ad Heliodor.* O deſertum floribus Chriſti vernans! O ſolitudo, in qua illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalypſi civitas magni Regis extruitur! O eremus familiariùs DEO gaudens!

§ 2. Ac hæc loquitur de *Eremitis*, quibus anſam vita Joannis dedit. *Dionyſ. Areop* vitam eorum vocat *ζώφορα μανίαν*.

§. 3. *Sulp. Sever. Dial. I.* de Eremitis Ægypti: Arborum pomis aluntur. Et *Hieron.* ait de Paulo Eremita: *Cibum & veſtimentum ei Palma præbebat.*

§. 4. Domunculas eorum ſic pingit *idem l. cit.* Parvum tugurium, in quo non niſi unus recipi poſſet. *Et Hilarion.* Breve tuguriunculum, quod junco & carice texerat. Extructâ deinceps brevi cellulâ, latitudine pedum IV. altitudine pedum V. ut ſepulcrum potiùs, quàm domum putares.

§. 5.

§. 5. De *Anachoretis Sulp. Sever. Dial. I.* Habitant in eremo sine ullis tabernaculis, vivunt herbarum radicibus. Nullo unquam certo loco consistunt, quas nox coegerit, sedes habent.

§. 6. Tabernacula *Sozom. l. VI. 31.* *μοναχικὰ οἰκήματα* vocat, & *σπαράδην πολλὰ* esse scribit.

§. 7. *Hieron. in Vit. Paul. Cassian. Collat. 186.* primum Eremitam Paulum faciunt. *Sulp. Sever. l. cit. Cap. XI.* Ad eum locum, in quo P. Paulus primus Eremita est diversatus, accessi.

§. 8. Quidam ad ipsum Eliam & Joannem Bapt. referunt. *Cassian. & Hieron. Vit. Pachom. c. 1. Sozom. l. 12. Hieron. Ep. 22.* ait: Hujus vitæ auctor Paulus, illustrator Antonius, Princeps Joannes Bapt. fuit.

§. 9. Eremitæ autem & Anachoretæ dicti, qui priùs in cœnobiis instituti, solitudinis elegêre secreta, dicente *Cassiano.*

§. 10. Capillis fuerunt plerumque horridis. *Sulp. l. cit. de quodam*: Nullo vestis usu, setis corporis sui tectus, nuditatem suam divino munere vestiebat. *Sic Macarius*: Capilli capitis totum viri corpus operuerunt. *S. Onuphrius*: Cui tanta capillorum prolixitas erat, ut corpus illius ipsorum diffusione tegeretur. *Et in Vit. Paul. Eremit.* Crinitum calcaneo tenus hominem.

§. 11. Interdum foliis pro veste usi. *Paphnut. Vit. Onufrii*: Pro vestimento foliis utebatur herbisq;, quibus subteriora renum tantummodò cingebat.

§. 12. Congressus hominum fugiebant. *Sulp. Dial. I.* Hic, quoties eum religiosi viri adire voluerunt, cursu avia petens, congressus vitabat humanos. *De Joanne Vit. Patr. l. 2.* Nulla fœmina ad conspectum ejus accessit, sed & viri rarò & certis quibusque temporibus.

§. 13. Caricæ etiam Eremitarum cibus fuêre. *Hieron. Vit. Paul. c. 5.* Quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Et *in Hilarion. c. 3.* Herbarum succo & paucis caricis post triduum vel quatriduum deficientem animam sustentabat.

§. 14. Mox *Μοναστήρια* erecta, quæ *Cedren.* scribit in Claudio prima à Marco circa Alexandriam Ægypti esse collocata & *Σεμνεῖα* dicta, ut scribit *Eusebius.*

§. 15. Qui in eo vixerunt Ἀσκητὰς dictos ait id. Cedren. & Ἐρημιτὰς & Ἐρημιτίδας, fœminas. *Ibid. de Eremita*, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων καλυπτόμενον, τροφῇ δὲ αὐτομάταις φυομένῃ χρώμενον. Apud eundem *D. Athanas. sic de hac vita*, postquam dixisset, duo esse vitæ genera, alterum μετριώτερον καὶ βιωτικὸν in Conjugio, hoc Eremiticum & Monasticum ἀγγελικὸν, ἀποστολικὸν καὶ ἀνυπέρβλητον vocat. Μοναδικὴν πολιτείαν vel παρθενίαν. De eo, qui prius genus sectatur, ait: Μέμψιν οὐκ ἔχει· τοιαῦτα δὲ χαρίσματα οὐ λήψεται, ac alter ille, cui χαρίσματα θαυμασιώτερα καὶ ἀξιαύγαστα tribuit. Et *Cedren.* ὥσπερ ὁ παλαιὸς νόμος εἰς Δύο Βίους ἦν διῃρημένος in Pharisaicum, quem ὑψηλὸν vocat, καὶ εἰς τὸν κοσμικὸν, quem vocat ὑποδεέστερον. οὕτω καὶ ὁ κατὰ χριστιανισμὸν νέος βίος εἰς Μοναδικὸν, quem ὑπερφερῆ nominat & βιωτικὸν, *p. m. 164. 165.*

§. 16. Et ex *Dionys. Areop. id. sic citat:* Μοναχῶν ἱερὰν διακόσμησιν. 2. Πασῶν μὲν ἀποκεκαθαρμένην κάθαρσιν ὁλικῇ δυνάμει καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἁγιότητι. *Cedren.* concludit: Nos credimus καὶ ἀρχαίαν ταύτην καὶ παλαιὰν ὑπάρχειν.

§. 17. *Basil. M. de Monast.* Christum κηδόμενον τῆς σωτηρίας ἡμῶν distinxisse τὰ τῶν ἀνθρώπων in Δύο Βίους; scil. Συζυγίαν καὶ Παρθενίαν. Ibidemq; Μοναχοὺς & τοὺς ἐν συζυγίαις opponit.

§. 18. *Cedren. d. l.* Παράδοσιν τῆς μονήρους βίου ἀποστολικὴν vocat. Nota παράδοσιν.

§. 19. Et tonsuram eorum testatur fit. ἀποκείρεται Μοναχὸς fit Monachus. *De Michaele Imp. p. 618.*

F.

FESTA VETERUM.

§. 1. PRiscis Ecclesiæ temporibus, cùm devotio adhuc esset fervida, Synaxes Fidelium erant quotidianæ. Unde

Act. II.

Act. II. 46. primævi illi Christiani quotidiè unanimiter in Templo perdurasse dicuntur. Et de Apostolis *v. 42.* idem asseritur. *Augustinus de Praxi* suorum temporum locutus: Alii, *inquit*, quotidiè communicant Corpori & Sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbatho tantùm & Dominico, alibi tantùm Dominico. *Hieron. Epist. 18. & 50.* scribit, Romæ & in Hispania consuetudinem fuisse, ut quotidiè à fidelibus Eucharistia sumeretur. *Gennadius Massiliensis in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus*, quem Augustino olim tribuebant, hæc est sententia: Quotidiè Eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec reprehendo. Omnibus tamen Dominicis diebus communicandum suadeo & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Ex quotidiana hac Veterum Communione quotidianos sacrorum conventus in V. E. fuisse constat, cùm extra conventus publicos Communio ordinariè peracta non sit.

SABBATUM.

ANtequam Synagoga honestè sepeliretur, & sceptrum de Juda cum excidio Urbis totaliter aufferetur, Sabbathi quoque diebus sua sacra peregerunt Apostoli, fortè ob Judæos hac rituum similitudine lucrifaciendos. Sic de Paulo ejusq; comitibus *Act. 13. v. 13.* refertur, quòd Sabbatho Synagogam ingressi lectionem Legis & Prophetarum audierint, quâ finitâ Apostoli concio subsecuta est. Sequenti Sabbatho penè universa civitas convenit audire verbum DEI. Similiter *Act. XX. 4.* idem Apostolus per omne Sabbathum in Synagoga disputasse legitur. Quid? diu quoque post Apostolorum tempora prisci Christiani, præsertim Orientales non soli diei Dominico, sed Sabbatho quoque aliquid solennitatis tribuerunt. Docet hoc *Gregorius Nyssenus adversus eos, qui castigationes ægrè ferunt.* Quibus oculis, *ait*, diem Dominicum intueris, qui Sabbathum dedecorâsti? an nescis, hos dies germanos esse, ac si in alterum injurius sis, te in alterum impingere. Quæ verò sit ista solennitas Christiani Sabbathi, *Canon 16. Concilii Laodic.* ostendit docens, quòd in Sabbathis Evangelia cum aliis

Scripturis legi conveniat. Otium verò de die Sabbathi in Dominicum transferunt ejusdem Concilii Patres *Can. 29.* statuentes; Non oportet Christianos judaizare, & in Sabbatho vacare, sed operari eos in eadem die Dominicum præponendo eidem diei, si hoc eis placuerit, facient tanquam Christiani, quòd si inventi fuerint judaizare, anathema sint. Similiter *Socrates lib. 6. c. 8.* Sabbatho & die Dominico conventus in Ecclesia agi solere scribit. Atque hinc est, quod Græci adhuc ad sacra Sabbatho conveniant, licet propterea eosdem *Sabbatianos* dixerit *Humbertus* Sylvæ candidæ Episcopus adversus *Nicetam Pectoratum* declamans. Utriusque scripta ἱερατικὰ in *Bibliotheca Patrum Tomo 6.* antiquæ lectionis Canissianæ habentur.

VIGILIÆ.

Neque verò interdiu tantùm, sed & noctu sacros fuisse conventus reperias. Sic *Act. XX.* Paulus sermonem usque in mediam noctem protraxisse dicitur. Persecutionum tempore quidem dura necessitas nocturnos à piissimis illis Protochristianis extorsit conventus. Cœtus eos antelucanos dixit *Tertull. l. de corona militis. c. 3.* Ad eosdem *Plinius* respexit, quando ad Trajanum Imper. perscribit; Christianos stato die ante lucem convenire solitos fuisse; Fuit ea res variis calumniis obnoxia, cùm nocturna sacra antiquissimis *XII. Tabb. legibus* prohibita essent. Inde traducti sunt Christiani de *promiscuo concubitu* post epulum lucernis extinctis admisso, in *Dialogo Justini cum Tryphone*: de adoratis Sacerdotum genitalibus, quam suspicionem, *Minutius Felix in Octavio*: nocturnis sacris appositam vocat. Cumprimis in *Magna*, quæ vocari solet, *Hebdomade* totas sæpè noctes in precibus, in hymnis, in spirituali lectione, in concione aliisq; piis officiis cum jejunio insomnes traducebant, eam præsertim, quæ diem Paschatis proximè anteibat. Hinc *Tertull. l. II. ad Uxorem c. 4.* ubi eam hortatur, ne post ejus obitum Viro infideli nubat, utitur inter alia hoc argumento, quòd talis maritus non patienter laturus sit uxoris suæ absentiam nocturnam in anniversario pervigilio Paschatis: Quis, *inquit*, nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, à latere

suo

ſuo eximi libenter feret? Quis ſolennibus Paſchæ abnoctantem uxorem ſecurus ſuſtinebit? Atque hinc natæ ſunt in omni antiquitate percelebres vigiliæ paſchales, in quibus columnas cereorum per totam urbem Conſtantinus accendi fecit, ut in ejus *vita l. IV. Euſebius* refert; atque hinc apud Pontificios natum credo cereum paſchalem. A paſchalibus iſtis excubiis ad *Natale* quoque *Feſtum* aliasq; majores ſolennitates mos in precibus & jejuniis vigilandi tranſiit. *Hymni*, qui in nocturnis ſacris canebantur, *lucernales, lucernariæ preces* & *officium lucernarium* vocabantur. In nocturna ſacra cùm *Vigilantius*, *Barcilonenſis Eccleſiæ Presbyter*, inveheretur, nec niſi paſchales vigilias admitteret, *Dormitantium* eum *S. Hieronymus* dixit. Pòſt cùm antelucanæ hæ Synaxes lucifugis quibusdam & tenebrionibus ad opera tenebrarum ſectanda eſſent occaſio, *Synodus Eliberina*, quæ non ita diu poſt *Magnam Nicænam* habita eſt, à vigiliis ad martyrum memorias fieri ſolitis fœminas *Can. XXXV.* prohibet: *placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmiterio pervigilent eò, quod ſæpè ſub obtentu orationis ſcelera committantur.* Sunt, qui ex *Auguſtino Serm. XXI. ad fratres in Eremo* perſuaſi affirmant *S. Ambroſium Monicæ* matris Auguſtini inſtinctu uſum vigiliarum omnem ab Eccleſia proſcripſiſſe propterea, quòd Chriſtiani ludis & choreis ſanctas noctes tranſigerent. Tantùm verò id à vero abeſt, ut potiùs tempore, quo *S. Monica* Mediolani vixit, occaſione perſecutionis Arianorum vigiliæ majori celebritate fuerint obſervatæ & auctæ. Nam præter longiores excubias, frequentiorem cœtum, conciones ad populum, S. Ambroſius vigiliis hymnos ſacros addidit. Intererat illis unà cum cæteris, imò primas tenebat S. Monica, teſte *Auguſtino l. IX. Confeſſ. c. 7.* excuſabat pia plebs, *inquit*, in Eccleſia mori parata cum ſuo Epiſcopo, ſervo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, ſollicitudinis & vigiliarum primas tenens orationibus vivebat. Tunc Hymni & Pſalmi, ut canerentur ſecundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tœdio contabeſceret, inſtitutum eſt, & ex illo in hodiernum diem retentum, multis jam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. Apud Eccleſias quidem Africanas in Vigilias uſus citharæ irrepſerat, cui con-

 ſuetu-

ſuetudini illud *Pſ. LXX.* prætendebant: Pſallam tibi in cithara Sanctus Iſrael; *Auguſtini* tamen operâ pravus hic mos ſublatus eſt, ipſomet id fatente, *Tract. I. in Pſ. 32.* Videtur igitur *Pſeudonymus* fuiſſe, qui vigilias à S. Ambroſio abrogatas ad Fratres in Eremo ſcripſit. *Seculo VI.* præcipitante circa tempora *Pelagii Papæ, Matiſconæ duæ* fuerunt *Synodi*, quarum *poſterior* pro die Dominico ad priſtinam obſervantiam reducendo habita ſingulis Dominicis vigilias præmittendas cenſuit. *Canon* enim *I.* hic eſt: *Noctem quoque ipſam, quæ nos inſperatæ luci inacceſſibili reddidit, ſpiritualibus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nominetenus Chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus & vigilemus ſacris operibus, ut digni habeamur in regno cohæredes fieri Salvatoris.* Poſt *Seculi* demùm *VII.* primordia *Antiſiodori*, circa tempora *DEUS dedit Papæ*, Synodus collecta vigilias inhibet *c. 3.* Non licet compenſas (ſacros conventus,) in domibus propriis nec vigilias in feſtivitatibus ſanctorum facere. Et *Can. 5.* omninò & inter ſuprà dictas conditiones, quas in honore Domini Martini obſervant, vigilias omnimodis prohibere. Ita ergò gliſcentibus & multiplicatis ſcandalis ac re maturiùs atque ſedatius à piis penſitata itum eſt in ſententiam, quam ſuaſerat *Vigilantius.* Abrogatis enim nocturnis ſacris jejunatum eſt pridiè diei cujusque Feſti, retento vocabulo *Vigiliarum*, quamvis diurno tempore obſervarentur, ut monet *Polydorus Virgilius l. VI. de inventoribus rerum, c. 4.* ubi ſic ait: Nocturna ſacra ſemper fuerunt multorum ſcelerum cauſa, id quod ad extremum fuit, quamobrem Romana ſeveritas, *teſte Livio*, Bachanalia damnârit, cùm ſub nomine religionis ſtupra puerorum fœminarumq; promiſcua atque corruptelæ omnis generis fieri cœpiſſent; & *Diagundas Thebanus* (teſte Cicerone de legibus,) omnia nocturna ſacra ob illud ipſum lege perpetuâ ſuſtulit. *Hæc Virgilius.* De Chriſtianorum quoque vigiliis *Bellarminus l. III. de Eccleſia triumphante*, teſtis eſt, *c. ult.* ob flagitia fuiſſe intermiſſas: In Pro-Feſtis magnorum dierum, *ait*, conſueverat Eccleſia vigilare & jejunare. Cæterùm quoniam paulatim occaſione nocturnarum Vigiliarum abuſus quidam irrepere cœperant, vel potiùs flagitia non rarò com-

committi, placuit Ecclesiæ, nocturnos conventus & Vigilias propriè dictas intermittere, ac solùm in eisdem diebus celebrare jejunia.

Festa Ab Adventu Usque Ad Pascha.

§. 2. Fuère præterea crescentibus seculis dies quoque Festi pro sacris agendis multiplicati. Festa primaria sui Seculi *S. Augustinus Ep. CXIIX. ad Januarium* brevi Catalogo complexus ait: Quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis (quorum saluberrima in Ecclesia est auctoritas,) commendata atque statuta retineri, *sicuti quòd Domini passio & resurrectio, & ascensio in cœlum, & adventus spiritus S. de cœlo anniversariâ solennitate celebrantur.* Unde patet, jam *Augustini* ævo per totum orbem Christianum receptas fuisse solennitates 1. *Passionis Dominicæ* vel Quadragesimæ. 2. *Paschatis.* 3. *Ascensionis.* 4. *Pentecostes.* Nos ut origines Festorum totius anni, quæ quidem præ cæteris solenniora sunt, demonstremus, ab *Adventu* auspicamur, h. e. à sacratissimo illo tempore, quo Ecclesia animos fidelium piè, justè, sobriè vivendo ad memoriam Nativitatis Dominicæ præparat, atque, ut beatam illam spem & illustrem Adventum magni DEI & Servatoris nostri exspectent, cohortatur. Ab *Adventu* enim suos Ecclesia annos orditur. *Prima* hujus festivitatis *mentio* est apud *Maximum Episcopum Taurinensem,* insignem Homiletam sub Honorio & Theodosio juniore circa Ann. Christi CCCCXX. celebrem, cujus *de Adventu Domini Homilia* extat. Unde si tituli concionum cum homiliis eundem auctorem habeant, è quinto Seculo Festum Adventus derivari poterit. Nuptias in *Adventu Synodus Ilerda* (quæ hodiè Lerida est,) in Hispania *anno XV.* Regis *Theodorici,* h. e. A. C. IↃIX. habita prohibet. Suis decretalibus eundem Canonem (*nam inter Acta conciliaria non extat,*) Ivo Carnotensis, & ex Ivone *Gratianus* suo decreto 33. q. 4. inseruit: Non oportet à Septuagesima usque ad octavam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Johannis Baptistæ, & ab Adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

§. 3.

Festum Natale. §. 3. Adventum *Feriæ Natales* excipiunt, *Gregorio Theologo*, cujus in Natalem Domini oratio extat γενέθλια τοῦ Σωτῆρος, *Epiphania*, *Theophania* dictæ: aliis, *Dies Luminarium*, fortè ob lumina in vigiliis hujus festi, ad exemplum Pastorum Bethlehemit. excubias pro grege agentium, institutis, solita accendi: aliis, *Festorum omnium Metropolis*: aliis, unum de majoribus solennibus. Nobis Weihenacht veteri Germanorum & Gallorum consuetudine, qui temporum spacia noctium nominibus efferebant. Dicitur autem Weihenacht ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι, ob noctem illam sanctam, quâ de Virgine Filius DEI nasci dignatus est. Jam *tertio Seculo* solennem fuisse *Natalem Domini*, ex ultima persecutione constat, quando *Maximinus* multa millia fidelium, qui in Servatoris Natalitio ad sacra convenerant, *Nicomediæ* in Templo succenso concremavit, attestante *Niceph. l. VII. c. 6.* Idem hic auctor Justino tribuit, quòd Nativitas Christi toto terrarum orbe fuerit honorata. *L. XVII. c. 28.* Videtur enim hic Imperator aliquid ad celebritatem ejus addidisse, & civilibus fortè legibus præcepisse, *ne quis in hac solennitate opera manualia, servilia, non sacra tractaret*, quod anteà Canonibus Ecclesiæ fuerat sancitum. Solennitatem hujus Festi *S. Ambrosius l. III. de Virginibus* describit, cùm inter alia solennia sororem suam Marcellinam eo die coram multitudine fidelium investitam scribit. *Cùm tu Salvatoris Natali ad Apostolum Petrum Virginitatis professionem vestis mutatione, soror sancta, signares, (quo enim meliùs die, quàm quo Virgo posteritatem acquisivit,) astantibus etiam puellis DEI compluribus, Liberius, bonas*, inquit, *nuptias filia desiderasti. Vides, quantus ad Natalem Sponsi tui populus convenerit, & nemo impastus recedat. &c.* Si genuinæ essent constitutiones Apostolicæ, quæ sub *Clementis* nomine circumferuntur, Festi hujus auctores ipsos Apostolos esse facilè constaret. Ita enim *l. V. c. 13.* legimus; Dies Festos custodite, Fratres, *imprimis Diem Natalem, qui celebretur à vobis XXV. noni mensis:* Post quem *Epiphaniæ* dies sit vobis in maximo honore, quo die Dominus propriam Divinitatem ostendit. Celebretur is *sexta decimi mensis*, post quem servandum est à vobis *Jejunium Quadragesimæ*, continens memoriam conversationis & legis-

legislationis Domini. Celebretur hoc jejunium ante jejunium Paschæ, quod incipiens à secundo Sabbathi desinat in *Parasceven*, post quos dies soluto jejunio aggredimini *sanctam Paschæ hebdomadam* jejunantes in ea omnes cum timore & tremore.

§. 4. Proximum à Natalitiis Christi ponimus *Festum Circumcisionis*, quod statim ab initio nascentis Ecclesiæ institutum non fuit, sed ante secula non adeò multa mentio ejus fieri cœpit. Fuêre quidem *Kalendæ Januarii* semper in Ecclesia solennes, sed sub dispari ratione: Cùm enim pagani eo die victimas multiplicarent, dapes publicas instruerent, turpes agerent choréas, nefanda & cruenta spectacula frequentarent, Christiani eodem die *in publico* erant *luctu* & *sacra pro expiando Numine additis jejuniis & litaniis agebant*. Inde *August. Ps. XCIIX.* per ipsos hos dies, inquit, jejunamus, ut quando ipsi lætantur, nos pro illis gemamus. Meminit hujus jejunii *Ordo Romanus c. 20.* & *Albinus Flaccus de divinis Officiis c. 4.* Litanias quoque eo die cani solitas, *Synodus II. Turonensis Anno Christi* (præter propter) *IↃLXXI.* coacta memorat *Can. 18.* Quia inter Natalem Domini & Epiphaniam omni die Festivitates sunt, itemq; prandebunt (*Monachi*) Excipitur triduum illud, quo ad calcandam gentilium consuetudinem Patres nostri statuerunt privatas in *Kalend. Januarii* fieri Litanias, ut & Ecclesiis psallatur, & horâ octavâ in ipsis Kal. Circumcisionis Missa DEO propitio celebretur. *Strenas* eodem die mitti solitas *Synodus Antisiodori* post initia *Seculi VII.* collecta inhibet, dum sic inchoat: *Non licet Kalend. Januarii vecola aut cervolo facere, vel Strenas diabolicas observare, sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.* §. Abolito paganismo alios quoque mores Ecclesia induit, & diem bicipiti *Jano* hactenùs sacrum Servatori & capiti suo hilari quadam solennitate dedicavit, sed eo nomine, quòd esset *Octava Nativitatis Dominicæ*. Unde in antiquis etiam ritualibus & liturgicis libris simplicem hunc præ se fert titulum, imò qui ante hos IↃ annos totius anni dies Festos descripserunt, *F. Circumcisionis* non meminerunt. Si genuinum esset *Sacramentarium Gregorii*, longè foret antiquiùs hoc Festum: Nam ibidem in præfatione hujus diei habentur ista: *Per Christum*

Circumcisionis.

Dominum nostrum, cujus hodiè Circumcisionis diem & Nativitatis Octavam celebravimus. Novitatem tamen hujus Festi ipse Cardinalis *Bellarminus l. III. de Ecclesia triumphante c. XV.* agnoscit, ubi Festa Dominica exponit: Circumcisionis Festum, ait, videtur esse satis recens. Nam non solùm veteres Patres non meminerunt ejus Festi, verùm etiam (Doctores mediæ ætatis) *Isidorus, Micrologus, Amalarius, Labanus, Walfridus Strabo*, qui describunt officia omnium Festorum, meminerunt quidem officii diei Octavæ Natalis Domini: *B. Bernhardus* tamen, & ante eum *Ivo Carnotensis* sermones habent de ipso Festo Circumcisionis. Antiquiores producere non potest *Bellarminus*, præter duos istos, quorum alter in Abbatem Claræ vallensem A. C. cIɔ CXVI. sublimatus est, alter in Carnotensi cathedra circa A. C. cIɔ XC. floruit.

Epiphania. §. 5. A Calendis Januarii *Epiphaniæ* diem vel Magorum Festum, cum quo apud Ægyptios Natalitia Servatoris coincidunt, celebramus. Inter primos facilè est *Gregorius Nazianzenus*, cognomento *Theologus*, clarus A. C. CCCLXX. cujus in sancta Epiphaniarum lumina *Oratio* habetur. *Epiphaniam* vocamus propter novam illam & mirabilem stellam, quæ gentibus in umbra mortis sedentibus apparuit, & Magos, Dynastas è Persia ad Jesuli nostri præsepe adduxit. *Diem luminarium* prisci vocarunt, non tantùm propter *illuminationem gentium*, sed quòd eodem die olim in Ecclesia Baptismus Christi in memoriam fuerit reductus. Unde in sua *Orat. Gregorius*: Sanctus, *inquit*, luminum dies, ad quem pervenimus, quemq; hodiè divino beneficio celebravimus, Christi mei, h. e. veræ lucis omnem hominem in mundum venientem illuminantis baptismum habet, &c. Baptismum enim ab antiquis *Φωτισμὸν* & *Neophytos*, h. e. nuper Corpori Christi mystico per baptismum insertos fuisse, *Illuminatos* dictos, vel unius *Cyrilli Hierosolymit. Catecheses mystagogicæ ad Illuminatos* fidem faciunt. Quàm solennis in V. E. fuerit *Epiphaniæ* solennitas, Cæsarum præsentia declarat, cùm ne impii quidem Principes à publicis sacris tum abesse voluerint. Scribit *Ammianus Marcellinus l. XXI.* quòd Julianus Apostata, dum sub pallio simulatæ Religionis Christianæ latens impietatis suæ venenum texit, cùm in Gallus ageret, eo die

eo die à sacris Christianorum abesse noluerit. Unde jam *IV. seculo* adeò festivus erat hic dies, ut, qui publico sacrorum exercitio tum non intererat, à Christiana fide haberetur extorris. Quin & Theodosio laudatissimo Principi tàm sanctus erat hic dies, ut per VII. præcedaneos dies totidemq; subsequentes judicialem strepitum omnem conticescere juberet, *l. 2. Cod. de Feriis*.

§. 6. *Epiphaniam* inter & inter Quadragesimam *Purificationis Festum* situm est, quod *Hypante* vel *Hypapante*, i. e. humilis occursus Simeonis apud Græcos dicitur, quia senex oblato puerulo *obviam processit*, piisq; eundem amplexibus & cygnæo cantico excepit. *Purificationis Festum* Latini vocant, quòd B. Virgo juxta legem, ceu alia aliqua puerpera se purificandam duxerit, quanquam legi de puerperarum immunditie non erat subjecta, cùm ex virili semine non concepisset. Circa originem hujus festi *Sigebertus Historicus, Monachus Gemblacensis*, in suo Chronico autor est, Justiniani auspiciis Constantinòpoli paulò ante medium *seculi VI.* Festum hoc esse institutum, cùm maximum à pestilentia periculum immineret. Vulgò *Festum Candelarum*, Liechtmessen vocatur. Et Missa quidem dicitur ex veteri usu, quando Missam usurparunt pro solenni aliqua festivitate, vel die Festo. Sic in *Capitulari Caroli M. lib. secundo 18.* legitur: Spatium usque ad Missam S. Martini dare decrevimus. *Et 20.* Ad Missam S. Andreæ restaurati fiant. Inde adhuc manent nomina Ostermesse / Michaelismesse & in præsenti Liechtmesse à luminibus, quòd Festo hoc die apud Pontificios cereì consecrentur, ad quos (ut ajunt) diabolus contremiscat. Apud ethnicos legimus, *Proserpinam* olim facibus & lychnis ad eum ferè modum fuisse cultam, quo Pontificii matrem DEI tum venerantur, quin & ipse *Baronius* per abrogata *Lupercalia* à Gelasio R.P. ansam huic Festo datam profiterur & morem consecrandi candelas à Saturnalibus ethnicorum derivat. Notis in Martyrologium Rom. *postrid. Kal. Febr.*

Festum Purificationis.

§. 7. Post *Hypantes* Festum *Quadragesima* incidit, cujus observantia ab Apostolico ævo videtur manasse. Tanta autem erat, ut qui his diebus religiosior non inveniretur, inter Christianos non agnosceretur. Primus has anni decimas jejunio honórandas Cle-

Quadragesima.

 ro suo

ro suo præscripsisse fertur *Telesphorus*, qui Romæ A. C. CXXXVI. cathedram tenuit. *Telesphorus*, inquit Platina, constituit, ut VII. hebdomadibus plenis ante Pascha jejunium observaretur. Decretum ejus apud *Gratianum dist. IV. c. statuimus.* tale est: Statuimus, ut VII. hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes Clerici in sortem Domini vocati à carne jejunent, quia sicut discreta debet esse vita Clericorum à Laicorum conversatione: ita in jejunio debet esse discretio. Has ergò VII. hebdomadas Clerici omnes à carne & deliciis jejunent, & hymnis & vigiliis atque orationibus inhærere die noctuq; studeant. Tempore itaque Telesphori, si hoc sit ejus decretum, *Carnisprivium* quadragesimale solos Clericos obligabat. De cætero in Quadragesima publicus erat Ecclesiæ super passione Dominica & peccatis mortalium, quæ aliâ ratione expiari non poterant, luctus: *Catechumeni* in Paschate baptizandi per hos dies sedulò in fide & vita Christiana informabantur: *Pœnitentes* districtè & severiùs vivebant, circa Festum cum Ecclesia reconciliandi. Circa numerum dierum mirè olim variatum est. Illam, scribit *Sozomenus l. VII. c. XIX.* quæ huc processit, & quæ appellatur Quadragesima, in qua populus jejunat, computant alii in VI. dierum Septimanas, ut Illyrici & qui ad Occidentem siti sunt, juxta ac universa Libya & Ægyptus cum Palæstina, alii in VII. ut Cpolitani & Nationes circumstantes usque ad Phoenices, alii sparsim tres inter sex aut septem istas jejunant, alii tres, quæ immediatè Pascha præcedunt, continuant: alii duas, ut Montani sectatores. Ita quidem ille. Notabilis autem hæc est temporum diversitas: documento enim est, *Quadragesimam non ex divina quapiam & invariabili constitutione, sed jure positivo Ecclesiastico proficisci.* Itaque S. Patres, è quibus Quadragesimam non ab hominibus constitutam, sed divinitùs consecratam, nec terrenâ cogitatione adinventam, sed *cœlesti Majestate preceptam affirmat alius, alius divinâ legẽ ab ipso Domino JESU XL. dies & noctes jejunante in eremo adornatam vocat*, verbis excessivis, & ut solent Oratores, cùm amplificare alicujus rei dignitatem & auditoribus contemtum illius excutere satagunt, *μάλα ῥητορικῶς* loqvuntur.

Initium *Quadragesimæ* est à die Cinerum, quo incineratio fit, h. e. cineres consecrantur & fidelium capitibus in signum luctus & recordationem mortis imponuntur. Institutum hoc *Gregorio M. Balæus Cent. I. Scriptorum Britann.* tribuit. Sed jam ante Gregorium in *Concilio Agathensi*, quod exeunte *Seculo IV.* habitum est, mentio hujus incinerationis facta est, si vera Canonum collectores *Burchardus Wormatiensis, Ivo Carnotensis & Gratianus Ord. Bened. Monachus Bononiensis d. l. c. 63.* narrent: Nam in *Tomis* inter Canones hujus *Concilii* altum ea de re silentium. Sed juvat verba ipsa tradere, cùm pœnitentiam solennem emphaticè ob oculos ponant. *In Capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestantes. Ibi adesse debent Decani, h. e. Archipresbyteri Parochiarum, & Presbyteri pœnitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos gradus injungere. Post hæc eos in Ecclesiam introducant, & cum omni Clero VII. pœnitentiales Psalmos in terra prostratus Episcopus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet, tunc resurgens ab oratione, juxta quod Canones jubent, manus ei imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat, & cum gemitu & crebris suspiriis denunciet eis, quod sicut Adam projectus est è Paradiso: ita ipsi ab Ecclesia pro peccatis abjiciantur. Post hæc jubeat ministros, ut eos extra januas Ecclesiæ expellant, Clerus vero eos prosequatur cum Responsorio: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c. ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam non parvi pendant pœnitentiam. In sacra autem Domini Cœna rursus ab eorum Decanis & Presbyteris Ecclesiæ liminibus repræsententur.* Ita Patres Agathenses. Patet ex eo, quàm solenne apud priscos Quadragesimæ exordium fecerint pœnitentes.

§. 8. In Quadragesimam *Festum Annunciationis Mariæ* incidit, quanquam in Hispania & alibi terrarum olim in *octavum diem* ante Natalem Domini fuerit rejectum, cùm Festa agere pu- *Annunciationis.*

blici luctus tempore, vel in Quadragesima non videretur congruum. Unde in *Laodiceno quoque Concilio Can. LI.* statutum reperimus, quòd non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrare, sed eorum tantùm in Sabbatho & dominica fieri mentionem. Satis antiqua & honorifica *festi Annunciat.* foret memoria, si genuinus esset sermo, qui *S. Athanasio Tomo. III. operum* ejus tribuitur, de sanctissima Deipara: in eo enim primarium & prorsus venerandum atq; unum ex domesticis festum hoc vocatur. Sed videtur hic sermo ab alio aliquo profectus, qui post Concilium *tertium* & *quartum*, imò etiam *sextum* floruit, ait *Bellarm. in Catal. script. eccl.*

Hebdomas Magna. §. 9. Vix autem sanctior omnibus retrò seculis hebdomas extitit, quam *Magna illa*, infimæ latinitati *Pœnosa* dicta. Nobis die Stillewoche vel die KARWOCHE à veteri voce KAR/ quæ in civili foro *mulctam* pro *delicto*, in foro sacro aliquot dierum in solo pane & aqua *jejunium* notat. Rigida enim apud priscos jejunia per hanc hebdomada erant. Initium sacræ hebdomadis est à *Dominica Palmarum* dicta à ramis frondibusq; palmarum vel propter palmas in via stratas, dum Hierosolymam ingressus est Servator, vel propter processionem cum palmis, quæ hoc die

Palmarum. à Pontificiis φαλμοφόροις fieri amat qua de re *Regnum papisticum Th. Naogeorgii vide.* Dicitur eadem Dominica *Competentium*, quod hoc die Symbolum Catechumenis secundi ordinis (*trium enim ordinum apud veteres erant catechumeni,* AUDIENTES, *qui ad auditum verbi admissi in fide & vita Christiana informabantur:* COMPETENTES *seu Competitores, qui jam instructi gratiam baptismi una petebant, Candidati Christianismi:* ELECTI, *qui post peracta scrutinia præ ceteris ad baptismum erant electi*) vel competentibus daretur; propter vicinitatem paschatis, in quo baptizari solebant. Unde jam in *Agathensi Concilio* statutum legimus: Symbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis unâ die. h. e. ante octo dies dominicæ Resurrectionis publicè in Ecclesia coram pœnitentibus prædicari *can. 13.* Conf. *Alcuinum de div. officiis c. 14.* Vocatur porro *Dominica Osanna* propter applausum populi clamantis: Hosianna, benedictus qui venit in nomine Domini.

mini. Vocatur deniq; *Capitilavium* vel *Dominica lavantium capita*, quia tunc lavabantur capita baptizandorum, non infantium tantùm, de quibus id affirmat *Isidorus l. 2. de div. offic. c. 27.* Sed adultorum quoq;, ut refert Pamelius in *Tertull de Baptism.* Rationem Alcuinus addit: ne sordidati observatione quadragesimæ ad sacrum chrisma accederent, de *div. offic. c. 14.* *Capitilavium.*

§. 10. De cætero per omnes *magnæ hebdomadis* dies in Ecclesia passim humicubationes, abstinentiæ ab uxoribus, preces lacrymis immixtæ, vigiliæ, jejunia, eleemosynæ aliaq; pietatis exercitia frequentabantur. In rem præsentem *Synodus Matisconensis II.* pronunciat *c. 7.* Pascha itaq; nostrum, in quo summus Sacerdos & Pontifex pro nostris delictis nullam habens obnoxiationem peccati immolatus est, debemus omnes festivissimè colere & sedulæ observationis sinceritate in omnibus venerari, ut illis sanctissimis VI. diebus nullus servile opus audeat facere, sed simul omnes coadunati hymnis paschalibus indulgentes perseverationis nostræ præsentiam quotidianis sacrificiis ostendamus laudantes Creatorem & regeneratorem nostrum vesperi & meridie. *Ita Patres Matisconenses.* Pòst ubi non omnes sacræ hujus septimanæ dies pro feriatis habiti sunt, *duæ tamē Feriæ V. & VI. solennes manserunt.* Et *quinta* quidem Feria ob venerabilis sacramenti, unde veluti leones ignem spirantes diabolo formidolosi surgimus, institutionem, dicta Natalis Calicis dominici. Unde *Eligius Novionii in Belgio Episcopus*, qui jam ante M. annos claruit, *homilia* X. Vocatur, inquit, hæc dies Cæna Domini, vocatur & Natalis Calicis, & *merito talibus præfulget vocabulis, quia hac eademq; die mysticum pascha Dominus cum discipulis celebrans Sacramenta corporis & sanguinis sui illis & per illos nobis tradidit & ipse celebrationis initium fecit.* Vide Casaub. varios Eucharistiæ titulos proponentem *Exerc. XVI. c. LV.* Feria autem sexta, ipso *Parasceves* die solenne erat & districtum jejunium. Unde *Patres Concilii Toletani IV.* Præside Isidoro Hispalensi: Quidam, inquiunt, in die passionis Dominicæ ab hora IX. jejunium solvunt, conviviis adhibentur & dum Sol ipse eadem die tenebris palliatus lumen subduxerit ipsaq; elementa turbata mœstitiam totius mundi o-

di ostenderint, illi jejunium tanti diei polluunt epulisq; inserviunt. Et quia totum eundem diem universalis ecclesia propter passionem Domini in mœrore & abstinentia peragit, quicunq; in eo jejunium præter parvulos, senes, languidos ante peractas indulgentiæ preces solverit, à paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramentum corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis ejus per abstinentiam non honorat. Vocatur der Carfreytag non tam ab immensa illa charitate, quam eo die hominibus perditis Filius DEI morte suâ ostendit, vel quod pretiosior dies ab orbe condito non illuxerit, quàm à voce germ: obsoletâ KARR / in Conciliis dicta *Carrina*, de qua supra, *cùm eo die Servator pro multis peccatis nostris debita satisfecerit; & cùm sacrosanctum in pane & aqua jejunium eo die esset.*

Parasceve. §. II. *Parasceve* contiguum est *Sabbathum*, quod Κατ' ἐξοχὴν *Magnum* & *Sanctum* vocatur, ut videre est apud *Photium* ad *can. apost.* 53. Sed & eo die rigidum erat jejunium, cujus violatio grande putabatur nefas. Pulcrè hoc jejunium *Constitutiones Apostolicæ*, licet ψευδεπίγραφα intimant *l. V. c.* 19. In diebus Paschæ (*hebdomata πασχηνικὴν intelligunt*) jejunate incipientes à secunda sabbathi usq; ad Parasceven & sabbathum dies sex solo pane utentes, sale atque oleribus & aqua in potum. A vino & carnibus vos abstinete in iis diebus: sunt enim dies luctuosi, non festi. *Parasceven tamen & sabbathum integrum jejunent, qui quidem possunt nihil gustantes usq; ad galli cantum noctis.* Quod si quis non potest duorum dierum jejunium continuare, servet saltem sabbathum: *Et C. XX.* in reliquis diebus ante Parasceven nonâ horâ vel vesperi quilibet cibum capiat vel quemadmodum quisque poterit, à vespera autem quinti diei usq; ad gallicantum vigilantes atq; in ecclesiam convenientes vigilate orantes & rogantes DEUM legentes in vestra pernoctatione legem, prophetas, psalmos usque ad galli cantum baptizatisq; catechumenis vestris & lecto Evangelio in timore ac tremore luctum desinite rogateq; DEUM, ut convertatur Israel &c.

FESTA

FESTA à PASCHATE USQUE AD ADVENTUM.

§. 11. Ex Festis omnibus in sacra Antiquitate Festum Paschatis præeminet, quod ex Judæorum sacris ad Synaxes fidelium traductum est, sed sub dierum aliquo discrimine: alii enim in Asia, fortè *Johannis Apostoli* exemplum secuti eodem cum Judæis die, nempe *XIV. Luna*; alii in Ecclesia Roman. in diem Dominicum Pascha referendum censuerunt, quòd eo die Dominus ex mortuis resurrexisset. Natum hinc est diuturnum illud in Ecclesia Schisma, Episcopis Romanis insolentiùs partes suas tractantibus & anathemata evibrantibus contra *Tessarescædecatitas* vel *Quartadecimanos*; ita enim eos vocabant, qui decima quarta Luna cum Judæis Pascha agebant. In Romana autem Ecclesia primus fuisse *Pius* fertur, qui, ut Pascha die Dominico fieret, sanxit, inductus *Hermetis Libro Pastorali*, in quo Angelus pastoris personam induens tale quid ei mandârat. Mansit hoc Schisma usque ad magnum *Concilium Nicænum*, in quo Cæsareâ auctoritate Constantini Magni ea res sopita est. Historiam certaminum de die Paschatis apud *Euseb. l. V. c. 21. & seqq.* legere est. In eodem sancto Concilio munus conficiendi Cyclos paschales, & paschales epistolas, quibus, quo Dominico fieret quovis anno pascha, notabatur, per Ecclesias mittendi *Alexandrino* Patriarchæ demandatum est, ne diversis Dominicis pascha agi contingeret, atque novum inde formaretur schisma. Ejusdem *Concilii Patres* cyclum constituerunt *Enneadecaeterida* dictum, quem *numerum aureum* vocamus. Est autem *Enneadecaeteris* periodus decem & novem annorum. Docet ista *Ambrosius* sub initium *Epistolæ LXXXIII.* dum ad Episcopos per Æmiliam constitutos: *Non mediocris*, ait, *sapientiæ esse diem celebritatis paschalis definire, & scriptura divina nos instruit & traditio Majorum, qui convenientes ad synodum Nicænam inter illa, quæ fidei ut vera, ita admiranda decreta etiam super celebritate memorata congregatis peritissimis calculandi decem & novem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituère circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur.* Hunc circulum Enneadecaeterida nuncupârunt. &c. Literis paschalibus Alexan-

driâ emissis in Ecclesia Latina publicè ad *Epiphaniæ* Festum Diaconus diem Paschatis & initium Quadragesimæ intimabat; & per *Formatas* de eodem die reliquæ sub cathedrali Parochiæ certiores reddebantur. Hinc *Patres Concilii Arelat. I.* ad *Sylvestrum R. P.* scribunt: De observatione Paschæ Domini, ut uno die & tempore per omnem orbem observetur, & juxta consuetudinem literas ad omnes tu dirigas. In Africanis Ecclesiis Metropolitanus Carthagin. diem Paschatis per literas denunciabat, ut patet ex *Concilio Carthag. I. cap. 1.*

Quinquagesima. §. 13. Post Pascha agi olim solebat *Quinquagesima*, h. e. L. illi dies, qui à Paschate proximè seqvuntur, Festi erant omnes, docentibus eum morem *Tertulliano l. de idol. & Ambrosio Serm. LXI.* cujus apud *Gratianum Dist. LXXVI cap. 8* scire, hæc sunt verba: Per hos quinquaginta dies nobis est jugis & continuata festivitas, ita, ut hoc omni tempore neque ad observandum indicamus jejunia, neque ad exorandum DEUM genibus succidamus. Instar ergò Dominicæ tota L. dierum curricula celebrantur & omnes isti dies velut Dominici deputantur. *Resurrectio enim Dominica est.* Nam in Dominica resurgens Salvator reversus ad homines est, & post Resurrectionem totâ Quinquagesimâ cum hominibus commoratus est. Æqualis ergò eorum necessarium ut esset festivitas, quorum æqualis esset & sanctitas. Sic enim disposuit Dominus, *ut sicut ejus passione Quadragesimæ jejuniis contristaremur: ita ejus resurrectione in Quinquagesimæ feriis lætaremur.* Non ergò in Quinquagesima jejunamus, *quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur.* Similiter in *Apologia David.* Hunc numerum (*qvinqvaginta dierum*) læti celebramus post Domini passionem, remisso culpæ totius debito, Chirographo quoque evacuato ab omni nexu liberi, & suscipimus advenientem in nos gratiam Spiritûs S. die Pentecostes, *vacante jejunio, laus dicitur DEO, & Alleluja cantatur.*

In Albis. §. 14. Initium *Qvinqvagesimæ* est à Septimana *in Albis* inde sic dicta, quod Sabbatho magno initiati per totam hanc septimanam *albati*, h. e. albis vestibus, in signum Christiani sui Candoris & Innocentiæ amicti incederent. Unde *niveus grex* a Poëta.

Nec-

Neophyti dicuntur, & dies octo Neophytorum ab *Augustino Epist. CXIX. c. 17.* Dominica autem, quæ Sabbato *in Albis* contigua est, quâ audaciâ *Polydorus Virgilius* non hunc tantùm, sed plerosq; alios dies festos ex Apostolorum institutione derivet; Puta *Adventum Domini, Natalem & Circumcisionem ejusdem, Epiphania, Purificationem Mariæ, Dies Quadragesimales, Dominicam Palmarum, diem Cœnæ Domini, Parasceven, Pascha, Ascensionem Christi & Pentecosten.* Sed de Polydoro h. l. valet Oweni jocus:

Virgilii duo sunt, alter Maro, tu Polydore,
Alter, tu mendax, ille Poëta fuit.

§. 15. Tum demùm *Ascensionis dies* peculiare cœpit esse Festum, ex quo Quinquagesima cessavit. Ascendentis Domini vestigia per aliquot secula in monte Oliveti piâ veneratione à peregrinantibus ad loca sancta & quotidiè à vicinis visitata, *S. Hieronymus*, vel quisquis sit antiqvus sanè & eruditus *libelli de locis Hebr. Actorum Apostolicorum auctor* memorat, dum ait: *Mons Oliveti ad Orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, ubi ultima vestigia Domini humo impressa hodièq; monstrantur, cumq; terra eadem quotidiè à credentibus hauriatur, nihilominùs tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuò recipiunt.* Denique cùm Ecclesia, in cujus medio sunt, rotundo schemate & pulcerrimo opere conderetur, summum tamen cacumen, ut perhibent, propter dominici corporis meatum nullo modo contegi aut concamerari potuit, sed transitus ejus à terra ad cœlum usque manet apertus. *Hæc ille.* *Ascensionis.*

§. 16. Sub his L. diebus *Rogationum* dies continentur, quos circa A. C. CCCCLXVI. cum triduano jejunio & assiduis supplicationibus peragendos *Mamertus, Viennæ in Gallia Episcopus*, instituit, pro impetrandis imbribus aut serenitate. Inductus ad hoc institutum erat ex vastis per Galliam terræ motibus, visisq; spectris, lupis & ursis, qui portas urbium ingressi & per plateas impunè vagari homines terrebant. De origine horum dierum *Polydorus lib. VI. de invent. rerum.* Mamertus, *inquit*, primus instituit supplicationes sive Rogationes, quas Græcâ voce Litanias, vulgò Processiones vocant, vel certè intermissas renovavit. Posteà *Grego-* *Rogationum.*

rius majores Litanias composuit, quæ complectuntur preces pro Ecclesiæ, Politiæ & Oeconomiæ, tum etiam privatorum salute.

Pentecoste. §. 17. Excipit Quinquagesimam dies Spiritui S. sacer, qui *Pentecostes* nomen, quòd in eo dies *Pentecostes* complerentur, retinuit; Neque verò dubitamus de antiquitate hujus Festi, sed an Apostolos habeat auctores, non æque constat. In *Concilio Eliberino*, quod Nicæno ferè coævum est, *Can. XLIII.* in contemtores hujus Festi pœnâ canonicâ Patres, rigidi morum censores animadvertunt h. m. *Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem Scripturarum ut cuncti diem Pentecostes celebremus; quod qui non fecerit, quasi novam hæresin induxisse notetur.* Sub finem Seculi XI. in *Concilio Constantiensi* constitutum est, ut Festum Paschatis tribus diebus itidem Pentecostes Festum celebraretur, qui mos hodienum perseverat, cùm anteà Pascha integro octiduo, & Pentecoste unico die ageretur.

Trinitatis. §. 18. Pentecosten *Festum S. S. & adorandæ Trinitatis* excipit, qui quidem dies semper in Ecclesia, ex quo inter *majora solennia* computata est Pentecoste, religiosè traductus est, verum ex eo capite, *quod esset Octava Pentecostes:* semper enim magnorum solennium *Octavæ* velut eorundem *appendices* habitæ fuerunt, exemplo a Judæis sumto, quibus divina lex Octavas celebrandas imperat *Leo XXIII.* Sed quis primus Octavam Pentecostes SS. Trinitati consecrarit, non liquet. *Gregorio IV. R. P. Anno Christi IↃCCCXXXIV.* hoc institutum *Durandus*, sed nullâ auctoritate subnixus tribuit. *l. VII. rationalis temporum c. 24.* Nos per prima *IIX. Secula* expressam hujus Festi mentionem reperire nondum potuimus. Unde Evangelium quoque, quod hoc die legitur, (*Seculo autem IIX. diebus dominicis & Festis suæ ex Evangeliis & Epistolis lectiones assignatæ creduntur.*) non de SS. Trinitatis, sed *Regenerationis* mysterio agit, fortè propter informandos Neophytos, qui stato Paschæ vel Pentecostes tempore sacras hebdomadas baptismum ferè non fuisse nisi *Clinicis*, vel *Grabatariis* collatum, fusè ex SS. Antiquitatibus Vir multijugæ lectionis & de Republica literaria meritissimus *Gerh. Vossius Disp. XVI. de Baptismo demonstrat. Th. VI.* Eam consuetudinem adhuc Caroli

Magni

Magni ætate receptam fuisse, patet ex *Capitulari lib. IV. cap. 104.*

Joannis Bapt.

§. 19. A Festo *Trinitatis* in nostris Ecclesiis solennis est *Natalis Johannis Baptistæ*, quem à V. Seculo celebratum fuisse alii ex *Maximi Taurinensis homilia* eodem die dicta probant; alii autem ex *Concilio Agathensi*, quod pro restitutione Ecclesiast. disciplinæ A. C. IↃVI. habitum fertur. In eo enim *Patres* Natalem S. Johannis inter maximas Festivitates connumerant. Ita enim *Can. 21.* ajunt: *Si quis extra Parochias, in quibus legitimus est ordinariusq; conventus, oratorium in agro habere voluerit reliquis festivitatibus, ut ibi Missas teneat, propter fatigationem familiæ, justâ ordinatione permittimus. Pascha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Ascensione Domini, Pentecoste & Natali S. Johannis Baptistæ, & si qui maximi dies in Festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus aut parochiis teneant.*

Visitationis Mariæ.

§. 20. Baptistæ Natalem *Festum Visitationis Mariæ* subsequitur, quod *Seculo XIV.* ad finem vergente *Urbanus VI.* ut B. DEI genitricem contra Antipapam suum *Clementem VII.* sibi propitiam haberet, primus condidit & indulgentiis mactavit. Felici autem successu *Concilium Basileense A. C.* cIↃ *CCCCXXXI.* habitum *Sess. XLIII.* confirmavit ad invocandam B. Virginem, ut suis ipsa pedibus Turcarum eo tempore grassantium insultus protereret, quemadmodum suis pedibus in itinere ad cognatam suscepto montana conculcasset.

S. Michaelis.

§. 21. A Festo *Visitationis* ad *diem S. Michaelis* progredimur, cujus hæc fertur origo. Sub finem V. Seculi in monte quodam Apuliæ, Gargano, crypta inventa est, quæ ex Archangeli apparitione per Orbem Christianum valdè inclaruit, in honorem S. Michaelis consecrata crebrisq; peregrinationibus frequentata est. Memoriam dedicationis cryptæ anniversariam & apparitionem S. Michaelis inter publica sacra quotannis referendam *Gelasius I.* duxit circa A. C. CCCCXCIII. ad quem annum vide *Baronium*.

Natales Martyrum.

§. 22. Quod ad Sanctorum memorias & *Natales Martyrum* attinet, ex *Eusebii l. V c. 15.* haud obscurè colligitur, jam sub *Antonio Pio*, h. e. circa *Seculi II.* medium Christianos consuevisse celebrare memorias Sanctorum, qui in album martyrum erant relati,

relati, atque annuos & solennes ad eorum sepulcra agere conventus. Sic enim ibi Christiani, qui Polycarpi ossa condunt, loqvuntur: *Nos tantùm ossa illius nacti condidimus, ubi id fieri decebat: ubi etiam, qvoad fieri potest, congregatis cum exultatione & gaudio Dominus Natalem martyris sui diem, cùm ad memoriam eorum, qvi antea certarunt, & ad futurorum exercitationem convenerimus, celebrare largietur.* De confessoribus in carcere mortuis *S. Cyprianus* Clero suo absens hunc in modum scribit: *Annotate dies eorum, qvibus excedunt, ut commemorationem eorum inter memorias martyrum celebrare possimus, qvanqvam Tertullus fidelissimus & devotissimus frater noster scripserit ac scribat & significet mihi dies, qvibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeant, ut celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum.* Et aliâ Epist. de Laurentio & Ignatio: *Sacrificia*, inquit, *pro eis semper offerimus, qvoties martyrum passiones & dies anniversariâ commemoratione celebramus.* Ita jam puriori illo ævo magna constantiæ martyrum admiratio & incredibilis in eos amor effecit, ut non ossa tantùm & cineres ipsorum cum cura colligerent & in cœmiteriis honestè reconderent, sed eorundem quoque *Natales*, h. e. dies, quibus è mortali hac vita ad æternam illam transierant, *anniversariâ solennitate* recolerent, quanquam ea res lapsu temporum, ubi cultus Sanctorum ultra decorum auctus est, in superstitionem vertit. Sed de Festis Apostolorum aliorumq; Sanctorum, Nicolai, Stephani, Gregorii Scholarum Patroni, Martini, &c. Menologia Græcorum, & Martyrologia Latinorum videantur.

Cathedræ D. Petri. §. 23. Reliquis diebus festis, *F. Cathedræ Petri* (S. Peters Stulfeyr) subjungimus, cujus antiquitatem non tantùm ex Martyrologio *Vener. Bedæ, Usuardi & Adonis Trevirensis*, sed vel maximè ex *S. Augustini sermone*, quem eo die ad populum habuit, estq; *Sermo XV. de Sanctis*, *Bellarminus l. I. de Rom. Pont. c. 14.* probat. Titulus sermonis est *de Cathedra Petri*, &, *in Festo Cathedræ Petri.* Origo Festi hæc est: Petrus primus ex Apostolis officium Episcopale exercuit. Ecclesia igitur in memoriam primi egressus Petri ad gentes Festum Cathedræ dedicandum illi duxit, non

non sanè cathedræ alicujus particularis, (quia nulli particulari cathedræ se aut ipse aut ullus Apostolorum alligaverat,) sed Cathedræ Ecclesiasticæ in genere. Unde *S. Augustinus in illo sermone*, in quo Festi cathedræ institutionem tradit, nec Antiochenæ, nec Romanæ Cathedræ, sed functionis episcopalis Petro à Christo concessæ meminit, quam quia *XXII Febr.* exerceri cœptam putant, quando post vincula è Judæa *Act. XII* egressus ad gentes Antiochiam se contulit, non eo tantum die, sed post illa sub titulo: *Cathedræ Antiochenæ* solenne fuit hoc Festum. Avorum demùm memoria *Paulus IV.* (teste Bellarm. l. 2. de R. P. c. VI.) Festum *Romanæ Cathedræ* seorsim instituit, atque ita apud Pontificios contra antiquos mores *Festum Cathedræ* duplex est, *Antiochenæ* alterum, alterum *Romanæ*. Ad eum ferè modum hæc ex SS. Antiquitatibus Vir earundem callentissimus *M. Ant. de Dominis l. IV. de Rep. Eccl. c. 1. §. 25.* deducit. Ostendi solet eo die sella lignea Romæ in *Basilica Vaticana*, in qua Petrum Hieromonarchiæ suæ, quem falsò jactant fundatorem XXV. annos & ultrà sedisse ferunt. Sedem quidem ligneam, quæ *Jacobi Hierosol.* fuerit cathedra, usque ad Constantini M. tempora per tot tantaq; Judaici populi naufragia, post pavendum illud Hierosolymorum excidium integram servatam, quam Episcopi successores decenti honore custodierint, *Eusebius l. VII. Hist. c. 14.* refert, sed de sella Petri in Urbe Roma altum in primæva antiquitate silentium est. Ritus cæteros hujus Festi apud *Baronium in Martyrol. Rom* invenies.

§. 24. Sed nec *Encænia* vel Festum dedicationis Templi præterire voluimus. *Renovalia* latinè dicere possis, quod Græci ἀπὸ τοῦ ἐγκαινίζειν, ab innovando *Encænia* vocârint. Germ. **Kirchmesse**/ Missa, i. e. Festum τῆς κυριακῆς vocatur, vel **Kirchweihe**/ i. e. consecratio Templi: **Weihen** enim apud Veteres germanos *sacrare* est. Unde **Weiherauch**/ *Odor sanctus*, quòd thus in sacris offerretur. Et **Weihenacht**/ *Nox sancta*; Condita autem sunt *Encænia* ad imitationem Judæorum. Quo ritu Moses τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου consecrârit, *Ex. XX.* Quanto cum apparatu Rex Salomo Templum, variis oblatis Hecatombis *Encænia.*

bis DEO dicârit, *I. Reg. IIX. 63.* legere est. Renovata est dedicatio Templi post captivitatem Babylonicam cum gaudio atque sacrificiis laudatissimis. *Esdr. VI. 16.* Josephus *ἀνανεωτικὴν* hanc festivitatem dixit. Sed annua *Encæniorum* repetitio sub Juda Maccabæo constituta est, dum is Jovis idolum Templo impositum destruxit, combussit, Templum repurgavit, DEOq; Israelis, Sacris publicis juxta legem peractis, reddidit atque edixit, ut memoria dedicati Templi anniversaria esset, totaq; Israelis concio collecta renovati altaris Festum per integrum octiduum cum ingenti ageret gaudio. Ex eo tempore, scribit *Josephus*, mos hic (quotannis Festum reparati cum ceremoniis Templi celebrandi) apud nostros obtinuit, vocamusq; hanc festivitatem *Luminum*, opinor ideò, quòd ex insperato nobis illuxerit tanta felicitas. *L. XII. Antiqvit. Jud. c. XI.* Mentio hujus Festi, cui ipse Servator interfuit, in N. T. *Joh. X. 22.* extat, ubi B. Lutherus vertit: **Es war aber Kirchweihe zu Jerusalem.**

Eum morem imitata est Ecclesia. Nam ut circa constitutiones Ecclesiasticas semel annotemus, quod semper observandum est, *Mos erat Apostolis, ut in ritibus se Judæis propter eosdem lucrandos conformarent. Hinc primi Concilii Canon Apostolicus de Idolothytis non comedendis Act. XV. 29 prodiit. Paulus Timotheum circumcidit propter Judæos, qui erant in illis locis. Act. XVI. 3. Apostoli sabbatho quoque suas egerunt Synaxes: quin & è gentilium sacris ad suos usus ob eundem finem multa converterunt, quod vel unius Pauli (ex ara IGNOTO DEO dedicata occasionem sumentis verum DEUM Athenis prædicandi) exemplo constat.* §. Sanctam hanc Apostolorum prudentiam Patres ac Proceres Ecclesiæ secuti, cùm animadverterent, Judæos olim & Paganos nihil magis à fide in Christum avertere, quâm opinionem novitatis, multos è Synagoga legis priscæ ritus diesq; festos, multa quoque nomina & è gentilium sacris petitas ceremonias retinuerunt, atque piâ interpretatione adhibitâ ad sua sacra traduxerunt, qua de re præclare disserentem vide *Casaubonum Exercit. XVI. ad Annales Baronii Num. 43.* Atque ut in præsenti de diebus Festis materiâ me contineam, è Synagoga prodierunt *Pascha, Pentecoste,*

coste, Jejunia quatuor temporum, & de quibus nunc agimus, *Templorum Encænia.*

Dedicandi quidem vel *inaugurandi* Templa consuetudinem ex instituto Felicis, qui A. C. CCLXXII. Romanus fuisse Episcopus creditur, cœpisse fama est. Unde *Gregorius* quoque *Nazianzenus Orat. in novum Dominicum,* Antiquam, *ait,* esse legem, ut Encænia, i. e. consecrationes Templorum honorentur, sed annua Encænia ante *Constantinum M.* vix reperias. Is enim primus ad exemplum Salomonis, Templum Hierosolymitanum Martyrium illud magnum concionibus, precibus pro salute Ecclesiæ & pro pace Reipublicæ conceptis, atque cum ingenti jubilo circa A. C. CCC XXXV. dedicavit, tempus quoque annuum constituit, quo memoria hujus beneficii innovaretur, DEOq; pro concessa Ecclesiis pace agerentur gratiæ, teste *Nicephoro lib. 8. Hist. Eccl. c. 50.* Secuta sunt A. C. CCCXLI. Encænia Templi Antiocheni, quod Dominicum Aureum vocabant, habito priùs in urbe Concilio in Encæniis propterea dicto. A. C. CCCXCIV. Encænia Templi Ruffiniani fuerunt, quod Apostolæum nominârunt. &c. Atque ita paulatim cujusvis Templi Natales vel Encænia in Ecclesiis & parochiis anniversariâ solennitate agi cœperunt.

Denique sicut Rex Salomo post peracta Encænia Proceres & collectam multitudinem lauto epulo excepit, 1. *Reg.* 7. Judas quoq; Maccabæus, annuo Encæniorum Festo condito, sumtuosum quoddam ac splendidum epulum populo exhibuit, teste *Josepho l. c.* ita etiam Christianis in more fuit positum, ut in suis Encæniis, ubi sacrificia labiorum, laudum & precum DEO immolâssent, hilariter viverent & solenni epulo diem eum Festum honorarent. *D. Hildebrandus. Vide prolixè Hospinianum lib. de Festis. Gulielm. Perkins. Tom. I. oper. p. 348. Dresserum, alios.*

FUNERALIA, seu RITUS SEPULTURÆ VETERUM.

§. I. CUm Psalmis & Hymnis deducebant vett. Christiani suos mortuos. *Sulp. Ep. III.* Corpus usque ad lo-

 cum

cum sepulcri Hymnis cœlestibus canora turba prosequitur. *In vit. sim. stylit. c. 19.* Supponentes corpus feretro cum Psalmis & Hymnis duxerunt Antiochiam.

§. 2. *Psaltriæ* dictæ fœminæ loco præficarum gentilium canentes hymnos. *Justin. Nov. LIX.* vocat γυναῖκας τῆς κλίνης ἡγουμένας καὶ ψαλλούσας. *Hieron. Epit. Paul.* scribit, cecinisse Christianos in funere Halleluja. *Victor. utic. de persecut. vand. in Afric.* Præcipit nostrorum defunctorum corpora sine solennitate hymnorum cum silentio ad sepulcrum perduci.

§. 3. Finis fuit DEO gratias agere pro liberato à miseriis defuncto illo: *Chrysost. Hom. IV. Hebr.* Εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν θεὸν δοξάζομεν καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐστεφάνωσε τὸν ἀποθανόντα, ὅτι τῶν πόνων ἀπήλλαξεν &c. οὐ διὰ τοῦτο ὕμνοι; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; Ταῦτα πάντα χαιρόντων ἐστί.

§. 4. Adhibitæ & faces. *Vit. sim. stylit. c. 21.* Corpus S. Simeonis cum psalmis & hymnis & cum multis lampadibus portaverunt in Ecclesiam. Causam indicat *Chrysost. l. cit.* Τί βούλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραί; οὐχ ὡς ἀθλητὰς τοὺς νεκροὺς προπέμπομεν; *Corippus l. III.*

Mœstaq; funereas accendunt agmina ceras.

§. 5. Comitati funus Monachi, Presbyteri, Senes, Tirones, Virgines, apud *sulp. sever. Ep. III.* in funere Martini; vocatq; ibi: Pallidas turbas, palliata agmina, emeritorum laborum Senes, juratos Christi in Sacramenta Tirones, Virginum Chorum. *Coripp. l. cit.* de funere Justin. Imp.

Omnis in exequias sexus convenit & ætas.
Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum.

(*Nota & sacerdotes cecinisse:*)

Virgineus tonat inde Chorus. Vox æthera pulsat.

§. 6. Cantus iste denegatus τοῖς αὐτοφόνοις. *Concil. Bracar. I. Can. XXXIV.* placuit, ut qui aut per ferrum, aut venenum, aut suspendium, aut quolibet modo violentam sibi ipsis inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque

neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Similiter & de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur. Et *Concil. Valentin. Ann. 855. Cap. XII.* In duello cæsus tanquam sui homicida & propriæ mortis spontaneus appetitor, à Dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus, nec cadaver ejus cum psalmis vel orationibus ad sepulturam deducatur. *Tom. III. p. 478. & Tom. II. 748.*

§. 7. Et Catechumenis sine baptismo mortuis. *Concil. Bracar. I.* item placuit, & Catechumenis sine redemtione baptismi defunctis psallendi non impendatur officium.

§. 8. *Concil. Wormat. Ann. 868. §. 80.* De his qui suspenduntur in patibulis, statuit, si pœnitentes fuerint, ad Ecclesiam deferenda esse eorum cadavera. *Tom. III. p. 529.*

§. 9. Et *Concil. Lateran. Ann. 1180.* Excommunicatus, pro quo infirmo propinqui satisfecerint, in cœmiterio sepeliri poterit. Sin minus, defuncto neganda est Ecclesiastica sepultura. Causa additur: Quia jam non est peccatum purgatum.

§. 10. Unxère quoque mortuos. *Tertull. Apol. c. 42.* Sciant Sabæi, pluris & cariùs suas merces Christianis sepeliendis profligari. *De Resurr. Carn. id.* Corpora medicata condimentis sepulturæ mausoleis sequestrantur. *Minut. Felix* inter crimina Christianis objecta: *Reservatis unguenta funeribus.*

§. 11. Virgines non licuisse comitari, *Synes. Ep. III.* docet; οὐ γὰρ οἶμαι νομίζεται Νυμφευτρίαις βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν. Et *Chrys. de Sacerd. l. III.* Δεῖ δὲ καὶ ἐκφορῶν καὶ παννυχίδων ἀπείργειν Virgines.

§. 12. Ad Sepulcra cerei etiam accensi. Quod irridet *Vigilantius*: Beatissimos Martyres putant de vilissimis Cereolis illustrandos. *Et*: Videmus Sole adhuc fulgente, moles cereorum accendi.

§. 13. Epulæ ad sepulcra etiam instructæ. *August. de Lux. & Avar. c. VI.* Ille fortè, cùm mortuus fueris, calicem super te non ponet. Aut si fortè ponet calicem, ipse inebriabitur, ad te nulla stilla descendet. Sed *Ambros.* hoc perstringit. *c. 17. de Jejun.* Sicut illi, qui Calices ad sepulcra Martyrum deferunt, atque

illic in vesperam bibunt, & aliter se exaudiri non posse credunt. *August. de mor. Eccl. Cathol. c. 34.* Novi multos, qui cùm luxuriosissimè super mortuos bibunt, & epulas cadaveribus exhibentes super sepultos, seipsos sepeliunt. *Cyprian. de dupl. Martyr.* Annon videmus ad Martyrum memorias Christianum à Christiano cogi ad ebrietatem? Sed *l. IX. de Civ. D. c. ult. August.* breviter excusat: Quicunque epulas suas eò deferunt, quod quidem à Christianis melioribus non fit, & plerisque terrarum nulla talis est consuetudo, tamen qui id faciunt, quas cùm apposuerint, orant & auferunt, ut vescantur, vel ex eis indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt, per merita Martyrum, in nomine Domini Martyrum. Et *Paulin. Nat. Felic. IX.*

- - Ignoscenda tamen puto talia parvis
Gaudia qui dicunt epulis. &c.

§. 14. Qui efferebant, *Κοπιαταὶ* & *Lecticarii* dicuntur. *Nov. Justin. XLIII. 59.* & *Nov. Leon. 12.* Ex mille & centum officinis annuos habebant reditus, unde funerum sumtus fierent.

§. 15. Sed tamen sanctiores ipsorum Sacerdotum humeris elati. *Hieron. de Paula. Ep. ad Eustach.* Translata est Episcoporum manibus & cervicem feretro subjicientibus, cùm alii Pontifices lampades cereosq; præferrent, alii choros psallentium ducerent. *In Vit. Fulgent.* Sacerdotum manibus deportatus sortitus est honorabile monumentum. *Sidon. l. 2. Ep. 8.* de Filimatia matronâ piâ: Sacerdotum propinquorumq; manibus excepta perpetuis sedibus dormienti similior illata est.

§. 16. *Constit. Clem. Rom. l. VIII. c. 48.* sic statuitur: Peragatur dies tertius mortuorum in psalmis, orationibus & lectionibus, propter eum, qui tertiâ die resurrexit. Et nonus, in commemorationem superstitum ac defunctorum. Etiam quadragesimus, secundum veterem formam *Deut. XXXIV.* Nec non anniversarium, pro memoria ipsius. Hæc ibi ex versione *Joann. Bovii. Tom. I. Concil. p. 122. ibid. vid.* Orationes pro defunctis à Diacono & Episcopo faciendas. *c. 47.*

§. 17. De loco sic. *Concil. Bracar. I. Can. 36.* placuit, ut corpora defunctorum *nullo modo* intra Basilicam Sanctorum sepeliantur,

liantur, sed si necesse est, de foris circa murum Basilicæ. *Concil. Triburiens. ann. 895. cap. 17.* Prohibemus & præcipimus, ut nullus Laicus in Ecclesia sepeliatur. *Concil. Nannet. c. 7.* Prohibendum, ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut extra Ecclesiam. Intra Ecclesiam verò aut prope altare nullatenus habent licentiam sepeliendi.

§. 18. Quales igitur in Ecclesia sepeliri liceat, docet *Concil. Tribur. l. cit. Tom. III. p. 570.* Nemo &c. nisi fortè talis sit persona Sacerdotis, aut cujuslibet justi hominis.

§. 19. *Ibid.* Quid de iis faciendum, qui olim ibi sepulti, sic: Corpora antiquitùs in Ecclesia sepulta, nequaquam projiciantur, sed pavimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, Ecclesiæ reverentia conservetur. Ubi verò hoc præ multitudine difficile sit facere, locus ille Cœmeterium & Polyandrium habeatur, ablato inde altari & constituto, ubi religiosè sacrificium DEO valeat offerri.

§. 20. *Concil. Lateran. Ann. 1180. c. 1, 2. Part. XLIII. Tom. III. p. 750.* Statuimus, unumquemque in Majorum suorum sepulcris jacere debere, nulli denegamus propriam eligere sepulturam & etiam alienam. Sed quia dignus est operarius mercede suâ, tertiam partem judicii sui illi Ecclesiæ censemus juri, in qua cœlesti pabulo à principio sui exordii refectus cognoscitur. Et c. 4. Monachi corpora hominum tàm vivorum, quàm mortuorum ad Ecclesiam suam deferre non audeant sine consensu & petitione ejus Ecclesiæ, quæ ei, dum viveret, consuluit, & viaticum suum administravit. *Ibid. c. 5. & 3.* Si defuncti hæredes debita solvere recusàrint, vetatur ille Ecclesiasticæ Sepulturæ tradi. Si hæredes jussa Testatoris non adimpleverint, ab Episcopo loci illius omnes res, quæ his relictæ sunt, canonicè interdicantur, ut vota defuncti impleantur.

§. 21. *Concil Mogunt. ann. 813. cap. 51.* Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre, sine consilio Principis vel Episcoporum. *Cap. LII. ibid.* Nullus mortuus infra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles Laici. *Tom. III. p. 291. Concil. Meldens. Anno* 845.

845. Can. 72. Ut nemo quemlibet mortuum, in Ecclesia quasi hereditario jure, nisi quem Episcopus aut Presbyter pro qualitate conversationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat.

§. 22. Sepultos movere nefas erat. *Concil. Meld. l. citat.* Non quisquam ossa mortui de suo sepulcro ejiciat, aut sepulturam cujusquam nefario ausu quoquo modo violet, sed unumquemque in loculo sibi à Domino præparato ac concesso adventum sui judicis præstolari concedat. *Concil. Toletan. IV. An. DCXXCI. Can.* 45. Si quis Clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, oportet eum à Clericatus ordine submoveri & pœnitentiæ Triennio deputari. *Tom. Conc. II. p. 733.*

§. 23. Sepulcra non vendenda erant. *Concil. Meld. c. 72.* Nemo pro loco Sepulturæ pretium de Terra concessa putredini quærere & de alieno velle facere luctu compendium aliquo modo tentet. Si quando autem proximi vel hæredes spontè aliquid efferre in Ecclesia voluerint, in eleemosyna defuncti accipere non vetamus, peti verò aut aliquid exigi omninò prohibemus, ne (quod valdè irreligiosum est,) aut venalis dicatur Ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari. *Concil. Lateran. Part. I. c. 7. & Eugen. Papa. Decret. n. 10. Tom. 3. p. 358. Concil. Nannet. c. 6.* De sepulcris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi fortè, qui sepelitur, vivens jusserit Ecclesiæ aliquid tribuere. Tamen nullatenus à Presbyteris aliquid exigatur, sive ab illis, qui locis & vicis præsunt.

§. 24. *Concil. Tribur. c. 16.* abhorrendum & Christianis omnibus devitandum morem appellat, Sepulturam mortuis debitam, sub precio vendere & gratiam DEI venalem facere. Quare, ait, interdictum sit omnibus omninò Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare, nisi fortè proximi & amici gratis aliquid donare velint.

GEN-

G.

Gentium Conversio.

§. 1.

Habet tria commodè intervalla: 1. Ab excessu Apostolorum usque ad Constantinum M. 2. Inde usque ad Carolum M. inclusivè. 3. Hinc usque ad finem Seculi XIV. quo novus orbis detectus est.

§. 2. Aliud autem in hoc argumento est, prima Plantatio, quæ *κυρίως Vocatio f. Conversio* dicitur. *Rom. c. 15. v. 20.* Aliud, Instauratio, postquam rebus Ecclesiæ collapsis in antiqvum Gentilismum sunt relapsi. Aliud, Confirmatio, cùm primis conversis subindè missi sunt novi Evangelistæ.

§. 3. De primo agit Paulus *Coloss. I. v. 6.* ubi ait: Evangelium jam tum pervenisse in totum mundum. Sic & *Justin. Mart. Dial. cum Tryphone:* Nullum est omninò genus hominum, sive Barbarorum, s. Græcorum, aut *ἁμαξοβίων*, apud quos non JESU CHRISTI nomine preces fiant. *Clem. Alexandrin.* Nullis celatum est verbum, omnibus illuxit hominibus, *Nullus est in verbo Cimmerius.* *Tertull. adv. Marc. 3.* Quem exaudierunt omnes gentes? Cui omnes Gentes crediderunt, nisi in Christum? Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo tamen subdita sunt. *Chrysost. in c 24. Matth.* Viginti annis, aut ad summum triginta, ad omnes oras orbis Evangelium transcurrit. Vid. prolixè *Tertull. adv. jud. c. 7.* & *Hieron. in c. 24. Matth.*

§. 4. Confirmant idem Historiæ novi Orbis *l. 1. c. 8.* & *Navigat. in Brasil c. XVI.* in utraque India reperta esse quædam indicia extincti apud Barbaros veri DEI, quamprimùm superiori Seculo Columbus & sequaces eò penetrârint. Et, habuisse illos notitiam de diluvio, mundi interitu, & resurrectione corporum. *Petr. Jarric. T. 1. Thesaur. Ind. l. 11. c. 17.* scribit, quòd per univer-

sam

ſam Indiam Orientalem primi Luſitani invenerint manifeſta indicia Chriſtianitatis, imò ipſos Chriſtianos Thomæos, Templa, laminas, & talia, tabellas etiam, quibus D. Thomæ aliorumq; Martyrum dicta & facta fuerint inſcripta. Quod & *Tom. 2. l. 2. c. 20.* de Chinenſi regno, *Tom. III. l. 1. c. 54.* de Braſilia atteſtatur. *Lerius p. 225.* ſcribit, paſſim confeſſos eſſe Barbaros, quòd ante multas Lunas acceſſerint ad ipſorum regionem Advenæ, qui idem de cultu DEI prædicaſſent, quod Hiſpani & Galli. *Joannes de Laët. l. 2. de Orig Gent. Amer.* demonſtrat prolixè, quòd & DEI Patris, & DEI Filii, & Reſurrectionis mortuorum notitiam habuerint, antequam Luſitani eò perveniſſent.

§. 5. Seculo primo à C. N. vel potiùs, Succeſſione Apoſtolicâ converſi ſunt Vindelici, Rhæti, & Provinciæ ad Danubium ſitæ, circa Ratisbonam à Lucio Cyrenſi. Moguntini à Creſcente. Dalmatæ à Tito. Metenſes à Clemente. Trevirenſes, Colonienſes, Argentinenſes à Materno, Euchario & Valerio. Arelatenſes, unde reliqui Gallorum, à Trophimo. Quod tamen ſic accipio, non quòd ſtatim aliqua regio Chriſtianiſmum publicè fuerit profeſſa, ſed quòd complures privatim Evangelio nomen dederint. Prima ſcil. *Plantatio* illa fuit, *Confirmatio* ſecuta mox, poſteaquam Burgundiones, Franci, aliiq; Chriſtum profiteri cœperunt. *V. Rhenan. l. 2. Germ.* Alii poſteà recentiores, ut apud Moguntiam Bonifacius Anglus, Argentoratum, Amandus, Arbogaſtus. &c. *Inſtaurationem*, quam diximus, conſtituunt, non verò primi auctores extiterunt.

§. 6. Formulam fidei, quam illo Seculo Eccleſiæ adoptârunt, & in quam dederunt nomen, deſcribit *Iren. l. 1. c. 2.* his verbis: Eccleſia per univerſum orbem uſque ad fines terræ ſeminata, ab Apoſtolis & diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in unum DEUM Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt: Et in unum JESUM CHRISTUM, Filium DEI incarnatum pro noſtra ſalute, & in Spiritum Sanctum, qui per Prophetas prædicavit diſpoſitiones DEI, & adventum, & eam, quæ eſt ex Virgine, nativitatem, paſſionem, & reſurrectionem à mortuis, & in carne in cœlos aſcenſionem dilecti

lecti Domini nostri JESU CHRISTI, & de cœlis in gloria Patris, adventum ejus, ad recapitulanda universa & resuscitandam veram carnem humani generis, ut CHRISTO JESU Domino nostro & DEO, & Salvatori, & Regi secundum placitum Patris invisibilis omne genu curvetur, cœlestium, terrestrium & inferorum, & judicium justum in omnibus faciat; Angelos impios & apostatas, & injustos ac blasphemos homines in ignem æternum mittat; Justis autem & piis, & obedientibus atque in dilectione ejus perseverantibus, quibusdam ab initio, quibusdam autem ex pœnitentia, vitam donans, immortalitatem pro dono conferat, & gloriam æternam circumdet.

§. 7. Seculo secundo A. C. 183. Indi à Pantæno, non tàm primùm vocati, quàm confirmati sunt. Mauri, Britanni, Getuli, Sarmatæ, Scythæ jam à *Tertull. c. 7. contr. Jud.* allegantur conversi. Augusta Vindelicorum anno 190. à Lucio accepit Evangelium, quam confirmavit Narcissus Gerundensis A. C. 290.

§. 8. *Seculo quarto*, & deinceps, ut ait *Theodoret. l. 1. c. 6.* currebant assiduè omnes Nationes ad fidem Christi. Nominatim conversi leguntur *Indi* & *Iberi*, sed dubium est, an primò sint vocati, an verò instaurati tantùm. Nam primum Thomam Indorum esse Apostolum, *Eusebius* & *Nicephorus* testantur. Potuerunt tamen aliæ regiones, alii populi fuisse in India, ad quas fama Evangelii nunquam pervenerat. Modum rei gestæ explanant *Ruffin. l. 1. c. 9. 10. Socrat. l. 1. c. 22. Theodoret. l. 1. cap. XXII.* Ædesius & Frumentius pueri, à Metrodoro Tyrio Philosopho in Indiam abducti & Regi donati, cùm successu ætatis regnum illud benè & fideliter administrâssent, veniam tandem impetrant redeundi in patriam. Frumentius Alexandriam profectus ab Athanasio Episcopum illuc mitti postulat; Athanasius verò ipsum Frumentium remisit, qui infinitum Barbarorum numerum lucratus est Evangelio. *Iberos* autem, qui ad Pontum Euxinum habitabant, mulier quædam Christiana captiva, vitâ piè & religiosè gestâ in admirationem primò, deinde ad fidem convertit. Restituerat primò infantem precibus sanitati, mox reginam Iberorum graviter ægrotantem similiter curaverat. Rex ipse, quem in venatu tempestas

terruerat, conversus ex voto templum Christo ædificat, & legatione ad Constant. M. missâ petit Sacerdotes, ad ampliora fidei incrementa.

§. 9. Eodem tempore Insulani nonnulli à Macariis, Ægyptio & Alexandrino A. C. 364. Circa idem tempus Sarraceni, ut & Gothi ab Ulfila, sed ad Arianismum sunt abducti. A. C. 380. & deinceps, Phœnices, Scythæ, Istri accolæ, & Constantinopoli degentes, Isauri in Armenia ductu Jo. Chrysostomi primùm convertuntur, aut instaurantur. *Theodoret. l. 5. c. 29.*

§. 10. *Seculo quinto.* A. C. 420. & seqq. Hiberni, Scoti, Burgundiones, Franci, à quibus deinde Alemanni, Thuringi, Bojarii, Saxones, Slavi, Nordmanni, Frisii religionem susceperunt. Anno C. 454. Severinus in Noricum fidem intulit Christi. A. C. 496. publice Christianismum amplectitur converso Rege Clodoveo. Hujus certè ævi felicitatem Evangelicam Augustin. l. III. c. 64. contra Cresconium mirificè deprædicat: Nonne, inquiens, attendis, nec saltim à scientibus quæris, quàm multæ ipsarum barbararum Gentium Christi jam nomini mancipatæ sint, quemadmodum cæteras Evangelium crescendo fructificare non cesset, donec in omnibus cùm fuerit prædicatum, veniat finis.

§. 11. A. C. 408. Maruthas Episcopus Mesopotamiæ ad Isdigerdem Persarum Regem aliquoties legatus missus, effecit, ut regi Magorum præstigiæ detegerentur, & sic ad fidem Persiæ janua aperta fuit. *Nicephorus l. XIV cap. 48.* Theodosio Imp. adhuc minorenni. Hibernos Patritius Scotorum Archiepiscopus ad fidem adduxit; Scotos, Palladius, ut & Anglos, tùm hæresi Pelagiana infectos nuper. Burgundiones talis occasio convertit: Cùm à vicinis Hunnis gravissimis bellis affligerentur, omni alio auxilio destituti, ad DEUM confugiunt; dubitantes autem, cui in tanta Numinum turba sese dederent, Christianorum DEUS visus illis est omnium & potentissimus & suis præsentissimus in periculis. Ideòq; abdicato idolorum cultu *uni* & soli Christo se mancipârunt, & posteaquam à Gallicano Episcopo quodam instituti & baptizati essent, Evangelium læti susceperant. *Socrat. l. 7. c. 30.*

§. 12. Francorum Conversio incidit in A. C. 496. Occasio talis

talis erit? Regi Clodovéo erat conjux è domo Burgundica, paulò ante conversa, Crotildis; cujus assiduis monitis & precibus, ut deserta gentium vanitate ad DEUM verum se converteret, effectum est, ut tandem, concurrente infelici adversus Alemannos pugnâ, sublatis in cœlum oculis Christo se dederet, si victor esset futurus. Quod & mox factum est, & accersito Remorum Episcopo Remigio baptizatus Rex edicto protinùs Francos omnes ad fidem invitavit. Remigius Clodovéum sic in conversione affatus fertur apud Gregorium Turonensem: *Adora, quod incendisti, incende, quod adorâsti!*

§. 13. *Seculo sexto*, A. C. 500. & 520. Persæ Immireni, & Zathus Læsorum Persarum Dux, item Alamundurus Dux Saracenorum. Anno 528. Getes Rex Herulorum, & Gordas, Hunnorum; adhæc Abasgi, Azumitæ, Homeritæ. A. C. 574. Armenii. A. C. 581. Bojaria & Noricum Christianismo sunt ascripti. Inter hosce Immireni, Persarum erant tributarii, jam olim operâ reginæ Austri ad Salomonem profectæ operâ Judaicæ religioni infecti, mox ad Gentilismum relapsi, tandem ad Anastasium missis Oratoribus Episcopum petierunt, & Evangelii cives sunt effecti. De Alamundaris Saraceni conversione legitur, quòd, cùm Severus Antiochenus Episcopus duos ad eum baptizatum Episcopos misisset, admirabili quodam commento eos refutaverit Eutychianorum Sectæ addictos. Dicebat enim, se litteras accepisse, quibus nunciaretur, Michaëlem Archangelum esse mortuum. Cùmq; Eutychiani isti falsum id esse assererent, quòd in Angelos mors non caderet, subjecit ille: *Quomodo ergò vos affirmatis, Deitatem mortuam esse, eò quod cum carne sua in unam Naturam transierit, cùm ne Angeli quidem moriantur?* De Hunnis, Herulis, Abasgis vid. *Evagr. l. 4. c. 20. Paul. Diaconum l. 17. Nicephorum l. 17. c. 32. & Procopium l. 1. Persicorum.* De Bojis & Norico *Aventinum l. III. Annalium.* De Armeniis *Evagrium l. 5. cap. 7.*

§. 14. *Seculo septimo*, A. C. 602. Britannia vulgò credita fuit ab Augustino Monacho conversa fuisse. Sed observandum, ut ait *G. Voëtius*, quæ ex vulgaribus Historicis de Gentium conversione prodita sunt, de *Confirmatione* aut *Instauratione* nonnunquam,

quam, immò & *Corruptione* accipienda esse. Saltim Scoti, Angli, Hiberni jam ante fidem Christi suscepisse probant sufissimè *Abotus* & *Usserius*. *Arnold. Meermannus in Theatro Conv. Gent. p. 59. sic*: Britannos fidem Christianam suscepisse A. C. 156. ann. 187. juxta Boëthium, eamq; indepravatam tenuisse usque ad Diocletiani ævum, testatur Beda. *Anno 612.* Gandavenses & Atrebatenses. *Anno 648.* Flandri. Anno 688. Suevi, Franci superiores, aliiq; Germaniæ populi. *Anno 690.* Westfali. A. C. 696. & deinceps Frisii, Ultrajectini, Hollandi, Batavi Geldriæ, Brabanti in agro, nunc Sylvæ-Ducensi, Turingi circa Erfordiam. &c. Vide *Bedam l. 4. Hist. Angl. c. XIII.* memorabilem casum adjicit; *Cùm in Australium Saxonum provinciam per tres integros annos nulla pluvia decidisset, indeq; maxima secuta esset fames, adeo ut homines passim occiderent, Filfrido Episcopo docente eos & baptizante subito largissimus imber descendit, quo refloruit terra, & viridantibus arvis annus lætus & frugifer rediit.*

§. 15. *Seculo octavo*, A. C. 718. usque ad 75*. Bavari, Francones, Turingii, Frisii, &c. per Bonifacium Germaniæ Apostolum, sic dictum, A. C. 772. & deinceps Saxones, Holsati, Ditmarsi, Vandali, Hungari, Carni, Slavi, Avares, ductu Caroli Magni. Insignis est memoria Scotorum in conversione gentium propaganda, utpote quorum operâ permultæ in Germania Ecclesiæ partim instauratæ, partim fundatæ sunt. Unde & passim in Germania Scotorum Monasteria visuntur. Præcipui memorantur Gallus & Columbanus, qui in Suevia complures fundarunt Ecclesias; sicut Chilianus Franciam superiorem ad Christum traduxit A. C. 688. teste *Sigeberto*.

§. 16. Bonifacius iste, Moguntiæ Episcopus fuit, Turingos hoc ipso lucratus, quòd contra Hungaros victoriam ipsis impetravit precibus. *Hassorum* gentem itidem luce Evangelii perfudit, quos Ilicem Jovis divino cultu affecisse scribunt. Instituit & Episcopatus in Franconia Herbipoli, Eichstedii, & Frisingæ in Bavaris & alibi.

§. 17. *Seculo nono*, A. C. 826. Dani & Sueci, item, Hunni, Avares, Moravi. A. C. 846. Bohemi. A. C. 862. Slavi à Cyrillo

& Me-

& Methodio sunt conversi. A. C. 861. Bulgari. Quo tempore fides collapsa apud Avares & Hunnos instaurata fuit. Elucet hic mira industria & sanctimonia Caroli M. Imp. qui ab A. C. 772. ad usque 805. totos XXX. annos & ampliùs longo & difficili bello Saxones ad Christum intrare compulit. De quo *Crantzius* videndus *l. 1. Metropol. c. 7. & seqq.* Utq; eò firmiùs in fide semel agnitâ conservarentur, decem numero Episcopatus instituit illis. Osnabrugensem, Halberstadensem, priùs Seigenstadii fundatum, Paderbornensem, Monasteriensem, Hildesheimensem, Verdensem, Mindensem, Bremensem, Magdeburgensem, Hamburgensem A. C. 797. De Hungaris adi *Bonfinium Decad 1. l. 9.* De Danis *Crantzium l. 1. cap. 19. Metropol.* De Avaris & Hunnis, *Aventinum l. 4. Annalium.* De Bohemis, *Æneam Silvium, cap. XII. Hist.* Confer Urspergensem, Gemblacensem A. C. 836. 865. &c.

§. 18. *Seculo decimo,* A. C. 931. religio de novo propagatur apud Slavos, & sic A. C. 936. in Polonia, & A. C. 970. in Hungaria. A. C 988. apud Russos & Moscovitas. De quo vide *Helmoldum cap. XI. Zonaram in A. C. 988.*

§. 19. *Seculo undecimo,* A. C. 1000. apud *Prutenos;* Eodem apud *Henetos* per Carolum M. olim introducta religio instauratur. Adelbertus Episcopus Pragensis, qui & *Polonos* & *Hungaros* in Fide Christiana confirmaverat, cùm *Prussis* Evangelium prædicare cœpisset, Martyrio vitam finivit. *Henetos*, qui exuto jugo Christi ad veterem gentilismum redierant, Henricus II. Imp. in viam revocavit, Episcopatus dirutos restauravit, & novis auxit donationibus, quos inter eminet *Mersburgensis.*

§. 20. *Seculo Duodecimo,* A. C. 1106. apud Pomeranos. A. C. 1125. apud Henetos s. Wandalos instauratur. A. C. 1164. inter Prutenos s. Borussos denuò prædicatur Evangelium. A. C. 1168. apud Rugianos. A. C. 1186. Livones. Notandum, cùm subinde Pomerani reciderent ad veterem Ethnicismum, denique *Wartislaus* Dux cum tota gente ab Ottone Bambergensi Episcopo est baptizatus. Utile autem est & jucundum scire, qualis sub hæc tempora fuerit fidei Summa, quam Urspergensis nobis consignavit: Otho secundum SS. Patrum instituta servare Pomeranos

hæc docuit: Ut 6. feriâ abſtineant à carne & lacte. Dominicâ die vacent ab omni opere malo, & ad Eccleſiam divinum officium audituri veniant, ibiq; orationibus ſtudiosè inſiſtant. Solennitates Sanctorum cum vigiliis omni diligentia obſervent, SS. Quadrageſimam jejuniis, vigiliis, eleemoſynis & orationibus diligentiſſimé obſervare ſtudeant. Infantes ſuos Sabbato Paſchæ & Pentecoſtes cum candelis & cappa & patrinis comitantibus ad Baptiſmum deferant, eosq; veſte innocentiæ indutos per ſingulos dies uſque in VIII. d. ejusdem Sabbati ad Eccleſiam deferant. Hoc etiam injunxit, ne filios ſuos necarent, quod nefas maximè inter eos vigebat. Ne etiam filios ſuos & filias ad Baptiſmum teneant, ſed ſibi patrinos quærant; Indixit etiam, ne quis Commatrem ſuam ducat in uxorem, neque cognatam ſuam uſque in VI. & VII. generationem, & unusquisque contentus ſit unâ uxore. Ne ſepeliant mortuos Chriſtianos inter Paganos in ſilvis, aut in campis, ſed in cœmeteriis; Ne ſuſtes ad ſepulcra eorum ponant, omnem ritum & pravitatem paganam abjiciant, domos idolorum non conſtruant, Pythoniſſas non adeant, Sortilegi non ſint, ne quid immundum comedant, non morticinium, non ſuffocatum, neque idolothytum, neque ſanguinem animalium. Ne communicent paganis, ne cibum & potum cum eis, aut in vaſculis eorum ſumant, ne in his omnibus conſuetudinem paganorum repetant. Injunxit etiam eis, ut, dum ſani ſunt, veniant ad Sacerdotes Eccleſiæ, ut confiteantur peccata ſua, & corpus Domini accipiant. Ut de perjuriis, adulteriis, homicidiis & de cæteris criminibus, juxta Canones pœnitentiam agant, & in omni religione Chriſtiana & obſervatione obedientes ſint. Mulieres poſt partum ad Eccleſiam veniant, & benedictionem à Sacerdote, ſicut mos eſt, accipiant. *Hæc ille*.

§. 21. *Seculo decimo tertio*, A. C. 1249. apud Tataros Cathajenſes fides introducitur. A. C. 1154. Wicelinus, Vandalorum Apoſtolus, diem obiit, cùm ferè annos XXX. Evangelium iis prædicâſſet. Deinceps Henricus Leo & Woldemarus Rex Daniæ effecerunt, ut effera natio iſta in fide perſiſteret. *Helmold. c. 17. Grantzius l. III. Vandal. c. 32. & l. IV. c. 18.* De Tataris hujus

Seculi

Seculi varia annotant Historici. Princeps eorum *Erkaldaus* ad Regem Galliæ in Cypro tum cum exercitu morantem Legatos misit, per quos significavit, & se & Magnum Chamum fidem Christi esse amplexos.

§. 22. *Seculo decimo quarto*, A. C. 1387. apud Lituanos Evangelium est prædicatum. A. C. 1492. post navigationes Lusitanorum nova Gentium incognitarum conversio in præsens usque peragitur. De quo jam suprà sub initium dicere nonnulla cœpimus. Scripsit Arnoldus Meermannus Alostanus peculiarem libellum cum inscriptione, *Theatrum Conversionis Gentium*, ubi omnia prolixè.

H.

HÆRETICI, HÆRESIS, &c.

§. I.

DE Hæreticis cum Ecclesia reconciliandis variè ab Ecclesiæ Patribus ac Concil. pronunciatum accepimus. Nam qui Baptismi formam, quam ab Ecclesia Cathol. acceperant, integram retinerent, horum Baptismus pro vero ab Ecclesia receptus est, neque qui ex illis ad Communionem Cathol. fidei reverterentur, denuò baptizati sunt. Cæteri, qui usitatam Ecclesiæ formam corruperant, pro Ethnicis habiti sunt, nec sine baptismo admissi, qui ab illorum partibus transfugerent. Sic Samosatenianos rebaptizari *Nicæna Synodus* jussit *Can. XIX*. Quod & *Augustin. Hær. XLIV*. decretum ideò refert, quòd regulam baptismatis non retinerent. At Novatianos rebaptizari eadem *Synod.* non jussit, *Can. VIII*. sed eorum Clericos χειροθετουμένους in Clero manere. *Constantinopolitanum v. I. & Oecumenicum II. Can. 7.* Arianos, Macedon. Sabbatian. Novatian. Quartodecimanos & Apollinaristas rebaptisari vetat. Eunomianos jubet τὰς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους. Jubet & Montanistas, Sabellianos

nos &c. *Synod. Laodicen. Can. VIII.* De Arianis *Arelatens. I.* sanxit, ut ex iis, qui propriâ lege suâ utuntur, denuò baptizentur. Quòd si in Patre & Filio & Spir. S. baptizati fuerint, manus tantùm eis imponantur. At *Augustin. l. III. de Bapt. c. 15. inquit:* Si Evangelicis verbis in nomine P. & Fil. & Sp. S. Marcion baptisma consecrabat, integrum erat Sacramentum, quamvis ejus fides sub eisdem verbis aliud opinantis, quàm Catholica veritas docet, non esset integra. Sed de his prolixè *Forbesius l. 10. c. 1. 4.* ubi vise.

§. 2. *Basil. ad Amphiloch. Can. 48.* Encratitas, Saccophoros, & Apotachitas denuò baptizandos esse censet, sin est, ut Amphilochius perinde ac Romani οἰκονομίας τινὸς ἕνεκα τὸ τοῦ Ἀναβαπτισμοῦ respuat, nihilominus rationem suam valere pronunciat. *Idem* autem *Can. I.* eò propendere videtur, ut Hæreticos omnes rebaptizandos censeat.

§. 3. Nam aliud est illi αἵρεσις, aliud σχίσμα, & aliud παρασυναγωγή. *Hæresis* est, quæ contrarium fidei tuetur errorem. *Schisma* verò dissidium ob Ecclesiasticas controversias. *Parasynagoga*, cùm contumaces Presbyteri aut Episcopi, aut Laici non legitimos habent conventus. Jam qui ex Schismate aut Parasynagogâ ad Ecclesiam revertuntur, sine baptismo recipit. Hæreticos autem sine eo recipi vetat. Quanquam *Cyprian.* & *Firmilian.* omnes Hæreticos & Schismaticos rebaptizandos censeant, ἀλλ' ὡς παρὰ λαϊκῶν βαπτιζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν ἀπελεύσεως ἐρχομένους ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀνακαθαίρεσθαι. *Et subjicit:* ἐπειδὴ δὲ ὅλως ἔδοξέ τισι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, οἰκονομίας ἕνεκα τῶν πολλῶν δεχθῆναι αὐτῶν τὸ βάπτισμα, ἔστω δεκτὸν, *i. e. receptum esto eorum Baptisma.* Sed nominatim *Encratitas* rebaptizari vult, ἐὰν μέντοι μέλλῃ τῇ καθόλου οἰκονομίᾳ ἐμπόδιον ἔσεσθαι τοῦτο, πάλιν τῷ ἔθει χρηστέον, καὶ τοῖς οἰκονομήσασι τὰ καθ' ἡμᾶς πατράσιν ἀκολουθητέον, *i. e. Sin est, ut iteratus ille baptismus paci Ecclesiæ obsit, altera consuetudo omittendi baptismi retineatur.* In quo Basilii parum Catholica agnoscit *Petavius ad Epiphan.* eumq; de Encratitis parùm consentaneè censere ait.

§. 4. *Augustin. l. II. & l. III.* ait Cyprianum statuisse, tametsi nullum esse baptismum Hæreticorum agnosceret, tamen qui rebaptizari nollent, ab Ecclesia repelli non debere. *Vid. suprà Tit. Baptismus.*

§. 5. De convertendis Hæreticis porrò quæritur, quid statuendum, an compellendi armis & vi? Aut an ad Christianismum vi cogi debeat alius? Christo Domino hoc non placuisse, videmus è *Rom. VIII. 15. Hebr. II. 15. Joh. VI: 67. Luc. IX. 54. Matth. XIII. 24.* Vetus Ecclesia sic docet: *Concil. Toletan. IV. Can. 56.* Præcipit sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult DEUS miseretur. &c. Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ. Ergò non vi, sed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non potiùs impellendi. *Concil. Bracar. III. c. 6.* huc applicat illud *II. Tim. IV.* Cùm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam novimus quosdam ex Fratribus cædibus tantis in honoratos subditos effervescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et id vetat eo loco, ne admittens quidem Episcopum verberibus, uti in Clericos.

§. 6. Sic *Constit. Clem. de Christo*: Τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου ἀφῆκεν ἐλεύθερον, οὐ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ καταστάσει λογοθετῶν αὐτὸ in futuro seculo.

§. 7. *Tertull.* Lex nova non se vindicat ultore gladio. *Chrysost. Joh. VI.* Ἐρωτᾷ λέγων, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; ὅπερ πᾶσαν ἦν ἀφαιροῦντος βίαν καὶ ἀνάγκην. Sic & *Athan. Ep. ad solitarios. Gregor. l. 2. ep. 52.* Nova & inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Et *l. XI. Ep. 15.* Qui sincerâ intentione extraneos à Christiana religione cupiunt ad veram fidem perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere. Contrà qui id faciunt, eos ait *ibid.* suas magis quàm DEI causas attendere.

§. 8. Et *Gregor. IV. Ep. ad Episcopos Gall. & Germ.* Judæi non sunt cogendi ad fidem, quam tamen, si inviti susceperint, cogendi sunt retinere.

§. 9. Hinc illud in *Canon. Apost. 28.* Ἐπίσκοπον ἢ Πρεσβύτερον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας καθαιρεῖσθαι προστάττομεν, & fundamentum additur: οὐδαμοῦ γὰρ ὁ Κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε.

§. 10. Nec obstat illud *Luc. 14. 23.* ἀνάγκασον. Nam illa ἀνάγκη est tantùm *Instantia vocandi.* Sic & *Luc. 24. 29.* παραβιάζεσθαι. Et *Matth. XIV. 22. & Galat. II. 14.* Huc pertinet illud Josephi: Δεῖν ἕκαστον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας.

§. 11. *Isidor. de Sisebuto rege:* Qui in initio regni sui Judæos ad fidem Christianam permovens æmulationem quidem DEI habuit, sed non secundum scientiam. Potestate enim compulit, quos provocare oportuit Fidei ratione. Sic & *Beda l. 26.* Et in *Sulp. Sev. l. 2.* Episcopi Idacius atque Ithacius, qui Priscillianistas gladio persequebantur, damnati sunt, & Sulpicius *insana Consilia* hæc vocat, & *pessimum Exemplum. Maxim. Ep. ad Siric. P.* Factu turpe vocat. *Ambros. l. III. Ep. 75.* ostendit, ab Ithacii communione abstinuisse ideò reliquos Episcopos.

§. 12. Ab Hæreticis non oportebat benedictionem suscipere. *Concil. Laod. c. 52. Capit. 70. Martini Bracar.* Non liceat Clericis vel Laicis Evlogias accipere.

§. 13. 2. Neque liceat aut cum Hæreticis, aut Schismaticis orare, ibid. *Capitul. 70.*

§. 14. Nec de manu hæreticorum communio recipienda est. *Gregor. l. III. Dial. c. XXXI.* vocat, sacrilegæ Consecrationis Communionem.

§. 15. Sacerdotes hæreticorum Sacerdotii aut ministerii dignitate, quos Christi honores nominat *Innocent. Ep. 18. c. 3.* indigni habentur. *Caus. I. q. 1. c. 73.*

§. 16. Solum baptisma ratum apud hæreticos esse censetur. *Ibid c. 73.* Nam qui recedit ab Ecclesia, nec baptisma, nec jus dandi amittit. *Aug. l. 2. contr. Parmen. c. 13.*

§. 17. Qui ab hæreticis redeunt Clerici recipi debent, sed sine promotionis ad altiorem gradum. *Leo Ep. ad Jannar. c. 1. q. 1. c. 42.*

c. 42. Et addit: Hoc in magno habeat beneficio, si ademta sibi omni spe promotionis, in quo invenitur ordine, permaneat.

§. 18. De iis, qui inviti ad hæreticorum ordinationem trahuntur, statuit *Innocent. Ep. 22. c. 5.* Hujusmodi si post ordinationem talem non interfuit illorum Sacramentis, si communioni eorum participatus non est, si statim ad Ecclesiam rediit, iste potest colorem habere aliquem excusationis. Cæterùm qui post mensem aut ampliùs redierunt, rei sunt usurpatæ dignitatis.

§. 19. De Infantibus ab hæreticis baptizatis statuit *Concil. African.* Ne quod non suo fecerunt judicio, parentum error illos impediat, quò minùs promoveantur sacri altaris Ministri. *Et c. 24.* Tales ad suscipiendum munus Clericatus non debet impedire nomen erroris.

§. 20. *Synod. VII. Art. I.* Tarasius Ep. dicit: Ἡ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερεῖς δέχεσθαι οὐ προσίεται. *Et ibid.* ὁ τολμῶν ἀπὸ τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονεῖσθαι, καθαιρέσει ὑποπεσεῖται.

§. 21. *Nicen. Concil. c. 8.* de redeuntibus ad Ecclesiam Clericis, ἔδοξεν, ὥστε χειροτεθουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ.

§. 22. Contrà quæ occurrunt, ea ex rigore profecta intelligi debere, & illum rigorem relaxari monet *Gratian. c. 1. q. 7. c. 10. 11. 12. seqq.*

§. 23. *Cyrill. Alexandr. in Synod. I. Art. I.* de hæreticis conversis recipiendis: Κἂν εἴδῃς συντρέχοντας νῦν τῇ ὀρθῇ πίστει ἀμνησικακεῖ τῶν παρελθόντων. Concludens: οἰκονομίας δεῖται τὸ πρᾶγμα μᾶλλον. Et: Μὴ ἀκριβολογούμενοι σφόδρα περὶ τοὺς μεταγινώσκοντας.

§. 24. Priùs autem tales cogebantur publicè revocare. Sic *in Capitul. Mart. Bracar. 36.* Priùs porrecto fidei suæ libello satisfaciat omnibus. Et apud *Leon. Ep. III.* Priùs errores suos & auctores errorum damnari à se sine ambiguitate fateantur.

§. 25. Hæretici testimonium contra fidelem in judicio non recipiebatur. *Concil. Tolet IV. c. 36.* Infirmari oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis est credendum, qui

veritatis à se fidem abjecerunt. Et *Constit. Novell.* 49. Orthodoxis litigantibus ad testimonium nulli hæreticu pateat aditus.

§. 26. Hæreticos non esse vi convertendos docet & *Chrysost. l. 2. de Sacerdot.* οὐ βιαζόμενον ἀλλὰ πείθοντα δεῖ ποιεῖν ἀμείνω τὸν ἁμαρτάνοντα. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐξουσία τοιαύτη παρὰ τῶν νόμων δέδοται πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας. *Et mox:* Διὰ τοῦτο πολλῆς χρεία τῆς μηχανῆς ἵνα πεισθῶσιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέχειν ταῖς παρὰ τῶν ἱερέων θεραπείαις οἱ κάμνοντες. *Et mox:* οὐ γὰρ ἑλκύσαι πρὸς βίαν ἐστὶν, οὐδὲ ἀναγκάσαι φόβῳ. *Et ad Ephes. IV.* Εἰς διδασκαλίαν λόγου προεχειρίσθημεν, οὐκ εἰς ἀρχὴν οὐδὲ εἰς αὐθεντίαν. Ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ περὶ αὐτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων τὸν ἀκροατὴν, ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι τῆς τῶν λεγομένων αἱρέσεως κύριον.

§. 27. *Hieron. in Epit. Nepot.* Minùs licet Episcopo, quàm Regi. Ille enim nolentibus præest; Hic volentibus: Ille terrori subjicit; Hic servituti donatur. *Cassiod. l. XI. Ep. ad Episc.* Episcopus doceat, ne judex possit invenire, quod puniat.

§. 28. *Frid. I. Imp. apud Gùnth. Ligurin de Pont.*

Ecclesiam regat ille suam, divinaq; jura
Temperet, Imperium nobis fascesq; relinquat.

§. 29. *Ambros. l. 2. de Cain & Abel. c.* 4. Sacerdos quidem officium suum exhibet, at nullius potestatis jura exercet.

§. 30. Sed hîc contrarium statuit *Augustin. contr. cit. Petil. l. 2. c. 88. & Epist. CCIV.* Displicet tibi, quia traheris ad salutem, cùm tàm multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, nisi te comprehendi & servari, ne pereas? Et *mox:* Dicis, DEUM dedisse liberum arbitrium, ideò non debere cogi hominem nec ad bonum? Attende, quod considerare non vis. Ideò voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas hominis dirigatur. &c. *Et mox:* Repetis, quod in Evangelio scriptum est, recessisse à Domino LXXII. discipulos, *Joh. VI.* & arbitrio suæ malæ discessionis fuisse permissos? Et non attendis, quia tunc primùm Ecclesia novello germine pullulabat. *Et claudit:* Ita sunt significata Ecclesiæ adhuc crescentis primordia, ut essent vires etiam compellendi.

§. 31.

§. 31. *Idem sentit in Joann. Tract. XI. c. 3. inquiens de Mag. Christianor.* Si non moverentur, quomodo redderent rationem de imperio DEO suo? Quia hoc pertinet ad Reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt.

§. 32. Sic etiam *l. 2. c. 79. contr. Petil. & Ep. 40. ad Vincent. & 50. ad Bonifac. Et Gregor. l. 1. Epist. 72. Augustin. contr. Crescon. lib. 3.*

§. 33. Contrà id sentit *l. 2. c. 83. contr. lit. Petil.* inquiens; Ad fidem nullus est cogendus invitus.

§. 34. HÆRETICI VITANDI. *Ambr. ad c. 9. Luc.* Vitanda hæreticorum communio, fugienda Synagoga, excutiendus pedum pulvis.

§. 35. *Cyprian. l. 1. ep. 6.* Didicimus, omnes hæreticos & schismaticos nil habere potestatis ac juris. Unde concludit; Neminem in Ecclesia hæreticum posse esse Episcopum. &c.

§. 36. Tamen ab hæreticis pro aliquo flagitio vel facinore projectus, non debet à Catholicis suscipi, quod patet ex *Augustin. Ep. 48. 199.* Displicet nobis, *ait ibi.*

§. 37. *Id. l. 1. contr. Donat. c. 2.* statuit, si quem coegerit extrema necessitas, ubi Catholicum non invenerit, ab Hæretico posse accipere pœnitentiam.

§. 38. *Concil. Carthag. IV. c. 70. 71.* Convivia & sodalitates hæreticorum evitare jubet. *Can. Apost. 45.* Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος μόνος, ἀφοριζέσθω. Nec orare permittitur cum hæretico Clericis, quod supr. *Martin. c. 20.* etiam dixit.

§. 39. *Can. Apost. 46.* nec sacrificium, nec baptismum eorum admittit, Ἐπίσκοπον ἢ Πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξαμένους βάπτισμα, ἢ θυσίαν καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν.

§. 40. Libros hæreticorum non admittit *id. Can. 59.* Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει, καθαιρείσθω.

§. 41. De recipiendis hæreticis, & quid in illis observatum, docet

docet *Euseb. l. VII. Hist. c. 2.* ἐπὶ τῆς τούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ ἐπιθέσει διὰ χειρῶν εὐχῇ, scil. Manum illis accedentibus impositam, quod vocat Παλαιὸν ἔθος. *Vid. quæ supr. h. l. & Tit. Baptismus.*

§. 42. Quid si Hæretici sint obstinati nec Admonitionibus nec Argumentis etiam victi velint redire in viam, an Doctori sano ideò tacendum? Resp. *Bernard. Serm. XLIV. in Cant.* Non propterea nihil se egisse putet, qui hæreticum vicit & devicit, hæreses confutavit, verisimilia à vero clarè apertèq; distinxit, prava dogmata planâ & irrefragabili ratione prava esse monstravit, pravum denique intellectum extollentem sese adversus scientiam DEI in captivitatem redegit. Nempe cepit nihilominùs, qui talia operatus est, vulpem, & si non ad salutem illi, & cepit eam Sponso & Sponsæ, quamvis aliter. Nam etsi hæreticus non surrexit de fece, Ecclesia tamen confirmatur in fide, & quidem profectibus sponsæ sponsus sine dubio gratulatur. Gaudium etenim Domini fortitudo nostra.

§. 43. Perpetua hæreticorum nota est, *torquere Scripturas. Athanas.* Οἱ βουλόμενοι τὰ ἑαυτῶν κρίνειν, ἀπείργουσι τῶν γραφῶν, προφάσει μὲν τοῦ μὴ κατατολμᾶν ὡς ἀπρόσιτον. Τῇ δὲ ἀληθείᾳ ὑπὲρ τοῦ φεύγειν τὸν ἐξ αὐτῶν ἔλεγχον τῆς οἰκείας κακοδοξίας. Καὶ ὅταν εἰδῶσι μὲν τὴν ἑαυτῶν κακοφροσύνην, συμποδιζομένην ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀποδείξεως, παραγράφονται τῶν γραφῶν τὸν σκοπὸν καὶ τὴν χρείαν, ὅταν δὲ νομίσωσι συντελεῖν αὐτοῖς, γυμνόν τι ῥητὸν πρὸς τὴν ἰδίαν ἐγχείρησιν ἀποτμηθὲν τῆς οἰκείας ἀκολουθίας, ἕλκουσιν αὐτὸ πρὸς τὴν ἰδίαν κατασκευὴν, οὐ τῇ δηλουμένῃ διανοίᾳ δουλεύοντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν οἰκείαν κακοτεχνίαν τὰς συλλαβὰς βιαζόμενοι. Huc pertinent illi apud *Nazianz. Orat. 37.* οἷς ἔνδυμα τῆς ἀσεβείας ἐστὶν ἡ φιλία τοῦ γράμματος. Quos appellat συκοφάντας τῶν ὀνομάτων. Horum errori opponit illa: Τὰ μὲν οὐκ ἔστι, λέγεται δὲ, τὰ δὲ ὄντα, οὐ λέγεται. Τὰ δὲ οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται, τὰ δὲ ἄμφω, καὶ ἔστι καὶ λέγεται. *Athan. Dial. II.* Κανόνα ait hæreticos ἐπὶ καρδίαν

ἀζε-

ἀζίβειαν constituisse, & πρὸς τῦπον πάντα τὰ θεῖα λόγια διαστρέφει.

§. 44. *Gratian. Dist. 37. c. 6. Ambros. l. I. de Fid. c. III.* Omnem vim venenorum suorum in Dialectica Disputatione constituunt hæretici, quæ Philosophorum sententia definitur non *adstruendi* vim habere, sed studium *destruendi*. Sed non in Dialectica placuit DEO salvum facere populum suum. Regnum enim DEI in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

§. 45. Addit ibid. *Gratian.* Hinc & *Origenes Hom. IV. ad c 7. Exod.* Ciniphes & ranas, quibus Ægyptii sunt percussi, vanam Dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Et colligit inde *Gratian.* quòd non ab Ecclesiasticis sit quærenda secularium literarum peritia. De quo vid Verbo, *Clerici.*

§. 46. Anabaptistæ hisce locis & illo *Col. II. 8.* abutuntur, contra Philosophiæ addiscendæ utilitatem argumentantes, ex *Gal. c. V. 18.* quod ibi dicatur φρόνημα σαρκός. Philosophia est quidem φρόνημα, sed non σαρκός. Et sic *II. Cor. III. 32.* vocatur *Carnalis Sapientia,* quia illâ superbiebant. Loquitur ergò de abusu. Et sic hisce locis Paulus abusum reprehendit. Ad locum *Col. II. 8. sic resp. Phil. Mel.* Paulus non ait, Philosophiam malam esse, sed sic ait: Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam. Abusus vituperatur, res ipsa non improbatur. *Sic Philippus.*

§. 47. Accedunt Patres. *Augustin. C. D. VIII. c. 9. ait:* Philosophiam torpentes animos excitare, atque à terrenis fluxisq; rebus ad divinas & sempiternas attollere. *Et de Doctr. Chr. l. 2. c. XXXI.* Dialecticam sic commendat: Disputationis disciplina ad omnia genera quæstionum, quæ in sacris literis sunt, penetranda & dissolvenda plurimùm valet. *Vid. Tit. Clerici. Damasc. c. 1. de Ethn. Phil.* φιλοσοφία ἐστὶν ὁμοίωσις Θεῷ.

§. 48. Interim tamen fatetur ipse *August. l. VII. Confess. c. 20.* triplex periculum se in lectione Platonicorum librorum advertisse; 1. Superbiæ. 2. Seductionis. 3. Falsæ opinionis, quasi ex illis solis possit addisci salus. *Vid. p. m. 265. edit. Colon. in 12.*

§. 49. E Platonica Philosophia ortos esse Hæreticos, Valentinum, Manichæos, Marcionem, Simonianos, *Petavius* ostendit

dit *op. theol. II. de trinit. l. 1.* Ex Aristotelica sequentibus seculis præsertim Dialecticâ nati non minores. Princeps Arrius, qui *Socrat. l. 1. c. V.* dicitur ἀνὴρ οὐκ ἄμοιρος τῆς διαλεκτικῆς λέσχης. *Sozom. l. 1. c. 15.* Διαλεκτικώτατος ἢ γινόμενος εἰς ἀπόπους ἐξεκυλίσθη λόγους. 2. Aetius itidem talis. 3. Eunomius. *Epiphan. Hær. 67. §. 2.* de Aetio; σχολάσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀριστοτελικῷ φιλοσόφῳ καὶ σοφιστῇ καὶ τὰ τῆς διαλεκτικῆς δῆθεν ἐκείνων μαθών. *Gregor. Nyssen. I. contr. Eunom.* de eo ait: Ἐμμελετήσας τῇ διαλεκτικῇ ἥ ἵνα συλλογισμῶν ἔφοδον ἐξ Ἀριστοτελικῶν ἀπηχημάτων παρασκευάσας, ὀνομαστὸς ἦν. Eunomium *Ruffin. l. 1. Hist. c. 25.* vocat in Arte Dialectica præpotentem.

§. 50. Ab his Secta Anomœorum orta. Sed illi duo tamen non intima Aristotelis, sed tantùm Logicæ rudimenta hausisse, certò deprehenduntur, & præter Sophisticam nihil. Quod ex *Epiphan. Hær. 76. §. 10. 11. 12.* patet.

§. 51. Hinc vett. PP. exosa deinde Dialectica propter abusum fuit reddita, imò universa Philosophia. Reprehendit *Basil. apud Damascen. Eclog. 76. ex Epist. XVIII.* Τεχνολογοῦσι λοιπὸν οὐχὶ θεολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. *Et Greg. Thaumat. l. de Incarn. & fid.* jubet cavere τὸ περιεργάζεσθαι τὸν εὐαγγελικὸν λόγον λέξεσι περιέργοις. *Nazianz. Orat. XXVI.* dolet, irrepsisse ὥσπερ αἰγυπτιακὰς μάστιγας in Ecclesiam λόγων στροφὰς, καὶ αἰνίγματα ἢ τῆς Ἀριστοτέλους τεχνῶν κακοτεχνίαν. Præsertim contra Eunomium vehementiùs exaggerat, cujus Dialectica ait, *Orat. 33.* Κινδυνεύει μέχρι ἡμῶν μυστήριον τεχνύδριον εἶναι. *Et Orat. 34.* appellat κατὰ τὴν νῦν κεκρατηκότα τύπον τῶν λόγων. *Et*, σκολιὸν καὶ γριφοειδὲς, & ζόφον λεγόμενον. *Carm. de vita sua:* ἰστοὺς ἀράχνης, αὐθεραὶ δεσμωτήρια, ἰσχυρέις γέλωτα esse dicit, & πλυστρόφους πλοκὰς, ἐξ ὧν τὸ γ᾽ ἁπλοῦν οἴχεται τῆς πίστεως. Sic & *Nyssen. l. II. contr. Eunom.* fatetur, se fugisse Dialecticam disputandi rationem, δεινότητα διαλεκτικῆς ἀγχινοίας εἰς συμμα-

συμμαχίαν κτ͂ τ͂ ἀντιπεπτωκότων μὴ πθ͂βάλλεσθαι. Et addit signanter, ἣ ϗ τὴν ἀλήθειαν πολλάκις εἰς ὑπόνοιαν ψεύδȣς ἐπὶ τ͂ ἀπείρων ἀντιμεθίστησιν. *Cyrill. l. XI. Thesaur.* Scripturis potiùs agendum esse monet, quàm Aristotele: Δεικνύτωσαν ἡμῖν οἱ τὴν Ἀριστοτέλȣς ἐρευγόμενοι τέχνην ϗ τοῖς ἐκεῖθεν μαθήμασιν. *Dial. l. de Trinit.* ἄθλιά τινα σκέμματα nominat, ἃ περὶ τ͂ ἐν κόσμῳ σοφίας συλλέγȣσι.

§. 52. Latini: *Tertull. de Præscript. cap. 7.* Inferunt Aristotelem, qui illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi versipellem, in argumentis operariam contentionum, molestam etiam sibi ipsi. *Et ibid.* vocat, Sapientiam humanam, & interpolatricem veritatis. *Et mox:* Quid Athenis & Hierosolymis? Quid Academiæ & Ecclesiæ? Nostra institutio de porticu Salomonis, qui & ipse tradiderat, Dominum in simplicitate quærendum. (*cap. 1.*) Viderint, qui Stoicum & Platonicum & Dialecticum Christianismum protulerunt.

§. 53. *Faustin. l. cont. Arrian. T. IV. Bibl. PP.* Ubi nunc sunt impia illa vestra Sophismata, quæ Aristotelis Episcopi vestri Magisterio didicistis? *Ambros. in Ps. CXVIII.* Sic Arianos in perfidiam ruisse cognovimus, dum Christi generationem putant usu hujus seculi colligendam. Reliquerunt Apostolum, seqvuntur Aristotelem. Reliquerunt Sapientiam, quæ apud DEUM est, & elegerunt disputationis tendiculas & verborum aucupia, secundum Dialecticæ disciplinam.

§. 54. *Prudent. Apoth. Præf.* Fidem minutis dissecant ambagibus, solvunt ligantq; quæstionum vincula per Syllogismos plectiles. Ubi & vocat: Captiosas Sycophantarum Strophas; Et: Versipellem astutiam. *Mansvet. Mediolan. Epist. ad Const. Tom. V. Concil.* exponit de iis, ϖθ͂λογίζεσθαι, qui audaciâ Dialecticæ artis inflati, simplicem fidei rationem convellunt.

§. 55. Contra hos usum Dialecticæ inculcant *Clem. Alex.* ut illam servemus ἀνεπίβατον τοῖς σοφισαῖς Veritatem. *L. I. Strom.* Ubi & addit, vero ejus usu ἀδύνατον παρέχεσθαι τὴν κτ͂ πίστεως σοφιστικὴν ἐπιχείρησιν, διαχρύεσθαι τοὺς δολερὰς κτ͂ τὴν

ἀλήθειαν ἐπιβουλὰς, & ibid. θριγκὸς ἐστὶ ἀμπελῶνος & φραγμὸς οἰκεῖος εἴρηται. Et l. VI. θριγκός ἐστι διαλεκτικὴ, ὡς μὴ καταπατεῖσθαι πρὸς τῶν σοφιστῶν τὴν ἀλήθειαν.

§. 56. Sic & *Basil. in Esai. c. 2.* Ἡ Διαλεκτικὴ τεῖχός ἐστι τοῖς δόγμασιν, οὐκ ἐῶσα αὐτὰ εὐδιάρπαστα εἶναι καὶ εὐάλωτα τοῖς βουλομένοις.

§. 57. *Nazianz. Orat. XX.* laudat Basilium, quòd Philosophiæ partem calluerit ὅση περὶ τὰς λογικὰς ἀποδείξεις καὶ ἀντιθέσεις ἔχει, καὶ τὰ παλαίσματα, ἣν δὴ Διαλεκτικὴν ὀνομάζουσιν. ὡς ῥᾷον εἶναι τοὺς λαβυρίνθους διεξελθεῖν ἢ τὰς ἐκείνου τῶν λόγων ἄρκυς διαφυγεῖν, εἰ τούτου δεήσειεν.

§. 58. Unde & *Clem. Alex. l. 1. strom.* ex ipso Logicæ vocabulo id colligit: Εἰ γὰρ μὴ λόγῳ πράττομεν, ἀλόγως πράττομεν ἄν. *Arnobius* objicienti Serapioni hæretico: In Dialecticum Sophisma prorumpis, *respondit*; Sophisma esse duplex, ut verum probetur, & falsum arguatur. *Cassian. l. 1. de incarn. c. 6.* Melius est, errantes Disputationis curatione corrigi, quàm censuræ severitate damnari. *August. l. II. de Doct. Christ. c. XXXI.* Disputationis disciplinam vocat, eamq; ad omnia genera quæstionum, quæ in SS. occurrunt, penetranda & dissolvenda plurimum ait valere, tantùm ibi, addens, cavenda est rixandi libido, & puerilis quædam ostentatio decipiendi adversarium. *Lanfrancus cont. Bereng. sic ait:* Relictis sacris autoritatibus ad Dialecticam confugium facis. Et quidem de mysterio fidei auditurus & responsurus, quæ ad rem debeant pertinere, mallem audire ac respondere sacras autoritates, quàm Dialecticas rationes: Verùm contra hæc quoque nostri erit studii respondere &c. Ubi prolixè deinde Berengarium è Logica confutat, ostendens I. Quæstionem non posse esse locum argumenti: Et II. ex puris particularibus non concludi.

§. 59. Contra quos autem Paulus *Coloss. II.* & alibi PP. loquantur, sic explicat *Clem. Alex. VI. Strom.* Οἱ δὲ τῶν οὐκ ἀναγκαίων καὶ περιττῶν τῆς φιλοσοφίας ὀρεχθέντες, καὶ μόνοις τοῖς ἐρι-

σικοῖς

στικοῖς προσανέχοντιν σοφίσμασι τῶν ἀναγκαίων καὶ κυριωτάτων ἀπολείφθησαν, οἱ τὰς σκιὰς ἀτέχνων τῶν λόγων διώκοντες.

§. 60. *Id l. I. Strom. locum I. Tim. VI.3.* de Abusu capit & *Col. II. 4. 8.* de Secta Epicureorum interpretatur.

§. 61. *Damascen. Dial. c. I.* verum usum sic commendat: Πρέπει τῇ βασιλίδι ἄβραις τισὶν ὑπηρετεῖσθαι. *Decet Reginam ancillis uti.* *Et:* Λάβωμεν τοίνυν τοὺς δούλους τῆς ἀληθείας λόγους, καὶ τὴν κακῶς αὐτῶν τυραννήσασαν ἀσέβειαν ἀπωσώμεθα. *Ibid.* addit, non esse utendum πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἀπλουστέρων, sed potiùs πρὸς τὴν τῶν κακομάχων καὶ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἀνατροπήν. *Sic ille.*

§. 62. *Calecas Graecus circa Ann. Chr. MCCC. contra Niceph. Gregor.* Usum Dialecticæ adstruit 1. ex ratione, inquiens: Qui Syllogismos è Theologia excludit: ἐκβάλλει τὸ συλλογίζεσθαι, ἴσως ἢ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἴδιον ἀναιρήσει. 2. *Autoritate Pauli,* qui *Rom. I. 20.* argumentationes admittit, διὰ τῶν ὁρωμένων περὶ τοῦ Θεοῦ συλλογίσασθαι. 3. *Veterum Theologorum.* περὶ τῶν θείων πραγμάτων διαλεγομένων. 4. *Ipsius Domini, Joh. V. 39.* ubi jubet scrutari; οὐ γὰρ ἄδηλον, ὅτι συλλογιζόμενος ὁ τὰς γραφὰς ἐρευνῶν ἀναγνώσεται. *Et Luc. XI. 20. 18.* ubi Christum συλλογίσασθαι ostendit, & *Matth XXII. 32.* quo loco utuntur & nostri Theologi. *V. Danhauer. Polemosophiam.*

§. 63. Damnant ergò PP. abusum Dialecticæ, cùm à principiis fidei abducit, vel contra fidem spinosè argumentatur, sic gentiles prius, posterius hæretici faciebant. Quod utrumque *D. Paulus Col. 2.* vocat παραλογίζεσθαι.

§. 64. *Basil. Epist. Can. ad Amphiloch.* inter αἵρεσιν, σχίσμα & Παρασυναγωγὴν discernit. *Haresin* statuit esse in omnibus. Κατ' αὐτὴν τὴν πίστιν ἀπηλλοτριωμένοις, h. e. qui mentur errorem fidei repugnantem. *Schisma,* dissidium definit ob ζητήματα ἰάσιμα, controversias Ecclesiasticas. *Parasynagogas* autem vocat, τὰς συνάξεις τὰς παρὰ τῶν ἀνυποτάκτων πρεσ-

βυτέρων ἢ ἐπισκόπων, καὶ περὶ τῶν ἀπαιδεύτων λαϊκῶν γινομένας.

§. 65. *Theodorus Studites Epist. ad Naucrat. apud Balsamon.* tria Hæreticorum genera facit. *Primum* eorum, qui κυρίως sic dicuntur, διὰ τὸ εἰς αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τῆς τριαδικῆς ἡμῶν πίστεως ἠσεβηκέναι, quia in præcipuis nostræ Fidei impiè sentiunt. *Secundum* eorum, qui sic dicti κατὰ καταχρησιν, qui in rebus minoris momenti discordent ab Ecclesia. *Tertium*, si quis non sit κακόδοξος, & interim crimen commiserit & ejus convictus nolit cedere Canonibus Ecclesiasticis.

§. 66. *Augustin. ad Quodvult DEUM*: Non omnis error hæresis est, quamvis omnis hæresis, quæ in vitio ponitur, nisi errore aliquo hæresis esse non possit. *Et II. Crescon. c. 3.* Hæresis est diversa sequentium secta: Schisma verò eadem sequentium separatio.

§. 67. *Hieron. in Tit. III.* Inter hæresin & schisma hoc interesse arbitrantur, quòd hæresis perversum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. *Ipse* autem *addit*: Nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresin, ut rectè ab Ecclesia secessisse videatur.

§. 68. *Id. Gal. c. V. ait*: Hæresis ab Electione dicitur, quòd scilicet eam sibi quisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicunque igitur aliter Scripturam intelligit, quàm sensus Sp. S. flagitat, quo scripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

§. 69. *Augustin. l. de util. Cred. c. 1.* Hæreticus est, qui alicujus temporalis commodi & maximè gloriæ principatusq; sui gratiâ falsat, ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur.

§. 70. *Et contr. Manich.* Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid pravumq; sapiunt, si correcti, ut sanum rectumq; sapiant, resistunt contumaciter, suaq; pestifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, Hæretici fiunt.

§. 71. *Et l. 2. de Summ. Trin. I.* Hæresis est obstinatioris animi dementia.

§. 72. Ergò hæreticus ut sit, requiritur non error solus, sed & obstinata perseverantia in errore.

§. 73.

§. 73. *Justin. M. Qu. Orthod. IV.* ἐκ φιλοσοφίας ἢ ἀπαθείας τῶν αἱρεσιαρχῶν πᾶσαι αἱ αἱρέσεις τὰς ἀφορμὰς ἐσχήκασι, τῆς συνέσεως αὐτῶν. Et *Chrysost. Gal. V.* Ἡ γὰρ τῶν αἱρέσεων μήτηρ, τῆς φιλαρχίας ἐστὶν ἐπιθυμία.

§. 74. Origo itaque hæreticorum est ex cupiditate Gloriæ & Principatus, secundum *Augustin. Justin. Chrysostomum.*

§. 75. *Cyprian. l. 1. Ep. 3.* de origine hæreseon sic scribit: Neque enim alicunde hæreses obortæ sunt, aut schismata nata, quàm inde, quòd Sacerdoti DEI non obtemperatur. Nec unus in Ecclesia ad tempus cogitatur Sacerdos & ad tempus vice Christi Judex.

§. 76. Cur permittuntur à DEO? *Haimo in c. 1. Mich.* Ad hoc sinit DEUS esse in Ecclesia hæreticos, ut vel probent, vel exerceant.

§. 77. *Alexand. Tom. 2. Quæst. 181. Membr. I.* Hæreticus potest dici, quicunque Scripturam aliter intelligit, quàm sensus Sp. S. efflagitat. Propriè quicunque alicujus temporalis commodi &c. *ex August. supr. citato.* Propriissimè, cùm superadditur ipsa pertinacia in defendendo falsitatem, vel impugnando veritatem. Nota *propriissimè.*

§. 78. *Id. ibid.* Tria requiruntur ad perfectam Hæresin; Ipsa falsa credulitas, quæ ex parte rationis est, & perversa voluntas, & pertinax defensio s. impugnatio.

§. 79. De Schismaticis. *Thom. II. 2. qu. XXXIX. artic. 1.* Schismatici dicuntur, qui subesse renuunt S. Pontifici & membris Ecclesiæ ei subjectis communicare recusant.

§. 80. Unde liquet, quod *Hieron.* supr. dicebat, mansisse, sc. hæreticos esse in doctrinæ dissensione, schismaticos in discessione à Pontifice vel Episcopo hujus vel illius loci.

§. 81. *Leo Ep. 10.* ait in hæresin cadere, qui, cùm ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad Propheticas voces, non ad Apostolicas literas, nec ad Evangelicas autoritates, sed ad semetipsos recurrunt.

HÆRESIUM SERIES
inde à C. N.

CENTURIA I.

Anno christi

40. THebutes, à quo *Thebutiani.* Unus ex ſeptem illis Hæreticis, qui primi Eccleſiam diviſerunt, & plebejus commotus eo, quòd in petitione Epiſcopatus repulſam tuliſſet. Cæſare Claudio regnante & D. Petri temporibus. *Nicephor. l. 4. c. 7.*

51. Cleobius, à quo *Cleobiani.* Inter primos Hæreticos fratrum unitatem ſcidit, dicti ſunt ſub Domitio Nerone & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 51. De quo Ignatius Epiſtolâ ad Tralleis ſcribit in hunc modum: Fugite ipſius nequiſſimi Diaboli Nepotes Theodotum & Cleobulum, qui generant fructum mortiferum: de quo ſi quis guſtaverit, moritur æternâ morte. *Niceph. Hiſt. Eccleſ. l. 4. cap. 7.*

52. Doſitheus, à quo *Doſitheani* Hæretici, de quo *Hieronymus* ſic: Doſitheus, Samaritorum Princeps, Prophetas repudiavit, dixit, ſecundum carnem in lege DEI vivendum: Reſurrectionem futuram, nec Spiritus, nec Angelos, nec futurum judicium credebat. Vixit ſub Domitiano Nerone & Apoſtolo Petro *circa Annum Domini 52.*

53. Gorthæus, à quo *Gorthæani.* Unus fuit ex ſeptem hæreticis, qui (*teſte Egeſippo & Euſebio lib. IV. cap. 18.*) primi Eccleſiam adhuc virginem inanibus & vanis corruperunt doctrinis, ſub Domitiani Neronis Imperio, & D. Petri Pontificatu, circa *A. C. 53.*

55. Masbotheus, à quo *Masbothei*, fuit quoque unus ex ſeptem hæreticis, qui Eccleſiam adhuc virginem depravare cœpit eâ de cauſâ, quòd in petitione Epiſcopatus repulſam tuliſſet. Domitio Nerone regnante & D. Petri temporibus, circa *An. D. 55. Euſebius lib. 4. & Niceph. lib. 4. cap. 7.*

Simon Magus, à quo *Simoniani* vel *Simoniaci*, qui Simon Samaritanus, Magus inſignis, ope Dœmonum multos eludens,

apud

apud Samaritanos Numinis loco habitus honore Simulacri decoratus hac inscriptione: Simoni Deo sancto. Dicebat: CHRISTUM nec venisse, nec quicquam pertulisse: sed se ipsum Christum esse asserebat. Mundum ab Angelis esse factum. Spiritus S. gratiam venalem esse putabat. Carnis resurrectionem negabat. Sarcasticè illudens Ascensum Christi, & ille cœlum petere contendens in terram prolapsus, exstinctus, illum prostratum videntes, (licet anteà illum divinis celebraverant laudibus,) laudes pristinas per Palinodiam recantantes, ingenti claraq; voce: *Unus est magnus DEUS.* Sub Domitio Nerone & tempore D. Petri, *A. C. 55. teste Euseb. lib. 2. Ecclesiast. Histor. item Niceph. cap. 27.*

Hymenæus. Apostolorum temporibus circa fidem naufragium fecit, factusq; Apostata & Hæreticus, multos à veritate sectandâ avertit: Jamjam resurrectionem factam esse asserens, nec amplius futuram. De quo D. Paulus ad Timotheum. Vixit ætate Domitiani Neronis & D. Petri, circa *Annum Domini 56.* 56.

Alexander Ærarius. Hic est ille Alexander, quem Apostolus Paulus Sathanæ tradidit, ob id nimirum, quòd veram doctrinam prævaricatus à fide descivisset, vanas sectatus quæstiones & opiniones, unà cum Hymenæo circumcisionem & legem volebat reducere, Resurrectionem jam factam asserebat. Vixit Domitii Neronis & D. Petri temporibus, circa *Annum Christi 56.*

Philetus. Philetus unus eorum fuit, quos D. Paulus ob hæresin & blasphemiam in sanam CHRISTI & Apostolorum doctrinam, Sathanæ tradidit, sub Domitio Nerone. Negabat hic resurrectionem futuram corporum, quæ in SS. de corporali leguntur resurrectione, de spirituali intelligebat. Vixit & D. Nerone regnante & D. Petri temporibus, circa *A. D. 56.* 56.

Cerinthus, à quo *Cerinthiani.* Qui cujus nationis sit, Historici non prodiderunt. Fuit autem coævus D. Johanni Evangelistæ. Negabat CHRISTUM DEUM esse, sed solam habuisse humanam naturam, eam nondum resurrexisse à mortuis, sed aliquando resurrecturam. CHRISTI regnum post resurrectionem terrenum futurum. Homines in concupiscentiis & libidinibus subjectam vitam acturos. Evangelium secundum Matthæum 69.

thæum solùm admittebat. Cùm Johannem Apostolum balneo uti oporteret, atque is cognosceret, Cerinthum eo quoque ingressurum, quantâ potuit celeritate inde refugit, quod & iis, qui cum eo erant, persuasit: *Fugiamus*, inquiens, *ne balneum concidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lavat*; ut testatur *Irenæus lib. 3.* Vixit & Neronis Imperatoris & Petri Apostoli temporibus, circa *Annum Christi 69.*

70. Diotrephes. Hic Apostolorum temporibus exstitit, *venerabili Bedâ teste*, superbus, insolens, malens utique nova docendo primatum usurpare scientiæ, quàm antiquis sanctæ Ecclesiæ, quæ Johannes Apostolus prædicabat, humiliter parere atque auscultare mandatis. Vixit autem ille Neronis Imperatoris & Petri summi Romanorum Pontificis temporibus, circa *ann. Domini 70.*

80. Ebion, à quo *Ebionitæ*. Ebion hic Vir fuit facundus. CHRISTUM ex viro & muliere purum hominem natum asserebat, illum DEUM fuisse negans; sed solam naturam habuisse humanam. Contra hunc, *teste Hieronymo*, Joannes omnium novissimus scripsit Evangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis, legem veterem juxta omnia illius præcepta esse servandam unà cum lege nova. Paulum legis Apostatam appellabat, eò quòd circumcisionem & cætera legalia post acceptum Evangelium amplius servanda non esse diceret. Vixit circa *annum Domini 80.* imperante Tito & Anacleto summum Romanæ Ecclesiæ Pontificatum agente. *Hilarius lib. 1. de Trinitate, & Irenæus lib. 1. adv. hæres. c. 26.*

80. Menander, à quo *Menandriani*. Hic fuit Simonis Magi discipulus, genere, ut ille Samaritanus, ut Magister asserebat, totum hunc mundum ab Angelis factum esse: docebat quoque, nullo alio pacto Angelos ab hominibus vinci posse, quàm Magicæ artis disciplinâ, CHRISTUM verum hominem esse abnegans, se mundi Salvatorem destinatum asserens, ex Olympo ad hominum salutem demissum. Qui etiam sectatoribus suis nunquam eos morituros persuasit. Viguit Vespasiani Imp. & Lini summi Romanorum Pontificis temporibus, circa *annum Domini 80.* *Euseb. lib. 3. c. 26.* *Niceph. lib. 3. c. 12.*

Nico-

Nicolaus Antiochenus advena, à quo *Nicolaitæ*. 83.
Unus fuit hic ex septem Diaconis, qui cum Stephano in ministerium viduarum electi atque deputati fuerunt. Is cùm formosam haberet uxorem, eiq; post Servatoris assumptionem ab Apostolis Zelotypiæ crimen objectum esset, in medium productam, quicunque vellet ducere eam jussit: eiq; facto congruens quoque adjecit dictum: *Abutendum carne esse*, inquiens. Quo quidem ille verbo, ut ego puto, non aliud, quàm carne ad illegitimas voluptates non utendum, neque appetitu libidinum ejus indulgendum esse, insinuavit. Vixit tempore Domitiani Imperatoris & Anacleti Pontificatu, circa *annum Domini 83. Niceph. Eccles. Hist. lib. 3. c. 15. Item Alexandrinus Clemens in tertio Stromat. Vid. Rainold. Apocryph. Tom. 2.*

CENTURIA II.

SAturninus vel Saturnius, à quo *Saturniani*. Hic do- 118.
ctrinæ suæ mortifera fomenta à *Simone Mago* & ejusdem discipulo *Menandro* accepit, turpitudinem Simoniacam in Syria instauravit, confirmavit. Ab Eusebio vocatur humani generis deceptor, bestia binis oris sibilans, binisq; linguis diabolica venena vibrans. Docebat cum suis, solos septem Angelos mundum fecisse, præter conscientiam DEI Patris. Christum umbraliter tantùm apparuisse ajunt, Christum phantasmate tantùm passum esse. Vixit Trajani Imperat. & Evaristi Romani Pont. temporibus, *C. A. D. 118. Euseb. lib. 4. c. 6.*

Basilides, à quo *Basilidiani*. Basilides hic Intemperantiæ 124.
Magister dictus. Inter reliquas blasphemias cum Judæis CHRISTUM passum esse negavit, sed quasi per umbram putativè: Simonem verò Cyrenæum pro eo ad passionem venisse affirmat. Crimen non esse, CHRISTUM tempore passionis abnegare, negavit & carnis resurrectionem. Docuit, virginitatem non esse apud DEUM majoris meriti, quàm conjugium, sed pares esse nuptias virginitati. Aliàs vir acutissimi ingenii, adeò quidem, ut viginti tria Volumina à se confecta post se reliquerit. Emersit ille

ſub Imperio Adriani, prænomine Ælii Cæſaris, & Alexandri Papæ hujus nominis I. *Euſebius lib.* 4. *Hiſtoriæ Eccleſ. item Hieronymus lib.* 2. *adverſus Jovianum.*

129. Gnoſtici. Ab Excelllentia ſcientiæ, quam jactabant, ita ſe appellari voluêre. De horum autore variæ opiniones. *Irenæus* tamen *lib.* 1. *adverſus Hæreſ. c.* 24. eorum Principem fuiſſe Carpocratem adſtruit. Dicebant autem, animam eſſe aut DEI ſubſtantiam, aut ex DEI ſubſtantia. Omnia bruta rationis eſſe capacia. Creaturas factas eſſe à malo DEO, duos enim ponebant Deos, nullum fore judicium futurum. Exortos hos Adriani Imp. & Xiſti hujus nominis I. Rom. Pont. circa *annum C.* 129. *ut divus aſſerit Hieronymus. V. prolixè Hammond. de Epiſcopis. & Forbeſ. l.* 1. *c.* 37. *ex profeſſo.*

129. Carpocrates, à quo *Carpocratiani.* Hic docebat, Chriſtum non ex Maria virgine; ſed ex ſemine Joſeph purum hominem natum: Virum quidem bonum & ſanctum fuiſſe affirmans, & cujus anima poſt crucifixum corpus in cœlum ſit recepta, caro verò in terra dimiſſa. Mundum ab Angelis creatum eſſe, non DEO. Carnis reſurrectionem negabat. Totum denique Teſtamentum Vetus rejiciebat. Emerſit tempore Adriani Imp. & Xiſti ſummi Romanorum Antiſtitis, *C. A. D.* 129. *Teſte Euſebio l.* 4. *c.* 7.

129. Borboriani ſeu *Borboritæ,* propter nimiam illam, quam in ſuis myſteriis exercere dicebantur, turpitudinem, quaſi *Cœnoſi* appellantur. Hi implicati vitiis ſeculi, & malis concupiſcentiis ſervientes, non ſperant judicium futurum. Dicuntur etiam *Borboritæ* Deum bonum & Deum malum in ſuis habere dogmatibus. Exorti ſunt autem Adriani Imperat. & Xiſti ſummi Rom. Pontif. *C. A. C.* 129.

130. Chiliaſtæ Cerinthiani ſunt ſecta, eosdem cum *Cerintho* obſervantes errores. *Chiliaſtæ* appellantur ſeu *Millenarii*, quòd mille annorum poſt mortuorum reſurrectionem fore dicant: Chriſti regnum corporaliter in hac terra producendum, Sanctosq; corporaliter epulaturos cum Chriſto. Emerſerunt Adriani Imp. & Xiſti hujus nominis I. temporibus, *C. A. D.* 130. *Niceph. l.* 3. *c.* 20. *Eccl. Hiſtor. V. Gisb. Voët. T.* 2. *Diſput. ſelect. prolixè.*

Aqui-

Aquilas seu *Aquila* Ponticus genere ex Paganismo ad 131.
Christianismum conversus, tandem *Ebionis* Sectam amplexatus est, ab Ælio Adriano, cùm Hierosolymitanæ Urbi exstruendæ præfectus esset, ibiq; degens discipulos discipulorum ipsorum Apostolorum fide florentes, mente compunctus Christianismo credidit. Cùm autem à primo suo habitu planè non discederet, à credendo videlicet vanæ Astrologiæ, quam exactè edoctus erat; sed quotidiè positionem nativitatis suæ spectaret, increpatus eâ gratiâ se opposuit, expulsus ab Ecclesia, abnegato iterum Christianismo ejusq; vitâ Proselytus fit, & circumciditur Judæus. Irruit in septuaginta duorum interpretationem, ut testimonia de Christo in Scripturis prolata aliter ederet. Adriani Imp. & Sixti hujus nominis I. Rom. Pont. *C. A. D.* 132. *Epiphanius lib. de Mens. & Pond.*

Nazaræi à *Nazareth Galilææ* vico, in quo CHRISTUS 133.
conceptus, nomen sortiuntur. De illorum hæresi breviter sic habet *Philastrius Brixensis Episcopus*: Nazaræorum hæresis est, quæ Legem & Prophetas recipit, carnaliter tamen vivendum affirmat, omnemq; Justificationem in carnali observantia consistere suspicatur. Crines capitis nutrientes, omnemq; virtutem justitiæ in eo putantes consistere, quasi à *Samsone* illo sibi hoc præsumentes judicii, quod *Nazaræi* vocarentur. Eruperunt autem Adriani Imp. & Xisti hujus nominis I. Rom. Pont. *C. A. D.* 133. Vide *Augustinum & Philastrium lib. de Hæres.*

Cerdon, à quo *Cerdoniani*. Hic, cum suis, duos Deos, u- 144.
num justum, & alterum injustum statuunt, à quibus bona & mala provenire omnia asserunt. CHRISTUM non natum ex fœmina, nec habuisse carnem, nec quicquam passum; sed simulasse passionem. Totum N. Testamentum cum sacris Evangeliis, præter illud, quod Lucas scripsit, rejiciebat, quasi in Prophetis & Evangelistis non fuisset CHRISTI Spiritus. DEUM non esse Patrem Domini nostri JESU CHRISTI. Vixit tempore Antonini Pii Cæsaris & Hygini Rom. Pont. *C. A. D.* 144. *Hilarius lib. 6. de Trinit. Niceph. lib. 4. Hist. Eccles.*

Valentinus, à quo *Valentiani*. Hic Pythagoræ veriùs 150.
sectator quàm CHRISTI, vanam quandam ac perniciosam doctrinam

nam eructans, degit in Cypri provincia. Dicit, Christum à Patre, quem profundum nomine appellat, ad totius mundi salutem fuisse dimissum, deq; cœlo eum carnem detulisse, nihil autem accepisse de S. Virgine; sed ut aquam per rivum, ita transiisse per eam affirmat. Animam ergò solam salvari, corpus autem hominis non salvari arbitrabatur. Emersit autem Antonini Pii Imperat. & Hygini summi Rom. Pontif. C. *A. D. 150.* De eo hæc *Philastrius. Iren. lib. 1. Hær.*

150. Ptolomæus, à quo *Ptolomaitæ.* Hic Valentini hæreticæ pravitatis & perfidiæ successor fuit. Docuit, quatuor esse *Æonas*, id est, *secula*, & alios item *quatuor*, qui sunt *octo*. Vixit sub Marco Antonino Imperatore, & Hygino maximo Romanorum Pontifice, circa *annum Domini 150.* Teste *Philastrio.*

150. Secundus, à quo *secundiani*, Valentini & Ptolomæi perfidiæ successor, *Æonas* similiter docebat factos, sed tamen infinitos asserebat. Christum per phantasiam apparuisse, id est, velut umbram humano generi, & non veram carnem hominis habuisse suspicabatur. Hæc *Philastrius.* Floruit Antonini Pii Imperatoris, & Hygini maximi Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D. 150.*

150. Bassus, Ebionis & Valentini hæreticorum discipulus & successor nequitiæ magicæ peritissimus. Hic in viginti quatuor literis & septem astris rerum omnium perfectionem, vitam denique & generationem omnium hominum consistere dicebat, non in Christi potentia; propterea, quòd Christus dixisset: Se esse Alpha & Omega, principium & finem. Vixit imperante Antonino Pio & Hygino summum agente Pontificium, *C. A. D. 150. Philastrius.*

152. Colorbosus, à quo *Colorbosiani.* Hic omnium hominum vitam & generationem dependere ex septem sideribus affirmabat. Omnes sitientes salutem in suo nomine baptizandos censebat. Christum non verum hominem esse docebat, nec verè, sed putativè passum, carnis resurrectionem negabat. Vixit sub Antonini Principatu, & Hygini summi Pontif. Pontificatu, *C. A. D. 152. Augustinus de Hæresibus.*

154. Heracleo, à quo *Heracleonitæ.* Hic principium unum esse dicebat, quem Dominum appellabat, deinde de hoc natum aliud,

aliud, deq; his duobus generationem multorum principiorum asserebat. Emersit Antonini Philosophi, & Pii hujus nominis I. maximi Romanorum Antistitis, temporibus, circa *ann. Dom.* 154.

Marcus, à quo *Marcitæ*, Valentini hæretici discipulus fuit, nequitiæ magicæ peritissimus. Dixit, Christum putativè tantùm passum, carnis resurrectionem futuram negavit, in Gallias venit, maximèq; nobiles fœminas magicis artibus seduxit, quædam illis in occulto mysterio promittens. Vixit sub Antonii Pii imperio, & Pii hujus nominis I. Pontificatu, *C. A. D.* 155. *Niceph. Histor. Eccles. lib.* 4. *c.* 8. 155.

Marcion, à quo *Marcionitæ*. Ponticus hic natione, in doctrina Philosophorum, maximè Stoicorum eruditus, multa ex Philosophica doctrina Catholicæ religioni inserere conatus est. Romam veniens ibi multos seduxit. Hic ibidem *Polycarpum* cùm invenisset, eumq; salutans dixisset: *Agnoscis me Polycarpe?* respondit Polycarpus: *Agnosco te primogenitum Sathanæ.* Præter Lucæ Evangelium nullum accipiebat; Erroris convictus & devictus, Romam aufugit, ubi suam hæresin plus satis seminavit. Cerdonis sui Doctoris mendacium firmabat. Docebat, legem veterem esse malam, & à malo procedere principio. Nuptias esse illicitas. &c. Vixit tempore Antonini Pii Imp. & Pii hujus nomine I. Rom. Pont. *C. A. D.* 155. *Irenæus l.* 1. *adv. Hæreses.* 155.

Lucianus, à quo *Lucianistæ*. Hic Marcionis discipulus. Vetus Testamentum aspernabatur atque rejiciebat. Duos Deos, justum & injustum statuebat. Christum non verum hominem asserebat, sed putativè tantùm & umbraliter apparuisse, nonq; passum fuisse in vera carne. Vixit sub Antonino Pio Imperat. & Pii hujus nominis I. Pontif. Rom. *C. A. D.* 156. *Div. Hil. lib.* 6. *de Trinitate.* 156.

Cajani seu Cainani, ita appellati, quòd *Cain* fratricidam primogenitum Patris nostri Adæ colant & venerentur, eum dicentes fuisse fortitudinis seu virtutis fortissimæ. Adorant similiter Judam proditorem, eum arbitrantes aliquid divinum esse, detestandum ejus scelus ingens beneficium reputantes. Vixerunt tempore Antonini Pii, & Pii I. Papæ. 159. *Aug. l. de hær. c.* 18. 159.

160. **Archontici** à Principibus, quibus mundi creationem tribuunt, appellantur. Dicunt, mundum non à DEO, sed ab Archangelis conditum esse. Negabant quoque carnis resurrectionem esse futuram. Vetus Testamentum calumniabantur. Exorti sunt Antonini Pii Imperatoris & Pii hujus nominis I. Romanorum Antistitis temporibus. *C. A. D. 160. Epiphanius.*

Bardesanes, à quo *Bardesanistæ*. Syrus genere ex Mesopotamia ortus, vir eruditissimus, in doctrina Christi priùs exstitisse perhibetur insignis; sed posteà in Valentini hæretici errores lapsus, ut diceret: Humana omnia Fato asscribenda esse. Factus instar pulcherrimæ navis, cui onus incomparabile immissum est, tandemq; è portu soluta, in littus portui proximum impingit & confringitur, sicq; universum perdit mercimonium, quo onusta erat, & iis, qui eâ vehebantur, mortem inducit. Vixit temporibus Marci Antonini Imperat. & Pii Rom. Pontif. *C. A. D. 160. Nicephorus.*

163. **Harmonius**, Bardesanæ filius. Græcis disciplinis satis eruditus, ad paternam delapsus hæresin, eandemq; cum Græcis de animæ generatione & corporis interitu, nec non de futura regeneratione opinatus Lyricis modulis doctrinas ejusmodi aspersit. Antonini Philosophi Imp. & Pii I. Rom. Pontif. *C. A. D. 163. Niceph. Hist. Eccles. lib. 9. c. 16.*

173. **Tatianus**, à quo *Tatiani*. Discipulus Justini Martyris & Philosophi. Is, quamdiu ejus Magister *Justinus* vixit, nunquam se de fide malè sentire ostendit; post ejus autem martyrium à veritatis tramite deviavit. Scholam suam ab initio in Mesopotamia erexit, maximam prædicationis suæ partem in *Antiochia* juxta *Daphnem* sita confecit. Dicitur ab ipso factus esse liber, qui ex quatuor Evangeliis constat, quem alii Evangelium secundum Hebræos vocant. *Adamum* ob lapsum non salvari asserit; sed damnatione perpetuâ puniendum esse. Matrimonium & scortationem idem esse asserit, non licere vesci carnibus, eas abominandas velut à Dœmone creatas existimans. Vixit Marci Antonini Philosophi Imperat. & Soteri maximi Pontif. temporibus, *C. A. D. 173. Eusebius in Hist. Eccles. item Epiphanius.*

Seve-

Severus, à quo *Severiani.* Hic cum suis adstruebat, cibos, quos DEUS humano generi proposuit ad vescendum, esse damnatos, vinum nullo pacto licere bibere. Adam & Evam in infernum detrusos. Carnis resurrectionem negabat. Universum Vetus Testamentum rejiciebat. Vixit tempore Marci Antonini Imp. & Soteris summi Pontif. *C. A. D. 178. Euseb. lib. 4. Hist. Eccles.* 178.

Encratitæ. Dicuntur sic quasi *Continentes*, & illi damnabant primos nostros parentes ob lapsum: affirmantes, non licere vesci carnibus, vinumq; nullo pacto bibendum esse. Respuebant omnes Epistolas Pauli. *C. A. D. 178. Euseb. Hist. Eccl. l. 4. c. 26.* 178.

Apelles, à quo *Apellitæ.* Hic Marcionis hæretici discipulus. Dicebat, Christum carnem de matre non habere, sed ex elementis accepisse, quam resurgens ex morte mundo reddidit, & ita sine carne in cœlum ascendisse. Impingebat quoque Prophetis mendacium, negabat cum Saducæis & aliis carnis resurrectionem. *Theodotion*, vir eruditissimus, Apellem & suos asseclas hæreticissimos per Superlativum appellitat. Floruit sub Marci Antonini Imperat. & Soteri Pontif. Rom. imperio. *C. A. D. 178. Eusebius lib. 5. cap. 13.* 178.

Alogi seu Alogiani. Dicuntur hi quasi *verbo carentes*, utpote qui Evangelium Johannis, & eum, qui in ipso est, ex supernis à Patre semper DEUM verbum rejiciant: nec Evangelium, nec Apocalypsin Johannis recipiebant, dicentes, non esse Johannis Apostoli. Exorti sunt *C. A. D. 180.* sub Commodo Imperatore & Sotere Papâ. 180.

Artotyritæ. Hæretici emerserunt in Galatia. Solum panem & caseum DEO offerebant, hac ratione, ut ajunt, ducti: quòd à primis hominibus oblatio de fructibus terræ & ovium fœturâ fuerit celebrata. Commodi Imperat. & Soteri Papæ temporibus, *C. A. D. 181. Augustinus lib. de hæresibus.* 181.

Ascodrogitæ. Hi potiùs Phanatici, quàm hæretici, utrem, hoc est, pellem hircinam vino refertam & opertam linteis in suam inducentes Ecclesiam, quam deinde velut supplicationes acturi circumeunt, insanis interim indulgentes potibus & vinolentiis; 181.

tiis;

tiis: malè utique & carnaliter accipientes, quod Salvator ait: *utres novos sumendos, & in eos novum mittendum vinum.* Emerserunt Commodi Imperatoris, & Soteri Papæ temporibus, *C. A. D.* 181. *Philastrius.*

181. Montanus, à quo *Montanistæ.* Phryx natione. Hi Spiritum Sanctum sibi, non Apostolis infusum prædicabant. Montanum dicentes *Paracletum.* In hanc hæresin senior incidit *Tertullianus.* Mortuos baptizantes. Primas admittunt nuptias, secundas damnant; Nuptiarum vinculum pro arbitrio posse dissolvi ajebant, pœnitentiæ virtutem tollunt, Prophetas arreptitios esse dicunt. &c. Emersit Commodi Imperat. & Soteri Papæ temporibus, *C. A. D. 181. Euseb. lib 5. cap. 15. & 18.*

181. Prisca & Maximilla, *Montani Prophetissæ.* Vaticinio mendacii fidem subverterunt veritatis: Montani ludibria secutæ, cùm essent opulentæ ac nobiles fœminæ, & Propheticum Spiritum se habere mentirentur, multas Ecclesias, primùm auro, deinde nefandis dogmatibus corruperunt. Scribunt Veteres, has mulieres cum præceptore suo Montano suspendio interiisse. Extiterunt sub Commodi Imperatoris imperio, & Soteri Rom. Pont. Pontificatu, *circa annum Domini 181. Eusebius à cap. 15. usque 19. lib. 5. de Hist. Eccles.*

181. Cataphrygæ. Hi asserunt, Sancti Spiritus plenitudinem non per Apostolos, CHRISTO dante, fuisse concessam; sed per suos illos Pseudoprophetas impartitam. Non utuntur formâ baptizandi iisdem verbis, quæ CHRISTUS Apostolos suos docuit: Quali verò formâ uterentur, apud neminem legitur. Mortuos quoque baptizabant. Secundas nuptias fornicationis loco habent. Dicuntur infantis anniculi sanguinem, quem de toto ejus corpore minutis compunctionum vulneribus extorquent, farinæ miscere, indeq; panem conficere, quo Pascha suum celebrant. Qui puer, si inde mortem obeat, penes eos pro Martyre; sed si supervixerit, pro magno habetur Sacerdote. Floruerunt temporibus Commodi Imperat. & Soteri Papæ, *C. A. D. 181. Augustinus de Hæres.*

181. Pepucitæ seu *Quintilliani.* Hi asserunt, mulieres posse ad Sacer-

Sacerdotium promoveri, inprimis eos reprehendunt, qui propter Festum Paschæ lunæ cursum observant. Dicti sunt à quodam oppido, quod *Pepura* nominatur, in ea civitate Christum specie fœminæ revelatum fuisse, tantùm mulieribus tribuunt dignitatem, ut Sacerdotio (ut anteà dictum) quoque apud eos honorentur. Emerserunt Commodi Imperatoris & Soteri summi Romanorum Pontificis temporibus, *C. A. D.* 181. *Augustin. lib. de Hær. c.* 27.

Florinus & Blastus. Hic in urbe Roma gradu Presbyterii collapsus unà cum Blasto socio criminis & furoris, plurimos de Ecclesia in suum barathrum deduxerunt. Negabant extremum judicium & resurrectionem futuram, omnem resurrectionem in filiorum procreatione nefando coitu æstimantes consistere. Christum natum de virgine non credebant, malum à DEO esse affirmantes. DEUM facere mala effectivè, nedum permissivè. Vixerunt tempore Commodi Imperatoris & Soteri Pontif. *C. A. D.* 182. *Euseb. l.* 5. *c.* 15. *Vide ex professo Forbes. l.* 1. *c.* 17. *Hist. Theol.* 182.

Paschatitæ, seu *Quatuordecimani*, sive *Tessarescædecatitæ.* Hi de Paschatis observatione in Ecclesia quæstiones movebant: asserentes, quartâ decimâ Lunâ celebrandum esse Pascha, nimirum mense Martio semper. De hac re pluribus *Nicephorus Hist. Eccl. lib.* 4. *c.* 36. Vixêre sub Commodo Imperatore & Sotere Pontifice. *C. A. D.* 182. 182

Theodotion Bibliorum Interpres. Ponticus hic ex sectatoribus Marcionis Hæresiarchæ Sinopitæ, infensus & ipse illius hæresi, & ad Judaismum declinans ac circumcisus, Hebræorum linguam edoctus, privatim etiam ipse interpretationem & pleraq; consonanter cum septuaginta duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex consuetudine septuaginta duorum. Vixit Ælii pertinacis Imperatoris & Victoris Afri temporibus. *C. A. D.* 193. *Epiphanius libro de mensuris & ponderibus.* 193.

Adamiani à quodam *Adam* vivente sunt appellati. Nudi velut ex matre, tum viri, tum fœminæ conveniebant, sicq; lectiones & preces perficiebant, continentiam exercentes, Ecclesiam suam Paradisum vocare solebant. Christum verum hominem professi, naturâ autem DEUM esse negantes. Unas nuptias im- 194.

Mmm Proba-

probabant. matrimonium quasi per se malum damnabant. Videntur emersisse Ælii Pertinacis Imperatoris & Victoris Papæ temporibus, *C. A. D. 194. Epiphanius contra hæreses.*

195. Sampsæi. Hi Ebionitarum dogma in universum amplexati sunt. Quapropter de his vide suprà in Ebionitis. Emerserunt hi Severi Imperatoris & Victoris Papæ temporibus, circa *annum Domini 195. Epiphanius & Augustinus.*

196. Symmachus Ebionita, Bibliorum Interpres, genere Samaritanus. Asseruit, Christum de Joseph & Mariæ concubitu natum, hominemq; purum fuisse. Commentarios conscripsit, in quibus conatur de Evangelio secundum Matthæum, authoritatem suæ hujus hæresis confirmare. Vixit Severi Imperat. & Victoris Papæ temporibus, *C. A.D. 196. Niceph. Hist. Eccl. l. 5. c.12.*

198. Valesii à *Valente* quodam Arabe sunt dicti. Hi omnes sunt execti. Quumq; in suam ipsorum disciplinam aliquem susceperint, quanto quidem tempore membris nondum exectus est, animatis non vescitur. Ubi verò, quæ sibi volunt, eidem persuaserint, aut per vim execuerint, tunc omnibus vescitur, velut jam à certamine quietus. Alia quoque hæretica Valesii docere dicuntur & turpia, sed quæ sint illa, nec ipse commemorat *Epiphanius.* Exorti sunt sub Severo Imp. & Victore Papa, circa *annum Domini 198. Epiphanius lib. 2. Tom. 1. contra hæreses.*

199. Angelici. Quam ob causam hoc sibi nomen usurparint, ignorare se asserit *Epiphanius.* Sive enim ex eo, *inquit*, quòd aliqui mundum ab Angelis factum esse dicunt, sive quòd se ipsos in Angelorum ordine esse jactant, & vitam eminentissimam instar Angelorum degunt, sive à loco quodam hoc nomen acceperunt, ignoro. Emerserunt autem sub Severo Imperatore & Victore Papa, circa *annum Domini 199. Epiphanius.*

199. Apostolici. Hoc nomine se arrogantissimè appellarunt, quòd in suam communionem non reciperent utentes conjugibus, & res proprias possidentes, quales habet Catholica Ecclesia, & Monachos & Clericos. Nullum admittebant juramentum, pecunias non habuerunt, neque receperunt, nihil in crastinum servarunt. Quo tempore emerserint, nusquam adhuc legitur; colligi tamen

potest,

poteſt, eos erupiſſe Severi Imperatoris & Victoris Papæ temporibus, *C. A. D. 199.*

CENTURIA III.

AMmonius Alexandrinus, *Origenis* Præceptor. Vir multijugâ eruditione prædirus, à puero Chriſtianam pietatem ſecutus eſt. Senior verò factus ad Philoſophiam ſe convertit, desertâ fide orthodoxâ. Sic *Porphyrius* de illo. Hunc tamen *Ammonium Nicephorus* conatur de perfidia & religionis Chriſtianæ deſertione contra *Porphyrium* modis omnibus excuſare. Vixit ſub Severo Imp. & Victore Papa, *C. A. D. 200. Nicephor. lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 13.* 200.

Origenes, à quo *Origeniſtæ*. Hic Alexandrinæ Eccleſiæ Doctor. Dixit Adam poſt peccatum imaginem DEI prorſus perdidiſſe. Animas ante infuſionem corporis peccaſſe, & in pœnam peccati in corpora tanquam in carcerem fuiſſe incluſas; Nec beatitudinem, nec miſeriam eſſe perpetuam; ſed omnium impiorum, etiam dœmonum tormenta finem habitura. Docet quoque inæqualitatem Trinitatis, Filii & Spiritus S. ex quo Pater ille & fons Arrianorum ab *Epiphanio* appellatus eſt. Vixit Severi Imperat. & Zephyrini Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 207. Vid. Auguſtin. lib. de Hæreſ. cap. 43.* 207.

Arabici. Ab *Arabia* dicti, in qua exorta hæc hæreſis. Hi affirmabant, animam cum corpore mori, atque in noviſſimo utrumque reſurgere. Horum hæreſis cœpta eſt Severi Imperat. & Zephyrini Pontif. Rom. temporibus, circa *annum Domini 207. Euſebius lib. 6. Hiſtor. Eccl. cap. 26.* 207.

Proculus, *Montani* & *Cataphrygum* ſectator, eorumq; doctrinæ vehementiſſimus aſſertor atque protector. De illorum autem hæreſi vide in *Cataphrygis* & *Montano*. Septimi Severi Imperat. & Zephyrini ſummi Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 207. Nicephorus lib. 4. c. 20.* 207.

Beryllus, *Boſtrenæ* urbis in Arabia Epiſcopus; Poſtquam hic religiosè & piè rexiſſet Eccleſiam, in hæreſin ad extremum lapſus. 214.

psus. Dicebat, CHRISTUM, quoad Divinitatem, ante Mariam non fuisse, nec propriam Divinitatis habuisse substantiam; sed eam, quæ Patris est, Deitatem in eo tantùm habitasse. Florebat ætate Antonini Bassiani Caracallæ Imp. & Pontificatu Calisti Romani Antistitis, *C. A. D. 214. Eusebius l. 6. c. 21. & 33.*

221. Artemon. Hic cum aliis hæreticis, CHRISTUM fuisse DEUM, negabat, sed eum solùm humanam naturam habuisse, ideoq; purum hominem exstitisse. Virtute Prophetis præstantiorem illum fuisse affirmabat. Vixit Marco Aurelio, Antonino, Heliogabalo Imperium, & Urbano I. Romanum Pontificatum administrante, *C. A. D. 221. Eusebius lib. 5. cap. 28.*

221. Theodotus, à quo *Theodotiani*. Hic arte quidem Coriarius; sed multæ interim eruditionis, in hæresin & deliramenta *Artemonis* & *Montani* hæreticorum lapsus est. Humanam tantùm naturam tribuebat CHRISTO, illum hominem purum esse asserens: ideoq; Mariam non DEI, sed hominis tantùm matrem esse & appellari debere. Præclaram rem se facere existimavit, quòd autoritatem divinitùs inspiratis literis abrogavit, & eas, quas ipsemet recepit, corrupit. Victor Episcopus Romanus Coriarium hunc ab Ecclesia proscripsit. Vixit Heliogabali Imperat. & Urbani I. Pontif. temporibus, *C. A. D. 221. Philastrius.*

221. Metangismonitæ idem significat quod *transvasantes*, ab ἀγγεῖον *vas*, & μεταγγισμὸς, dictione compositâ, quæ *infusio unius vasis in aliud* dicitur. Hi enim sic Filium in Patre dicebant, sicut *vas parvum in vase majore*: ita Filium minorem Patre facientes. Vixerunt sub imperio Heliogabali, & Pontificatu Urbani Papæ, *C. A. D. 221. Augustinus lib. de hæresibus cap. 58.*

221. Asclepiadotus, à quo *Asclepiadotæi*. Dicebant hi, CHRISTUM purum hominem esse. Autor ob hanc non minùs impiam, quàm stultam assertionem, ab Ecclesiæ commercio & societate ab Urbano Romano Episcopo depulsus est, tempore Heliogabali Imperat. & Urbani hujus nominis I. *C. A. D. 221. Eusebius lib. 5. c. 29.*

225. Porphyrius, à quo *Porphyriani*. Atheniensis Philosophus,

phus, nominis Christiani acerrimus prosecutor & hostis, plurimum studii ad id contulit, ut in Christianos inveheretur, & literas divinas, perinde atque nihil esset, reprehenderet & aboleret. Vixit Alexandri Severi Imperat. & Urbani I. Pontif. temporibus, *C. A. D.* 225. *Nicephorus lib.* 5. *cap.* 13. Scripsit de eo nuper libellum ex professo doctissimum Petrus Lanojus Gallus.

Tertullianus, à quo *Tertullianistæ*. De hujus summa eruditione & ingenii acumine multa sunt in Veterum monumentis. Divus Hieronymus de illo: *Tertulliano quid acutius, quid eruditius?* Verùm *(quod dolendum)* hoc tàm præclarum doctrinæ lumen, nescio quo malo genio afflatus, in fœdos prolapsus errores, secutus *Montani* Impostoris vecordiam. *Chiliastarum* favit errori, dicebat inprimis animam quidem immortalem esse, sed corpoream. Sceleratorum animas post mortem verti in dæmones. DEUM quoque corporalibus lineamentis figurabat. Floruit *C. A. D.* 228. Alexandri Severi & Maximi Rom. Pontif. temporibus. *Hieronymus de Viris illustr.* 228.

Elchesæi seu Elchesaitæ. Hi à quodam Pseudopropheta *Helchesæ* nomen sortiti, *Ebionitarum* dogma in universum amplexati sunt. Librum quendam circumferebant, quem dicebant de cœlo lapsum, cujus verba si quis audîsset, delictorum veniam præter illam, quam CHRISTUS exhibuit, consequerentur. Vixerunt Julii Maximini Imperat. & Fabiani Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D.* 239. *Niceph. lib.* 5. *cap.* 24. 239.

Melchisedechiani. Hi *Melchisedech* Sacerdotem, qui benedixit Abrahæ, non hominem purum fuisse, sed quandam DEI virtutem, CHRISTO majorem arbitrabantur. CHRISTUM enim simpliciter venisse putant, & illius ordine dignum factum esse; nimirum ab illo dicto moti: Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, ut ipse adhuc sit inferior, quàm Melchisedech. Exorti tempore Maximini Imp. & Fabiani Papæ. *C. A. D.* 240. *Epiphanius lib. octoginta hæresium, hæresi* 55. 240.

Novatus, à quo *Novatiani*. Romanæ Ecclesiæ Presbyter, elatione quadam tumidus, spem penitus salutis lapsis adimebat, etiam si dignè pœnituissent: quo impio errore multos ad despe- 250.

rationem adegit, & Ecclesiarum concordiam dissipavit: ex quo & Princeps hæreseos est appellatus. Exortus *anno Domini 250.* Duo traduntur fuisse *Novatus* & *Novatianus*, quorum ille Africanæ, hic Romanæ Ecclesiæ Presbyter fuit. De quibus ex professo *Forbes. l. 12. c. 10. §. 6.* tractavit.

259. Agrippinus, à quo *Agrippiniani.* Hic Carthaginensis olim Episcopus, primus omnium mortalium, contra divinum Canonem, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium Consacerdotum, contra morem & instituta Majorum, rebaptizandum esse censebat, de qua hæresi vide plura in *Anabaptistis, Donatistis, Manichæis.* Vixit Galieni Imperatoris & Stephani I. maximi Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D. 259. Vincentius Lirinens.*

259. Noëtus, à quo *Noëtiani.* Hic Noëtius in divinis personarum numerum denegabat, unam tantùm in eis esse personam asserens, diversis tamen nominibus appellatam. Patrem fuisse passum quemadmodum & Filium, hinc asseclæ ejus *Patro passiani* appellati: Dixit insuper se esse Mosen & fratrem suum Aaron. Vixit Galieni Imperat. & Stephani I. Pontif. Rom. temporibus, *C. A. D. 259. Epiphanius hæresi 57.*

259. Sabellius, à quo *Sabelliani.* Noetii fuit discipulus, unam esse personam Patris & Filii & Spiritus Sancti astruebat, personarum in Trinitate differentiam & numerum confundens, quasi de tribus unam faciens. Contra quem Athanasius suum Symbolum composuit, perinde atque contra Arrium. Salvatorem nostrum filium esse Patris denegabat, & primogenitum omnis creaturæ. Sancti Spiritus etiam omnem tollebat intellectum. Emersit Galieni Imperatoris & Stephani I. summi Romanorum Pontificis temporibus, *C. A. D. 259. 60. Damascenus lib. 1. cap. 11.*

260. Patro-passiani. Hi dicunt, ut *Sabelliani,* quòd unus sit Pater & Filius: quoniam qui Pater, ipse itidem & Filius est. Nam si aliter dixerimus, *(inquiunt)* diceremur Deorum multicolæ. Distinguere illi nesciebant inter personam & essentiam, inter substantiam & subsistentiam: cùm tamen latum sit inter illa discrimen. Emerserunt sub Galieni Imperatoris & Stephani I. Papæ temporibus, *C. A. D. 260. D. August. serm. 2. Dominica post Festum Trinit.*

Pra-

Praxeas. Hic Asiaticus plures negabat personas in Trinitate, sed eundem Patrem & creasse omnia, & in cruce pependisse asserebat, quod (ut dicebat) communicata pluribus Monarchia authoritatem Principatus minuat. Vixit Galieni Imperat. & Stephani I. Papæ temporibus, *C. A. D. 260. Augustinus l. de hæres.* 260.

Hermogenes. Afer hic *Sabelli* assecla. Hi unam Patris & Filii & Spiritus Sancti personam esse adstruebant. Filium DEI negabant fuisse CHRISTUM, nec primogenitum omnis creaturæ, simul & Spiritus Sancti tollentes intellectum. Vixit Galieni Imperat. & Stephani I. Papæ temporibus, *C. A. D. 260. Euseb l. 7. c. 4.* 260.

Nepos Ægyptius Episcopus. Hic Judaico sensu & intellectu de futuris promissionibus sentiebat, ea, quæ Epicureo more corporaliter exhibendas docebat, & *mille annis* in libidine & voluptate corporali in hac vita Sanctos regnaturos cum CHRISTO. Vixit sub Claudio II. Imp. & Felice hujus nominis I. Rom. Pontif. *C. A. D. 270. Euseb. lib. 7. cap. 24.* 270.

Paulus Samosatenus, Antiochenus Episcopus, à quo *Paulianistæ*, Syrus natione, homo quidèm multæ arrogantiæ, sed nullius prope sapientiæ. Psalmos cantari solitos vetuit; negabat, Filium DEI è cœlis descendisse, sed in utero virginis initium habuisse. Filium DEI non substantivum ac personalem; sed prolativum tantùm, id est, quasi *aerem qvendam* esse. CHRISTUM quidèm fuisse hominem justum; sed non verum DEUM fuisse. In nomine SS. Trinitatis minimè baptizabat. Vixit Aureliani Cæsaris & Felicis I. temporibus, *C. A. D. 273. Augustinus in catalogo hæreticorum.* 273.

Buddas *Manichæi* Præceptor. Hic in Græcis disciplinis *Empedoclis* Hæresin est secutus, qui duo principia inter se contraria esse dixit, contentionem & amicitiam. E virgine se genitum & in montibus educatum mentitus est, à Dœmone tortus interiit. Vixit temporibus Aureliani Imperatoris & Felicis I. Rom. Papæ. *C. A. D. 273. Suidas.* 273.

Manes, à quo *Manichæi*. Hic natione Persa, secundum nomen suum insaniens & instinctu Dœmonis agitatus execrabilem hæresin docuit. Nunc CHRISTI se gerere formam conabatur osten- 273.

ostendere, nunc ipsum Paracletum se esse prædicabat, elegit etiam 12. discipulos. Doctrinæ ejus caput erat: *Deos esse duos, bonum & malum, utrumqve tamen æternum. Animam hominis ex DEI substantia esse. Nullo pacto bellum licere gerere. Omnes bestias rationis esse capaces. CHRISTUM Phantasma qvoddam fuisse, &c.* Vixit sub Aureliano Imperat. & Felice Rom. Pont. *C. A. D. 273. Augustinus lib. 9. Qvæstionum. Eusebius lib. 9. cap. 28.*

279. Apocaritæ. Horum hæresis à Manete exorta, & conveniunt cum Gnosticis, adstruentes, animam hominis esse aut DEI substantiam, aut ex DEI substantia. Exorti *C. A. D. 279.* tempore Taciti Rom. Imp. & Eutychiani summi Pontif.

279. Cathariftæ. Dicebant isti, non licere vesci carnibus, alimenta omnia esse immunda adstruentes, propter mali principii commixtionem, eamq; execrandis purgationibus adhibitis, purificabant; adeò quidem, ut farinæ, quâ panis pro Eucharistia conficiendus erat, humanum semen commiscerent, dicentes: Semine admixto purificari. Omne juramentum Christianis interdictum: omniaq; Ecclesiæ Sacramenta negabant: ab ovorum esu abhorrebant. Sic dicti à *Paritate*, quam sibi tribuebant. *Vide infrà.* Emerserunt sub Aureliano Imp. & Felice I. Rom. Pontif. *C. A. D. 279. Augustinus lib. de Hæresib. cap. 46.*

279. Dicartitæ. Hi etiam ex Manichæorum familia, cum Gnosticis convenientes.

279. Hierarcha, à quo *Hierarchitæ.* Carnis resurrectionem hic negabat. Cantibus sacris Ecclesiæ detrahebat, illosq; irridebat, laudationes CHRISTI sustinere non poterat; CHRISTUM puram solùm ac meram creaturam esse credebat. Vixit sub Theodosii & Arcadii Imperio & Siricii Pontificatu, *C. A. D. 279. Augustinus lib. 2. retractationum, cap. 11.*

280. Brachitæ. Ex numero hi Manichæorum, convenientes in unum cum Gnosticis. Emerserunt Taciti Imp. & Eutychiani Papæ temporibus, *C. A. D. 280.*

289. Abstinentes in Gallia, Hispania & Aquitania viguêre Gnosticorum & Manichæorum particulam perniciosissimam

æmulatos ac secutos fuisse affirmat & refert *Philastrius*, qui etiam putat eos emersisse Diocletiani & Maximiani Imperatorum, & Marcellini Papæ temporibus, *C. A. D. 289.*

Centuria IV.

Meletius, à quo *Meletiani*. Episcopus civitatis unius Ægyptiorum, depositus est, quia in persecutione negatâ fide sacrificaverat, unà cum suis defendebat Arrium, & Arrianorum suffragiis Sebastiæ Episcopus creatus. Vixit *C. A. D. 311.* Constantio Chloro & Valerio Maximo Impp. & Eusebio Rom. Pontif. regnantibus. *Socrates tripartitæ Historiæ lib. 1. cap. 18.* 311.

Alexander Baucalis. Presbyter Alexandrinus, Arriani hæresis fons & origo. *Baucalim* cognomen hic adeptus ex supercrescentis carnis pondere in dorso ejus collecto, testacei vasis formâ, quod Alexandrini vernaculo sermone *Bauculam* nominare solent. De ejus doctrina vid. pl. apud *Nicephorum*. Vixit tempore Constantini Magni Imp. & Sylvestri maximi Pontif. *C. A. D. 315.* *Niceph. Hist. Eccles. lib. 8. cap. 5.* 315.

Arrius, à quo *Arriani*. Presbyter Alexandriæ civitatis. Scelestus hic dicebat, Filium DEI DEO similem nominetenus, & non consubstantialem. Doctrina ejus nefanda valdè diffusa. Alexander autem Alexandriæ Episcopus, infractâ animi constantiâ se opponebat. Cùm inter se publicè de Scripturis conferre vellent, totam noctem præcedentem in orationibus consumsit Alexander, ne Arrianæ Sectæ contagium serperet latius. Quare sub constitutam Disputationis horam, cùm in Auditorium pergeret Arrius, cœpit inter eundum ventris dolore laborare, & exonerandæ alvi causâ cloacam ingressus est, ubi fataliter illicò periit. Viguit sub Constantino Imper. & Sylvestro Rom. Pontif. *C. A. D. 315.* Plura vide *infrà*. *Vid. Niceph. Eccles. Hist. l. 8. c. 5.* 315.

Colluthus, à quo *Colluthiani*. Ægyptius hic, Arrianis favens. Dicebat, DEUM malorum non esse factorem, contrà *Esa. 45. 6.* quâ de re velut hæreticus damnatur; exortus tempo- 315.

ribus

ribus Constantini Magni Imp. & Sylvestri Rom. Pont. *C. A. D. 315. D. Augustinus lib. de Hæresibus cap. 65.*

315. Eusebius, *Nicomediensis Episcopus.* Vir hic aliàs præclarus, atque in utraque disciplina summè versatus. Dudum malevolentiam & hæresin occultabat, cum suis docebat & dicebat sequentia: *Non semper DEUS Pater erat, sed erat, cùm DEUS Pater non erat: non semper igitur DEI verbum erat; sed ex non existentibus factum est. &c.* Quæ prætereà Arrianizans scripsit, Leg. apud *Niceph. l. 8. c. 8.* Vixit Const. Magni Imp. & Sylvestri Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 315.*

315. Euzoius, *Arrii* Sodalis intimus. Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconus. Arrii Hæresin amplexus, & propter eam exitii temporalis & æternæ damnationis consors & particeps, & ab Alexandro ejusdem Ecclesiæ Episcopo exauthoratus. Vixit Const. Magni Imperat. & Sylvestri Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D. 315. Niceph. Ecclesiasticæ Hist. lib. 8. cap. 47.*

315. Menas, Diaconus Alexandrinæ Ecclesiæ. Arrianæ factioni adhærescens, cum Arrio ab Ecclesia proscriptus est. Dicebat: *Non semper DEUS Pater erat, sed erat, cùm DEUS Pater non erat.* Omnia, quæ Arrius profitebatur, & ille, docens, *Verbum DEI mutari posse, sicut Diabolus mutatus est, mutabilis enim natura esse, generationi & mutationi obnoxium.* Vixit Constantini Magni Imperat. & Sylvestri Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D. 315. Niceph. lib. 8. cap. 8.*

325. Georgiani. Sic appellantur à *Divo Georgio*, quem in præliis suis contra Paganos velut signiferum & propugnatorem ingenti honore venerantur, & hoc fit inde, quòd ille primus ad fidem CHRISTI Armenos Ibiresq; converterit, divinumq; dogma apud eos disseminaverit. Hodie CHRISTUM colunt, Græcorum errores seqvuntur. *C. A. D. 325. Niceph. lib. 8. c. 34.*

340. Auxentius, Mediolanensis Episcopus. Hic *Elvidii* hæretici Magister fuit, renuens dogma Arrianum anathemati subjicere, in Concilio Ariminensi hæreseos condemnatus est. Vixit sub Constantino Cæsare, & Julio hujus nominis I. Romano Pontif. *C. A. D. 340. Nicephorus lib. 9. Hist. Eccl. cap. 13.*

Mar-

Marcellus, Ancyranus Episcopus, à quo *Marcelliani*. 340.
Hic cum Paulo Samosateno purum hominem dixit *Salvatorem nostrum JESUM CHRISTUM*, aliaq; his similia cavillans, adhærebat Arrio. Diis quoque sacrificaverat, eâ de causâ sacrorum administratio ei denegata. Fuit Constantini Imp. & Julii I. Pontif. temporibus, *C. A. D. 340. Niceph. lib. 8. cap. 52.*

Aërius, à quo *Aëriani*. Hic cùm esset Presbyter, ægrè 342.
ferens, se non posse Episcopi dignitatem assequi, in Arrianorum eâ de causâ prolapsus hæresin. Dicebat, Presbyterum ab Episcopo nullo discrimine debere discerni. Damnabat nuptias, quæ ex lege fiunt, velut illicitas. &c. Vixit tempore Constantini Magni Imp. & Julii hujus nominis I. Rom. Pontif. *C. A. D. 342. Augustinus lib. de hæresibus, cap. 53.*

Acesius, Novatianorum Episcopus. Qui cum authore 346.
suo Novato eos, qui post baptismum peccatum ad mortem patrâssent, ac Diis sacrificâssent, à communione divinorum mysteriorum rejiciebat: solius DEI, & non Sacerdotum eam potestatem esse asserens, hujusmodi peccatoribus delicti remissionem concedere. Floruit tempore Constantii Imp. & Julii I. Rom. Pontif. *C. A. D. 346. Niceph. l. 8. c. 20.*

Cosmiani, à *Cosmo* hæretico dicti, *Marcellianis* assenti- 350.
entes. Hi CHRISTUM ipsum Dominum & DEUM, & Mediatorem, & Imaginem DEI ante secula esse nolunt, sed cum ex eo tempore CHRISTUM esse factum, & Filium DEI dicunt, ex quo nostram ex virgine carnem assumpsit. Emerserunt tempore Constantii Imp. & Julii I Rom. Pont. *C. A. D. 350.*

Photinus, Sirmiensis Episcopus. Natione Pannonius, vel 350.
ut alii volunt, *Galata*. Græcâ Latinâq; Linguâ doctus *Ebionis, Sabellii* & *Pauli Samosateni* perfidiam fovit ac tutatus est. CHRISTUM nudum hominem esse, non DEUM, ex utroque sexu illum esse natum affirmabat, & alia horrenda docebat. Synodus ei Episcopalem dignitatem abrogavit, & ad exilium est damnatus. Suam hæresin constituit sub Constantio Imperat. & Julio Pontif. Rom. *C. A. D. 350. Niceph. lib. 9. cap. 10.*

351. Circuitores, alio nomine *Circumcelliones*, Africani sunt natione, famosissimæ audaciæ, non solùm in alios immania facinora perpetrando; sed nec sibi eadem insania & feritate parcendo. Nam per mortes varias, præcipitiorum aquarum se ipsos necare consueverunt. Et in istum furorem alios seducunt, hoc pacto illos dicentes martyres fieri. Fuêre Constantii Imperatoris & Julii Papæ temporibus, *C. A. D. 351. Augustinus lib. de hæres. cap. 69.*

352. Balarius. Hic fuit Dux Ægypti, Arrianæ perfidiæ studiosissimus fautor, adeòq; DEI Ecclesiam persequebatur, ut animo vesano virgines & Monachos nudos verberibus afficeret in publico. D. Antonius eâ de re commotus, ad eum scripsit; Literas autem missas risu excepit, in illas exspuens humum projecit. Sed os ejus effrene ultio divina compescuit, morsu equi proprii periit. Constantii Imperatoris & Julii Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D. 352. D. Athanasius in vita Antonii Eremitæ.*

357. Semiarriani. Hi de Patre & Filio contra Eunomianos benè quidem sentiunt, unam utique eorundem qualitatis substantiam, unam Divinitatem esse credentes: Spiritum autem S. non de divina substantia, nec DEUM verum, sed factum atque creatum prædicantes, adeò quidem, ut eum conjungant atque comparent creaturæ. Emerserunt Constantii Imper. & Liberii Papæ temporibus, *C. A. D. 357. Epiphanius lib. de hæres.*

357. Acacius, Cæsariensis Episcopus, à quo *Acaciani.* Secta hic Arrianus, Ecclesiam quidem per tempus celebrem administrabat; rejiciebat autem posteà cum Arrio & ejus consectatoribus, nomen *ejusdem substantiæ & similis substantiæ*, vel *æqualitatis Filii cum Patre*, tanquam Scripturis alienum; Eâ de causa per Felicem & Gelasium Rom. Pontifices excommunicatus, Constantii Imperat. & Liberii Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 357. Niceph. l. 9. c. 44.*

358. Donatus, à quo *Donatistæ.* Is capitis sui somnium secutus, solùm CHRISTI Ecclesiam in Africa esse dicebat, ibiq; solum verum esse Baptismum, rebaptizans Catholicos. Asserebat quoque impius ille minorem Patre Filium, & minorem Filio Spiritum Sanctum. Vixit tempore Constantini Imperat. & Liberii Papæ Rom. *C. A. D. 358. Augustinus lib. de hæresibus.*

Lucilla,

Lucilla, *Donati* adjutrix. Donatus per Africam, ut infelices quosque fœtentibus aquis pollueret, Lucillæ opibus adjutus est: quemadmodum & Simon Magus, Nicolaus Antiochenus, Marcion Montanus & alii ejusmodi usi sunt mulierculis ejusmodi. Emersit illa Constantii Imperat. & Liberii Papæ temporibus, *C. A. D. 358. Hieronymus.* 358.

Majorinus. Donatista hic, eloquentia sua sic prioris Donati confirmavit hæresin, ut multi existimârint, propter ipsum potiùs eos *Majorinos, Augustin. Ep. 68. & 142.* appellari. Vixit sub Constantio Imperat. & Liberio Rom. Pont. *C. A. D. 358. Eusebius lib. 7. cap. 28.* 358.

Crescomius, Grammaticus ex Secta Donatistarum fuit, fovens opinionem Donati, quem *Augustinus* quoque reprehendit, maximè in hoc: quòd Petelianum defendat, qui negabat, CHRISTUM esse Christianorum originem, radicem & caput. Vixit tempore Constantii & Liberii Papæ, *C. A. D. 358. Augustinus.* 358.

Bonosiaci, à *Bonosio* Episcopo quodam exorti traduntur. Hi CHRISTUM Filium DEI adoptivum, non autem naturalem & proprium dicebant. Emerserunt tempore Constantii Imp. & Liberii Papæ, *C. A. D. 358.* 358.

Assurritani sunt Secta *Donatistarum*, fovebant & hi in omnibus Donati opinionem, rebaptizabant eos, qui ab Ecclesia Catholica ad eos deficiebant. Asserebant, intra Ecclesiam bonos & malos non contineri; sed solos bonos ad eam pertinere. Floruêre sub Constantio Imp. & Liberio Pontifice Rom. *C. A. D. 358.* 358.

Eunomius, à quo *Eunomiani.* Genere hic Cappadox, corpore & animâ leprosus, Artis Dialecticæ callentissimus Arrii discipulus. Hic, tametsi plures fateretur personas in divina natura subsistentes, eas tamen dicebat esse inæquales. Refutavit illum *Basilius Magnus.* Sunt authores, qui Eunomium istum dicunt instituisse, ut divinus Baptismus mersione unâ perageretur, & eam, quæ ab Apostolis per manus accepta, hodie quoque ubivis servatur traditionem adulterasse. *Concil. 2. Oecum. Can. 7.* à Catholicis solebant rebaptizari. *Basilius M. ad Amphilochium.* Domasi 358.

summi Romanorum Pontificis tempore, *C. A. D.* 358. *Nicephorus lib.* 9. *cap.* 36.

358. Anomi, seu Anomæi, Latinè quasi *sine lege, inæquales.* sic dicti, quia ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ Filium statuebant. *Ursacius* & *Eudoxius.* Aliàs *Exucontiani.* Tantâ arrogantiâ & pudentiâ fuerunt, ut præter alias impietates DEI se naturam comprehendere blasphemarent. Vixêre Constantii Imperat. & Liberii Roman. Pont. tempore, *C. A. D.* 358. *Augustinus ad Paulinum de videndo DEO Epist.* 212. *cap.* 9.

358. Georgius, Laodicensis Episcopus. Hic cum Acacianis Arrianâ Aëtianâq; pravitate infectis, in Conciliabulo Antiocheno ibidem Euzoio Arrii olim familiarissimo Ecclesias gubernante & Imperatore Constantio præsente, in fidei formula primùm Armini, deinde Constantinopoli edita, *æqualitatis* nomen inducere atque abolere constituit, sub Liberii Papæ Pontificatu, *C. A. D.* 358. *Nicephorus.*

359. Macedonius, à quo *Macedoniani.* Episcopus olim Constantinopolitanus. Hic Spiritum Sanctum esse minorem Patre & Filio, & non ejusdem substantiæ cum Patre; sed esse meram creaturam statuit. Huic adhærentes *Pneumatomachi*, id est, *Spiritus Sancti impugnatores* sunt appellati. Vixit Constantii Imperat. & Liberii Rom. Pont. circa *annum Domini* 359. *Augustinus lib. de hæres. cap.* 52.

359. Pneumatomachi. *Vid. infrà pluribus.*

359. Sabinus, Heracleæ Episcopus. Hic Christianos omnes, qui in Synodo Nicea Arrio defecerant, *idiotas* appellabat & ignavos, eosq; ingenii infirmitate potiùs, quàm fidei integritate tuendæ causâ lapsos asserebat: Floruit tempore Constantii Imperat. & Liberii Rom. Pont. *C. A. D.* 359.

360. Marathonius, Nicomediensis Episcopus. Priùs hic Diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, deturbatus autem posteà Ecclesiâ suâ. *Spiritum Sanctum personam unam Trinitatis* dicendam esse negavit. Ac *Filium quidem DEUM perfectum & substantiâ Patri æqualem esse dixit: Spiritum Sanctum autem expertem*

tem honore & dignitatis ejusmodi statuebat, famulum eum & administram, Angelicisq; ordinibus paulo præstantiorem esse docens. Hic Constantii Imperatoris & Liberii Rom. Pont. exstitit temporibus, *C. A. D. 360. Niceph. Hist. Eccl. cap. 42. lib. 9.*

Fortunatianus, Aquilegiensis Episcopus. Hic fuit natione Afer, brevi ac rustico sermone in Evangelia Commentarios scripsit. In hoc verò detestabilis habetur, quòd Liberium Romanæ urbis Episcopum ad subscriptionem hæreseôs Arrianæ compulit. Vixit Arcadii Imperat. & Siricii Papæ temporibus, *C. A. D. 360. Hieronymus Catal. Script. Eccl. c. 107.* 360.

Aëtius, à quo *Aetiani.* Syrus natione hic, disputator admirandus: eò, quòd malè de DEO sentiret, ἄθεος & *Contemptor Deorum* appellatus. Cætera Arianus & Eunomii magister, dicebat: Nullum peccatum quantumlibet grave imputari in fide manentibus. Affirmabat, quæ DEUS hactenus celasset Apostolos, sibi revelata fuisse. Floruit sub Constantio Imperatore, & Liberio Rom. Pont. *C. A. D. 363. Niceph. Hist. Eccl. lib. 9. cap. 7.* 363.

Lucifer, Caracalitanus Episcopus, à quo *Luciferani.* Hic solâ ambitione motus, suam hæresin populo obtrusit. Dicebat cum suis: Animam hominis de carnis substantia propagatam esse. Vixit Constantii Imper. & Liberii summi Pontif. Rom. temporibus, *C. A. D. 365. Augustinus lib. de hæresibus, cap. 8. Hieron. catal. script. Eccl. cap. 105.* 365.

Campates. Romæ *Montenses*, ab Hieronymo *Campates* nuncupantur. Hi Circumcellionibus & Donatistis in dogmate adstipulantur. Dicunt, in Ecclesia bonos & malos non contineri; sed eam bonos tantùm complecti: penes se solos veram esse Ecclesiam affirmant. Martyres esse, qui ultrò necem subeunt, sive ab aliis, sive à seipsis. 365.

Ecebolus Sophista. Hic Juliani Imp. qui à fide Christiana defecit, præceptor fuit: Sub Constantino quidem ardore ingenti Christianam religionem coluit; ubi autem Julianus ad superstitionem appulit, horrendo prorsus modo animum mutavit. Dein rursus Christianum se esse professus. In faciem enim supinus 365.

pro

pro Ecclesiæ foribus pervolutus mixtis cum clamore lacrymis, miserabiliter est vociferatus: *Proculcate me salem fatuum.* Vixit *C. A. D. 365. Nicephorus lib. 10. cap. 23.*

367. Dadoës, Sabbas Hermias, & Simeones, Duces Massalianorum. Hi dicebant, nullam utilitatem ex sacro Baptismate baptizatis accedere; sed solam studiosam Orationem Dœmonem inhabitantem effugare. Ab Ecclesiastica Communione non abstinuerunt, nihil prorsus vel prodesse, vel obesse divinam escam dicentes. Exstiterunt tempore Joviniani Imperat. & Liberii Papæ. *C. A. D. 367. Nicepb. Hist. Eccl. lib. 11. c. 14.*

368. Adelphius Massalianorum hæreticorum Dux fuit, cum his ejusdem opinionis. Docuit quoque cum suis asseclis: Unumquemque, qui nascatur, hominem à primo parente, sicuti naturam, ita Dœmonum quoque servitutem trahere. Quibus precatione sedulà exactis, deinceps Spiritum Sanctum advenire, præsentiam suam, ita ut sentiatur & conspiciatur, indicantem. Et cui ita Spiritus S. obveniret, eum non solùm à corporis titillationibus liberari, verùm etiam clara futura prævidere, & Trinitatem divinam oculis suis cernere. Fuit tempore Valentiniani Imperat. & Liberii Papæ, *C. A. D. 368. Nicepb. lib. 11. cap. 14.*

368. Agnoëtæ. Hi dicebant, DEUM quidem Verbum omnia nosse: humanitatem autem secundum subsistentiam ei unitam multa ignorare. Hæresis illorum cœpta Valentiniani Cæsaris & Liberii Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D. 368. Nicepb. lib. 12. cap. 30. Forbes. lib. III. c. 19.* prolixè.

368. Satanistæ, vel Sathanici, *Adversarii* Latinè. Hi Sathanæ sacra focerunt, quò eum velut magnum & fortem, & qui multa hominibus mala inferre solèat, hac re placarent, ut ipsis, vel ut suis servis parceret. Ex qua impietate se *Sathanicos* cognominaverunt, idq; Joviani Imperatoris & Liberii Papæ temporibus, *C. A. D. 368.*

370. Eudoxus, à quo *Eudoxiani*, pravæ prorsus contra nomen suum opinionis, Germaniciæ Urbis Syriæ primùm Episcopus fuit, deinde Antiochiæ & inde post Constantinopolim est translatus. Fuit autem primò Aetianæ & exinde Arrianæ Sectæ. Vixit Valentis

lentis Imperat. & Damasi Pontif. Rom. temporibus, *C. A. D. 370. Niceph. lib. 9. c. 36.*

Airas, à quo *Airani.* Hic eorum Dux fuit, qui Spiritus Sancti consubstantialitatem cum *Polychronio, Telemacho, Fausto* & aliis impugnabant. Tempore Valentiani, Gratiani & Valentis Imppp. & Damasi summi Rom. Pont. *C. A. D. 377. Nicephorus lib. 11. cap. 30.* 377.

Apollinares, pater & filius, à quibus *Apollinaristæ.* Pater hic Presbyterii dignitate fungebatur in Laodicea Syriæ: Filius autem habebat Lectoris officium: fovebant valdè *Epiphanium* Sophistam, cum quo ambo exercebantur. *Theodotus Episcopus* metuens, ne laberentur in Paganismum, prohibuit eis, ne ad ejus scholam accederent, quod & posteà *Theodoti* successor fecit, cùm autem eos prohibere non potuisset, ambos communione privavit. Tum *Apollinaris filius* putans esse injuriam, novitatem & ipse introduxit hæreseos. Et dicebant, animam à DEO verbo in dispensatione Incarnationis non assumptam. Non diffitebantur, CHRISTUM carnem habuisse; sed dicebant, in ipso incarnationis opere aliquid verbi in carnem esse conversum. Vid. plura apud *Niceph. cap. 12. lib. 11. de Hist. Eccles.* Imperante Valentiniano & tempore Damasi Papæ, *C. A. D. 377.* 377.

Dimoëritæ appellantur, qui duas quidem partes humanæ naturæ in CHRISTO confitentur, corpus videlicet & animam, tertiam verò partem, hoc est, ipsam mentem in carne negant. Emerserunt autem Valentiani Imperat. & Damasi Papæ temporibus, circa *ann. Domini 377.* Vide plura in *Apollinaristis* & *Niceph.* 377.

Gotthi. Hi primùm ultra Istrum domicilia habuêre, ab Hunnis inde expulsi in Romanorum fines transierunt. Oratores ad Imperatorem (imperio autem tunc præerat Valens,) qui se belli socios perpetuò Romanorum fore jurejurando confirmarent, miserunt. Petebant autem illi, ut eis, quo visum esset loco, domicilia habere permitteretur. Re eorum confectâ, & quidem ex sententia, Thraciam colere jussi sunt. Aliquamdiu pacati inter se viventes, dein dissidentes, in duas discessere factiones, quarum alterius Athanaricus dux fuit: altera Fridigernis auspicia secuta est. 378.

Pugnâ inter se commissâ acri, Fridigernes victus, auxiliares à Romanis copias petiit, quas & impetravit. Quibus fretus Fridigernes, prælio rursum cum adversariis contendit, eosq; victor profligavit. Ut autem is gratiam Valenti referret, eandem cum Imperatore de DEO opinionem suscipere, atque in eandem sententiam, qui sub eo essent, barbaros adducere statuit, quod & confecit. Nam cum exercitu suo universo ad Arrianismum transiit, sub imperio Valentis, *C. A. D. 378. Nicephorus.*

378. Lucius, Alexandrinus Episcopus, fuit pravitatis Arrianæ sectator acerrimus. Ejus impium dogma tale erat, ut diceret, Filium non nosse suam substantiam, sicuti est: eum asserens propter nos factum esse, ut nos per eum tanquam per instrumentum crearet DEUS, adeò quidem, ut nequaquam substitisset, nisi nos DEUS facere voluisset. Vixit tempore Valentis Imp. & Damasi Papæ, *C. A. D. 378. Theodoritus tripartitæ Hist. lib. 7. cap. 37.*

378. Seleucus & Hermias, à quibus *Seleuciani* & *Hermiani*. Hi volunt DEUM esse corporeum: Hylen etiam, id est, materiam mundi, coæternam esse DEO asserunt. Animam hominis non factam à DEO per Filium, sed de terra esse ajunt. Paradisum visibilem esse affirmantes. Existimant quoque, animas hominum ex igne & Spiritu constare. Angelos creatores animarum prædicant, & alia: Exstiterunt sub Valentis Imperio & Damasi Pontificatu, *C. A. D. 378. Philastrius.*

380. Audæus, à quo *Audæani* sive *Odiani*. Epiphanio, *Anthropomorphitæ, Hæres. 70.* Augustino *Vadiani* dicuntur. *Hæres. 50.* Natione hic Syrus. Hic DEUM putabat membra humana habere, stultè intelligens, quod scriptum est: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, humanam formam putavit habere divinitatem. Vixit tempore Valentis Imperat. & Damasi Papæ, *C. A. D. 380. Theodoretus Histor. Eccles. lib. 4. c. 10.*

380. Massaliani, qui & *Enthusiastæ* sive *Euchitæ*. Hi negant animas creari à DEO; virtutem nullam Baptismo tribuunt. Vixerunt Valentis Imperatoris & Damasi Pontif. temporibus, *C. A. D. 380.* Vid. plura apud *Niceph. lib. 11. cap. 14. Augustinus* vocat *Psallianos*. Principes eorum sunt, Dadoës, Sabbas, Hermas, Adelphius, Simeon.

Pro-

Proclianitæ. Hi, teste *Augustino*, CHRISTUM asserunt non venisse in carne, illum negantes de virgine natum. Nullum dicunt futurum judicium, Carnis resurrectionem non credunt. Emerserunt Valentis Imperatoris & Damasi Pontif. temporibus, *C. A. D. 382. Philastrius.* 382.

Priscillianus, *Abilæ* civitatis Hispaniæ Episcopus. Hic ex errore *Gnosticorum* & *Manichæorum* permixtum dogma composuit. Dicit cum Origene: Animam ante infusionem corporis peccasse: Escas carnium pro immundis habebat: duos ponebat Deos, negans in divinis personarum numerum. Diabolum ex sua natura malum prædicabat. Homines esse fatalibus stellis alligatos affirmabat. Infandos concubitus nocturnos probabat, Magiæ suspectus apud *Sulpic. l. 2. Forbes. l. 1. cap. 17. §. 9. 10.* fusè. Exstitit Valentiniani II. Imp. & Siricii Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 388. Augustinus lib. de Hæresibus, cap. 70.* 388.

Parmenianus, Carthaginensis Episcopus, à quo *Parmenianistæ.* Hic, cùm Donati partes sequeretur, multas turbas in Ecclesia Africana constituit & concitavit. Inter populares magnæ famæ, gloriæ & celebritatis erat. Vide *Optati* Scripta adversus Parmenianum. Vixit sub Valentiano II. Imperatore & Siricio Rom. Pont. *C. A. D. 389.* Lege *lib. 2. Augustini cont. Crescon.* 389.

Marinus, Sectæ Arrianæ, apud Constantinopolim Episcopus, Thrax natione. Theodosii ætate ab Arrianis Constantinopoli illud in quæstionem vocatum est; An, priusquam Filius fuerit, (profitebantur enim, eum ex non existentibus exstitisse,) Pater tum Pater vocari potuerit. Dorotheus apertè decernebat, fieri non posse, priusquam Filius subsisteret, ut Pater vocaretur, quòd Patris nomen ex eis esset, quòd ad aliquid referretur. Marinus verò diversum censuit, & priùs etiam Patrem, quàm Filius fuerit, Patrem profitebatur. Floruit sub imperio Theodosii hujus nominis I. & Siricii Papæ, *C. A. D. 395. Niceph. Hist. Eccl. l. 12. c. 30.* 395.

Jovinianus Rom. Urbis Monachus exstitit, Monachatu rejecto, multos errores in Ecclesiam invexit. *Omnes Beatos pares esse in gloria* ajebat: adeò, ut similitudine ductâ adstrueret, *quod, quemadmodum Justi pares sint in meritis & præmiis; ità omnes pecca-* 395.

peccatores pares esse in peccatis & pœnis. Ubi Stoicorum more, *omnia peccata æqualia esse*, volebat. *Renatos per baptismum integrâ fide posteà ampliùs peccare non posse, tollens hominis liberum arbitrium. Beatam DEI genitricem fuisse à viro suo Joseph carnaliter cognitam, &c.* Vixit sub Theodosio II. Imp. & Syricio Papa, *C. A. D. 395. Augustinus lib. hæres. cap. 82.*

395. Elvidius, Auxentii Hæresiarchæ Mediolanensis Episcopi discipulus fuit. Hic Mariam virginem peperisse virginem, & pòst cum marito congressam, protulisse fratres Domini impiè asserit. Exstitit sub Theodosii hujus nominis I. imperio & Syricii Pontificatu, *C. A. D. 395.*

395. Agapetæ. Horum schisma ab *Agape* muliere Hispana ortum. De quo schismate Hieronymus scribit in hunc modum: *Pudet*, inquit, *dicere, (proh nefas) triste, sed verum est. unde in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? Hæ sunt, quæ solent dicere omnia munda mundis: sufficit mihi conscientia mea: hæ sunt, quæ per publicum notabiliter incedunt, & furtivis oculorum nutibus adolescentes post se trahunt. Ex quo facilè colligere licet, quæ fuerit Agapetarum hæresis.* Ἀγαπητὴ namq; *Græcè*, Latinè *Dilectam* significat. Floruerunt tempore Theodosii I. Imperat. & Syricii Pontif. *C. A. D. 395.* Vide & *August. lib. de hæres.*

395. Antidicomarianitæ, hoc est, *Mariæ adversarii*, in Arabia. Hi Mariam non sustinent audire DEI genitricem; sed eam calumniantur & abnegant, eam asserentes post CHRISTUM natum viro suo Joseph fuisse commixtam, aliosq; ex eo suscepisse filios, quos Evangelium appellat fratres Christi. *Vid. Epiph. contra hæreses lib. 3. Tom. 2.*

395. Collyridiani, præcedentibus oppositi. Hi inde dicti sunt, quòd statâ quadam die anni *Collyridem* virgini Mariæ offerrent in sacrificium, illam ultra decorum glorificantes. Theodosii I. Imp. & Syricii Papæ temporibus, *C. A. D. 395. Epiphanius hæres. 79.* vocat, κολλυρίδα ἐπιτελεῖν.

395. Felicianus. Arrianus hic sectâ, D. Augustino coævus. Dicebat, rationibus potiùs, quàm Scripturæ testimoniis in fidei disci-

disciplina agendum esse. Negabat Patris & Filii consubstantialitatem, non Patri coæternum, sed esse meram creaturam. Contra quem *Augustinus, vid. sextum Tomum ejusdem Disputationis.* Vixit sub Theodosii I. Imp. & Syricii Pontif. temp. *C. A. D. 395.*

Anthropomorphitæ, seu Vadiani, sic dicti, quòd rusticâ simplicitate DEUM habere humana membra arbitrentur. Plura vide in Audianis. Exorti tempore Theodosii Majoris & Syricii summi Pontif. *C. A. D. 395. Niceph. lib. 11. cap. 14. Epiphan. hæres. 70. Augustin. hæres. 50. Socrat. l. 6. c. 7. Forbes. l. 1. c. 36. prolixè.* 395.

Lucianus, Constantinopolitanus Episcopus. Hic Eunomianæ Sectæ præfuit, à qua posteà descivit, sodalitatiq; suæ præivit, & non contemnendæ cohortis Dux factus, omnibus prorsus, qui variis infamibusq; delictis obruti essent, ad ipsum confluentibus. Floruit sub Arcadio Imperat. & Syricio Roman. Pontif. *C. A. D. 398. Niceph. lib. 13. cap. 1.* 398.

Sabbatius, à quo *Sabbatiani.* Hic ex Judaismo ad Christianismum conversus, & Presbyter ordinatus, Sectæ Judaicæ nihilominus inserviebat, eoq; in scelere Episcopatum ambiens, tandem obtinuit, novitatem interim Festi Paschatis, sub Valente Imperatore constitutam in vico Phrygiæ *Pazo* defendere totis nitens viribus, & Festum Paschæ cum Judæis celebrans. Unde ejus Ordinator *Marcianus* exinde Sabbatii errorem & ordinationis suæ temerariæ culpam agnoscens, pœnitentiâ motus cum gemitu dictitabat: *Melius sibi fuisse, super spinas manus imposuisse, quàm Sabbatium ordinasse Presbyterum.* Viguit autem sub Arcadio Cæsare & Syricio summo Romanorum Pontifice, circa *annum Domini 399.* De hoc *Nicephorus lib. 12. cap. 31.* 399.

CENTURIA V.

CRispinus, Calamensis Episcopus. Hic Donatista fuit, contra quem cùm D. Augustinus trino conflictu disputasset, fuit tandem Crispinus hæreticus declaratus, idq; Arcadii & Honorii Imperatorum, & Siricii summi Rom. Pont. temp. *C. A. D. 400.* 400.

400. Emeritus, Cæsariensis Episcopus, Donatistarum Sectæ fautor præcipuus, tempore Arcadii Imperat. & Syricii Rom. Pont. *C. A. D.* 400.

Hilarius Arrianus fuit Sectâ. Hic cantibus sacris Ecclesiæ detrahebat, illosq; irridebat, & ea potissimum, quæ ante & post oblationem corporis CHRISTI concinuntur. In illos invehitur Ambrosius, dicens: *Hodiè cùm laudatur CHRISTUS, Arrianorum amentia verberatur.* Vixit sub Theodosii & Arcadii Imperio & Siricii Pontificatu, *C. A. D.* 400. *Augustinus lib.* 2. *retractationum, cap.* 11.

400. Fulgentius, Donatista factione. Duo esse principia & duo baptismata affirmabat, reis & peccatoribus Sacramentum baptismi nihil conferre asserens. Hujus errores lusiùs recenset D. Augustinus lib. quem adversus eum edidit. Vixit Arcadii Imper. & Siricii Papæ temporibus, *C. A. D.* 400.

402. Vigilantius Gallus fuit genere, & Ecclesiæ Barchionensis Presbyter. De hoc Hieronymus: *Vigilantius ortus est subitò, qui contra CHRISTI Spiritum, Martyrum negat sepulchra veneranda, damnatq; sanctorum vigilias: ex quo fit: ut Dormitantius potius, quàm Vigilantius vocari debeat.* Sed id præter meritum. Nam Vigilantius propter abusum nocturnas vigilias Sanctorum tantùm improbabat. Vide *Polydorum Virgil. lib.* 6. *c.* 4. Floruit Arcadii Imperat. & Anastasii Papæ temp. *C. A. D.* 402.

405. Secundinus Manichæi fuit discipulus. Hic hortatur D. Augustinum literis, ut ad Manichæôrum sectam, à qua Christianus factus defecerat, redire dignaretur. Hisce literis respondet Augustinus, conscribens *librum in eum.* Insuper dicebat, *CHRISTUM non esse unigenitum Patris secundum naturam. DEUM esse mutabilem.* Reliquos errores vide-sis in *Libro Augustini contra eum.* Floruit sub Arcadio Imperâtore & Innocentio I. Papa, *C. A. D.* 405.

405. Pelagius, à quo *Pelagiani*, Britannus, professione Monachus, sed divinæ gratiæ hostis ac oppugnator acerrimus, liberum arbitrium divinæ gratiæ præponens, docebat, non ex misericordia DEI propter CHRISTUM nos justificari, sed *ex propriis operibus & vir-*

& virtutibus naturalibus, remissionem peccatorum non contingere ex fide CHRISTI, sed ex nostris conatibus. Adamum non ex culpæ demerito, sed ex conditione naturæ mortuum esse. Infantes ante baptismum nullum peccatum originale habere. &c. Damnatus in duobus Conciliis A. C. 419. Carthaginensi & Milevitano. *Forbes. l. VIII. c. 1.* Exstitit Arcadii Imp. & Innocentii I. Pontific. temporibus, *C. A. D.* 405. Plura vide apud *Augustinum lib. de Hæresibus. Vossium in Historia Pelagii per tot. ex professo.*

Gaudentius, Donatistarum Episcopus. Hic contra *Augustinum duas* conscripsit *Epistolas*; eidem duobus libris respondit *Augustinus*, in quibus confutat Gaudentii impios errores, quos lege. Vixit sub Imperio Arcadii & Innocentii I. Pontificatu, circa *annum Domini* 405. 405.

Cælestius, à quo *Cælestiani.* Hic sentiit ut Pelagius, referente *D. Augustino*, & in Ephesina Synodo sunt damnati. Sophisticis rationibus nitebatur probare; *Nullum hominem peccare, si vellet:* & cæteras Pelagii fovebat opiniones. Vixit Arcadio Imp. regnante, & Innocentii I. Rom. Pont. tempore, *C. A. D.* 405. 405.

Annianus, Pseudodiaconus Ecclesiæ Calidensis, Cælestii, Pelagiani discipulus & consors, contra cujus libros scripsit *Hieronymus.* Vixit item sub imperio Arcadii & Pontif. Innocentii I. circa *annum Domini* 405. 405.

Gainas Barbarus ex genere fuit, Christianus quidem, sed Arrianâ peste infectus. De vita, actionibus, morte hujus plenius legere poteris apud *Nicephorum Historiæ Ecclesiasticæ lib. 13. cap. 5.* Vixit *C. A D.* 405. summum Pontificatum agente Innocentio I. 405.

Fortunatus. Hic, cùm Manichæorum Presbyter esset, & apud Hipponem longo tempore conversaretur, ingenti famâ ibidem celebratus quamplurimos in suam pertraxit opinionem. Contra quem à *D. Augustino* solennis Disputatio indicta fuit. Quæstio proposita de malo fuit: nimirum; *Unde sit malum?* *Augustinus* malum in homine ortum esse ex proprio liberoq; ipsius voluntatis arbitrio contendebat. *Fortunatus* contrà dicebat, *mali naturam DEO esse coæternam.* Fortunatus autem publicè 405.

con-

convictus discessit Hipponensi civitate. Viguit Arcadii Imperatoris & Innocentii I. Rom. Pontif. *C. A. D.* 405.

405. Julianus, Capuanus Episcopus. Vir quidem fuit acer ingenio & in divinis literis admodum eruditus; sed qui *Pelagii hæretici* dogma mordicus tuebatur. Contra ipsum *Augustinus* libros conscripsit. Asserebat autem cum suo *Pelagio*, absque gratia CHRISTI hominem posse omnia DEI præcepta implere, & suis meritis vitam æternam consequi. Vixit sub Arcadio Imperat. & Innocentio I. Rom. Pont. *C. A. D.* 405.

405. Felix Manichæus. Hic dicebat, suum præceptorem *Manichæum* de promissione Spiritus S. Apostolum CHRISTI fuisse. Item, terram DEO esse coæternam. Exortus est Arcadii Imperatoris & Innocentii I. Papæ temp. *C. A. D.* 405.

405. Maximinus, Arrianæ Sectæ præfectus. Hic asserebat Patrem potentiorem esse Filio, eò quòd Filium genuerit, DEUM creatorem, Filius autem non. Dicebatq;, Patrem potuisse gignere, non Filium, & ideo potentiorem esse Filio. Exstitit Arcadii Cæsaris, & Innocentii I. Papæ temporibus, circa *annum Domini* 405. *Lege Augustinum.*

407. Faustus Manichæus. Vir hic alioqui doctus, docebat cum præceptore *Manichæo*, animam hominis esse aut DEI substantiam, aut ex DEI substantia consistere. De CHRISTO dicebat, *nec nasci, nec mori potuisse;* ideoq; *ex Virgine nullam nativitatem illi contigisse, & ejus mortem in cruce falsam fuisse.* Viguit Arcadii Imperatoris & Innocentii I. Pontif. temporibus, *C. A. D.* 407. *Vid. Augustinus.*

407. Abelonii, seu Abelonitæ, ab *Abele* filio Adami. Abhorrebant conjugium, sicut *Abel* cœlibem vitam semper egisset. Horum hæresis rusticana fuit. De horum hæresi vide Augustinum in libro, quem de hæresibus inscripsit, idq; Arcadii Imperatoris & Innocentii I. Pontif. temporibus, *C. A. D.* 407.

414. Prædestinati. Hi à sua doctrina nomen sortiuntur: siquidem de Prædestinatione & divina gratia disputantes asserebant, *piè viventibus non prodesse bonorum operum laborem, si à DEO ad mortem*

mortem ordinati fuissent: & contrà. Exorti sub Honorio Imperatore & Innocentio I. Papâ, *C. A. D.* 414. *Vid. infrà.*

Petilianus. Hic fuit Secta *Donatista*, veritatis Catholicæ vehementissimus oppugnator & hostis. Docebat, eos, qui se pro peccato interimunt, deberi Martyres nuncupari, eò, quòd in se puniant, quòd se dolent commisisse. Dicebat &, malos Sacerdotes non conferre vera Sacramenta. Vixit Honorii & Theodosii Imperatorum & Innocentii I. Pontificis temporibus, *C. A. D.* 415. *Augustinus* contra hunc scripsit. 415.

Nestorius, Constantinopolitanus Episcopus. Vir quantumvis naturâ eloquens, in Scripturis tamen & Veterum lectione minùs exercitatus. *Pelagianorum* hæresin secutus est. Hic in id summo studio laboravit, *ut CHRISTUM DEI Filium ex virgine Maria natum, hominem duntaxat, non etiam DEUM esse doceret, atque ideò Mariam* χριστοτόκον, *non* θεοτόκον *esse* diceret: posteà verò sanctæ & inculpatæ vitæ merito CHRISTUM obtinuisse, *ut dignus haberetur, cui se divinitas conjungeret.* Duas naturas, duas personas in CHRISTO ponebat. Damnatus in Concil. Ephesin. A. C. 431. *Vid. Forbes. l. 2. c. 9. lib. 1. c. 30. §. 8. & alibi.* Floruit autem Theodosii Junioris Imperat. & Cælestini summi Rom. Pontif. temporibus, *C. A. D.* 427. *Vid. plura in Nicephoro Ecclesiastica suæ Historiæ lib. 14. c. 31.* 427.

Sisinius, *Novatianorum* apud Constantinopolim minister. Hic præter morem Ecclesiæ albâ utebatur veste, quâ morum sinceritatem, vitæ puritatem & cordis munditiem, instar eorum, qui Novati Sectam amplectebantur, significare volebat. Prolixê de eo *Niceph. lib. 22. c. 36.* Vixit Theodosii Imp. & Cælestini Papæ temporibus, *C. A. D.* 428. 428.

Ablabius. Nobilissimus Orator fuit, Troili Sophistæ auditor, in Presbyterorum ordinem cooptatus: Posteà *Novatianorum* hæreticorum Ecclesiæ in Nicena urbe præfuit. Illorum error in hoc erat: *Quòd primas nuptias admittebant, secundas, ut impias rejiciebant. omnem pœnitentiæ virtutem tollebant.* Vixit Theodosii Imp. & Cœlestini summi Pontif. temporibus. *C. A. D.* 430. 430.

435. Moses falsus in Creta. Judæus hic erupit in Creta, *qui se Mosen esse assereret, & cœlitùs à DEO propterea missum esse confinxit, ut ejus loci Judæos ipse per mare, perinde atque olim Israelitas per rubrum sinum, duceret.* Theodosii Junioris Imp. & Cælestini Pontif. Rom. temporibus, *C. A. D.* 435. *Vid. Nicephorum lib.* 14. *cap.* 40.

443. Eutyches, à quo *Eutychiani.* Hic olim Abbas Constantinopolitanus, impiè docebat, ante incarnationem duas fuisse in CHRISTO naturas; post incarnationem unam tantùm fuisse. V. prolixè *Forbes. lib.* 2. *cap.* 9. Damnatus in Conc. Constantinopol. *An. Chr.* 446. Carnem CHRISTI nostræ non fuisse similem, *nec reverà illum de Virgine natum. CHRISTI corpus de cœlo descendisse in virginis uterum, ipsumq; tanquam solis radios penetrasse.* Dicebat, *corpus nostrum, post resurrectionis gloriam, futurum impalpabile & invisibile.* Viguit tempore Theodosii II. Imp. & Leonis hujus nominis I. Rom. Pont. *C. A. D.* 443. *Nicephorus Ecclesi. Hist. lib.* 8. *cap.* 47.

453. Dioscorus, Alexandrinus Episcopus, à quo *Dioscoriani.* Hic cum consorte suo *Eutychete* dicebat, unam naturam esse verbi DEI & carnis. Quia licet illi faterentur verbi incarnationem, *post illam tamen unionem asserebant carnem fuisse conversam in Deitatem: & idcircò unam carnis Deitatisq; factam substantiam:* adeò quidem, ut coactus fuerit concedere, *CHRISTUM passum fuisse secundum naturam divinam, quòd per incarnationem carnis substantia fuisset in substantiam divinitatis conversa.* Ejus Historiam latiùs videre licebit ex Ecclesiastica *Nicephori, lib.* 14. *c.* 47. Vixit tempore Arcadii & Martiani Impp. & Leonis I. Romani Pontificis, *C. A. D.* 453.

460. Timotheus Ælurus, violentus Episcopatus Alexandrini occupator. Hic *Nestorianæ* hæresis propugnator vehementissimus, anteà quidem Monachus; sed postea Presbyter Ecclesiæ *Alexandrinæ.* Ita *carnem Verbum factum esse dicebat, ut manente verbo in sua substantia & homine in sua natura, societate, non commixtione unam Filii DEI factam esse personam assereret.* Floruit sub Leone hujus nominis I. Imp. & Leone I. Papâ, *C. A. D.* 460.

Petrus

Petrus Gnaphæus, *Antiochenus* Episcopus. Hic duas 476.
personas CHRISTO tribuens, ausus est in Angelico Hymno, qui *Trisagion* à Græcis nuncupatur, quartam superaddere vocem, dicens: *Sanctus DEUS, sanctus fortis, sanctus & immortalis, sanctus qui crucifixus es*; ut sanctum fortem, quo nomine Filius DEI designatur, *alium faceret ab eo, qui crucifixus est*. Hinc Θεοπασχῖται dicti fuerunt. Hinc illa quæstio, *utrum unus ex Trinitate sit crucifixus*. De qua adi *Forbes. lib. 3. cap. 21.* ex professo. Viguit Zenonis Imp. & Simplicii Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 476.* De eo accuratè *Nicephorus Hist. Ecclesiast. lib. 15. cap. 28.* qui legatur.

Anthimus, Constantinopolitanus Episcopus. Hic in 476.
Eutychianam hæresin lapsus, & cum *Acephalis* sentiens, νοσῶν τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς αἱρετικὴν μανίαν, ut loqvuntur *Acta Concil. Constantin. sub Menna Action. I.* CHRISTO duas naturas negabat, multis interim, *teste Platina*, Pontificibus causa exitii factus; sed hoc videre erit faciliùs ex ejus historia, quam eleganti stilo conscripsit *Niceph. Hist. Eccles. lib. 17. c. 7.* Vixit tempore Zenonis Imperat. & Simplicii summi Rom. Pont. *C. A. D. 476.*

Theodorus, *Mopsnestiensis* Episcopus, *Johannis Chry-* 476.
sostomi condiscipulus fuit, & *Arrianorum*, quamdiu vixit, acerrimus Antagonista, qui tamen posteà in *Ebionis* & *Nestorii* hæresin collapsus est. Plusquam 10000. libros scripsisse fertur. Damnatus in Conc. Oecum. V. Collat. 5. ubi dicitur *Auctor & Magister fuisse Nestorii*. Vid. *Forb. lib. 3. c. 24. & c. 25* Zenonis Imperat. & Simplicii Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 476.* *Damascenus contra ejus errores scripsit lib. 3. cap. 8.*

Gainus, à quo *Gainitæ*. Hic cum *Anthimio, Theodoro* in 476.
Eutychianam hæresin prolapsus. Dicebat cum *Acephalis*, Μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν σύνθετον. Et hanc unam Naturam vocabant Θεανθρωπίαν. Refutat *Damascen. l. de hæresibus. CHRISTUM compositum esse ex natura divina & humana, sicq; semper immortalem esse corpus corruptibile, jam inde à nativitate habentem.* Vixit Zenonis Imp. & Simplicii Pont. temporibus, *C. A. D. 476.*

476. Ibas, *Edessenus* Episcopus. Hic hæresis damnatus est, quòd denegaret, *Domini verbum, de sancta genitrice semper Virgine Maria, incarnatum hominem factum.* Dicebat impius, *hominem tantùm, non DEUM peperisse.* Exstitit tempore Leonis Imperat. & Simplicii Rom. Pont. *C. A. D.* 476. Vid. *Forbes. l. 3. cap. 24.* prolixè.

493. Deuterius, *Arrianorum* Episcopus. Baptismi verborum prævaricator. *In nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto* baptizabat, & cùm Barbam quendam baptizaret, utens hac formulâ: *Baptizatur Barbas in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto.* Ecce! unda, quæ in sacro lavacro erat, derepentè disparuit. Et *Barbas* inde profugiens miraculum id omnibus promulgavit. Vixit tempore Anastasii Imp. & Symmachi Rom. Pont. *C. A. D. 493. Niceph. lib. 16. c. 35.*

494. Severus, Antiochenus Episcopus, ab eo *Severitæ.* Horum 5. Sectæ sunt: Angelitæ, Tetraditæ, Cononitæ, Contobabditæ, de quibus *Nicephorus & Forbes. l. 3. c. 16.* Hic, & *Dioscorus* in CHRISTO non posuerunt *unionem personalem, in duabus naturis subsistentem; sed tantùm habitualem*, id est, secundum habitum & proprietatem quandam divinam. Vixit sub Anastasio Imp. & Symmacho Pont. *C. A. D.* 494. *Niceph. l. 16. c. 29.*

494. Acephali. Hi Chalcedonense Concilium impugnantes duarum in CHRISTO substantiarum proprietatem cum *Eutychete* Constantinopolitano Abbate & aliis pernegabant. Dicuntur autem *Acephali, sine Capite*, propterea quòd *omnes hujus factionis simul exorti, nullus eorum autor repertus sit, à quo Originem traxisse dicerentur.* Leontius lib. de Sect. Act. 5. *διότι τῷ Πατριάρχῃ αὐτῶν μὴ ἀπολυθήσαντες, καθ' ἑαυτὰς ἐχωνώνυν.* Erat autem Patriarcha illorum *Petrus Moggus. V. Forbes. l. 3 cap. 14. prolixè.* Exstiterunt Athanasio Imperat. & Symmacho Pont. *C. A. D.* 494. *Niceph. Hist. Eccl. l. 18. c. 45.*

494. Angelitæ. Hi à quodam *Alexandriæ* loco, *Angelii* nomen habente, appellati sunt. Dicunt, *alium esse Patrem, alium Filium, & alium Paracletum, Spiritum videlicet Sanctum:* non esse autem horum quemque per seipsum natura; sed habere communem

munem DEUM sive *Deitatem* in eis existentem: atque de ea Deitate indivisibili modo participantes, *qvemlibet esse DEUM*. Unam autem *subsistentiam* opinantur esse P. & F. & S. S. Communem verò ipsum DEUM, substantiam & naturam. Emerserunt isti Athanasii Imperat. & Symmachi Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 494. Niceph. lib. 18. cap. 49.*

Xenajas, Hieropolitanus Episcopus, nondum baptizatus factus à *Petro Gnapheo*. Persa hic fuit natione. *Eutychetis, Dioscori* & *Severi* hæresis propugnator acerrimus, & *Chalcedonensis Synodi* insectator vehementissimus. Anastasii I. hujus nominis Imp. & Symmachi Pont. temporibus, *C. A. D. 495.* De eo plura apud *Niceph. Hist. Eccl. l. 16. c. 27.* 495.

Johannes Philoponus, Alexandrinus Grammaticus. Hic *Monophysitarum* & *Tritheitarum* hæresium Dux fuit, Phocæ Imperatoris & Sabiniani Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 499.* Hujus historia à *Nicephoro* ad vivum descripta, *Eccl. Hist. l. 18. c. 46.* 499.

CENTURIA VI.

OLipius, Carthaginensis Episc. Arrianæ hæresi addictus. Hic cùm in balneis aliquando Trinitatem sanctissimam blasphemiis afficeret, tribus igneis fulminibus ab Angelo visibiliter missis miserabiliter decidit, & ejus cadaver penitus exustum. Vixit Athanasii Imperatoris & Symmachi summi Rom. Pontificis temporibus, *C. A. D. 505.* 505.

Monophysitæ seu *Theopaschitæ*. Hi à μόνος, quod est *unus*, & φύσις *natura* appellati sunt, quòd *unam illi verbi & carnis naturam post ineffabilem unionem in CHRISTO esse sentiant & doceant*. Emerserunt Athanasii Imperat. & Hormisdæ summi Rom. Pont. temp. *C. A. D. 517. Niceph. Hist. Eccles. l. 18. c. 45.* 517.

Aphthartodocitæ. Græcè dicti ab ἄφθαρτος & δοκέω, *Damasceno & Nicephoro l. 17. c. 29.* His oppositi erant φθαρτολάτραι, Latinè, *Corrupticolæ. V. Forbes. l. 3. c. 18. ex professo.* Docebant, carnem, quam ex virgine Salvator CHRISTUS 536.

STUS assumpsit, *ante passionem incorruptibilem fuisse.* Exorti temporibus Justiniani hujus nominis I. Rom. Imp. & Felicis IV. Pont. Rom. *C. A. D. 536.*

559. Macarius, Antiochenus Episcopus. Hic hæresis autor, quæ *in CHRISTO unam tantùm fuisse voluntatem* & operationem, videlicet divinam, contendit. Græcè, Μονοθελῖται. Exstitit *C. A. D. 559.* Justino Imperat. & Pelagio I. Papâ.

584. Jacobitæ, à quodam *Jacobo*, genere *Syro*, nuncupantur. Hi se quoque jactant, primùm à D. Matthæo ad fidem CHRISTI conversos esse. *Parvulos suos circumcidebant. Unam tantùm CHRISTI naturam profitentur: non credunt Trinitatem, sed unitatem. &c.* Vixerunt tempore Mauritii Imp. & Pelagii Papæ, *C. A. D. 584.*

584. Cononitæ, à *Conone* quodam *Alexandriæ Episcopo.* Hi tres quidem Deos, seu *tres Deitates* dicere supersedent: tres autem numero substantias, seu naturas quasdam similes profitentur. Viguerunt tempore Mauritii Imp. & Pelagii hujus nominis II. Pont. Rom. *C. A. D. 584.* Plura lege apud *Niceph. Hist. Eccles. lib. 18. cap. 50.*

584. Contobabditæ. Hi alium dicunt esse Patrem, alium Fil. alium S.S. non habere autem horum quemque per seipsum naturam; sed habere *communem DEUM* sive *Deitatem* in eis existentem: atque de ea Deitate indivisibili modo participantes, quemlibet esse DEUM. Exstiterunt tempore Constantii Imp. & Julii Rom. Pont. *C. A. D. 584. Niceph. Hist. Eccl. l. 9. c. 11.*

592. Theodosius, à quo *Theodosiani.* Aliàs, Φθαρτολάτραι *Corrupticolæ* dicti, & *Goianis* oppositi, qui appellabantur Φαντασιασταί. Acceperat dogma suum à Severo, ut ait *Liberatus.* Hic communem humanam naturam, quin & divinam, quam *indivisibilem* dicimus, in plurimas partitur personas, discernens eam, & singulatim *individuis tribuens, & tribus supersubstantiatis naturæ subsistentiis dispertiens.* Floruit is Mauritii Imperatoris & Pelagii Papæ temporibus, *C. A. D. 592. Niceph. lib. 18. cap. 48. Vide Forbes. l. 3. c. 18. §. 2.*

Tetra-

Tetraditæ. Hæc cohors est *Severitarum*, inq; multas Sectas dissecta, & primùm à Manichæis progressa. Vide-sis *Niceph. l. 18. c. 49.* 599.

CENTURIA VII.

JUlianus Halicarnasseus, *Severi* assecla, à quo dissentire cœpit circa carnem Domini corruptibilem an incorruptibilem. Autor eorum, qui *Phantasiastæ* dicuntur. Hic creatum quidem Domini corpus opinatus est, sed idem ab ipsa conceptione incorruptibile esse docuit. Vixit tempore Phocæ Imperat. & Sabiniani summi Pont. *C. A. D. 604. Vid. Niceph. Hist. Eccles. l. 18. c. 45. Forbes. l. 3. c. 18. prolixè.* 604.

Sergius, Constantinopolitanus Episcopus. *Monothelitarum* hæresis princeps fuit, duas in CHRISTO quidem esse voluntates & virtutes operatrices, *divinam* videlicet & *humanam ante unionem* asserens; sed deinde ita unitas fuisse & *confusas, ut in unam eandemqve naturam abierint, atqve mixtionem subierint*: adeò, ut divinitas ea, quæ humanitatis sunt, passa fuerit & contrà. Idem auctor est libri, qui dicitur ἔκθεσις Heraclii Imp. quo doctrinam istam complexus fuit. *Acta synod. Later. sub Martin. I. P. R.* Floruit autem sub Phoca Imperat. & Sabiniano Pont. *C. A. D. 604. Prolixè adi Forbes. l. 5. c. 1.* 604.

Bayras. Hæreticus de Secta *Jacobitarum* fuit. Mahometen in diversis erroribus, quibus imbutus erat, instruxit. Vixit sub Heraclio Imperat. & Honorio I. Papâ, *C. A. D. 624.* 624.

Mahometes Pseudopropheta. Maledictissimus hic Arabs, præ omnibus Antichristis Antichristus verus. Negat cum *Sabellio* Trinitatem; cum *Arrio* CHRISTUM creaturam esse contendit, eumq; DEUM ridiculè putat, & cum omnibus fermè hæreticis unam eandemq; fovet opinionem. Exortus est Heraclii Imp. & Honorii I. Rom. Pont. temp. *C. A. D. 630.* De ejus origine, incremento, doctrinâ, moribus, Alcorano, vid. ex professo *Hornbeck. Summ. Controv. l. 3. Gisb. Voet. T. 2. Disp. select. Forbes. l. 4. per totum.* 630.

Arme-

640. Armeni. Hæretici illi, cùm primùm Catholicam fidem essent edocti, tandem veram fidei regulam deserentes, in varios errores sunt prolapsi. Inter alios itaque *Armenorum* errores, is unus est, quo asserunt: *Adamum & Evam nunqvam carnali copulâ conjungendos, si in eo statu, qvo illos DEUS condiderat, permansissent, humanam speciem aliter propagandam asserentes.* Autore *Jacobo Sanzalo*, Syro, Monophysita, unde & *Jacobitæ* appellantur. De quibus adi *Forbes. l 3. c. 17.* Hæc Hæresis, cùm omnium hæresium sit sentina confluens, *teste Niceph. Lege hunc in Historia Ecclesiastica lib. 18. cap. 53.* Exstitit autem Armeniorum hæresis sub Constantini III. imperio & Pontificatu Theodori, *C. A.D. 640.*

640. Chazinzarii. Hi sunt ex *Armenianorum* familia. Crucem colere & adorare tantummodo dicunt. *Chaurus* namq; crux ab eis dicitur. Exorti sunt temporibus Constantini III. & Theodori summi Pont. *C. A. D. 640. Niceph. l. 18. c. 54.*

650. Agareni. Hi ab *Agar Abrahæ* ancillâ nominati. Christiani abjurati, de DEO quidem aliquid credentes; *sed non ut Christiani*, ut qui *Alcoranum* prorsus sequantur. Negant Trinitatem. Affirmant, *fieri non posse, DEUM habere Filium, propterea qvòd uxorem non habeat.* Floruerunt sub Constante Imp. & Martino I. Rom. Pont. *C. A. D. 650.*

694. Aginnenses. Hi nuptias execrabiles & spurcas appellabant, à nuptiis *(ut à malo authore institutis)* abhorrebant: sic nuptias damnantes Castitatis inimici meritò appellari possunt. Emerserunt Justiniani II. Imp. & Sergii I. Rom. Pont. temporibus, *C. A. D. 694.*

699. Maronitæ. Hi ab hæretico nomine *Maron* nomen sortiti, cujus hæresin etiam imitati. De hac hæresi vide plura in *Eutychete, Dioscoro.* Syri *Maronitæ* ad Libanum montem olim *Monothelitæ*, nunc Latinæ Ecclesiæ facti sunt conformes. Exorti *C. A. D. 699.*

CENTURIA VIII.

719. ICONOCLASTÆ, seu Iconomachi, id est, *Divorum imaginum raptores.* Hæc hæresis cepit tempore Gregorii secundi hujus nominis,

nominis Pont. Rom. & Leonis tertii Imperatoris, qui & *Iconomachus* appellatus est, quòd imagines Sanctorum è templis auferri & incendi mandavit, de quo prolixiùs Photius. Qui adorabant, dicebantur *Iconolatræ*; Qui confringebant, *Iconoclastæ*, dolentes scilicet coli, quod non decebat. *V. Forbes. l. 7. c. 10. fusè.* circa *annum Domini* 719.

Felix quidam, Urgelitanus in Hispania Episcopus, cum *Elipando Toletano* Nestorianam hæresin revocantes docebant in CHRISTO duas hypostases, & CHRISTUM secundùm humanam naturam esse Filium DEI adoptivum. Viguit, ut volunt, sub Constantino VI. Imperat. & Adriano I. Pont. *C. A. D. 783.* Damnatus in Concilio Francofurdensi *A. C. 794. V. Forb. l. 6. c. 1.* 783.

Bajolenses & Concordenses. Hi multis in erroribus astipulantur *Albanensibus*. De quibus vide hæresin *Albanensium*. Exorti Constantini VI. Imperat. & Leonis III. Papæ temporibus, *C. A. D. 796.* 796.

Albanenses. Hi duo inprimis constituebant rerum principia, *unum bonum*, à quo omnia bona, *alterum malum*, à quo omnia mala. Dicebant, *DEUM non creare animas novas; sed illas transmigrare de corpore in corpus.* CHRISTUM non pertulisse veras hominis pœnalitates, neque de virgine carnem suscepisse. *Ante CHRISTUM nullos bonos fuisse. &c.* Emerserunt Constantini VI. Imp. & Leonis III. Pont. temporibus, *C. A. D. 796.* Vide plura in *Augustini lib. de hæres. c. 59.* 796.

Centuria IX.

Berengarius, Diaconus *Andegavensis*. Hic natione fuit Gallus, Dialecticis captiunculis deditus: Quâ de causâ tandem effectum est, *ut verum Corpus & sangvinem CHRISTI in pane & vino post consecrationem, juxta institutum CHRISTI, adesse negaverit.* Sed ejus error circa *annum Domini* 1048. est damnatus. *V. Usserium de statu Eccles. c. 7. p. 239.* 1048.

CENTURIA X.

1117. DUrandus de Waldach/ Hic asserebat, *matrimonium nihil aliud esse, quàm occultum meretricium.* Henrici V. Imp. & Paschatis II. Pont. temporibus, *C. A. D. 1117.*

1147. Gilbertus Porretanus, *Pictaviensis* Episcopus. Hic de sanctæ Trinitatis Unitate non sentiebat, ut sentit Ecclesia vera, asserens, *relationes in divinis non esse personis, sed eas à foris existere.* Cunradi III. Imp. & Eugenii III. summi Pont. temporibus, *C. A. D. 1147.*

1160. Insabbatati. Hi juramentum quodlibet respuunt. Nullam orationem, præter eam, quam Dominicam appellamus, admittunt. Omne humanum judicium subterfugiunt, &c. Emerserunt Friderici I. Imperat. & Alexandri III. Pont. temporibus, *C. A. D. 1160.* Vide infrà, *Puritani.*

1179. Bogomiles, hoc est, linguâ Saracenâ, *Gens misericordiam inclamans.* Hi contra Ecclesias blasphemabant, dicentes, in eis habitare Dœmones. Exstitere sub Friderico I. Imperat. Germ. & Alexandro III. Rom. Pont. *C. A. D. 1179.*

1195. Joachimus Abbas. Monachus ordinis Benedicti, multa scripsit, in quibus, quàm levi esset ingenio, plus satis ostendit. Consuevit miscere Prognostica. Asserebat, *essentiam generare essentiam, quemadmodum DEUS generat ac producit DEUM.* Floruit sub Henrico VI. Imp. & Cælestino III. Pont. Rom. *C. A. D. 1195.* *Vid.* Wolffii *Lect. Memorabil. Tom. II.*

1199. Petrus Joannis. Hic negat animam rationalem esse formam corporis humani, non absolutè quidem; *sed in quantum rationalis est.* Apostolos non prædicasse Evangelium CHRISTI *juxta spiritualem intelligentiam, sed literalem. &c.* Vixit Henrici II. Imp. & Cælestini III. Rom. Pont. temporibus, circa *annum Domini 1199.*

CENTURIA XI.

1204. ALmaricus, *Parisiensis* Doctor. Dicebat, *DEUM sic locutum esse in Ovidio, sicut in Augustino.* Asserebat, DEUM

non

non videri in se, sed in creaturis, sicut lumen in aëre. &c. Vixit Philippo, Barbarossæ filio, imperante, & Innocentii III. Pont. Rom. temp. *C. A. D. 1204.*

David Dinantius. Hic DEUM esse materiam primam asserebat. De aliis ejus erroribus vide suprà in *Almarico*, cujus sententiæ in multis fuit addictus. Vixit imperante Philippo, Barbarossæ filio, & summum Pontificatum agente Innocentio III. *C. A. D. 1204.* 1204.

Raymundus Lullius, ex *Majorica* civitate oriundus. Asserit, *DEUM habere multas essentias.* Spiritum S. conceptum esse de Patre & Filio. Artem Lullianam sibi esse à DEO revelatam. . Floruit sub interregno Romanorum, tempore Alexandri IV. summi Rom. Pont. *C. A. D. 1260.* 1260.

Flagellantes. Horum hæresis primùm in Italia orta. Docebant; *ab adventu suæ sectæ Evangelium desiisse. Perjurium licere asserebant*, hanc semper in ore versantes sententiam: 1273.

Jura, perjura, secretum prodere noli.

Exstitere tempore Rudolphi Imp. & Gregorii X. Rom. Pont. *C. A. D. 1273.*

Centuria XII.

Dulcinus, à quo *Dulcinistæ.* Hic tam pudendæ ac effrenæ libidinis exstitit, ut ad sex millia utriusque sexus sub charitatis specie cohabitare docuerit, qui Alpes incolentes in omnem libidinem effusi sunt. Vixit tempore Henrici VII. & Clementis V. Rom. Pont. *C. A. D. 1309.* 1309.

Barlaamus & Acindymus. Censebant isti modò, *nullum discrimen esse in divina natura, substantia & effectu, sed idem esse, nec diversum.* Id quod in Taborio monte effulsit divinum illud lumen, id est, *spectrum duntaxat & creaturam, quæ ortum habet & interitum.* Vixerunt sub Henrico septimo Cæsare & Joanne XXII. Pont. *C. A. D. 1313.* 1313.

Beguardi & Beguinæ. Dixerunt, *posse hominem tantam virtutis perfectionem in hac miserâ consequi vitâ, ut omninò* 1314.

 ad pec-

ad peccandum reddatur impotens. Emerſerunt tempore Ludovici I. Imp. & Joannis hujus nominis XXII. Rom. Pont. *C. A. D.* 1314.

1346. Adamitæ, in *Bohemia* exorti, ludibrii magis quàm veritatis dogma habentes. *Nudi enim velut ex matre, tum viri, tum fœminæ ſimul conveniebant, ſicq; lectiones & preces, & quodcunque tandem aliud perficiebant.* Exſtiterunt Sigismundi Germani Imp. & Joannis XXIII. Rom. Pont. temporibus, *C. A. D.* 1346.

1372. Turilupini. *Cynici* profeſſione, docebant, de nullâ re, quæ nobis à natura data eſt, erubeſcendum eſſe. *Gerſon* contra illos nonnulla ſcripſit.

Centuria XIII.

1411. THaboritæ. Hi fuerunt *Bohemi*, hoc nomine appellati à loco quodam, quem mœnibus cingentes nomen *Thabor* illi indiderunt: & tanquam cum tribus Apoſtolis Salvatoris Chriſti transfigurationem vidiſſent in monte *Thabor*, indeq; opiniones ſuas mutuati eſſent, quas *fidei veritates* nominabant. Exorti ſub Sigismundo Imp. & Joanne XIII. Pont. *C. A. D.* 1411. Ita quidem *Prateolus*, ſed in B. Lydio Waldenſ. editore p. 2. 3. alia leguntur, ſcil. Tres fuiſſe Sectas tunc in Bohemia, Romanenſem, Calixtinorum & Taboritarum. Horum illi erant *Pontificii, Calixtini,* Neutrales, *Taboritæ,* Waldenſium Dogmatiſtæ.

1499. Hermannus Riſſuich. *Batavus* natione. Hic dicebat: *Angelos, ſive boni, ſive mali ſint, à DEO creatos non eſſe,* quòd nusquam (ut ait) hoc Scriptura aſſerat. *CHRISTUM* (ô horrendam & inauditam blaſphemiam!) *ſtultum appellabat.* Fidem noſtram fabuloſam eſſe. &c. Vixit ſub Maximiliano Imperatore & Alexandro VI. Papâ, *C. A. D.* 1499.

Centuria XIV.

1524. THomas Müntzerus, à quo *Müntzeriti*, Anabaptiſtæ.

1525. Quintinus, à quo *Quintiniſtæ*. Sartor quidam, natione Picardus. Hic cum ſuis *S. Scripturam ridebat, pro fabulis habens,* liter-

literæ se negabat obnoxium; unumqvemqve Apostolorum aliqvo notabat scommate: Paulum vocans vas fractum, Petrum CHRISTI abnegatorem, Joannem juvenem stolidum. &c. Vixit sub Carolo V. Imperat. & Clemente VII. Papâ, *C. A. D. 1525.*

Georgius David. In Frisia hic novus Propheta. Hic *se DEI nepotem nuncupabat. Volebat omnes mulieres esse communes. Se qvoqve jactabat tertium Davidem esse, qvi super terram regnare deberet.* Vixit sub Carolo V. Imper. & Clemente Pont. *C. A. D. 1527.* 1527.

Christophorus Scaplerus. Hic unus ex Ducibus eorum fuit, qui *C. A. D. 1529.* tempore Caroli V. Imp. & Clementis VII. emerserunt. De qua re *vid. Chronic. Carionis lib. 4.* 1529.

Balthasar Pacimontanus. Hic fuit inter primos autor horrendæ illius *Anabaptistarum* Sectæ. Dicebat: *Parvulis non prodesse baptisma. Sacerdotium abrogandum. Realem CHRISTI præsentiam negabat. Chiliastarum errorem renovans dominationem spernebat.* Exstitit Caroli V. Imperat. & Pauli III. Papæ temporibus, *C. A. D. 1534.* 1534.

Joannes de Leiden, *Anabaptistarum* Rex. Hic primò Sartor professione. Vide sis *Chronicam Carionis, in qva prolixè de Anabaptistis.* Vixit *C. A. D. 1534.* sub imperio Caroli V. atque Pontificatu Pauli III. Rom. Pont. 1534.

Michael Servetus, à quo Servetiani. Hic nondum annos natus *viginti qvinqve,* se jactabat *unicum totius Orbis Prophetam.* DEUM esse unicam personam, Spiritum S. negat esse tertiam personam. Cum *Manichæis* docebat, animam ex DEO esse natam, CHRISTI carnem ex Deitate & tribus elementis increatis esse factam. *V. Calvin. l. 2. Institut. c. 14.* Exustus Genevæ. Vixit tempore Caroli V. & Pauli III. Papæ, *C. A. D. 1538.* 3538.

Lucas Sternbergius. Ille docuit propalam, eos omnes, qui sanctæ Trinitatis nomen confitentur, *tres Deos falsos* comminisci, cùm sit *Trinitas nomen supervacaneum. &c.* Vixit sub Ferdinando Imp. & Pio IV. Papâ, *C. A. D. 1561.* 1561.

Deistæ seu Trinitarii, *Arriani novi.* Dicunt tres esse, 1564.

Patrem, F. & S.S. ſed non eſſe tres perſonas. *Unam eſſe naturam ſeu Deitatem communem tribus illis; ſed non eſſe unam eſſentiam.* Exorti ſunt in Polonia, *C. A. D.* 1564. Vide infrà *Sociniani.*

1567. Athei ſeu Epicurei. Hi *nullum DEUM eſſe credebant, providentiam è rebus humanis tollunt, omnia fato agi: animas cum corpore interire.* Exſtitêre *C. A. D.* 1567.

1567. Cynici. Philoſophi fuerunt, & quidem carnales & beſtiales, dicentes: *Licere cuiqve commiſceri fœminis inſtar canum omni pudore ſublato.* Vixêre *C. A. D.* 1567.

1160. WAldenſes. A Pontificiis inter Hæreticos vulgò referuntur. Dicti à *Petro Waldo ſ. Waldenſe*, orto ex oppido Galliæ *Waldis*, unde nomen ipſi hæſit, circa *A. C.* 1160. florente Paparum doctrinâ docuit. Quia etiam ſimul civis ſui Lugduni, *Leon* vulgò, inde diſcipuli ejus appellati *Leoniſtæ, Pauperes de Lugduno, Humiles, Humiliati, Paſſagini, Joſepiſtæ*, de quibus *Uſſerius c. 8. §. 41. de Statu Eccleſ. in Occidente.* quòd poſſeſſionibus ſuis excuſſi in ſumma paupertate hinc inde vagari cogerentur. Aliàs quoque dicti, *Fratricelli Albienſes, Albingenſes*, quòd nonnulli illorum in *Albiorum* civitate in Tholoſatibus ſita concionarentur. *F. Rainer. Sachonus* circa A. C. 1250. ſcripſit 4. libros contra *Waldenſes*, quibus iis hoc elogium tribuit: *Qvòd omnia benè de DEO credant, & omnes articulos, qvi in Eccleſia continentur, recipiant; ſolam autem Romanam Eccleſiam blaſphement & oderint.* Docentes, eſſe Eccleſiam malignantium, quæ jam inde à Silveſtri P. R. tempore, quo venenum temporalis Dominii in eam effuſum fuerit, à puritate doctrinæ defecerit; Proinde non eſſe eam ampliùs CHRISTI Sponſam, ſed meretricem illam magnam in Apocalypſi Johannæa deſcriptam. §. Papam eſſe omnium errorum caput ac fontem. §. Eccleſiæ Romanæ Epiſcopos & Clericos eſſe Judæorum Scribis, Monachos Phariſæis conformes, à doctrina Evangelii ad humanas traditiones deflexiſſe. §. Negant Purgatorium. §. Sacramenta linguâ peregrinâ adminiſtrari improbant. §. Miſſam Sacrificium eſſe negant. §. Decretales, Sanctorum Legendas reſpuunt. §. Invocationem Sanctorum,

ctorum, adorationem crucis &c. peregrinationes meriti opinione susceptas repudiant. *Plura vid. in Apologia Waldens. edita cum Comment. à Balth. Lydio & Gerhard. Præfat. in Tom. I. Conf. Cathol.* §. Habuit iste Waldensis in docendo adjuvas *Petrum Bruisium* & *Henricum* alium, à quo dicti quoque sunt *Petro Brusiani.* Contra quos scripsit *Petrus Cluniacensis.* §. Aliàs passim horrendorum flagitiorum accusantur. Manichæismi, apud *Baronium A. C. 1178.* Hæreseos, veneficiorum, incestuum; Unde etiam cum *Gnosticis, Catharis, Montanistis, Adamitis* conjungi solent à Pontificiis. §. Quia etiam *Waldus* iste in Picardia multos præcipuè sectatores habuit, hinc sæpè *Picardorum* nomine leguntur. *V. Thuan. l. 6. Histor.* §. Memorabile est, quod *Rainerius l. cit.* ait: Tres causæ sunt, cur Ecclesiæ Romanæ præ cæteris Secta ista sit exitiosior: 1. Quia diuturnior, quidam dicunt, duràsse à tempore Apostolorum. 2. Quia generalior. Ferè enim nulla est Secta, in qua hæc Secta non serpat. 3. Quòd omnes aliæ cum immanitate blasphemiarum horrorem inducant; hæc verò magnam habeat pietatis speciem, eò quòd coram hominibus justè vivant. Benè omnia de DEO credant, & omnes articulos in Symbolo comprehensos.

Christomachi. Dicuntur Hæretici ab *Athanas. l. de Decret. Synod. Nic.* errantes circa CHRISTI personam. Horum sunt 4. classes: 1. Eorum, qui de natura & veritate humanitatis ejus errârunt. 2. Qui veritatem naturæ humanæ agnoscentes, circa originem ejus errârunt. 3. Qui & naturæ & originis veritatem profitentes, errârunt tamen de persona. 4. Qui de persona quidem rectè sentientes, errârunt tamen circa naturarum *Unionem* & *Proprietates.* Primi generis sunt Saturninus & Basilides, Colarbasus, Cerdon, Marcion, Manichæi, qui putativam carnem statuebant. Suntq; horum iterum §. *quinque species: Primi* statuunt, aëream & sideream carnem fuisse Domini. Horum auctor erat *Apelles,* ipsi dicuntur *Apellejani.* *Epiphan. Hær. 44. Tertull. c. 8. de carne Christi.* *Secundi,* carnem spiritalem de cœlo in uterum Mariæ delapsam velut per Canalem transiisse. *Valentiniani, Gnostici, Ptolemæus, Secundus, Heracleon, Tatianus,* Ophitæ.

Ophitæ. *Tertii*, carnem CHRISTI animalem, & animam carnalem esse fingebant, adeoq; carnem CHRISTI nihil aliud esse, quàm animam visibilem. Refellit *Tertull. l. de carne Christi c. 10. seqq.* *Quarti* sunt *Apollinaristæ*, quorum autor *Apollinaris junior*, Clericus Laodicensis. Dicuntur aliàs Αιμοιζῖται. Negabant esse in CHRISTI carne animam rationalem. Damnati in Concil. Constantin. Oecum. II. & Concil. Romano sub Damaso. *Theodoret. l. 5. Hist. c. 9. 10.* *Quintus* fuit *Servetus*, sectator in hoc Manichæorum & Priscillian. quòd dixerit, carnem CHRISTI ex Deitate & tribus elementis increatis esse factam. *Calvin. l. 2. c. 14. Institut.* refutavit. §. In *secundo* genere sunt: Carpocratiani, Cerinthus, Ebion, Origenes, Gnostici. *V. Iren. lib. 1. c. 34.* §. In *tertio* genere sunt iterum 4. *species*: *Prima* illorum est, qui divinam personam CHRISTO competere omninò negârunt. Huc pertinent *Theodotiani*, *Melchisedechiani*, *Samosateniani*, *Photiniani*. *Altera* eorum, qui quidem personam divinam concedunt, ast ab ea humanitatem separant, ut sunt *Nestoriani*. Damnati in *Concilio III. Oecumenico.* *Tertia* dicitur, *Schismatici trium Capitulorum*, erantq; reliquiæ Nestorianorum. Damnati in Concil. 5. Oecum. Tres erant numero, Theodorus Mopsuestenus, Theodoretus, Ibas, quorum Scripta *Capitula* nominantur, & sunt ordine in d. Concil. refutata. *Vid. Forbes. l. 3. c. 25.* ex professo. *Quartam* faciunt, Adoptionarii, Elipandus & Felix, statuentes, CHRISTUM secundum carnem esse DEI Patris Filium adoptivum. Damnati Concil. Francofurt. A. C. 794. §. In *quarto* genere occurrunt *quinque species*: Eutychiani, Acephali, Aphtartodocitæ, Agnoetæ, Monothelitæ. Damnati in Conciliis Constantin. sub Menna A.C. 536. in Concil. Lateranens. A.C. 649. §. Hæc circa Humanitatem. Circa Deitatem CHRISTI *Hæreses quatuor* occurrunt: 1. Eorum, qui negabant esse DEUM, Ebionitæ, Cerinthiani, Theodotus, Artemon. *Euseb. l. 5. Histor. c. ult.* Samosateniani, Photiniani. 2. Eorum, qui DEUM quidem fatentur, sed confundunt personas, neque agnoscunt Trinitatem, sed unam tantùm *Personam Trinominem.* Praxeani, Patripassiani, Hermogeniani, Noetiani, Sabelliani. 3. Eorum, qui

Trini-

Trinitatem agnoſcunt & DEUM CHRISTUM confitentur, ſed ſtatuunt, Filium eſſe DEUM minorem Patre, etiam quoad Deitatem, & aliam ejus eſſe eſſentiam ab eſſentia Patris, Spiritum verò Sanctum ne DEUM quidem eſſe, ſed creaturam Filii. Sunt Arriani in Sectas diviſi: *Exucontiani* ſtatuunt Filium ἐξ οὐκ ὄντων eſſe factum, & ἀνόμοιον Patri, ideò dicti *Anomœi*, ab autore, *Acaciani*, *Urſaciani*, *Eudoxiani*, *Aetiani*, *Eunomiani*, *Semi-Arriani.* 4. Eorum, qui oppugnant Spiritus Sancti Deitatem, dicti ob id *Pneumatomachi*, ab auctore, *Macedoniani.* Damnati Concil. Oecum. Conſtantinop. A. C. 382.

Puritani. Græcè Cathari ſ. Cathariſtæ, hæretici tales, qui *puritatem* & *perfectionem* cum aliorum contemtu Sectis ſuis tribuebant. Erantq; *Gnoſtici, Priſcillianiſtæ, Manichæi*, quorum tres erant Familiæ, 1. *Cathariſtæ.* 2. *Mattarii.* 3. *Manichæi. Mattarii* appellati ſunt, quia in mattis dormiebant. *Auguſtin. l.* 5. *contr Fauſtum.* *Cathariſtæ*, i. *mundi & purgantes*, à turpiſſimo ſcelere Sodomitico. *Auguſtin. de Hæreſ. n.* 46. Ab his Cathariſtis veniunt *Manichæi* illi, quos in Germania *Catharos* eſſe dictos ſcribit *Ecbertus A. C.* 1160. Bibl. PP. Tom. 4. Part. II. Latinè, *Perfecti*, erantq; Secta Waldenſium, & propriè appellabantur *Pauperes de Lugduno*, aliis *Induti*, aliis *Veſtiti* appellantur. Concil. Biterrenſ. cap. 16. Dicti ſunt etiam *Inſabbatati*, à Zabata, quod eſt coriaceum pedis tegumentum, Hiſpanis *Zapato* nominatum. *Nic. Eimeric. Part. II. Director. Inquiſit. qv.* 14. Hi veterum Cathariſtarum quaſi nova progenies emerſerunt, à quibus nomen manſit Germanis, Retter/ Reßer. Vide ex profeſſo *Uſſerium de Succeſſ. Eccleſ. c* 8. §. 16. 19. 20. *ſeqq.* ubi originem & progreſſum eorum operosè perſequitur. §. Ad primos illos & antiquos pertinent, *Montaniſtæ, Donatiſtæ, Novatiani, Audiani*, qui omnes ſibi tribuebant *perfectionem* & *puritatem*, teſtibus *Hieron. ad Tit. c.* 1. *Optat. Mil. l.* 2. *contr. Parmen. Epiphan. Hæreſ.* 59. §. Alii planè ſunt, qui noſtro ſeculo in Anglia dicti ſunt inter Calviniſtas ibi *Puritani*, quorum dogmata edidit Titulo: *Puritaniſmus Anglicanus*, Gulielmus Ameſius *Anno* 1610. *Francofurti*, ubi vide ſatis prolixè.

Prædestinatiani. De hisce nuper scripsit Gallicanus Theologus ex professo D. Auræus. Tractavit etiam diligenter J. Usserius in suo Godscalco, cap. 2. ubi ostendit, *Semi-Pelagianos*, ut Augustini sententiam de Prædestinatione prægravarent, hanc sectam excogitâsse, idq; fecisse Faustum & Gennadium Massiliensem. Errores apud *Hincmarum* tales tribuuntur iisdem: 1. DEUM prædestinasse alios ad vitam æternam, alios ad æternam damnationem. 2. DEUM non velle omnes homines salvos fieri, sed duntaxat eos, qui salvantur. 3. CHRISTUM non esse mortuum pro salute omnium hominum, sed tantùm pro his, qui salvantur. Et hos rectè mundum esse, pro quo Dominus sit passus. Lege *Vossii lib. ult. Histor. Pelag. Forbes. l. 8. c. 29.* prolixè.

Sociniani. Dicuntur à *Fausto Socino*, Italo, auctore. *Neo-Photiniani* ab hæresi renovata A. C. 1570. & seqq. Docent, Scripturæ textum authenticum esse depravatum. Veteris Test. lectionem non esse necessariam sub Novo. Rationem humanam in rebus fidei posse judicare. Trinitatem personarum negant. CHRISTUM esse verum DEUM, negant. Adamum à DEO justum & sanctum esse creatum, negant. Statuunt, hominem à natura posse præstare quodvis bonum. CHRISTUM esse novum Legislatorem. Dari homines adeò perfectos, ut non peccent. Nonnulla peccata per se esse venialia. Ministerium Ecclesiasticum extenuant. Baptismum & Sacramenta nudas duntaxat esse fidei professiones, statuunt. Baptismum esse rem indifferentem. Animas post hanc vitam nec per se subsistere, nec vivere aut sentire. Eadem corpora in resurrectione non surrectura. Damnatorum pœnam esse Annihilationem. *Vid. Summ. Controv. Hornbeckii, lib. 7. p. 570. 571. seqq.*

Arminiani. Remonstrantes alio nomine dicti à libello, quo suam declarare innocentiam cupiebant. In Belgio orti A. C. 1603. autore *Jacobo Arminio*, Professore Leidensi. Hi totam propè fidei summam per omnes articulos reformare conati sunt. Præcipuè docent, personarum in DEO Trinitatem non esse ad salutem scire necessarium, neque Usum habere Practicum. Quæstionem de justitia originali totam esse ineptam & inutilem. Peccatum originale

ginale non esse propriè dictum peccatum. CHRISTUM ob plures alias causas esse Filium DEI, quàm ob æternam à Patre generationem. Salvatorem eundem dici ob alias causas, scil. Præconium exemplum, & Martyrium, quàm propter nostram à peccatis redemtionem. Fidem in CHRISTUM sub V. T. non fuisse præceptam, nec viguisse. Justificari nos coram DEO fide, ut est actus & opus nostrum, includens obedientiam præceptorum Evangelicorum. Fideles eò perfectionis hic venire, ut absque omni luctà præcepta omnia divina præstare aut complere possint. Vocationem ad constituendum ministrum Ecclesiæ non esse necessariam. Sacramenta à quovis fideli administrari posse. Pædobaptismum carere præcepto CHRISTI & autoritate Apostolorum. Quæstionem de statu animarum separatarum esse supervacaneam. Et alia plura. De quibus vide *Calovii Arminianism. Hornbeck. Summ. l. 8. Vedelium in Arcan Armin. &c.*

Pattalorinchitæ. Græcè à πάτταλος & ῥὶν dicebantur, quòd veluti digitum s. palum naribus vel labiis imponerent. Adeò quippe silentio studebant, ut alteri rei non vacarent, quàm taciturnitati, dicentes: Hoc imitari Prophetas, eò quòd David dixisset: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.* V. Alfonsum à Castro.

Independentes. Presbyteriani, Brownistæ, Antinomi, Erastiani, sive Colemanniani, Quærentes, Familistæ: Nomina sunt intra LXIV. annorum spatia in Anglia enata. §. Nam primò abolitâ Hierarchiâ Episcopali sub Carolo I. Rege *A. C. 1647. 1648.* controversia Anglicanos vexare cœpit de regimine Ecclesiæ, in duas Sectas distincta, quorum alii dicebantur *Presbyteriani*, alii *Independentes.* Illi statuunt, regimen Ecclesiæ debere administrari à Presbyteriis, Classibus, Synodis; Hi verò totum ad unam particularem Ecclesiam revocant, & claves toti Ecclesiæ particulari, non Presbyteris traditas docent. Horum iterum §. alii existunt merè Calviniani, quoad cætera, alii sunt *Fanatici*, eorumq; præcipui isti: *Anabaptistæ, Libertini, Arriani, Anti-Scripturistæ, Chiliastæ, Antinomi, Arminiani*, quos & *Manifestarios* appellant, *Familistæ, Enthusiastæ, Quærentes s. Exspectantes, Perfectistæ, Sociniani,*

ciniani, Sceptici. §. Horum communia dogmata sunt: *Debere concedi omnibus libertatem conscientiarum:* §. Initium Independentismi fecerunt, *Morellius* in Gallia, *Broconius* in Anglia, *Grotius* in Belgio. §. Dicuntur *Separatistæ* alio nomine, quia se à reliqua Ecclesia separabant. Primus *Separatismi* auctor fuit *Boltonus* quidam, suspendio se interficiens. Cui successit *Robertus Broun*, Ludimagister; Hunc juvit strenuè tertius, *Barrovius*, Londini jussu Elisabethæ ad furcam damnatus. Quartus fuit quidam *Jonsonus*, Amstelodami suam Ecclesiam instituens. §. Quintus *Ainsworthus* fuit; Sextus, *Smithius*, qui seipsum rebaptizavit, atque ita primus *Sebaptistarum* auctor fuit; denique factus est *Perfectista*, & sic mortuus. Septimus *Robinsonus*, vir doctus & pius, Pastor Leidensis. Is labentem hæresin statuminavit in Anglia, & verus auctor *Independentium hodiernorum* esse statuitur.

Brownistarum hæc præcipua constant dogmata: *Ecclesias, quales sub Episcopis Anglicis esse Antichristianas, Idololatricas, damnant Synodos & Presbyteria.*

Suas Ecclesias separatas ita constituunt: Membra tantùm faciunt Sanctos, & si vel unus profanus sit in Ecclesia, unus error vel peccatum apparens, statim separant se, nisi reus excommunicetur.

Formam Ecclesiæ ponunt in expresso fœdere, quo membra Ecclesiæ se obstringunt solemni juramento, se ambulaturos in via Evangelii. Vel unicum peccatum alicujus membri, nisi admonitus, si persistat, excommunicetur, justam separationis causam faciunt.

Septem personæ faciunt ipsis justam Ecclesiam, nec plures admittunt, quàm qui commodè possunt uno tempore & loco convenire, audire & frui beneficiis Ecclesiæ.

Ad constituendam Ecclesiam non requirunt authoritatem Ecclesiasticam, vel civilem. Rogare Magistratum, ut permittat congregari Ecclesiam, ipsis peccatum est. Erigere Ecclesiam ope ministri, ipsis contradictio est. Nam Ecclesia constituta demùm apud ipsos ministrum eligit. Si adsit minister, ipse tantùm privatam personam sustinet, donec ab Ecclesia eligatur.

Sic constitutæ Ecclesiæ in materia & forma, antequam habeat

ullum ministrum vel Presbyteros, adscribunt omnia privilegia non tantùm doctrinæ, sed etiam ordinationis, jurisdictionis ac clavium. Si quis Pastor à Presbyterio nominetur, etiam approbatus ab Ecclesia, eum tamen pro lupo habent, qui audiri non debeat. Pastor ita à populo creatus, ab eodem ordinatur, ordinationem alii adscribunt omnibus membris Ecclesiæ, etiam fœminis & infantibus: alii viris tantùm, excluso mulierum & infantum senatu. Ordinatus Pastor servus est non tantùm CHRISTI, sed etiam Ecclesiæ; & Ecclesia potestatem habet eum admonendi & reprehendendi: à majori verò parte excommunicari potest. Quodlibet membrum potestatem habet concionandi, publicè admonendi, ac cæteros excommunicandi. Quidam privatis dant potestatem Sacramenta administrandi.

Matrimonia ad Ecclesias pertinere negant. Divortia committunt ipsis conjugatis.

Presbyteria & Synodos non negant à DEO institutas; sed his eas limitant conditionibus: 1. Quòd debeant tantùm esse occasionales & electivæ, non statæ & ordinariæ. 2. Quòd non tantùm Ministri & Presbyteri, sed quilibet alii sint admittendi. 3. Omnes ita admissos potestatem habere sententias dicendi & decidendi. 4. Nihil numero vel pluralitate sententiarum decidendum. 5. Moderatores vel prolocutores rejiciunt. 6. Negant, Synodis jurisdictionem censurandi etiam vilissimos hæreticos competere.

In his commentis suis adeò sibi placent, ut jactent, coronam & sceptrum regnumq; CHRISTI in suis Ecclesiis consistere. Ecclesias ita constitutas & gubernatas esse pares novæ Jerusalem de cœlo descendenti. Omnes Ecclesias reformatas non sic institutas & rectas, vel non esse Ecclesias, vel Anti-Christianas, Babylonicas, adulteras, vel saltem corruptas societates, à quibus secedendum sit. Omnia templa structa tempore Papatus, dicunt solo æquanda, campanas frangendas; imò omnem usum campanarum esse illicitum & Papale inventum. Ne cœmeterium quidem habendum, sed omnes in campis sepeliendos. Omnes decimas & stata ministrorum stipendia dicunt esse idololatrica, illicita & contra Evangelium. Hanc esse voluntatem CHRISTI, ut ministris prospi-

 ciatur

ciatur eodem modo, ut sibi & Apostolis factum, per voluntariam contributionem & eleemosynam populi. Et id eò usque urgent, ut etiam ad communionem bonorum delabantur. Ne quidem civili modo nominandos locos vel tempora, quæ gerunt ullum vestigium alicujus Sancti vel Idoli. Ita rejiciunt nomina templorum S. Andreæ, Pauli, Petri; mensium, Januarii, Februarii, & dierum, Solis, Lunæ, Martis. Hæc omnia ipsis sunt profana & illicita. Imò, ne quidem annos à CHRISTO nato numerari volunt; sed sic: *Anno ultimæ Sanctorum Patientiæ.* Non concionandum hoc loco, hoc tempore. Conciones ad mensuram horologii irrident. Omnes statas preces, etiam Orationem Dominicam, faciunt idololatricas & Diabolicas. Cantio Psalmorum, si non sint formales Scripturæ, sed Paraphrases, illis illicita; eos autem Psalmos decantari permittunt, quos Spiritus dictat alicui ex tempore, sine libro. Concionari ipsis non est actus pastoralis, sed communis. Docent, Cœnam Domini singulis diebus Dominicis esse celebrandum. Rejiciunt omnes Catechismos, qui statæ formulæ sunt. Symbolum Apostolicum rejiciunt & detestantur, tanquam malè consutum centonem. Articulum de descensu ad inferos blasphemiæ reum agunt. Rejiciunt omnem publicam verbi lectionem, cui non conjuncta est præsens expositio; finitâ concione volunt tres quatuorve prophetari: & omnibus dant prophetandi libertatem. Post Prophetiam sequitur disputatio, & cuilibet licitum est suos proponere scrupulos, ac objicere contra ea, quæ dicta sunt. Magistratum spoliant authoritate leges condendi, solum DEUM esse Legislatorem. Leges judiciales Mosis hodieq; omnes, non secus ac Judæos, obligare. A Magistratu dicunt morte plectendos omnes adulteros, blasphemos, Sabbathi violatores, & imprimis Idololatras. Negant tamen omnes fures suspendendos. *Omnes Academias dirui volunt, quod deteriores sint Monasteriis. Aristotelem, Platonem, Ciceronem & alios Scriptores Ethnicos comburendos. Rejiciunt omnes gradus Academicos. Nolunt habere studiosos Theologiæ. Locos communes, Commentaria in Scripturas, Polemicos autores, imò omnes exterminari libros volunt, & artes liberales, exceptis Bibliis. Disputationes Theologicas pro Ethnicis & illicitis exercitiis habent.*

Quas

Quas turbas Independentes Antinomi in nova Anglia excitârint.

QUidam Antinomi in nova Anglia ſeduxerunt quosdam, & inter eos mulierem quandam Hutchinſoniam, quæ callida, ſagax & contumacis ſpiritûs, prætextu repetendi ſermones cottidianos, Boſtoniæ furores illos hinc in totam regionem diſperſit. Opiniones præcipuæ erant:

I. Legem nullum uſum habere in adducendis hominibus ad CHRISTUM.
II. Hominem eſſe juſtificatum & unitum CHRISTO, ſine fide, ab omni æternitate.
III. Fidem non eſſe inſtrumentum recipiendi CHRISTUM, ſed diſcretionem, quòd jam receperimus CHRISTUM.
IV. Hominem tantùm uniri CHRISTO per opera Spiritûs, ſine ullo actu ſuo.
V. Hominem non ante actualiter CHRISTI eſſe, quàm fiduciam habeat.
VI. Hanc fiduciam tantùm eſſe ex teſtimonio Spiritûs.
VII. Hoc teſtimonium Spiritûs tantùm eſſe immediatum, ſine ullo verbo.
VIII. Qui ſemel hoc teſtimonium habet, non ultrà dubitat.
IX. Dubitare de certitudine, etiamſi fiam latro vel adulter, indicio eſt, me nunquam habuiſſe certitudinem vel fiduciam.
X. Sanctificatio non eſt bonum ſignum ſtatus gratiæ.
XI. Nulla conſolatio haberi poteſt ex conditionalibus promiſſis.
XII. Pauperes ſpiritu Matth. V. 3. tantùm illi ſunt, qui vident, ſe nullam gratiam habere.
XIII. Si videam, me nullam gratiam habere, ſolatio erit: ſed conſolationem capere ex ſenſu gratiæ, legale eſt.
XIV. Hypocrita poteſt habere gratiam Adami, quam habuit in ſtatu innocentiæ.

XV. Gra-

XV. Gratia Sanctorum & Hypocritarum non differt.
XVI. Omnes gratiæ in CHRISTO subjectivè sunt, & nullæ in nobis; ita ut CHRISTUS credat, CHRISTUS amet.
XVII. CHRISTUS est nova creatura.
XVIII. DEUS non amat hominem plus propter ullam sanctitatem, nec odio eum magis habet propter ullum flagitium.
XIX. Peccatum filios DEI non debet turbare.
XX. Si quis turbetur propter peccata, non est regula vitæ.
XXI. Christianus non tenetur precari, nisi Spiritus moveat eum.
XXII. Minister, qui non habet hoc novum lumen, non potest docere alios, qui id habent.
XXIII. Tota litera Scripturæ est fœdus operum.
XXIV. Nullus Christianus adigendus est ad officia pietatis.
XXV. Nullus Christianus est exhortandus ad fidem, charitatem, preces, nisi sciamus eum habere Spiritum.
XXVI. Homo potest habere omnem gratiam, & tamen carere CHRISTO.
XXVII. Omnis fidelis activitas tantùm est agere peccata.

De quatuor magnis Sectis Ecclesiam Anglicanam turbantibus.

OMnes illæ Sectæ & Schismata, quæ exteris videntur numero carere, ad quatuor præcipuas revocari possunt & debent: *Quærentes* sive *Exspectantes*, *Antinomios*, *Anabaptistas*, *Congregationales*. Quanquam enim multa inter se communia habeant, & omnes quoque Congregationales sive Independentes dici velint; tamen in præcipuis quibusdam capitibus manifestè differunt ac distinguuntur.

Quærentes, sive Exspectantes.

SUnt qui hos in duo genera dispescunt, & alios statuunt *Quærentes*, alios *Exspectantes*. Summa discriminis in eo constituitur, quòd

quòd illi credant Ecclesiam alicubi esse, sed latere, ideoq; inquirendam esse, unde & *Quærentes* dicti; alteri autem planè ejus præsentem existentiam negent, & in futurum exspectent miraculosam cœtus Christiani per Apostolos restitutionem. Sed quoniam utrique in eo consentiunt, nullam esse visibilem Ecclesiam, ideò noluimus esse curiosi in multiplicandis schismatis. Angli *Seekers* vocant & *Waiters*; ac propriè Scepticorum propago sunt.

Antinomi.

ANtinomorum primus in Anglia fundator fuit quidam *Joannes Eatanus*, qui librum publicavit de gratuita Justificatione, sive liberâ per solum CHRISTUM; in quo præcipuè insistit huic errori: DEUM nec velle, nec posse ullum peccatum videre in justificatis. Hic error non cum autore exstinctus est; sed in hac fatali confusione caput extulit, ac in præcipuam Sectam excrevit. Nam cùm tradat tam expeditam & facilem in cœlos viam, ingens multitudo simplicium hominum eam amplexata est, quæ doctrinam hanc insanum in morem sectatur. Omnia templa plena. Fores & fenestræ præ multitudine obstruuntur. Neque mirum. Doctrina enim hæc titulo liberæ justificationis pulvinar substernit omnibus peccatis, quæ deplorare aut cavere justificatis apud *Antinomos* grande nefas habetur.

Independentes sive Congregationales.

EX nova Anglia *Independentismus* in Hollandiam transvolavit, & prima Ecclesia *Independens* Roterodami fuit excitata à quodam *Hugone Petro*, famosissimo belli Anglicani præcone. Mox *Norwicho* advenerunt *Wardus* & *Bridgius*, veteres Conformistæ, sed novarum *Wrennii* injunctionum intolerabiles. Iis mox successit *Sidracus Simson*. Statim spiritus dissensionis flagrare inter hos tres *Independentes* cœpit. *Simson* in controversiam lapsus cum *Bridgio*, quòd nollet concedere libertatem prophetandi, separavit se, & novam Ecclesiam erexit. Hoc primum schisma successit alterum *Bridgii*, Ecclesia tota flagrabat contentionibus. *Wardus*

 tyran-

tyrannide populi (nam Presbyterium nullum erat,) depositus; & quanquam intercessione *Arnhemensium* restitueretur, nunquam tamen plenè reconciliatus fuit. Tandem cùm *Bridgius* & *Simson* in Angliam reversi essent, duæ Ecclesiæ *independentes* iterum, quanquam difficulter, unitæ sunt, ac libertas prophetandi privatim & die profesto permissa est. *Arnhemenses independentes* præcipuè de sua perfectione gloriantur, cùm tamen crassæ *Chiliastæ* sint; & DEUM authorem peccati, quà tale est, faciant; quorum utrumque ex sui *Archeri* disciplina hauserunt, cujus blasphemus liber Londini publicè manu carnificis combustus fuit. A quinque retrò annis ex nova Anglia & Hollandia Londinum gregatim se contulerunt, & eam metropolim fecerunt, ex qua communibus consiliis *Independentismum* propagarent. Palmarium eorum opus fuit, Reformationem impedire, schismata & hæreses fovere, Synodum ac ejus consilia subvertere. Primò enim omnibus modis impediverunt convocationem Synodi. Cùm Parlamentum magno dolore ipsorum tantum Synodum vocandam statuisset, operam dederunt, ut *independens* Synodus vocaretur, *electiva* tantùm & *consvetativa*. Quotquot habebant celebres inter suos, intruserunt, multis veteribus *Puritanis* Non-conformistis exclusis, quibus Episcopales ac Liturgicos homines prætulerunt. Ita quinque vel sex *Independentes* tamdiu exoptatam Ecclesiæ Anglicanæ reformationem impediverunt. Et cùm jam Synodus in tertium annum duret, ac plures quàm quingentæ Sessiones habitæ sint, (quod in nulla à condito orbe Synodo factum,) nihil tamen adhuc opis & consolationis Ecclesia contra inundationes hæreticorum acceperit. Sicut Synodum omnibus modis impediunt: ita & ejus dissolutionem enixè moliuntur. Prætereo contumelias, quibus reverendum cœtum lasciviosè in conventiculis suis publicè ac privatim adspergunt. Exhibitâ Parlamento petitione, Synodum dissolvi impudenter voluerunt. Ea petitio composita fuit in taberna quadam, Præside *Johanne Liburnio*, fanatico homine, procacissimi oris, consilia suggerente & dictante *Hugone Petro*. Nam dissolutâ Synodo, certi sunt, gubernationem Ecclesiæ non constituendam, & distractiones auctum iri, in quibus ipsi saginantur. Cùm Parla-

Parlamentum ad regimen constituendum inclinaret, Synodus eos humaniter invitavit, ut in tam pio & necessario opere se fratribus suis conjungerent; sed noluerunt. Cùm ipsis permissum esset exhibere opiniones suas & Regimen scripto, ut sic innotesceret, pro quo Tyria maria commoverent; post multorum mensium vanam illusionem & exspectationem, evulgant libellum contumeliosum, contra Synodum & ejus actiones, eumq; typis evulgant. Quòd Ecclesiæ Anglicanæ & Hibernicæ tamdiu in lamentabilis Anarchiæ Oceano jactantur, non Papistæ, non Prælati, non malignantes in causa sunt: sed *Independentes*, quorum constans praxis est, se opponere pro extremo virium constitutioni Ecclesiæ, quæ non convenit eorum exemplari. Ut ita sicut in nova Anglia nullam Presbyterialem Ecclesiam tolerant: sic in veteri Anglia nulla erigatur. Atque hinc ruditus & rugitus contra maturationem gubernationis: *Differ, differ*, (inquiunt) *quid opus tantâ festinatione?* ipsi in causa fuerunt tot hæresium & schismatum. *Johannes Lilbrun* & ipse Schismaticus, ex bello redux, narravit, quadraginta novas sectas in via reperisse, & eas adeò atroces, periculosas, blasphemas, ut quanquam sit pro toleratione omnium religionum, tamen vix abstinere manus potuerit. *Independentes* sicut producunt, ita & fovent ac nutriunt sectas; ac semper cum iis contra Presbyterianos colludunt. Eò jam insaniæ delapsæ sunt, ut pro absoluta toleratione omnium religionum voce, scripto, mox & gladio id acturi, pugnent. Nam haud occultè jactant, se libertatem sibi religionis, quicquid tandem Parlamentum vel Synodus statuat, acquisituros. In nonnullis congregationibus fœdus ineunt, se pro extremo virium *Independentismum* stabilituros, oppressis Presbyterianis. Quidam ad Prælaticos Sacerdotes professi sunt, antè se omnes interemturos, quàm passuros, ut Presbyteria regant, potiùsq; juncturos vires pro reducenda Hierarchia. In Summa: Presbyterianos ineffabili odio proseqvuntur.

Independentium Dogmata.

Cum profiterentur se abhorrere à *Braunismo*, distincti ab ipsis fuerunt nomine *Independentium*, quod innuit præcipuum discri-

discrimen inter ipsos & Presbyterianos situm non in separatione, sed in regimine Ecclesiæ, quod contra omnes Ecclesias reformatas sustinent, esse independens, hoc est, non subjectum ulli authoritati & jurisdictioni Synodicæ, sed jam ferventi studio rejiciunt nomen Independentium, profitentes independentiam vel dependentiam congregationum esse unam ex minimis controversiis. Ut quemadmodum orthodoxos vocant Calvinianos & Presbyterianos; ita ipsi loco independentium vocandi sint *Brownistæ* & *separistæ*. Nam Independentes secessionem faciunt à reformatis Ecclesiis propter longè deteriores causas, quàm Brownistæ. Hi enim prætendebant Episcopos, Liturgiam & impietatem congregationum. Sed jam hæc omnia sunt sublata, ac prosani ac scandalosi arcentur à Cœna. Nihilominùs separant se. Nam quod confitentur, Ecclesiam Anglicanam esse veram Ecclesiam, & ministerium ejus verum & salvificum, id non minuit, sed auget crimen separationis. Majus quippe peccatum est, separare se à vera Ecclesia, quàm à falsa. Renuunt omnem communionem, ut membra cum Ecclesiis reformatis. Concionantur inter illos, tanquam inter paganos, solummodò, ut viri donis præditi pro colligendis novis Ecclesiis docent: Quicunque non amplectatur independentiam, utcunque cætera, pius & orthodoxus sit, eum non admittendum ad sacram cœnam, nec frui debere privilegiis Ecclesiæ; sed tales esse Antichristianos spiritus, hostes regni CHRISTI. Materiam & formam Ecclesiæ suæ à Brownistis didicerunt. Neminem admittunt pro membro, nisi qui totam congregationem convincit de sua reali regeneratione. Præter veram gratiam requirunt in membro convenientiam spiritus, ita ut affectus ejus concurrant cum affectibus totius Ecclesiæ. Sed in hoc laxiores sunt Brownistis. Nam Anabaptistas, Antinomos & alios sectarios admittunt, modò non sint Presbyteriani. Formam Ecclesiæ ponunt in fœdere cum Brownistis, sed longè strictiori. Neminem admittunt, nisi qui planè & plenè omnem eorum viam & ubicunque à reformatis Ecclesiis differunt, amplectitur, & nuper Londini etiam hoc juramento suo addiderunt: quòd velint gubernationem Presbyterialem oppugnare, & Independentismum vi & armis propugnare. Cum

Brow-

Brownistis Ecclesiam à privatis fœdere Ecclesiastico seu obstringentibus, sine magistratu & ministris, constitui volunt. Et hanc potestatem septem ad minimum personis adscribunt, nec plures admittunt, quàm qui commodè in uno loco convenire possint; Volunt omnes in Anglia Ecclesias esse dissolvendas, & ministros debere privatam personam induere, ac sic novas Ecclesias independentes constituere. Idq; nuper patuit Bermudis. In ea Insula plusquam 3000. incolæ sunt, qui multis annis pacificè per Ecclesias suas & piè vixerant, usque ad A. C. 1641. Cùm Ministri ipsorum persuasi à novis Anglis se ministerio suo addicârunt, & privatas personas assumerent. Donec tres fœdere Ecclesiastico obstricti, novam Ecclesiam constituerent, persuasis ad societatem aliis circiter 40. Hi confœderati unum ex ministris, qui se abdicarunt, Pastorem suum creant; & alios duos Presbyteros: & hi tres per totam Insulam præparantes cæteros, ut membra Ecclesiæ fierent. Nullis verò Sacramenta administrarunt, præter quàm illis confœderatis. Ejusmodi septem personis dant omnem potestatem Ecclesiasticam independenter sub cœlo eligendi, ordinandi, deponendi, excommunicandi & decidendi omnes controversias Ecclesiasticas, quæ controversia circa potestatem Presbyteriorum & congregationis, Brownistas, Johnsonum & Ainswortum exercuit, eadem Independentes exercet. Novi Angli potestatem Ecclesiæ adscribunt congregationi, Presbyteris præparationem rerum; ita ut decisio fiat per pluralitatem vocum. Claves dant non Presbyteris, sed fraternitati, ut loqvuntur. Et cùm metuerent usurpationem Presbyterorum & succrescentem autoritatem, alicubi totum ordinem omiserunt, Amstelodami Brownistæ, Rhoterodami Independentes, ubi nulli Presbyteri sunt, sed omnia à populo gubernantur. Imò Arnhemenses multis annis sine Pastore vixerunt. Sed Cottonus & alii, cùm viderent nimiam & intolerabilem populi potestatem super Presbyteros, ab Ainsworto ad Jonstonum lapsi sunt, & Presbyterii authoritatem supra fraternitatem extollunt, ac defendunt, Presbyterii superioritatem supra fratres esse de jure divino. Ut verò utrique parti satisfaciant, Presbyterium & fraternitatem faciunt causas, sine qua non: ita ut nihil ratum sit, quod

Presbyteri egerunt, nisi consensu populi confirmetur, & populus nihil agere possit, nisi per Presbyteros, quòd si obstinatio Presbyterii sit incorrigibilis, tunc dant potestatem populo separandi se ab iis, & novos Presbyteros eligendi, nondum tamen planè convenit inter ipsos, quanta potestas Presbyteris, quanta populo adscribenda sit. Multas distinctiones invenerunt, sed neutiquam satisfactorias scrupulositati suæ. Maximè tamen iis arridet novum commentum Cottoni, distinguentis inter potestatem autoritatis & libertatis. Independentes plus potestatis Ecclesiasticæ fœminis adscribunt, quàm Brovvnistæ. Synodus Nov-Anglica non tantùm fraternitatem, sed & sororitatem facit subjectam privatæ clavium potestatis. Fœmina fuit fundatrix Ecclesiæ Roterodamensis, in qua Simson docuit. *Hutchinsonia* Cottonum & complures in nova Anglia ad horrendos errores, & ipsum novæ separationis præcipitium abduxit. Londinenses Independentes nuper fœminis in Ecclesia potestatem dederunt disputandi & decidendi controversias suffragiis suis. Garrula *Catharinæ Gitley* in Scripto pro Independentibus evulgato, privatos scribit legitimè Sacramentum utrumque administrare posse. Et utcunque in nonnullis sit differentia inter Brovvnistas & Independentes, tamen in præcipuo capite summus consensus est. Quæcunque tandem potestas sive libertatis, sive authoritatis sit in congregatione organicè, in fraternitate sive Presbyterio radicaliter & habitualiter, conjunctim sive separatim hanc ita adstringunt congregationi, ut nullam subjectionem alterius authoritatis agnoscant. Vocabulum Independ. aliqui abominantur, sed aliqui tantùm. Sunt alii ex præcipuis illorum Rabbinis, quibus id non displicet. Sed quicquid tandem id verbi sit, rem omnes obstinatissimè defendunt. In nulla re major concordia inter ipsos, quam in hoc, quòd quælibet congregatio, etiam septem tantùm personarum totam Ecclesiam potestatem absolutè sine dependentia vel subjectione sub cœlo possideat, quòd si corruptum & negligens, Presbyterium non corrigat membra sua, omnes Synodi totius orbis non habent potestatem juxta eos censurandi tales, etiamsi corrumperent hæresi suâ & vitiis totam nationem. Itaque omnem authoritativam Synodorum potestatem

tem sive nationalium, sive Oecumenicarum pro Antichristiana Tyrannide habent; & si quis ex congregatione minima se submittat, eum dicunt abjicere libertatem, quâ Christus nos liberavit.

Catalogus Errorum & Hæresium, & Blasphemiarum in Anglia productarum, inde usque ab Anno 1640. maximè tamen tribus postremis annis.

QUoniam hactenus in genere actum de magno hæresium in Anglia incremento, & summa quoque turbonum Ecclesiæ orthodoxæ genera aperta, ideò nunc particulariùs cuncta errorum monstra in lucem protrahenda sunt. Facilè enim concesserim, quod multi dicunt Angliam receptaculum infamis ejusmodi credendi, scribendi, docendi licentiæ factum; sed & illud non ignorandum est, longè majora pietatis incrementa fuisse; & non habere omnes sectas hæreses scismata, quod uni illi summis viribus opponere queant.

Hæretica in universum Anglicana ab Anno CHRISTI 1640.

I. SCripturam non posse dici verbum DEI. Solum CHRISTUM esse verbum DEI. Scripturam literam mortuam, nec majoris fidei quàm humana scripta, & inventionem humanam.

II. Scripturam, sive Ebræa, Græca, Anglica &c. sit; tantùm esse humanæ authoritatis, nec posse revelare DEUM, itaque solum CHRISTUM esse regulam obedientiæ.

III. Scripturam esse incertam & insufficientem, nec ei fidem superstruendam.

IV. Reve-

IV. Revelationes DEI non esse alligandas ad Scripturam, nec dimidium gloriæ DEI sive in praxi, sive doctrina adhuc revelatum; sed exspectandum, quid ulterius revelaturus sit in corde nostro.

V. Scripturam esse meram allegoriam, & quoad propria nomina, & quoad personas ac res; atque has allegorias esse mysteria & spiritualem sensum ejus.

VI. Scripturam esse opus merè humanum, non verò peculiariter inspiratum; Quòd dicatur Sanctos scripsisse ex inspiratione divina, id non de alio spiritu intelligendum, quàm à quo fluunt aliæ actiones humanæ, & in quo vivimus, movemur & sumus.

VII. Scripturam V. T. non concernere Christianos: Itaque sectarii rejiciunt testimonia V. T. & aliqui non legunt V. T. nec id compingunt cum N. T.

VIII. Rationem sanam esse regulam fidei: & eatenus credendum Scripturis & doctrinæ Trinitatis, incarnationis, resurrectionis, quatenus congruunt rationi; non aliter.

IX. Novum Testamentum non obligare ulterius ad credendum, quàm Spiritus in præsens revelet, eum locum esse verbum DEI.

X. Scripturam in vulgata lingua sine expositione in Ecclesia prælegere, pejus esse quàm latinam populo prælegere; hanc enim nec nocere, nec prodesse.

XI. DEUM esse authorem peccati, quatenus est ἀνομία & ἀταξία.

XII. Omnia mendacia esse ex ore DEI.

XIII. Hanc esse voluntatem DEI, ut inde ab adventu Filii ejus sit permissio Paganæ, Judaicæ, Turcicæ, Anti-Christianæ Religionis, nec nisi verbo DEI contra eas pugnandum, & peccatum in comparatione maximum esse in Magistratu, uti coercivâ potestate contra conscientias; Magistratum nequidem ob blasphemias, etiamsi DEUS & Scriptura negaretur, quenquam punire posse.

XIV. Neminem propter peccatum damnari, sed quia DEUS ita velit.

XV. Ho-

XV. Hominem habuisse vitam, antequam DEUS inspiraret eam; & id quod inspiravit, fuisse partem essentiæ divinæ ac ad DEUM reverti.

XVI. DEUM æqualiter diligere contemtissimam Creaturam, ut Bufonem, atque sanctos suos.

XVII. Nullum alium spiritum esse quàm DEUM; & Principem aëris qui regnat in filiis inobedientiæ, DEUM esse.

XVIII. DEUM non decrevisse omnes actiones hominis, quia homines agentes decreta DEI non peccent.

XIX. DEUM nunquam esse iratum vel pœnitere; aliàs mutabilem fore.

XX. Non esse electionem particularem sed generalem sub conditione perseverantiæ, nec scripturam ullibi loqui de reprobatione.

XXI. Animam cum corpore interire; & omnia, excepto DEO finem habitura.

XXII. Quamlibet creaturam initio DEUM fuisse & esse: Vitam esse spiritum revertentem ad DEUM: Et DEUM absorbere eum sicut gutta ab Oceano.

XXIII. Ad salutarem cognitionem DEI non sufficere, DEUM nosse ex libro naturæ vel scripturæ: sed eum non esse noscendum abstracte à misericordia & omnibus aliis attributis.

XXIV. In unitate DEI non esse Trinitatem.

XXV. Non tres personas esse in DEO, sed tantum tria officia.

XXVI. Unam tantum in DEO personam.

XXVII. Christum non esse DEUM verum & essentialem; Sed nominalem; nec per æternam generationem; Sed quatenus sit homo.

XXVIII. CHRISTI humanam naturam æquè ac nostram peccato originali esse corruptam: CHRISTUM à nativitate usquè ad mortem eandem Originalem corruptionem ac nos habuisse, eum tam suscepisse in naturam suam peccatum nostrum, quàm carnem, nec sanctiorem, quàm nos simus. Contrarium pugnare cum honore DEI & consolatione sanctorum.

XXIX. Magnā nos exſpectaſſe à quodam crucifixo JESU, ſed id nihil prodeſſe, debere eſſe CHRISTUM formalem in nobis Deitatem unitam humanitati noſtræ. CHRISTUM nihil aliud egiſſe in hoc mundo, niſi quod 32. annos vixerit. Benedictum eſſe illum, qui nunquam confiſus ſit crucifixo CHRISTO.

XXX. Chriſtum fuiſſe verum hominem cum crearet nos, imò ab omni æternitate. Et etiamſi non habuerit carnem, tamen eum eſſe verum hominem ſine carne.

XXXI. CHRISTUM pro omnibus hominibus æqualiter mortuum tam ſufficienter, quàm efficaciter, tam pro Juda, quàm pro Petro.

XXXII. Per Chriſti mortem omnia omnium & ſingulorum hominum peccata, commiſſa contra moralem legem & primum fedus, actualiter eſſe remiſſa, & hoc eſſe æternum Evangelium.

XXXIII. Chriſtum tantum ſatis feciſſe pro peccatis contra primum fedus, non verò ſecundum ut incredulitate. Eum non eſſe mortuum pro ullius infidelitate.

XXXIV. CHRISTUM tantum mortuum pro peccatis præteritis, antequam Evangelium reveletur peccatis. Pro peccatis poſt converſionem commiſſis, CHRISTUM non mortuum, ſed ea remitti per ejus continuum & jugè ſacrificium.

XXXV. Quemlibet pro peccatis contra ſecundum fœdus ſatisfacere nimirum pro infidelitate: ita ut pro unius anni infidelitate homo ferat unius anni Iram; & hanc eſſe totam ſatisfactionem quam DEUS requirat, juxta illud; Qui non credit, ira DEI manet ſuper illum.

XXXVI. Neminem damnatum iri niſi ob ſolam incredulitatem.

XXXVII. Gentiles, qui nunquam audierint de Chriſto, tamen habere Evangelium, nam quamlibet Creaturam, Solem, Lunam, ſtellas, prædicare Evangelium hominibus: in ipſis revelatam eſſe cognitionem CHRISTI crucifixi; & remiſſionem peccatorum, ſi modo viderent eam.

XXXVIII

XXXVIII. Gentiles qui pereant, perire tantum propter incredulitatem; quia non credant Evangelio quod habent.

XXXIX. CHRISTUM pro nemine acquisivisse vitam & salutem, ne quidem pro Electis. Nam non fuisse finem DEI, per adventum Christi acquirere amorem & vitam; sed ipsum Christum fuisse acquisitum per amorem, ut faceret nos amare & redimeret nos ad amandum; nam Christum venisse, non ut reconciliaret Deum homini; Sed hominem DEO. Etiamsi enim Christus proponat vitam & amorem; tamen non acquisivit eum verùm acquisitus, fuit per eum.

XL. CHRISTUS venit in mundum, ut declararet amorem DEI erga nos, non ut satis faceret DEO.

XLI. Unctio illa 1. Joh. 2. v. 20. Una & eadem est cum The Christood of Christ.

XLII. CHRISTUM fuisse legis præconem, ac vixisse in tenebroso ævo. Demum post adscensionem ejus prædicatum Evangelium.

XLIII. CHRISTUM mille annis visibiliter ut Monarcham terrenum regnaturum destructis omnibus imperiis.

XLIV. Et tunc sublatis omnibus hostibus, Ecclesiam Judæorum & gentilium victuram in pace; Omnes Christianos fore sine peccato, verbo, sacramento; & hos mille annos transituros in mundanis deliciis, quascunq; creaturæ liberatæ à servitute sua præbere possint, generando liberos, edendo, bibendo, ludendo.

XLV. Homines possunt servari sine CHRISTO. Etiam Ethnicos servari, si colant DEUM pro modulo suo, quanquam nihil audiverint de CHRISTO.

XLVI. Minimam Veritatem plus esse quàm ipsum JESUM CHRISTUM.

XLVII. CHRISTUS per mortem suam liberavit omnes à temporali morte, quam peccatum Adami tantum meretur acquirendo iis resurrectionem & viam veniendi ad Patrem, & sic mortuus est pro omnibus, aliter pro nullis.

XLVIII. Spiritus DEI non habitat nec operatur in ullis. Non est alius Spiritus qui operatur, nisi noster proprius.

XLIX. Eundem Spiritum esse qui operatur in filiis inobedientiæ & Sanctificans corda fidelium.

L. Esse perfectionem in hac vita non per verbum, Sacramenta, vel alias ordinationes DEI, verùm per experientiam Spiritus in ipso homine.

LI. Hominem baptizatum Spiritu Sancto nosse omnia ut ipse DEUS, quod sit magnum mysterium & magnus Oceanus, qui non habeat fundum.

LII. Si quis per Spiritum sciat, se esse in statu gratiæ, etiamsi cædem committat vel ebrietatem, DEUM tamen non videre peccatum in eo.

LIII. Sanctificationem non esse notam justificationis & omnis notas ac signa Christiani status esse legalia & illegitima.

LIV. Fideles non habere inhærentem sanctificationem, nec spirituales habitus gratiæ insusos in corda eorum; Sed omnem Sanctificationem eorum esse inhærentem in Christo, & propter hanc solam eos dici sanctificatos in scriptura.

LV. Adamum etiam in statu innocentiæ, moriturum fuisse morte naturali, nec mortem esse fructum peccati in fidelibus.

LVI. Imaginem DEI tantum consistere in facie hominis, tum in Impiis, quàm Piis.

LVII. Adamum & homines non amisisse in eo imaginem DEI per lapsum, sed tantum incurrisse mortem temporalem, quæ protracta fuerit ad tempus, promissi Salvatore.

LVIII. Non esse originale peccatum in nobis. Solum Adami peccatum fuisse originale.

LIX. Peccatum Adami nemini imputari, nec quenquam propter id puniri.

LX. Nullum hominem magis spiritualem esse altero nec ullam talem internam differentiam esse inter hominem & hominem; Omnem differentiam esse externam in verbo, quod ducat quosdam, & non alios.

LXI. Omnes

LXI. Omnes, quibus prædicetur Evangelium, eo ipſo immediate & ex ſe ipſo poſſe credere.

LXII. Non eſſe liberum arbitrium, nec ad bonum nec ad malum nec in ſtatu naturæ, nec gloriæ.

LXIII. Hominem poſſe reſiſtere gratiæ, & gratiam, quæ convertat unum hominem, non converſuram alterum.

LXIV. Naturalis homo poteſt facere ea quibus DEUS annexuit gratiam & acceptilationem; & homines, ſi pro extremo virium quærant gratiam eam inventuros.

LXV. Regenitos poſſe totaliter & finaliter deficere.

LXVI. Moralem legem nullum plane in fidelibus uſum habere, non eſſe regulam vitæ fidelibus & fideles eſſe liberos à mandatis legis.

LXVII. Juſtificatos non per fidem juſtificari; ſed ab omni æternitate.

LXVIII. Neque fidem, neq; reſipiſcentiam, nec abnegationem ſui nec alia opera eſſe officium Chriſtiani hominis.

LXIX. Veram fidem eſſe ſine omni dubitatione ſalutis; & qui dubitat, eum non credere.

LXX. Tò Credere, ſive Fidem propriè imputari ad juſtificationem, non verò CHRISTI juſtitiam.

LXXI. Doctrinam reſipiſcentiæ eſſe ſaluti animarum inimicam.

LXXII. In Veteri fœdere reſipiſcentiam fuiſſe medium obtinendi. R. P. & R. P. ſecutam Contritionem. Sed ſub Evangelio aliter ſe rem habere.

LXXIII. Æquè poſſibile eſſe Chriſto peccare ac fideli cuivis.

LXXIV. Non debere eſſe dies Jejuniorum ſub Evangelio.

LXXV. DEUM non affligere ſuos propter peccata & etiamſi fideles peccent quantum poſſint, tamen eſt fons apertus in quo ſe abluant, nec propter peccata fidelium, ſed infidelium terram puniri.

LXXVI. Fidelium non eſſe proſpicere, ne peccent; DEO proſpiciendum, ſi velit.

LXXVII. DEUM æque amare ſuos propter bona malave

opera, tam peccantes quàm bene agentes, nec quenquam æstimare meliorem propter bona, deteriorem propter mala opera.

LXXVIII. Fideles non debere humiliari propter peccata propter Conversionem & factum Petri ex infirmitate fidei ortum.

LXXIX. Fideles non debere à DEO remissionem peccatorum petere. Esse blasphemiam, si fidelis petat. R. P. & Davidem in eo lapsum.

LXXX. Abrahamum, cum negaret, Saram esse uxorem suam & aliud simularet, nihilominus sanctum & justum fuisse in conspectu DEI.

LXXXI. Vocatos habere peccata in carne & conversatione, sed non in Conscientia. Nam veram fidem in Electis,& peccata in conscientia non magis consistere posse quàm lucem & tenebras & sic reconciliant scripturas illas, si dixerimus, &c. 1. Joh. Cap. 1. v. 8. &c. qui natus est ex DEO, DEUS est.

LXXXII. Magnus Antichristus est mysticum illud corpus, quod opponit se Christo, non Papa Romanus, vel particularium virorum successio. Papa tantum est pars Antichristi. Quidam Antichristum faciunt eos, qui se opponunt erroribus Antinomorum; alii eos, qui negant Christum pro omnibus mortuum; Alii Magistratum cöercentem sectarios.

LXXXIII. Animam hominis esse immortalem ut brutorum, & mori cum corpore.

LXXXIV. Animas fidelium dormire usque ad Judicii diem, nec capaces esse ullius actionis pro DEO, sed esse iis velut suaviter somniantibus.

LXXXV. Corpora fidelium non resurrectura eadem; sed animas eorum habituras alia corpora, vel per creationem, vel per productionem ex materia. Homines nihilominus fore eosdem, quia anima eadem sit.

LXXXVI. Infantes non resurrecturos: quia non sint capaces cognitionis DEI, ac per consequens, nec fruitionis.

LXXXVII. Per-

LXXXVII. Perfectionem & resurrectionem, de qua agat Paulus 1. Cor. 15. v. 51. & seq. ad 57. fore in hac vita, & eo pertingendum ante mortem.

LXXXVIII. Nullas sanctorum animas esse in cœlo ubi CHRISTUS sit; sed cœlum illud fore vacuum usquè ad resurrectionem mortuorum.

LXXXIX. Nec resurrectionem, nec cœlum, nec infernum, nec Diabolos post hanc vitam esse.

XC. Fore omnium, quæ unquam vixerint, brutorum resurrectionem; quodlibet individuum cujusvis speciei resurrecturum. Et hæc Bruta victura in æternum in hac terra.

XCI. Non esse infernum, nisi in hac terra; & hic infernus sunt legales terrores in hominum Conscientiis.

XCII. Non esse Ecclesiam Christi in terrâ, nec ministerium, nec sacramenta, nec Evangelium, nec fidem quia non sint dona visibilia vel infalibilia.

XCIII. Neminem damnari nisi propter contemtum Evangelii; & neminem posse contemnere Evangelium nisi quibus prædicetur, sicut Apostolorum tempore factum per miracula.

XCIV. Puram prædicationem verbi & sacramentorum administrationem non esse notas veræ Ecclesiæ visibilis.

XCV. Miracula debere conjungi cum Evangelio, & qui prædicant Evangelium, eos debere miracula edere.

XCVI. Multos Christanos hoc tempore habere majorem cognitionem, quàm Apostolos; & ubi tempus venerit erigendi veras Ecclesias, tunc fore majora dona & majora miracula, quàm tempore Apostolorum; quia tunc Ecclesia tantum fuerit in infantia sua.

XCVII. Non nunc debere constitui Ecclesias, prædicari verbum, administrari sacramenta; Sed exspectandam Ecclesiam & ad quodlibet tempus debere nos esse paratos ac inquirere exquovis peregrino quamlibet opinioné & doctrinam, sanctos ac Viatores ambulare in fumo templi nec posse invenire religionem, ideò exspectandum Spiritum, ut Apostoli fecerint.

XCVIII.

XCVIII. Esse salutem revelandam posterioribus temporibus, ipsis Apostolis ignoratam.

XCXIX. Brevi DEUM suscitaturum Apostolos homines extraordinario Spiritu & infallibilibus donis præditos: & hoc præcessurum ruinam Romæ.

C. In articulis fidei nihil certo esse credendum & statuendum, sed omnes debere habere libertatem conscientiæ & Prophetiæ.

CI. Scripturas nullibi loqui de sacramentis, nec de nomine, nec de re.

CII. Fedus, cujus Sigillum circumcisio, tantum habuisse temporales promissiones, ut terram Canaan. Fedus cum Abrahamo initum, nihil spirituale habuisse. Circumcisionem fuisse sigillum justitiæ, fidei, non aliis, quàm soli Abrahamo quatenus Pater; Non vero filiis ejus.

CIII. Baptismum non esse signum vel sigillum gratiæ federalis.

CIV. Pædobaptismum esse illegitimum & Antichristianum, & æque licitum baptizare felem, vel canem, quàm infantem fidelium.

CV. Æquè licitum esse transgredi ullum ex decem præceptis, occidere, furari, adulterium committere, quàm baptizare infantem.

CVI. Omnibus concionantibus discipulis etiamsi Ministri non sint, licitum esse baptizare.

CVII. Etiam non Baptizatos & privatos tamen posse baptizare & docere.

CVIII. Miracula esse essentialem partem administrationis Baptismi, de quo Matth. 28. 19.

CIX. Nullos admittendos ad cœnam, ne quidem sanctos & fideles, nec baptizandos liberos eorum, nisi sint in via Ecclesiastica.

CX. Nullam scripturam vetare, quo minus idem multoties baptizetur, nec magis hoc illicitum, quam Cœnam iterare sæpius.

CXI. Ver-

CXI. Verba: hoc est corpus meum, literaliter intelligenda.

CXII. Recipientes cœnam operto, administrantes aperto capite esse debere.

CXIII. Æquè necessarium esse membrum Ecclesiæ, ac CHRISTI; nec quenquam posse salvari, nisi sit membrum Ecclesiæ.

CXIV. Ecclesiam Anglicanam esse Antichristianam & Diabolicam, & absolutè illicitum ministros ejus audire.

CXV. Ecclesiam Romanam aliquando fuisse veram Ecclesiam, Anglicam nunquam. Unde probabilius sit, Eccl. Romanam tueri veram doctrinam de libero arbitrio, universali redemtione, peccato originali, quàm Ecclesiam Anglicam.

CXVI. Vocationem & ordinationem ministrorum non esse de jure divino; sed ministrum fieri sicut mercator, bibliopola, sartor & alii opifices.

CXVII. Omne statutum, stipendium pro ministris Evangelii, maximè tamen decimas esse illicitas, Judaicas, Antichristianas.

CXVIII. Ministros debere laborare & exercere munus aliquod, ne sint graves Ecclesiæ.

CXIX. Non debere esse distinctum ordinem ministrorum, sed omnes qui dona habent, ordine, cæteris eligentibus, concionari, orare, baptizare, & tunc quisque suà vice minister, & loco ministri est.

CXX. Omnes dies Christianis esse pares; nec magis nos alligatos ad diem Dominicam, quàm ad aliam.

CXXI. Judaicum Sabbathum hodieq; observandum.

CXXII. Christianos non teneri singulis septimanis constanter convenire, vel precari & concionari tanto spatio, juxta consuetudinem gentium.

CXXIII. Cuilibet licitum prædicare Evangelium.

CXXIV. Licere fœminis concionari, cùm habeant dona, ut Viri.

CXXV. Partem libertatis Christianæ esse, non audire proprium Ministrum; sed ubi libeat & à quo plus commodi speretur.

CXXVI. Illicitum colere DEUM in consecrato loco, & ubi idololatria exercita; velut in templis Pontificiorum.

CXXVII. Concionandum & dona exercenda sine studio prævio

vio & præmeditatione; nec cogitandum quid dicas, antequam dicas, quia ſpiritus eo momento revelabit.

CXXVIII. Non opus eſſe eruditione humanâ, vel lectione authorum. Omnes libros & eruditionem exſcindendam. Quòd tanta volumina ſcribunt, & eruditionem adeò extollunt, ex inopia ſpiritus fit.

CXXIX. Quædam mulieres illicitum putant, quenquam audire concionantem publicè vel privatim, quia non debeant eſſe ſimiles illis apud Timotheum mulieribus, 2. Tim. 3. v. 6. 7. ſemper diſcentibus, & nunquam ad cognitionem venientibus.

CXXX. Planè illicitum eſſe concionari tanquam in Eccleſia, ſed eatenus licet, ſi concioneris, ut exſpectans diſcipulus; id eſt, Chriſtianis non licet concionari poſitivè ponendo & aſſerendo certi quid; ſed tantùm conferendo, arguendo, diſputando.

CXXXI. Illicitum cœnam recipere, ubi præſentes ulli impii.

CXXXII. Sic illicitum precari, ubi impii.

CXXXIII. Sic illicitum precari etiam privatim cum illis, qui non ſunt membra veræ Eccleſiæ, ſed Anglicanæ.

CXXXIV. Utcunque licitum ſit conferre & loqui cum omnibus, tamen illicitum eſſe cum illis, qui non ſunt ejuſdem opinionis, (etiamſi cætera pii ſint, & membra Eccleſiæ alicujus) vel ante cibum orare.

CXXXV. Illicitum eſſe precari cum aliis utcunque piis & ejuſdem opinionis publicè privatimve, niſi tales perſonæ habeant infallibilem Spiritum ut Apoſtoli. Hæc opinio admodùm invaleſcit, & multi omnes in Eccleſia preces omittunt, tantùm diſſerentes & loquentes ad populum.

CXXXVI. Chriſtianos non teneri conſtanter qualibet die orare ſtatò tempore, manè, veſperi; ſed cùm Spiritus movet eos, etſi multis ſeptimanis non ſentiat inſtinctum, tamen non eſſe orandum.

CXXXVII. Impiis planè non eſſe orandum.

CXXXVIII. Cantiones ſacras & Pſalmos Davidis non eſſe canendos.

CXXXIX. Cantiones, quas Chriſtiani debeant uſurpari, eſſe

hymnos

hymnos ab ipsis compositos proprii spiritus ductu, & eos pro specialibus occasionibus esse canendos in Ecclesia, cæteris silentibus.

CXL. Agapas, cum quibus Cœna celebranda, esse perpetui juris & sola membra Ecclesiæ iis interesse debere.

CXLI. Regimen Ecclesiæ esse merè civile.

CXLII. Sex septemve unitos fœdere Ecclesiastico ut membra, habere absolutam potestatem clavium & omne regimen in se ipso, nec ulli classi Synodove subesse in ulla re.

CXLIII. Presbyteriale regimen esse falsum Prophetam & bestiam in Apocalypsi, & tertiam partem Romæ.

CXLIV. Esse hoc tempore visiones & revelationes aliis magis frequentes, & in populo DEI fore communes paulò post.

CXLV. Donum miraculorum non cessasse hoc tempore, & quosdam in baptizando ac alibi fecisse miracula, & populo DEI donum brevi illud restitutum iri.

CXLVI. Ungere ægros oleo per Presbyteros orantes & manus imponentes esse ordinationem Ecclesiæ pro membris ejus, & eorum sanatione.

CXLVII. Ordinario hoc tempore Christianos cum Paulo in tertium cœlum rapi & audire ineffabilia, nec benè certos fidei suæ esse, qui non hoc experti sint.

CXLVIII. Magistratui nihil negotii cum religione esse debere, & rebus Ecclesiasticis; sed civilia tantùm curanda.

CXLIX. Idololatriam esse, expectare formam colendi DEUM ab hominibus, Parlamento, Synodo.

CL. Quosque errores Ecclesia in hominibus fert non excommunicando, eosdem & magistratus ferre debet non puniendo.

CLI. Populum posse à Parlamento rationes exigere; & illud ad rationem factorum adigere.

CLII. Si, quod DEUS mandat, etiam magistratus mandet; Christianus non debet facere id, quia magistratus mandat.

CLIII. Tota terra Sanctorum est, & omnia iis communia, & Sancti debent bona divitum sibi vindicare.

CLIV. Licitum viro uxorem dimittere propter aliquod vitium & accidens; & virum in ea re summum judicem.

CLV. Bigamiam ſimultaneam eſſe licitam.

CLVI. Liberos non teneri obedire parentibus impiis.

CLVII. Parentes non debere catechizare liberos ſuos, docere eos legere Scripturam, precari, ſed debent eos DEO docendos committere.

CLVIII. Religio non eſt defendenda gladio, ipſa ſe defendet.

CLIX. Illicitum eſt pugnare pro legibus & libertate.

CLX. Illicitum eſt pugnare, vel occidere quenquam; imò ullam creaturam occidere in uſum noſtrum, eſt illicitum.

CLXI. Idololatria eſt uti precibus præſcriptis.

CLXII. Illud Davidis: *Vermis ſum, & non homo;* literaliter intelligendum. Imò eum & hominem, & non hominem fuiſſe, in eodem ſenſu literali.

CLXIII. Scripturam tantùm unius fidei meminiſſe.

CLXIV. Quidam Sectariorum Londini putant in Suffolcia Prophetam ſuſcitatum iri, qui prædicaturus ſit æternum Evangelium, eumq; tantùm exſpectare ex cœlo. Hunc exſpectant quotidiè tanquam illum Prophetam. Joh. 1. 25. Propheta diſtinctus à CHRISTO & Elia. Eſt ille vir Soffoltius.

CLXV. Non poſſe conſiſtere cum bonitate DEI, damnari creaturas ſuas in æternum.

CLXVI. DEUM Patrem regnaſſe ſub Lege, Filium ſub Evangelio, & nunc utrumque regnum tradere Spiritui Sancto, eumq; effuſum iri in omnem carnem.

CLXVII. Fore generalem redemtionem, quà omnes DEO reconcilientur & ſalventur. Tantùm eos, qui nunc credant & ſancti ſint, gradu perfectionis ſuperiores fore cæteris.

CLXVIII. Illicitum eſſe Magiſtratum gerere.

CLXIX. Omnes creaturas in Adamo amiſiſſe tantum, quantum homines.

CLXX. CHRISTUM non acquiſiviſſe homini vitam & ſalutem; ſed tantùm talem vitam, qualem quævis creatura cum eo habet. Nam ſecundum Adamum non acquiſiviſſe vitam æternam.

CLXXI. Evangelium ſpectare ad omnes creaturas, & hoc eſſe, cùm dicitur: Euntes docete omnem creaturam.

CLXXII.

CLXXII. Directorium cultus esse contra secundum praeceptum, & vitulum Jeroboami.

CLXXIII. Nullum jam esse in inferno, nec fore usque ad diem judicii. Nam DEUS non punit primò, deinde judicat.

CLXXIV. Fidem non esse supernaturale quid, nam videre nos sufficientes rationes, cur aliquid credendum sit. Credere aliquid absque ratione, stultorum est.

CLXXV. Legis transgressio non punitur aeterno igne & in inferno; sed Evangelii inobedientiâ. Si Lex: ergò CHRISTO in inferno moriendum pro nobis.

CLXXVI. Si amor DEI tantùm est erga quosdam, ergò non infinitus; adscribere praeteritionem quandam DEO, est blasphemare nomen ejus.

CLXXVII. Formulam Baptismi: Baptizo te in nomine Patris; esse inventionem & traditionem hominum, non mandatum CHRISTI.

CLXXVIII. Loca Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15. non de baptismo aquae, sed doctrinae intelligenda; & baptismum aquae tantùm in nomine CHRISTI factum.

CLXXIX. Uniformitatem in externo cultu esse Antichristianam & partem mysterii iniquitatis.

CLXXX. Spiritualem Ecclesiam doceri per unctionem, carnalem per concilia, tres duosve Christianos idem auxilium Sp. S. habere, ac Synodum maximam.

De Erastianis, sive Colemannianis.

De origine hujus Sectae antequam agam, operae pretium erit, paucis ipsum Erastum, primum conditorem tertiae hujus factionis, quae nunc Angliam exercet, & quibus ad errorem illum actus fuerit furiis, contueri, idq; ex historia Ecclesiae Palatinae, quam Cl. Theologus Henricus Altingius olim concinnavit: Sic igitur ille inquit: C. A. C. 1565. nata est Heidelbergae controversia de gubernatione Ecclesiae, imprimis verò de excommunicatione. Cùm enim ejus usus adhuc omissus esset, C. Olevianus perpetuò

petuò urgebat, ut ad exemplar Ecclesiæ Genevensis disciplina quoque institueretur. Resistebant huic conatui, imprimis Christophorus Probus, Cancellarius, Thomas Erastus, Medicus & Senator Ecclesiasticus, & Adamus Neuserus, Pastor ad D. Petri, &c. qui totam hanc regiminis formam ut Tyrannicam improbabant. Inprimis Erastus prolixè contra disciplinam scripsit, asserens: *Eam nec in Vet. nec in N. T. fundatam, adeòq; neminem Ecclesiâ excludendum, nisi constet, eum in Doctrina errare fundamentaliter.* §. Quod nostro seculo *Cl. Seldenus* l. 1. de Synedr. operosè repetit atque defendit.

Cùm itaque sic dissiderent *Independentes* & *Presbyteriani*, surrexit Pastor quidam Londinensis *Colemannus*, is instinctu Politicorum tertium regiminis modum aperuit, ex lacunis *Erasti* haustum, docens, Regimen Ecclesiæ Magistratui competere, qui per Commissarios Interimisticos Ecclesiam gubernaret. Refutavit peculiari Tractatu Erastianismum *Samuel Rutherfortius*. *V. Honor. Reggium de statu Eccles. Angl.*

HIERARCHIA.

§. De hac vide omnia in *Tit. Episcopi.*

HOMICIDIUM.

§. 1. QUando permittant vett. Christiani & prohibeant.

§. 2. Pro rebus leviusculis non amittendis occidere, improbat *August. l. 1. de lib. Arb.* Quomodo apud divinam providentiam à peccato liberi sunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humanâ cæde polluti sunt.

§. 3. Pro pudicitia & contra latrones id. admittit *ibid.* Lex dat potestatem vel viatori, ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat, vel cuipiam viro aut fœminæ, ut violenter sibi stupratorem irruentem, aut post illatum stuprum, si possit, interimat.

§. 4. Eodem jure & *αὐτοφονία* simpliciter damnatur à

Vett. cujus erat pœna ἀταφία, ut videre licet *Tit. Funeralia*.

§. 5. Sed tamen in Historia Eccl. exempla legimus, ne tormentis adacti religionem ejurarent, mortem sibi intulisse, & virginum, quæ, ne pudicitiam amitterent, in flumen se jecerunt. Quas in martyrum censum retulit Ecclesia. Sic Antiochena sub Diocletiano, Sophronia sub Maxentio, apud *Zonar.* & *Procop. Pers. l. 2. Ambros.* laudat virgines, quæ morte pudorem servârunt. *Hieron. in Zon. I.* In persecutionibus non licet mihi propriâ perire manu, absque eo, ubi castitas periclitatur.

§. 6. Aliàs damnantur. *Concil. Aurel. III.* Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerunt interemti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse. Sic & *Capit. Francic. l. VI. 70.* De eo, qui semetipsum occidit, aut laqueo se suspendit, consideratum est, ut, si quis compatiens velit eleemosynam dare, tribuat, & orationes in Psalmis faciat, oblationibus tamen & Missis ipsi careant.

§. 7. Sed tamen *August. de Civ. DEI l. I. c. XVI.* ut supr. excusat cum respectu: Ac per hoc & quæ se occiderunt, ne quicquam hujusmodi (vim pudicitiæ) paterentur, quis humanus affectus eis nollet ignosci?

§. 8. De αὐτοχειρία *Aug. l. 2. c. 49. contr. lit. Petil.* Non veneramur nomine martyrum eos, qui sibi collum ligaverunt. *Hieron. in Jon. c. 1.* Non est nostrum mortem accipere, sed illatam ab aliis libenter accipere. Unde & in persecutionibus non licet propriâ perire manu, (absque eo, ubi castitas periclitatur) sed percutienti colla submittere.

§. 9. Signanter *Aug. Qu. Exod. XXXIX. ad cap. II.* Cùm minister judicis occidit eum, quem judex jussit occidi, profectò si id spontè facit, homicida est, etiamsi eum occidat, quem scit à judice debuisse occidi.

§. 10. De militibus in bello *id. l. de Civ. DEI cap. 26.* Miles cùm obediens potestati, sub qua legitimè constitutus est, hominem occidit, nullâ civitatis suæ lege reus homicidii, imò nisi fecerit, reus est imperii deserti & contemti. Quod si suâ sponte atque auctoritate fecisset, in crimen effusi sanguinis humani incidisset.

§. 11. Au-

§. 11. *August. Quæst. Exod. 80.* de iis, qui abortum procurant, antequam anima corpori sit infusa, censet: Ad homicidium non pertinere, quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habebat.

§. 12. Et *Qu. V. & N. T. c. 23.* idem repetit & *Hieron. ad Algas. Quæst. IV.*

§. 13. *Id. de Concup. l. 1. c. 15.* Sterilitatis venena procurare, crudelem libidinem nominat.

§. 14. *Synod. Constantin. XI. c. 93.* contrà statuit: Τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδούσας καὶ τὰς δεχομένας τῷ τῶν φονέων ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλομεν.

§. 15. Sic *Concil. Ilerd. Can. II.* Si pœnitentes ad Ecclesiæ mansuetudinem redierint, omne vitæ tempus reliqvum in fletu & humilitate transigant.

§. 16. *Tertull. Apologet.* Etiam conceptum utero dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet: Homicidii festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet; Homo est & qui est futurus, & fructus hominis jam in semine est.

§. 17. *Ulpian. Tryphon. & Paull.* in exilium exigi, in Insulam relegari jubent, *L. IV. D. de extraord. Crim. & l. XXXIX D. de pœn.*

§. 18. *Valentin. & Gratian. L. Pen. C. ad L. Corn. de Sic.* Infantis necandi piaculum aggressos supplicio capitali puniendos statuunt.

I.

Jejunium, Quadragesima.

§. 1.

Jejunia Veteres non solvebant, nisi horâ nonâ ab ortu Solis, vel etiam vespere in Quadragesima. *Ambros. Ps. 118. Serm. 8.* Indictum est jejunium. Cave, ne negligas. Differ aliquantulum.

tulum. Non longè finis est diei. *Epiphan. de 4. & 6. Fer. jejunio: ἡ νηστεία φυλάττεται ἕως ὥρας ἐνάτης. Conf. Prudent. Hymn. post Jejun.* Nona submissum rotat hora solem. &c.

§. 2. Hinc τὸ *prandere & non-jejunare* apud *August. Ep. 86. T. II.* & jejunare ac non-prandere pro iisdem sumuntur. Et *Concil. Turonens. II. cap. 17.* De Pascha usque ad Quinquagesimam exceptis rogationibus omni die fratribus prandium præparetur, i. e. sint à jejunio liberi.

§. 3. Breviter omnia *cap. 39. Theodulfus anno 797.* Solent plures, qui se jejunare putant, mox ut signum audiunt ad nonam, manducare. Qui nullatenus jejunare credendi sunt, si ante manducaverint, quàm vespertinum celebretur officium. Qui mos duravit usque ad Ann. Christi 1000. 1011.

§. 4. De diversitate Veterum in abstinendo ab esu carnium legi debet ante omnes, *Socrat. Histor. l. 5. Cap. XXII. & Nicephorus l. XII. c. 34.* ubi sic claudit: ἐφ' οἷς ἅπασιν οὐδέν τι ἔγγραφον παράγγελμα (præceptum) δεῖξαι τις ἔχει. Ergò solâ consuetudine hæc irrepserunt, creveruntq;.

§. 5. Quod & confitetur *D. Petavius Notis in Epiphan. p. CCCLX.* inquiens: Miram quandam varietatem in XL. malis jejunii religione extitisse, neque minorem diversitatem in ciborum delectu abstinentiâq;.

§. 6. Hæc abstinentia tunc quidem planè libera erat & pro viribus cujusque, teste *August. contr. Faust. c. 5. lib. 30.* Christiani edomandi corporis causâ, propter animam in orationibus amplius humiliandam; Nam quòd illa immunda esse credant, non solùm à carnibus, verùm etiam à quibusdam terræ fructibus abstinent, quantò quisque magis vel minus sive *voluerit*, s. *potuerit.*

§. 7. *Prosper de vit. Contemplat. ait:* Sic abstinere vel jejunare debemus, ut non nos jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus, ne jam non devoti rem voluntariam faciamus.

§. 8. Donec Seculo VI. & VII. quod hucusque liberum fuerat, legibus imperatum fuit. E. gr *Ann. 653. Concil. Toletan. Can. IX. & Trullanum Ann. 692. Can. 56.*

§. 9. Antiquissimum jejunium erat illud Ante-Paschale

Feriâ sextâ, quod solenne & publicum habebatur. *Tertull. de orat. Cap. XIV.* Quâ de re verissimè annotavit *N Rigaltius ad l. Tertull. cit.* Hoc ipso argumento probari videtur ævo Tertulliani integrum jejunium commune & publicum non fuisse, nisi Dominicæ Passionis die, sed usitatissima certis per reliqvum annum diebus spontanea s. privata & propria cuiq; pro sua religione jejunia.

§ 10. Quadragesimam hodiernam non instituerunt Apostoli, sed Episcopi sensim acuendæ devotionis causâ sanxêre, ut testatur *Chrysost. T. V. in Vet. Test. Hom. de iis, qvi Pascha jejun.* συνειδότες γὰρ οἱ πατέρες (seq. Patres) ἐτύπωσαν ἡμέρας τεσσαράκοντα νηστείας, ἱκετῶν &c. ob irreverentem accessum ad Synaxin in Pascha tunc solennem. *August. Ep. 119.* Ut quadraginta illi dies ante Pascha observentur, *Ecclesiæ consvetudo roboravit. Cassianus Collat. XXI. Cap. 30.* sic censet: Sciendum sanè hanc observantiam Quadragesimæ, quamdiu Ecclesiæ illius primitivæ perfectio inviolata permansit, penitus non fuisse. Verùm cùm ab illa Apostolica devotione descendens quotidiè credentium multitudo suis opibus incubaret, id tunc universis Sacerdotibus placuit, ut homines secularibus curis illigatos ad opus sanctum canonicâ indictione revocarent. *Conf. ibid. c. XXIX.*

§. 11 Hunc Patrum consensum vocat *D. Hieron. Ep. 54.* traditionem Apostolicam; & *Ep. 58. ad Lucin.* Unaquæque provincia præcepta Majorum leges Apostolicas arbitretur.

§. 12. Notabile quoque est, Quadragesimæ vocabulo designari nonnunquam in Vett. jejunium quodcunque, ut e. gr. *Hieron. Ep. 54. Tom. II.* Illi tres in anno faciunt Quadragesimas. Et *Amalar. l. 4. de off. Eccles. cap. 37. & Rabanus l. 4. de instit. cler. cap. I. N. Rigalt. in Tertull. de jejun. ait:* Quicquid Christiani jejunabant, & quomodocunque Quadragesimam se jejunare profitebantur.

§. 13. Primus, verus & indubitatus antiquitatis locus est, *Synod. Laodicen. Can. 50.* ubi statuitur: Πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας.

§. 14. Præthereà occurrunt Jejunia illa: 1. *Qvatuor temporum.*

num. 2. *Jejunium Sabbati.* 3. *Jejunium Feriæ sextæ.* & 4 *Rogationum.* Horum primum *I. Sirmondus Not. in Goffrid. Abbat.* conjicit in *Ann. Christi* 1011. Nam Abbas Goffridus vixit *Ann. Dom.* 1129. Verba sunt: Apparet jejunii æstivi ante hæc tempora statam ac definitam sedem non fuisse, quod sanè verum est. Propterea Goffridus tanquam in re incerta, Ildebertum interrogat. 2. Sabbaticum illud, prioribus tribus seculis CHRISTI non occurrit. Demùm in Hispania anno quinto Seculi quarti cœpit, & eodem seculo exeunte Romæ atque in occidente nonnullis locis Sabbatum jejunatum fuit. Hinc in *Concil. Eliberin. Ann.* 305. *Can. XXVI.* Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die Superpositiones celebremus. *Vid. Aug. Ep. 86. ad Casulanum.* Imò ex Isidoro & Rabano constat, ne Ann. Dom. quidem 800. necessarium aut legitimum fuisse habitum. 3. Sextæ Feriæ & quartæ jejunium occurrit in *Can. Apostol.* 68. qui Seculo quinto demùm sunt exarati. Meminit & *Clem. Alex. l. 7. Stromat.* Et *Ignat. ep. ad Philipp.* sed quæ est supposititia. *Epiphan. Expos. Fid.* statuit, ταχθὲν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων. Sed id J. Dallæo falsum revincitur. Cessabat autem hæc observatio per totam Pentecosten. *Cassian. Collat. XXI. c. 19. 20.* 4. Rogationale demùm Seculo V. sub finem in Gallia à Mamerto Viennæ Episcopo est institutum, *dum urbs illa multis terreretur prodigiis*, ut loquitur *Gregor. Turonens. Hist. l. II. c. 34.* *Dallæus l. 4. prolixè.*

§. 15. *Epiphan.* citat locum ex *Luc. V. 35.* *Exp. Fid. n. 22.* & probat ex eo Jejunium in Ecclesia Vet. quartâ & sextâ Fer. indictum, quoniam Dominus ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη comprehensus est, καὶ τῷ Προσαββάτῳ ἐσταυρώθη. Addit, ideò οἱ Ἀπόστολοι παρέδωκαν ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι. Finem ponit, ut ὁμολογήσωμεν εἰς ἡμῶν σωτηρίαν τὸ τοῦ Κυρίου πάθος. Tempus tantùm statuit, ὅλου τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται in Ecclesia Fer. IV. & VI. ἕως ὥρας ἐνάτης ad nonam usque, exceptis τῆς Πεντηκοστῆς ὅλης quinquaginta diebus. Et τῇ ἡμέρᾳ τῶν Ἐπιφανίων, ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ κύριος, etiamsi in IV. & VI. Fer. inciderit. Dominico autem die jejunare, nefas. Nam

τὰς κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ ἐκκλ. Καθολικὴ, καὶ οὐ Νηστύει. Cæterùm ante septem Paschatis dies τὴν τεσσαρακοστὴν Quadragesimam φυλάττειν εἴωθεν Ecclesia. Sed neque tum quidem dieb. Dominicis. Prætereà sex illos Paschatos dies ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι, inquit, πάντες οἱ λαοί, id est, ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι πρὸς ἑσπέραν.

§. 16. Jejunantes osculum pacis Fratrib. non dabant. *Tertull. lib. de Orat. sub fin.* Die Paschæ, quo communis & quasi publica jejunii religio est, meritò deponimus osculum, nihil curantes de osculando, quod cum omnibus faciamus. Idq; in publicis jejuniis, quod cùm in privatis & voluntariis itidem observarent, improbatur à *Tertulliano*. Alia jam consuetudo invaluit, *ait*, jejunantes habitâ oratione cum fratrib. subtrahunt osculum pacis, quod est signaculum orationis. Unde posteà illos admonet, ut cùm privatim ipsi jejunant, domi quidem, inter quos latere jejunium in totum non datur, pacem differant, at in Ecclesia publicè dissimulato jejunio, consuetudini serviant.

§. 17. *Canon Apost. LXIX.* cum Quadragesimali τετράδος & παρασκευῆς jejunium eadem sanctione præcipitur. Ad quem *Balsamo* notat, perinde duabus illis Feriis atque in Quadragesima ξηροφαγίαν præscribi. Tum ne quidem in mortis periculo carnibus vesci licere. *Ignat. Ep. V.* τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε. *Et:* Μετὰ τὴν τοῦ πάθους ἑβδομάδα μὴ παροράτε, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες. Quæ *Vedelio* supposititia sunt.

§. 18. Causam jejunii *Fer. IV.* statuit *Epiphan.* quia CHRISTUS tunc est comprehensus. *Constit. Apost. l. 7. c. 24.* hanc reddunt, quia eo die deliberârunt Judæi de morte CHRISTI. Sic & *Petrus Alexandrin. Can. XV.*

§. 19. *Tertull. contr. Psych.* Stationes obiri diebus istis consuevisse notat. *Ut:* Cur stationibus quartam & sextam Feriam Sabbati dicamus, & jejuniis Parascevem. *Cap. II.* Stationes suos dies habent IV. Fer. & VI.

§. 20.

§. 20. Stationes *Pamelio* sunt stati jejuniorum dies. *Hermas l. III. simil V.* Quid est statio? Et dixi, jejunium. *Raban. Maurus de Cler. instit. l. 2. c. XVIII.* Jejunium cujuslibet diei est abstinentia, non per legem, sed secundum propriam voluntatem, statio, observatio statutorum dierum, IV. VI. Feriæ & XL. *Ambros. serm. 36.* Stationes vocantur jejunia, quòd stantes & commorantes in eis inimicos repellamus. Differentiam probat & *Tertull. ad uxor. l. 2. c. 4.* Ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas, si jejunia observanda sunt, maritus eadem die convivium exerceat. Idem videtur utrumque pro uno ponere. *Lib. de Anim. c. 48.* Daniel trium hebdomadum statione caruit victu. Sed *D. Petav.* religiosum illud officium interpretatur, quo certis diebus Synaxin adeuntes, ad nonam usque ibi perseverabant, ad quam insuper jejunia producebant.

§. 21. Nam duplex est genus Jejuniorum. *Aliud gravius*, ad vesperam usque, uti erat XL. *Aliud levius*, ad nonam usque, cujusmodi Fer. IV. & VI. tradit *Epiphan. l. cit.* Hinc ex *Tertull.* putat, stationes non ultra nonam extensas esse. Quod in Montano & ejus sectariis reprehensum fuit, eò quòd ad vesperam proferrent, scribente *Tertull. l. cit.* Qui Catholicarum ideò appellat Semijejunia. *Cap. XIII.*

§. 22. Sabbatum tamen in omnibus Ecclesiis Jejunii expers fuit minimè. Nam Romani apud *Socrat. l. 5. c. 22.* πᾶν σάββατον νηστεύουσι. De quo *August. Ep. 86. & 118.*

§. 23. *Synod. Trullan. Can. LV.* damnat Romanos, quòd per Quadragesimam Sabbatis jejunarent. *Can. Apost. LXVIII.* Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. Εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Qui Spurius Romanensibus est.

§. 24. De Sabbati Jejunio Occidentalium Synodorum Canon. sunt *Eliberitan. XXVI. Agathens. XII. Innocent. I. Ep. I. c. IV.*

§ 25 *Constit. Apost. l. V. c. 17.* Τὴν παρασκευὴν καὶ τὸ Σάββατον ὁλόκληρον νηστεύσατε εἰς δύναμιν ποιοῦσι ταύτῃ μηδενὸς

θενὸς γενόμενοι μέχρις ἀλεκτροφωνίας νυκτός. Εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὰς δύο συνάπτειν ὁμοῦ, φυλασσέτω κἂν τὸ Σάββατον. Causam subjicit, quòd hisce diebus sponsus sit ablatus. *Tertull. c. VIII. contr. Psych.* Præter Pascha jejunantes, citra illos dies, quibus ablatus est Sponsus. *Vid. Petit. Var. Lect. l. III. 4. p. 79.*

§. 26. *Chrysost. Hom. XLVII. in Matth.* negat Quadragesimale Jejunium Domini esse imitandum. Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, φησὶν, ὅτι πρᾶός εἰμι, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐνήστευσα, καίτοιγε εἶχεν εἰπεῖν τὰς ἡμέρας, ἀλλ' οὐ λέγει τοῦτο. Καὶ πάλιν πέμπων αὐτοὺς οὐκ εἶπεν, ὅτι νηστεύετε, ἀλλὰ πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. Mox addit; alioqui se jejunium approbare.

§. 27. *Socrat. lib. 5. cap. 22.* Σωματικῶς παραφυλάττειν Exemplum CHRISTI dicit, eas actiones ejus imitari, quæ utriusque tabulæ sunt. Hæ autem & similes sunt miraculosæ. *Id. Chrysost. Hom. I. in Gen.* loquens de jejunio generaliter, ait, CHRISTUM ὑπογραμμὸν dedisse suo jejunio διὰ νηστείας καθοπλίζεσθαι adversus Diabolum. Additque; Μεγάλη τῆς νηστείας ἡ ἰσχὺς, de omni jejunio non Quadragesimali loquens. *Augustin. Ep. XXXVI.* videt quidem esse præceptum jejunium: Quibus autem diebus non oporteat jejunare & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum non invenio definitum, ait. *Id. Ep. 119.* dicit; Quadragesimam Jejuniorum auctoritatem habere & in veteribus libris ex Jejunio Mosis & Eliæ & ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit. Apud *Tertull. adv. Psych.* Montanus censet, Dominum præstituisse legem Jejuniis sine tristitiâ transigendis, & docuisse adversus Dœmonia diriora Jejuniis præliandum. *Basilius, Nazianz. Hieron. Ambros.* &c. putant, CHRISTUM exemplo suo præcepisse Jejunium Quadragesimæ.

§. 28. Apud vetustiores temporis observatio libera fuisse videtur. Quidam enim Quadragesimam servabant, quidam non. Ut *Iren. apud Euseb. l. V. c. XXVI. de jejunio:* Οἱ μὲν οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο. οἱ δὲ καὶ πλείονας.

αἱ ἢ τεσσαράκοντα &c. Καὶ ὐδὲν ἔλαττον πάντες ὅτοι εἰρήνευσάν τε ἢ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους. ἢ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι.

§. 29. *Socrat. l. V. c. XXII.* aliam Vett. diversitatem fuisse docet, primùm eos περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνεῖν. 2. Περὶ τὴν ἀποχὴν τῶν ἐδεσμάτων. Alii enim πάντῃ penitùs ἐμψύχων ἀπέχονται. Alii ἐμψύχων ex animatis ἰχθῦς μόνους μεταλαμβάνουσι. Alii autem & ἀκροδρύων ἢ ὠῶν ἀπέχονται. Alii ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσιν. Alii ὐδὲ τούτου. Alii ἄχρις ἐννάτης ὥρας νηστεύοντες &c.

§. 30. Ita ut ab Apostolis tradita dierum certorum Jejunia probari vix queat. Vidit *Augustin. Ep. 86.* Quoniam non invenimus certis diebus evidenter præceptum esse observanda Jejunia, & ideò quoque ista sicut aliæ plurimæ invenit in veste Ecclesiæ varietatis locum. &c.

§. 31. *Iren. l. cit. Euseb.* ad privati alicujus simplicitatem refert institutionem Jejunii Paschalis. Τοιαύτη ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, ὐ νῦν ἐφ' ἡμῖν γέγονεν, ἀλλὰ ἢ πολὺ πρότερον, ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς, ὡς εἰκὸς, κρατούντων τὴν καθ' ἁπλότητα ἢ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων.

§. 32. *Socrat. l. cit.* rectè ait, περὶ τούτου τῇ ἑκάστου γνώμῃ ἢ προαιρέσει ἐπιτρέψαι οἱ Ἀπόστολοι, ἵνα ἕκαστος μὴ φόβῳ μηδὲ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἀγαθὸν κατεργάζοιτο. Et ab Episcopis derivatam esse istas διαφωνίας statuit, qui τοιαῦτα παραλαβόντες, ὡς νόμον τοῖς ἐπιγινομένοις παρέγραψαν. *Plura Vedel. Epist. Ignat. Exerc. X. vide.*

§. 33. Distinguitur Quadragesimale à Paschali *l. V. c. XII. Constit. Apost.* Ἐπιτελείσθω ἡ Νηστεία αὕτη Quadragesimalis πρὸ τῆς νηστείας τοῦ πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη ἢ εἰς παρασκευὴν, μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑβδομάδος νηστεύοντες αὐτήν.

§. 34. Hic iterum alii initium à *Quinquagesima* Dominicâ, alii

alii à *Sexagesima* initium repetebant. Prius sumserunt illi, qui VII. hebdomadas & Jejunio dicabant, cùm alii VI. duntaxat tribuerent; ita tamen, ut utrobique sex duntaxat & XXX. d. sese macerarent inediâ. *Cassian. Collat. XXI. cap. 27.* Sed Græci recentiores à Sexagesima Quadragesimam auspicati sunt, apud *Nicephor.* ut nimirum solidos XL. d. Jejunii essent. *Ambros. Serm. XXXI. & XXXII.* hebdomadas VI. ac dieb. XLII. Quadragesimam definit, & redarguit, qui L. pro XL. jejunarent.

§. 35. Sumitur etiam Pascha pro tota Quadragesima, aut pro ultima illius hebdomada. Uti cum *Timoth. Alex. Canon. Resp. VIII. X.* νηστεύσαι Πάσχα dixit. *Tertull. l. 2. de Orat.* Dies Paschæ publica Jejunii religio est. Qui dies σταυρώσιμον Πάσχα esse videtur.

§. 36. Jejunium alio nomine Latin. dicitur PP. Superpositio. *Concil. Eliberit. Can. XXVI.* placuit errorem corrigi, ut omni Sabbati die Jejuniorum Superpositiones celebrentur. Et *Epiphan. & Dionys. Epist. ad Basilid.* ὑπερτίθεσθαι cibum differre dicunt. *Const. Apost. l. V. c. 17. vid. supr.*

§. 37. Jejun. Quadragesimale non solutum fuit ante vesperam. *Epiphan. Exp. Fid. n. 22.* At *Constit. Apost. l. 5. 18.* nonâ & vesperâ pro cujusque viribus vesci jubet. Ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ταῖς πρὸ τῆς παρασκευῆς ἐνάτην ὥραν, ἢ ἑσπέρας ἕκαστος ἐσθιέτω, ἢ ὅπως ἂν τις δύναιτο. *Ambros. Serm. XXXVIII.* In legitimo tempore, exceptis Dominicâ & Sabbato, nullus ante Nonam prandere præsumat, nisi fortè quem jejunare infirmitas non permittit. Ita *Augustin. de Temp. LXII & Ep. LXXXVI.* *Cassian. Collat. XXI. C. XXIII.* monet, ut dieb. Festis cibus, qui horâ nonâ fuerat capiendus, paulò citiùs, id est, horâ sextâ pro Festivitatis tempore capiatur. At priscis temporibus non ante vesperam edere licebat. Posteaquàm verò ad nonam à vespera vescendi tempus est translatum, sublatum illud discrimen videtur inter stationem & Jejunium, de quo suprà. Et inde *Ambros.* Jejunia appellavit Stationes *Serm. XXXVI.*

§. 38. Aliàs hora dissolvendi Jejunii multiplex fuit. *Clem.*

Diatact.

Diatact. l. V. 19. Τῷ δὲ Σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες ἀπονηστίζεσθε ἐπιφωσκούσης μιᾶς τῶν Σαββάτων, ἥτις ἐστὶν κυριακὴ, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἀλεκτροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι γρηγορεῖτε. Jubet Quadragesimale Jejunium solvi ad Gallicinium. *Dionys. ad Basilid* arguit eos, qui ante mediam noctem paulò post Sabbatum dissolvunt, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς. Eos autem commendat, qui usque ad IV. custodiam sustinent. Fuit autem Vett. familiare Parasceven & Sabbatum sine cibo traducere, & in Ecclesia precibus insistere. *Sexta Synod. Trull. Can. XCI.* Τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει καρδίας διαπλοῦντας χρὴ τοὺς πιστοὺς περὶ μέσας τοῦ περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζεσθαι. *Canon. Hippolyt.* Ἀπονηστίζεσθαι δεῖ, οὐ αὖ ἐμπέσῃ κυριακή. Jejunium solvere est ἀπονηστίζεσθαι. *August. Epist. 118. C. IV.* docet, ἀπονηστισμὸν illum fuisse alicubi Feriâ V. Pass. Dominicæ. Quod *Laod. Can. 49.* vetuit: ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν.

§. 39. Jejunium, quod præit austero illi Quadragesimali, Syri appellant עלל בומא Græci παρείσβασιν τῶν νηστειῶν. Armenii προδρόμια, Græcis autem & Latinis Quinquagesima est *Introitus Jejunii*, quam Gr. τὴν κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας, & τὴν ἑβδομάδα τυροφάγον nominant, quia scil. Jejunia sua auspicantur & dies ἀποκρεωσίμους, ita tamen, ut interim ovis, caseo & butyro abstineant.

§. 40. Æthiopica Ecclèsia, quia nunquam Dominica jejunare solet, à Sexagesima init jejunia. Dieb. X. ante Carnisprivium Romanum. Nam vetus

§. 41. Institutum est, τὰς κυριακὰς ἀνηστεύτους τελεῖν. *Epiphan.* Τὰς κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ Καθολ. Ἐκκλησία καὶ οὐ νηστεύει. *Dominicis non jejunat Ecclesia.*

§. 42. Sed & intervallum à Dominica Resurrectionis ad Pentecosten, omnes *Vett. Latt. & Gr.* appellant Πεντηκοστὴν & tunc

tunc non jejunârunt. *Hieronym.* Non quo & per totum annum, exceptâ Pentecoste, jejunare non liceat. *Tertullian.* Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Paschæ ad Pentecosten usque gaudemus.

§. 43. *Calixt. Papa Epist. 1. dist. 67.* Jejunium ter in anno apud Romanos celebrari ait, sed nunc per IV. tempora fieri decernit anni. *Concil. Mogunt. I. cap. 34.* itidem: Constituimus, ut IV. tempora anni ab omnibus communi jejunio observentur, i. e. à mense Martio, hebdomadâ primâ; in Junio, secundâ; in Septembri, tertiâ; in Decembri, quartâ.

§. 44. *Concil. Claremont. Can. I.* Primum Jejunium IV. temporum semper fiet primâ hebdomadâ Quadragesimæ; secundum in hebdom. Pentecost. absque genu flexione cum Alleluja & Gloria in Excelsis fiet & vestibus solennibus; tertium plenâ hebdomadâ ante æquinoctium autumnale; quartum plenâ hebdom. ante Natalem Domini, vigiliâ ejusdem acceptâ.

§. 45. *Concil. Salegunstad. c. 2.* eodem modo prolixè. Et *Concilium Placentin. Can. 15.* More solito fieri sic censet. Et *Leo P. Serm. de Jejun. Pent. dist. 67. c. 5. 6.* Et *Ambros. serm. eod. c. 61.* Hoc omni tempore neque ad observandum indicimus Jejúnia, neque genibus succidimus. *Et mox*: Instar ergò Dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies velut Dominici reputantur.

§. 46. Pontificii Monachi & alii Flagellantes de ἀφειδίᾳ sic statuunt: *Soto*: Negare Jejunium esse opus, quo meremur vitam æternam,& satisfacimus pro peccatis, error est apertissimus. *Alex. Alens. Part. 4. qv. 28.* Jejunium s. injunctum s. assumtum, est pro peccatis satisfactorium. *Thom. II. 2. qv. 147.* Jejunium statuitur ad tria: Carnis concupiscentias comprimendas. 2. Ut mens hominis elevetur ad superiora. 3. Ad satisfaciendum pro peccatis. Sed

§. 47. Contrà saniores PP. *Athanas.* Καλὸν ἡ ἄσκησις μετ' ἀληθοῦς γνώσεως καὶ συμμετρίας. *Gregor. Moral. 30. c. 28.* Dum plus justo caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur, ut ad orationem vel prædicationem non sufficiat.

dum

dum incentiva vitiorum funditus suffocare festinat. Ipse *Thom. in XII. Rom scribit:* Amittere dignitatem hominis rationalis, qui jejunium vel vigilias præfert sensus integritati. *Gerson. Part. III.* Fuêre multi, qui pro gratia contemplationis promerendâ conati sunt imitari Eliam, vel Joannem Baptistam, qui hâc abstinentiâ non Prophetici, sed Phantastici sunt facti. *August. l. de Mor. Eccl. c. 33.* Nemo urgetur in aspera, quæ ferre non potest, nulli, quod recusat, imponatur. *Prosper. de vit. Cont. l. 3.* Jejunia, abstinentiæ & hujusmodi cætera non pro justitia, sed cum justitia DEO sunt exhibenda. Et *c. 24.* Sic jejunare debemus, ut nos non jejunandi necessitati subdamus, ne jam non devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus. *Prudent. l. Hymn.*

Laxus ac liber modus abstinendi
Ponitur cunctis, neque nos severus
Terror impellit, sua quemque cogit
velle potestas.

IMAGINES, IDOLA.

§. 1. Pontificii usum & originem Imaginum ab ipso CHRISTI in terris ministerio arcessunt. *Bellarmin. l. de Imagin. c. 10. & Pamel in Tertull. c. 12. Apologet.* Quæ in hunc finem allegant ex antiquis de Imagine CHRISTI linteo impressa & ad Abgarum regem missa, & de imaginibus virginis Mariæ longo ordine refutat *J. Forbes. Hist. Instruct. l. 7. c. 8.*

§. 2. Certum autem est, primis tribus Seculis, usum aut cultum imaginum in Ecclesia CHRISTI fuisse incognitum. Quod probatur ex iis liquidò, quæ Christiani Doctores illorum temporum disputant contra Paganos iconolatras, eisq; objiciunt, ut sunt *Tertull. c. 12. Apologetici. Lactantius ad Const. M. Institut. Divin. l. 5. c. 4. prolixè. Clem. Alex. in Protreptico, Minutius Felix in Octavio. Concil. Eliberin. A. C. 305. Canon. XXXVI. & Clem. Roman. l. 5. Recognitionum.*

§. 3. Clarissimum extat testimonium apud *Origen. contr.*

Celſ. l. 8. ubi Celſus Gentilis Chriſtianis exprobrat: quòd *fugiant dedicationes ἀγαλμάτων, i. ſtatuarum & imaginum, ararum & templorum.* Quod idem occurrit apud *Arnob. contr. Gent. l. 6.* Longè remota ab iſtis temporibus vox eſt Iſidori in Synod. VII. Act. I. Ναῦ λόγος ὐδεὶς, ὃν ὐ ςέφει ἄγαλμα. i. e. *Templi nulla ratio, quod non coronat Imago.*

§. 4. Deinde ex eo quoque probatur, quòd Patres illorum temporum non pauca à cultu imaginum aliena docuerint & ſcripſerint, quale illud eſt, quòd *Picturam* ſ. artem pingendi vel ut abſolutè illicitum, vel vanum & inutile damnant. *Clem. Alex. Strom. l. 5. Tertull. de Idol. c. 3.* ait: Diabolum Seculo intuliſſe artifices ſtatuarum, & imaginum & omnis generis ſimulachrorum. Adde *contr. Marcion. l. 4. c. 22.*

§. 5. Tertiò, exinde probatur, quòd Patres iſti reprehendant illum cultum, quem tunc temporis quidam Hæretici deferebant imaginibus JESU, Moſis, Apoſtolorum, quo modo in Gnoſticos idcircò invehitur *Irenæus l. 1. c. 24.* & *Epiphanius* in Carpocratianos. *Auguſtinus de Hæreſ. n. 7.* ad Simonem Magum & Carpocratem refert originem Imaginum cultus.

§. 6. Denique & vel ex eo demonſtratur, quòd in veterum illarum Eccleſiarum inſtrumentis non fuerint imagines. Ut patet ex *Euſeb. l. III. de vita Conſt. M. c. 2. & 3. & l. 10. c. 4. Hiſt. Eccl.* ubi templum Tyrium diligenter deſcribit, at imaginum nullam facit mentionem. Imò *l. 3. cit. c. 48.* expreſsè aſſerit, Cæſarem ſolo crucis ſigno uſum, cætera nullum ἄγαλμα adhibuiſſe. Simile ſilentium occurrit apud *Athanaſ. in Epiſtola ad Mon.* ubi direptionem templi Alexandrini operosè deſcribit, & apud *Optatum l. 6. contr. Donat.* Apud *Palladium in vita Chryſoſtomi*, & *Hieron. Ep. 3.* ubi recenſet res ſacras Nepotiano commiſſas, at imaginum non meminit.

§. 7. Huc refertur & illud Argumentum, quòd Domini, Pauli & Mariæ Virg. vera facies antiquis iſtis fuerit ignota, teſte *Auguſtino l. 8. c. 4. de Trinit.* ubi ait: Ipſius Dominicæ carnis facies, innumerabilium cogitationum diverſitate variatur. *Et c. 5.* Utrum illa facies Mariæ fuerit, quæ occurrit animo, cùm iſta loquimur,

mur, nec novimus omninò, nec credimus. *Et*: Quâ facie fuerit Paulus, penitùs ignoramus.

§. 8. Accedit, quòd Armenii, qui A.C. 431. post Synodum Ephesinam demùm à reliqui Orientis communione secessionem fecerunt, careant imaginibus, & appellent eas Idola, ut ait *Isacus contr. Armen. Orat. I. & II.* ajens: *Τὰς σεπτὰς εἰκόνας τοῦ χριστοῦ καὶ τῆς Θεοτόκου καὶ τῶν ἁγίων οὐ προσκυνοῦσι.* Quod & affirmat Nico in *Bibl. Patrum Tom. III. opusc. de Relig. Armen.*

§. 9. Testimonia Patrum contra cultum imaginum passim leguntur; Præcipua ex iis sunt *Origenis lib. III. contr. Cels. p. 135. & lib. 7. p. 373. & p. 386.* ubi inter alia ait: Quæ adeò nos prohibent ab aris & simulachris, ut etiam emori jubeant citiùs, quàm contaminemus nostram fidem de DEO, talibus impietatibus. *Concilii Eliberini Canon. XXXVI.* quem cùm ante annos 800. *Agobardus* Lugdunensis *Tract. de Imagin.* allegaret, *ad evacuandam superstitionem* ab orthodoxis Patribus latum fuisse ajebat. *Eusebii Cæsariensis, in epistola ad Constantiam Cæsaris sororem* petentem, ut mitteret imaginem JESU. *Synod. VII. Act. 6.* ubi respondet demonstrando fusè, quòd nefas sit, CHRISTI Domini imaginem effingere, quâ ejus forma sive divina, sive humana exprimatur. *Epiphanii A. C. 374.* in Epist. ad Joann. Hierosol. T. II. ubi narrat, quomodo perveniens ad villam Anablatha, Ecclesiam ibi exstructam intraverit, & invenerit velum, pendens ante fores, & habens imaginem quasi CHRISTI, vel Sancti cujusdam, idq; laceraverit, *quia contra autoritatem S. Scripturarum hominis imaginem in Ecclesia pendere*, nefas sit, porrò consilium dederit custodibus loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent. *Chrysostomi in Synod. VII. Act. 6.* Amphilochii Iconiensis *ibid.* dicentis: Non in tabulis carneas facies Sanctorum per colores curæ nobis est figurare, ὅτι οὐ χρῄζομεν τούτων, i. Quoniam non his opus habemus, sed conversationem eorum virtutibus imitari. *Theodoti Ancyrani*, qui Concilio Ephesino A. C. 431. interfuit, *Optati l. 3. contr. Donat.* *Augustini in Psalm. CXIII. Conc. 2.* vide prolixè allegata & à strophis adversariorum strenuè vindicata apud *J. Dallæum l. 2. de Imagin.*

§. 10. *Quarto seculo* irrepere in quibusdam locis introdu-ctio imaginũ in Ecclesias cœpit, ut ex præcedd. patet, sed improbata à priscæ Sanctitatis viris; *Quinto seculo*, sub finem quarti Paulinus Volanus & Severus Bituricensis picturas quasdam Historicas curâ-runt in Basilicis faciendas, e. gr. Martinum Turonensem. *Paulin. Ep. XII.* sic recenset: Pleno coruscat Trinitas Mysterio: Stat CHRISTUS Agno: Vox Patris cœlo tonat, & per columbam Spiritus Sanctus fluit, Crucem Corona lucido cingit globo, cui Coronæ sunt Corona Apostoli. &c. §. Ita tum quisque suo judicio, ut erat devotionis cultor, picturas in templis admittebat, ceu insignia fidei & commemorationes sanctarum parabolarum, quemadmodum *Paulinus l. c.* è Matth. XXV. in Basilica Fundana, statuerat Historiam extremi judicii in forma duorum gregum.

§. 11. *Seculo sexto*, Serenus Massiliensis cùm videret, à quibusdam imagines coli, zelo accensus, eas confregit atque projecit. *Gregor. l. 7. Ep. 109. Et l. 9. Epist. 9.* ait, eas in Ecclesiis non ad adorandum, sed ad instruendas solummodò mentes nescientium esse collocatas. Additq; præclaram informationem pro infirmis, quomodo debeant imagines tractare, scil. ut sciant, *omne manufactum non licere adorari.* Et sic initio septimi Seculi usque ad *Synodum Quinisextam* habitum fuit, *nempe imagines Sanctorum in templis utiliter haberi, sed nefas esse, ullam imaginem adorare, quæ non est DEUS.*

§. 12. Synodus Quini-sexta A. C. 692. celebrata est. Ibi vocantur Imagines σεπταὶ, i. e. *venerabiles*, sicut templum σεβάσμιον *Concil. Constant. A. C. 754.* nuncupat, & Justin. *Novell. 7. c. 2.* Nosocomia dicit, *venerabiles* domos. In illa Quinisextâ *Can. 73.* dicunt Patres, se vivificæ cruci tribuere τὴν προσκύνησιν, ac idcircò Figuras Crucis in solo ac pavimento fieri prohibent. Sed *octavo seculo* obtrudi & urgeri palàm cœpit Cultus religiosus & adoratio imaginum, obsistentibus nonnullis Zelosis, qui inde *Iconoclastæ* fuère nominati.

§. 13. Initium fecit Imp. Leo Isaurus *A. C. 726.* Alii accessunt à Philippico Cæs. *A. C 711.* Tertius, Constantinus V. cognomento *Copronymus*, A. C. 754. Synodum Constantinop. indixit 338.

Episco-

Episcoporum, quæ VII. Oecumenica vulgò audit. Ibi definitum, ne quis adoraret, aut in templa collocaret imagines. Vid. *Acta Nicen. II. n. 6.* Sed mox Irene Imp. Leonis IV. uxor filium Cæs. Constantinum VI. in contrarium traxit, & favere imaginum cultui cœpit. A. C. 787. itaque Niceæ in Bithynia pro imaginibus Concilium indictum est, quod *Pseudo-Nicenum* vulgò nominatur, & ab Iconolatris *Oecumenica VII.* dici solet. Ibi, ut refert *Zonaras*, definitum, τὰς εἰκόνας προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι. i. *Colendas & adorandas Imagines esse.*

§. 14. Carolus verò Magnus A. C. 794. perlatis istis Actis in Occidentem Francofurti ad Mœnum Synodum adversam indixit 300. Episcoporum. Ibi Nicena ista Synodus & Cultus imaginum abrogantur publicè, & in Synodo nomine Caroli M. Imp. libri scribuntur *de Imaginibus*, quibus decernitur, usum imaginum Historicum esse parùm utilem, adorationem verò prorsus impiam & nefariam. *Vid. l. 2. cap. 21.* Ea tùm doctrina in Occidente & Oriente passim fuit prædicata; & Leo Armenus Cæsar A. C. 814. Constantinopoli iterum Synodum coëgit, quâ præcedentem Nicenam II. Iconolatricam anathematizavit, ut videre est *Tom. 6. Concil. edit. Paris. p. CCXXXII. seqq.* Iterùm in Gallia *A. C. 825.* sub Ludovico Pio Synodus Parisiensis cultum imaginum damnavit. Opposuit hisce Basilius Macedo Imp. A. C. 869. Synodum aliam Constantinopol. 102. Episcoporum, quæ Romanensibus *Oecumenica VIII.* dicitur. Sed Ecclesiæ in Gallia, Germania, Britannia Decretum Synodi Francofurdensis sunt secutæ, ut ex testimoniis Agobardi, Jonæ Aurelianensis, Dungali & Walafridi probat *J. Dallæus de Imagin. l. 4. cap. 5. & Jacobus Usserius in Tract. de statu Eccles. cap. 2. §. 4. seqq.*

§. 15. Deinde Waldenses cultum imaginum improbârunt, ut testatur *Reinerius cap. 5.* & patet ex *Tom. IV. Bibl. PP.* quibus successit Wicleffus A. C. 1372. & porrò Joannes Hussus ac Hieronymus Pragensis. Ecclesia interim Romana enixè pro cultu imaginum stante, in qua & multi eò sunt prolapsi, ut imaginem CHRISTI cultu Latriæ colendam docerent esse, & deberi ei honorem, qui DEO tribuitur. *Alex. Ales. Part. 3. q. 30. membr. 3. Artic. ult.*

ult. Thomas Part. 3. qv. 25. art. 3. Cajetanus, Bonaventura, Carthusianus, Major & alii in lib. 3. Sentent. Dist. 9.

§. 16. Etsi non una est Ecclesiæ Rom. hodiernæ doctrina, cujus tres diversas sententias observat *Jo. Forbes. l. 7. cap. 15. §. 7. 8. 9.* Nam alii in ea Doctores statuunt, imaginem non esse ullo modo in se colendam, nec propriè adorari ipsam imaginem, sed tantùm coram imagine colendum esse exemplar, *Durand. Dist. IX. in III. Sentent.* Alii statuunt, ipsam quidem imaginem in se colendam esse, & ipsam propriè adorari, non tamen eodem honore, quo ipsum exemplar, sed cultu *Duliæ.* Lucas Tudens. l. 2. adv. Albig. c. II. in *Bibl. Patr. Tom. 4.* Alii & quidem communiter docent, imaginem eodem honore colendam esse, quo ipsum exemplar. *Confer Joann. Hornbeck. Summ. Controv. lib. XI. pag. 890. & seqq.*

§. 17. Idolorum varia nomina Sp. S. sunt: *Esa. 44. v. 20.* ψεῦδος. *Habac. 2. 18.* φαντασία ψευδής. *Jerem. X. 8.* διδασκαλία ματαίων. *Esa. 44. 10.* ἀνωφελῆ. *Habac. 2. 18.* εἴδωλα κωφά. *I. Cor. VIII. 4. August. l. 20. contra Faust.* cur οὐδὲν sint idola, hanc adfert rationem; Sunt idola, sed ad salutem NIHIL sunt, & qui colit arborem, non arando, sed adorando, non id colit, quod nusquam est, sed quod ita colendum non est. Dæmonia autem & cœlum, & terram, & astra, & animalia colunt Pagani, cum quibus quando agimus, ut ea non colant, non eis dicimus, quòd NULLA sint, sed quòd colenda non sint.

§. 18. *Tertull. l. de Idololatr. c. III.* Etymon docet; Εἶδος Græcè Formam sonat, ab eo per deminutionem, εἴδωλον deductum, æquè apud nos Formulam fecit. Igitur omnis Forma vel Formula Idolum se dici, exposcit. Inde Idololatria omnis circa omne idolum famulatus & servitus. *Hæc ille l. cit.*

§. 19. *Tertullian. de Idololatr. ait:* Si statuas & imagines frigidas, mortuorum suorum similimas, non adoramus, quas mures & aranei intelligunt, nonne laudem magis quàm pœnam merebatur repudium agniti erroris? *Clem. Alex. Protreptic.* Εἰ δ' ἔτι πρὸς ἴδοις, φέρων ὑμῖν τὰ ἀγάλματα αὐτὰ ἐπισκοπεῖν παρα-

θεῖναι,

θείαν, ἐπαιόντες ὡς ἀληθῶς, λῆρον εὑρήσετε τὴν συνήθειαν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων ἀναίσθητα περιερχόμενοι. *Vulgat.* vertit locum *1. Job. 5. v. 21.* à simulacris. Quod excipit *Bellarm.* vetitas esse imagines, tantùm Diis Ethnicis factas, non autem DEO vero, refellit *Augustin. Qui lib. de Fid. & symbol. c. 2.* Simulacrum vocat imaginem DEO vero collocatam. Et *Minut. Felix Octav.* Quod simulacrum DEO fingam, cùm sit DEI homo ipse simulacrum. *Hieron. in c. 7. Hos.* Sicut contrarium est simulacrum DEO, ita mendacium veritati. Ubi manet hîc illa differentia Papistica inter imaginem & simulacrum? *Clem. Alex. Protreptic.* Τὸ ἄγαλμα in 10. tabb. legis præc. 2. interpret. ὕλην νεκρὰν τεχνίτου χειρὶ μεμορφωμένην. Et addit: ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, νοητὸν οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, ὁ θεὸς ὁ μόνος ὄντως θεός. Is vixit circa initium *tertii seculi*, quo nondum fuerunt idola inter Christianos, qui ultrà pergit, dicens: ἐγὼ γὴν πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν μεμελέτηκα, οὐ γὰρ μοι θέμις ἐμπιστεῦσαί ποτε τοῖς ἀψύχοις τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας. Imò inquiunt Τιμᾶν licet imagines, προσκυνεῖν vetatur. Contrà *Clemens* ille, qui dicit arte decipi præstigiarum iconolatras, ἐπὶ τὸ τιμᾶν καὶ προσκυνεῖν τὰ ἀγάλματα καὶ γραφάς. Utrùmque damnat. Quod autem *Synodus Quini-sexta* σεπτὰς imagines dixit, nihil juvat. Nam & ναοὶ σεπτοὶ illis dicuntur *Patribus*. Et *Constantinop. Concil.* σεβάσμιον ναὸν dixit, & πάνσεπτον ναὸν ait *Nicenum*. Et *Justinian. Imp. Novell. VII. c 2.* Xenodochia & Nosocomia appellat venerabiles domos. Et *Nov. 120.* Adorandas domos.

§. 20. Quod iidem Patres προσκύνησιν tribuunt vivificæ cruci CHRISTI, non malè fecerunt. Non enim τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ, sed vivificæ cruci, i. e. CHRISTO, quo sensu Apostolus dixit *Gal. VI. 14. & I. Cor. II. 2.* Tamen decretum est in eod. Concil. τὰς σεπτὰς εἰκόνας καὶ προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι.

§. 21. Præterea eadem *Pseudo-Nicæna Synod.* [illegible] pro adoratione imaginum ponit hoc axioma: Ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτο-

πρωτότυπον διαβαίνει. Et *Basilio M.* tribuit. Sed *Basilius M. in Cap. XIII. Esa. v. 11.* hæc verba de homine dicit, ad imaginem DEI condito, uti & *Ambros. in Ps. 119.* Si viderimus pauperem, illum, ad cujus similitudinem factus est, honoremus in paupere. Et *Basil. M. de Sp. S. c. 18.* eisdem verbis utitur de una essentia Patris & Filii loquens: Sed nusquam de imagine CHRISTI aut Sanctorum ista verba protulit. *Synod. Constantinop. Oecum. 7.* dicit: τὴν ἀπατηλὴν τῶν ὁμοιωμάτων χρωματουργίαν κατασπᾶν ἐκ τῆς ὑψηλῆς καὶ θεῷ πρεπούσης λατρείας εἰς τὴν χαμαίζηλον καὶ ὑλικὴν κτισματολατρείαν τὸν τῶν ἀνθρώπων νοῦν. Sed quæ mens fuerit Synodo Nicæn. II. patebit ex *seqq.* ubi ait: οὐδεὶς τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν χριστιανῶν ἀνθρώπων εἰκόνι ἐλάτρευσεν. Ἑλληνικὸν γὰρ τὸ μύθευμα δαιμόνων ἐφεύρημα, πράξεως σατανικῆς τὸ ἐγχείρημα. Ἀπώλωλε τοῦτο τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίᾳ λατρεία τῶν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Et *Act. 7.* imaginibus tribuit ἀσπασμὸν καὶ τιμητικὴν προσκύνησιν, οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν ἀληθινὴν λατρείαν, ἣ πρέπει μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει. Certum tamen est, post *sextum Seculum* PP. nimium tribuere reliquiis Sanctorum. Quæ alii antiquiores dicunt ὑπερβολικῶς, pietatis affectus sunt, non adorationis.

§. 22. *Chrysostom. Hom. 8. de statuis*: ὢ πόση τῶν ἁγίων ἀρετή, οὐχὶ τὰ ῥήματα αὐτῶν μόνα, οὐδὲ τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἱμάτια τῇ κτίσει πάσῃ πάντοτέ ἐστιν αἰδέσιμα. Et: τὴν τέφραν τῶν ἁγίων μαρτύρων πονηροὺς (Dæmones) ἀπελαύνει. Sic *Ambros.* Honoro in carne Martyris exceptas pro CHRISTI nomine cicatrices. &c.

§. 23. *Nicephor. Patriarch.* Sanctos vocat μεσιθέας πρὸς τὸν θεὸν ἀνάγοντας τὰ αἰτούμενα. Sed ubi fundus illius rei in S. S.? *Epiphan. in Ancor.* ὁ τιμῶν (NB.) τὸν ἅγιον, τιμᾷ καὶ τὸν κύριον, ὁ ἀτιμάζων τὸν ἅγιον, ἀτιμάζει καὶ τὸν κύριον.

§. 24. *Cyrill. Alex.* Αἱ τῶν εἰκόνες τιμῶνται διὰ τὰ ἀρχέτυπα. Sic *Athanas. c. 38. ad Antioch.* Sed hæc non pungunt nos, qui

qui imagines non odimus. Hoc non probamus, quod VII. Synod. dicit: Ἐν τῇ εἰκόνι ἡ εἰκονιζομένη τοῦ ἀρχετύπου ὑπόστασις προσκυνεῖται. Absit! αἰδέσιμα sunt cum *Chrysost.* τίμια cum PP. non προσκυνεῖται ista ἀγάλματα. Tunc enim sunt εἴδωλα. A quibus nobis caveamus, monente Johanne *I. Joh. V. 21.*

§. 25. Rectè *Concil. Eliber.* sub Const. M. *Can. XXXVI.* placuit, picturas in Ecclesia esse non debere, ne, quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur. *Tom. I. Concil.*

§. 26. Olim *Collyridiani* ἀπὸ τοῦ κολλυρίδος, quam virgini Mariæ offerebant, sic dicti, & hodienum Romani, Mariam divino honore colebant.

§. 27. Sed contrà *Ambros. l. 3. de Sp. S. c. 12.* Maria erat templum DEI, non DEUS templi, & ideò ille solus adorandus, qui operabatur in templo. *August. de verâ Relig. c. 55.* Hoc etiam ipsos optimos Angelos & excellentissima DEI ministeria velle credamus, ut unum cum ipsis colamus DEUM, cujus contemplatione beati sunt.

§. 28. Tamen *Nazianzeni* sunt *Orat. XVIII.* Καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν ἱκετεύουσα βοηθῆσαι παρθένῳ κινδυνευούσῃ. Quem nobis objicit *Dion. Petav. Epiphan. p. 57.* Vide *Forbes. Quæst. Modest.* ubi respondet.

§. 29. Romanenses ex *Gal. V. 13.* astruunt δουλείαν suam idololatricam. *Oecum.* ait, esse quatuor servitutis modos: εἷς ὁ τῆς δημιουργίας, εἷς ὁ τῆς πίστεως, ἄλλος ὁ τῆς ἀποστολῆς, ἕτερος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας.

§. 30. *August. l. XX. contr. Faust. cap. XXI.* Colimus Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines DEI. Et mox excludit omnem Paparum δουλείαν, his verbis: Colimus Sanctos cultu *non servitutis*, sed *honoris*. *Sic ille*, ubi cultum dilectionis & societatis nominat, Paulus διὰ ἀγάπης δουλεύειν ponit de vivis, *cit. loc.*

§. 31. De voce λατρεία idem ille sic statuit *lib. X. C. D. cap. 1.* Latria secundum consuetudinem, quâ locuti sunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, aut SEMPER, aut tam frequenter, ut

PENE SEMPER ea dicitur servitus, quæ pertinet ad colendum DEUM.

§. 32. Frustrà igitur Pontificii *Augustinum* hujus distinctionis auctorem faciunt. Qui sic *l. 10. de C. D. c. 1.* contra illos scribit: Quicunque igitur sunt in cœlestibus habitationibus immortales & beati, si nos non amant, nec beatos esse nos volunt, colendi utique non sunt. Si autem amant & beatos volunt, profectò inde volunt, unde & ipsi sunt. An aliunde ipsi beati, aliunde nos?

§. 33. Ergò distinxit ita *August.* ut cultum religiosum omnem uni DEO vindicaret; Qui *de ver. Relig. c. 55.* sic ait: Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum, quia, si piè vixerunt, non sic habentur, ut tales quærant honores, sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante lætantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergò sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem.

§. 34. Sic & *Cyrill. Alex. l. 6. contra Julian.* Sanctos Martyres neque Deos esse dicimus, nec adorare consuevimus. Laudamus autem eos potiùs summis honoribus, quòd pro veritate strenuè certàrint.

§. 35. Δουλεύειν *Gal. IV. 8.* apertè tribuitur cultui divino. Sic & *I. Thess. III. 9.* & *Apocal. XXII. 3.* ubi utrumque λατρεύειν & δουλεύειν de cultu DEI. Et *Deut. XXVIII. 64.* δουλεύειν ἑτέροις θεοῖς. Hinc *Rom. I. 25.* λατρεύειν de DEO dicitur. Ita *Matth. IV. 10.* Xenoph. δουλεύειν & λατρεύειν eod. sensu ponit. *3. Cyrop.* Et *Exod. XII. 6.* Opus λατρευτὸν dicitur servile. *Et:* De semine tuo non dabis Principi λατρεύειν. Sic *Gal. V. 13.* δουλεύετε ἀλλήλοις de hominum charitatis officio. *Suid.* λατρεία δουλεία ἐπὶ μισθῷ. *Phavorin.* λατρεύειν κυρίως τὸ δουλεύειν. λάτρης ὁ μισθῷ δουλεύων λάτρον γὰρ ὁ μισθός. *Phocyl.* καιρῷ λατρεύειν.

§. 36. Audiamus ulteriùs Patres de cultu l. latria, cui deferenda illa. Apud *Euseb. l. IV. E. H. c. 15.* cùm Judæi calumniarentur, Christianos Polycarpum adoraturos, si corpore ejus potirentur, CHRISTO relicto, responderunt Smyrnenses illi, se

præter CHRISTUM οὐχ ἕτερόν τινα σέβειν, ἀλλ' αὐτὸν υἱὸν θεοῦ προσκυνοῦμεν, inquiunt: Μάρτυρας δὲ ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς Κυρίου ἀγαπῶμεν ἀξίως. *Theophyl. Antiochen.* Μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Θεῷ δὲ τῷ ὄντως θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν. *Euseb. Cæsar. l. 1. Demonstr. Evang. c. 3.* de Christianis; Εὔχονται οὐκέτι πλείοσι κυρίοις, ἑνὶ δὲ τῷ μόνῳ κυρίῳ κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον. *Lactant. l. 1. Institut. c. 20.* Religio & veneratio nulla alia nisi unius DEI tenenda est. *Hilarius l. VIII. de Trin.* Non ignoras, quòd in maledicto sit religio creaturæ. *Concil. Laodicen. Can. XXXV.* οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπιέναι καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν, ἅπερ ἀπηγόρευται. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπεν τὸν κύριον ἡμῶν Ι. Χ. τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν. *Athanas. Orat. III. contr. Arrian.* post adductum locum *Apocal. XIX. 10.* οὐκοῦν, ait, θεοῦ ἐστι μόνου τὸ προσκυνεῖσθαι. Et de Angelis: οὐκ εἰσὶ τῶν προσκυνουμένων, ἀλλὰ τῶν προσκυνούντων τὸν δεσπότην. *Basil. Cæsar.* οὐδὲ κτίσματι προσκυνεῖν ἀνέχομαι. *Basil. Seleuc.* Κτίσις προσκυνεῖν πέφυκε, προσκυνεῖσθαι οὐ μεμάθηκεν.

§. 37. *Hieron. cont. Vigilant.* Nos autem non dico Martyrum reliquias, sed ne Solem quidem & Lunam, non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim & omne nomen, quod nominatur, & in præsenti & in futuro seculo colimus & adoramus, ne serviamus creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est benedictus in secula. Honoramus autem reliquias Martyrum, ut eum, cujus sunt Martyres, adoremus.

§. 38. *Augustin. de vera Relig. c. 55.* Charitate honoramus Angelos, non servitute. Hîc eis templa construimus. Nolunt enim sic se honorari à nobis, quia nos ipsos, cùm boni sumus, templa summi DEI esse noverunt. Rectè itaque scribitur, hominem ab Angelo prohibitum ne se adoraret, sed unum DEUM, sub quo esset

esset & ei conservus. Et *Leo I. Pap. R. Serm. 2. in Nativ. Dom.* Adoretur Dominus, qui condidit, non creatura, quæ servit.

§. 39. *Theodoretus* de excellentibus Sanctis ait: ὡς ἀνθρώπους ἀρίστους γεραίρομεν, μόνῳ δὲ προσκυνοῦμεν τῷ ὅλων πατρὶ καὶ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι.

§. 40. *Cyrill. Alex. l. IV. contr. Julian.* ait de loco Apocal. cit. Boni Angeli διδάσκουσιν τὰς ἡμᾶς καὶ τὴν προσκύνησιν οὐχ ἑαυτοῖς, μᾶλλον ἀνακομίζειν μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ.

§. 41. Non enim intelligunt vota orantium. *Cajetan. in II. II. q. 88.* ipse fatetur: Certâ ratione, *inquit*, nescimus, an Sancti nostra vota cognoscant, quamvis piè hoc credamus.

§. 42. Eruditè contrarium demonstrat *Davenant. Col. II. v. 18. p. 239. 240.* quem adi. Ex professo consule *Instr. Theol. Forbes. l. 7. c. 6. 7. 8. & seqq.* & *J. Dallæum* peculiari Tractatu *de cultu religioso. lib. 1.*

§. 43. Templa iis non construenda. *Aug. cont. Max. Arian.* Si Angelo faceremus templum, anathematizaremur à veritate CHRISTI & Ecclesiâ DEI. *Et:* Ara est, quæ testatur haberi pro Numine, cui erigitur. Plura vid. infrà Tit. *Sancti.*

INDULGENTIÆ.

§. 1. AB *indulgendo* sic dictæ, quòd dentur ad remissionem peccati, & testimonium gratiæ DEI. Aliis, *Bullæ indulgentiales.* Harum summa potissima hisce continetur propositionibus: (1) Post remissam pœnitenti culpam, manet reatus pœnæ temporalis persolvendæ. (2) Ad has pœnas persolvendas injunguntur Satisfactiones à Confessariis per opera caritatis, vel Pœnalia. (3) Thesaurus infinitus satisfactionis CHRISTI, est in Ecclesia. (4) In hoc thesauro sunt etiam passiones & opera supererogatoria Sanctorum, in quantum sunt satisfactoria, non in quantum meritoria. (5) Sub clavibus Ecclesiæ est hic thesaurus, ad supplendum pro pœnis illis & satisfactionibus applicabilis. (6) In Indulgentia est solutio, sed est etiam judicialis absolutio fideli-

fidelibus valdè utilis. (7) Causa justa requiritur in concedenda Indulgentia. (8) Indulgentiam non consequitur, qui opus injunctum non exequitur. Quas omnes & singulas examinat *M. Anton. de Domin. l. V. c. IIX. n. 18. 19. & seqq.*

§. 2. Indulgentia talis est potestas dispensandi fidelibus jam reconciliatis, & ad communionem admissis, quasdam ex Ecclesiæ, *quem vocant*, thesauro, (seu ex superabundantia passionum CHRISTI, & redundantiâ supervacanearum satisfactionum beatæ Mariæ virginis, aliorumve Sanctorum) apud Papam deposito, indulgentias seu relaxationes, quibus expiari atque adeò auferri dicunt reatum pœnæ residuæ, *quam ajunt*, post contritionem & confessionem & absolutionem solvendam adhuc esse DEI justitiæ, in peccati vindictam, vel in hac vita, vel in purgatorio: expiari, *inquam*, dicunt istam pœnam vel totam, vel ejus partem, pro arbitrio Papæ Romani dispensantis istas indulgentias, sive hîc viventibus, sive degentibus in purgatorio.

§. 3. *Thomas* dixit *quæst. 25. art. 1.* Indulgentias valere & quantum ad forum Ecclesiæ, & quantum ad judicium DEI, ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem, & confessionem, & absolutionem, sive sit injuncta, sive non. *Bonaventura in 4. sent. dist. 20. part. 2. art. 1. quæst. 2. Johannes Laziardus in vita Gregorii I. Papæ Romani.*

§. 4. *Alexander Alensis*, loquens de thesauro ejusve dispensatoribus, ait: Indulgentiæ & relaxationes fiunt de meritis supererogationis membrorum CHRISTI, & maximè de supererogationibus meritorum CHRISTI, quæ sunt thesaurus spiritualis Ecclesiæ. Solis Episcopis competit ille thesaurus dispensandus, qui sunt Sponsi Ecclesiæ. Inter hos summus Pontifex præcipuè, qui est totius universalis Ecclesiæ Sponsus & Rector, ipsi competit totius spiritualis thesauri dispensatio. *Alensis part. 4. quæst. 23. memb. 3. Bonaventura in 4. sent. dist. 20. part. 2. art 1. qu. 3.*

§. 5. Præerat *Innocentius III.* Papa Romanus, generali Lateranensi Concilio, anno Domini 1215. In eo Concilio, *cap. 62.* hoc conditum est decretum; Quia per indiscretas & superfluas Indulgentias, quas quidam Ecclesiarum Prælati facere non veren-

tur,

tur, & claves Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio enervatur: *decernimus, ut cùm dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia ultra annum, sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis dedicetur*: ac deinde in anniversario dedicationis tempore quadraginta dies *de injunctis pœnitentiis* indulta remissio non excedat. Posteà *Bonifacius Papa*, hujus nominis IIX. Indulgentiæ, (inquit) quæ ab uno vel pluribus Episcopis, in Ecclesiarum dedicationibus, vel aliis quibuscunque casibus, conceduntur, vires non obtinent, si statutum excesserint Concilii generalis. *Bonifacius in Sexto, cap.* 3. Sedebat autem hic Pontifex anno Domini 1300.

§. 6. Annum Jubilæum vocant Romanenses, in quo omnibus, Basilicas Petri & Pauli, beatorum Apostolorum, Romæ constitutas, devotè visitantibus, liberaliter aperitur spiritualis thesaurus Ecclesiæ, seu Papæ, & plenissimæ indulgentiæ largiter dispensantur. Hujus rei auctor *Bonifacius IIX*. instituit indulgentias Jubilæi seculares, id est, ut 100. quoque anno aperiretur hunc in modum thesaurus, & esset annus ille Jubilæus. *Vid. Extrav. comm. lib. V. tit. 9. de pœnitentiis & remissionibus. cap.* 1.

§. 7. *Bonifacio Octavo* successit in Pontificatu Romano *Benedictus undecimus*, quem Onuphrius nonum vocat; Hunc excepit *Clemens Papa V*. post quem sedit *Joannes Papa*, qui Onuphrio XXI. Platinæ autem *vigesimus tertius* dicitur; quo mortuo, sedem illam obtinuit *Benedictus*, quem Platina *duodecimum* vocat hujus nominis, Onuphrius *decimum*. Post quem *Clemens sextus* Pontifex creatus est anno Domini 1342. Hic constituit, ut quinquagesimus annus esset Jubilæus, & in sua bulla, quam eâ de re condidit, thesauri illius meminit, ex quo Pontifices depromunt indulgentias. *Vid. Extrav. comm. lib. 5. tit. 9. de pœnitentiis & remissionibus, cap.* 2.

§. 8. Post Clementem sextum Pontificatu potiti sunt *Innocentius VI. Urbanus V. Gregorius XI.* cui successit *Urbanus VI.* anno Domini 1378. De hoc Papa verba Onuphrii sunt; Jubilæi annum ex quinquagesimo ad trigesimum tertium reducens, eum anno 1390. tertiò celebrari curavit. Obiit Romæ anno 1389. Indictum autem ab Urbano VI. Jubilæum successor ejus *Bonifacius*

nonus

conus celebravit anno Domini 1390. & rursum more veteri, idem Pontifex *Bonifacius* 9. Jubilæum quartò celebravit anno Domini 1400. eodem teste Onuphrio, in ejus vita, post vitam ejusdem Bonifacii à Platina scriptam. Secuti sunt Romani Pontifices *Innocentius VII. Gregorius XII. Alexander V.* & *Johannes*, qui Onuphrio XXI. Platinæ XXIV. & in Concilio Constantiensi XXIII. dicitur, deinde *Martinus V.* in Concilio Constantiensi factus Papa, de quo ait Onuphrius in Chronico; *Hic Pontifex annum Jubilæum quintò celebravit.* Et ibidem scribit *Onuphrius*, Pontificem hunc obiisse anno Domini 1431. Successit *Eugenius IV.* & huic *Nicolaus V.* qui (teste Onuphrio) annum Jubilæum sextò celebravit. Mortuus est anno Domini 1455. Sedem Pontificalem deinde obtinuerunt *Callistus III. Pius II. Paulus II.* creatus Pontifex anno Domini 1464. Hic annum Jubilæum ad annum vigesimum quintum restrinxit, ut testatur ejus proximus successor *Sixtus IV.* in bulla, *Quemadmodum.* Data anno incarnationis Dominicæ 1473.

§. 9. Mortuo *Sixto Papa IV.* sedem Romanam obtinuerunt *Innocentius VIII. Alexander VI.* qui (teste Onuphrio, in Chronico) annum Jubilæum octavò celebravit. *Vid. Polydorum Verg. lib. 8. de inventoribus rerum, cap.* 1. Mortuo Alexandro anno Domini 1503. successit Pius III. Eoq; intra mensem defuncto, Pontificatum adeptus est Julius II. Post cujus obitum Pontifex creatus est Leo X. anno Dominicæ incarnationis 1513. & obiit anno 1521. Hujus tempore *Martinus Lutherus* disputavit contra Papales indulgentias. *Forbes. l. XII.*

§. 10. Non fuerunt notæ per Ecclesiam Catholicam, mille amplius annis à CHRISTO. Alexander III. qui sedere Romæ cœpit anno Dom. 1159. in epistola ad Archiepiscopum Cantuariensem sic scribit, *Decretal. l.* 5. *tit.* 38. *cap.* 4. Quod autem consuluisti, utrum remissione, quæ fiunt in dedicationibus Ecclesiarum, aut conferentibus ad ædificationem pontium, aliis prosint quàm his, qui remittentibus subsunt, hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod cùm à non suo judice ligari nullus valeat vel absolvi, remissiones prædictas prodesse illis tantummodò arbitramur, quibus ut prosint, proprii judices specialiter indulserunt.

Aaaa §. 11.

§. 11. Ante tamen ann. 1095. *Urbanus II.* Papa, suscepturis peregrinationem in terram sanctam, cunctas pro delictis suis pœnitentias relaxat, ut habet *Nauclerus, gener. 37.* Indulget omnium peccatorum veniam, & in retributione justorum salutis pollicetur augmentum, ut dicit *Matth. Paris. in* Wilielmo *II.* Ex *Concil. Later. sub Inno III. Can. 62.* apparet, omnes Episcopos habuisse potestatem conferendi indulgentias. Invaluerunt autem Indulgentiæ Jubilæares circa annum 1300. *Platina in Bonif. VIII.* In primitiva Ecclesia non fuisse notas, testatur *Roffensis contra Luth. art. 18.* Ego (inquit) respondeo, non satis constare, à quo primùm (indulgentiæ) tradi cœperunt. Et de Purgatorio ait, apud priscos illos nulla, vel certè quàm rarissima fiebat mentio. Cœperunt indulgentiæ, postquam ad Purgatorii cruciatus aliquandiu trepidatum est. *Durandus in Sent. 4. Dist. 20. Quæst. 3. Alphonsus de Castro l. 8. Tit. Indulgentiæ.*

§. 12. Per annos à CHRISTO 1000. Indulgentiæ fuerunt Canonicæ satisfactionis relaxationes: id est, disciplinæ, non satisfactionis causâ comparatæ coram DEO pro pœna temporali. De his loquentes ita intelligendi sunt Patres & Concilia, ut *Nicen. I. c. 11. Arelat. II. cap. 10. Ancyr. c. 2.* Aliquando etiam sunt declarationes remissionis peccatorum. Et in hoc sensu indulgentiæ nomen sæpè accipitur, quia in literis indulgentiarum legitur, concedi absolutionem à culpa & pœna simul, & condonari omnia peccata, vel dimidiam, vel tertiam partem peccatorum. Tales fuerunt indulgentiæ ante ann. 1000. *Gregorii I. Leonis III. Sergii II.* Et observandum, nihil de indulgentiis inveniri in scriptis *Buchardi, Gratiani, Lombardi,* qui vixit ann. Dom. 1150.

§. 13. Apud veteres Indulgentiæ remittebant vel tres, vel septem, vel plures annos pœnitentiæ, quia tot vel plures anni statuebantur, quibus de veritate pœnitentiæ satisfaciendum erat Ecclesiæ; nunc eodem modo certorum annorum Indulgentiæ conceduntur, quando tamen, remissâ multùm veteris Ecclesiæ severitate, certorum annorum pœnitentiæ nullæ injunguntur.

§. 14. Indulgentias defunctis prodesse, non docetur à veteribus. Sic etiam docuerunt *Biel lect. 57. in Canonem missæ. Hostiensis in summa l. 5. tit. de remissionibus, num. 6.*

§. 15.

§. 15. Thesaurus Ecclesiæ ex meritis CHRISTI & Sanctorum, cujus dispensatio Papæ commissa est, non fuit nota in Ecclesia, per multa à CHRISTO secula. Veteres enim nunquam dixerunt, vel significarunt, ex thesauro satisfactionum indulgentiam dari. *Francisc. de Mayrone in 4. Dist. 19. q. 2.* & *Durand. lib. 4. Dist. 20. q. 3.* affirmant, thesaurum Ecclesiæ non niti meritis Sanctorum. *Angelus de Indulgent. par. 9.* Communis opinio tam Theologorum, quàm Canonistarum tenet, *quod Indulgentiæ sunt ex abundantia meritorum, quæ ultra mensuram demeritorum suorum Sancti sustinuerunt & CHRISTUS*: Sed ego teneo cum *Fran. de Mayrone*, quòd cùm merita Sanctorum sint ultra condignum remunerata à DEO, & sic exhausta, quòd solùm dantur ex merito CHRISTI & passionis ejus. *Gul. Perkinsus Problem. Cathol. Tom. 1. Oper.*

IRONIA IN SACRIS.

§. 1. DE Ironiis & irrisionibus in Sacris an liceant & quatenus.

§. 2. *Proverb. I. 16.* Ego in pernicie vestra ridebo & subsannabo. *Esa. XIV.* Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer? *Mich. VI.* Popule mi, quid feci tibi? & *vers. 3.* *Jerem. II. 28.* Tibi sunt nunc Dii tui? Jube illos surgere & opitulari. *I. Reg. XIV.* Eliæ Sarcasmus in Baalitas. Quos in Prophetis annotat & agnoscit *Cornel. à Lapid. Canon. XII. Prophet. Minor. p. 19.*

§. 3. *Chrysost. Homil. XVIII. in Genes. & Rupert. in Genes. IV.* verba ista: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis! Ironicè sumunt. Sic *Rupert.* Hâc, *inquit*, Ironiâ Adamus merebatur illudi. Sic enim acriùs quàm severâ objurgatione admonebatur stultitiæ suæ. *Hugo in Genes.* addit: Stultæ ipsius credulitati debitum hoc Ironiæ genus, quæ tum justa est, cùm eâ adversus merentes utimur.

§. 4. *August. de Verb. Dom. Serm. XXII. cap. 8.* agens de loco Matth. XXV. fatuarum & prudentium virginum verbis: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, &c. Non consulentium, *ait*,

ſed irridentium eſt iſta reſponſio. Quare irridentium? Quia ſapientes erant, quia ſapientia erat in illis. Non enim ſapientes de ſuo erant, ſed illa in illis ſapientia, de qua ſcriptum eſt: Et ego veſtræ perditioni ſuperirridebo.

§. 5. Et de hiſce Domini verbis: Tune es Magiſter &c. *Joh. III. 10. Id. Tractat. XII. in Joann.* inquit: O Fratres, quid putamus Dominum huic Magiſtro Judæorum quaſi inſultare voluiſſe? Noverat Dominus, quid agebat, volebat illum naſci ex Spiritu. Ille Magiſterio inflatus erat, & alicujus momenti ſibi eſſe videbatur, quia Doctor erat Judæorum. Deponit ejus ſuperbiam, ut poſſit naſci ex Spiritu. Inſultat indocto, exagitat ſuperbiam hominis, quaſi diceret: Ecce, nihil nôſti, Princeps ſuperbe! Naſcere ex Spiritu. *Hæc Auguſt.*

§. 6. Sic & hominum errores rideri à diſciplina Sanctorum alienum non eſſe docent ſuo exemplo *Hieron. Ep. 84. 99. 101. Tertullianus Apologet. adv. Ethn. inſaniam, cap. 16. Auguſtinus de opere Monachorum Cap. 23. 31. 32. Ireneus in Gnoſticos lib. 1. Bernardus Epiſt. 236. Tertull. adv. Valentin. Cap. 6.*

§. 7. Sic: Congreſſionis luſionem deputa ante pugnam. Multa ſunt ſic digna revinci, ne gravitate adorentur, vanitati propriè feſtivitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia læta; de æmulis ſuis ludere, quia ſecura eſt. Curandum planè, ne riſus ejus videatur indignus. Cæterùm ubicunque dignus riſus, officium eſt.

JURAMENTUM.

§. 1. Jurandum non eſſe probat *Gratian. & alii PP. ex Matth. V. & S. Jacob. c. V. 12.*

§. 2. *Clem. Alex. Strom. VII.* definit, ὁμολογίαν καθυπεστικὴν μετὰ προσλήψεως θείας.

§. 3. *Ambroſ. ad Valent. Imp.* Quid eſt jurare, niſi ejus, quem teſtare fidei tuæ præſulem divinam potentiam confiteri?

§. 4. *Chryſoſt. de Stat. XV.* Εἰ μὲν πιστεύεις ὅτι ἀληθὴς

ἐστιν

ἐστιν ὁ ἀνήρ· μὴ ἐπαγάγῃς τὸν ὅρκον τὴν ἀνάγκην. Εἰ δὲ οἶδας ὅτι ψεύδεται, μὴ ἐπιορκεῖν ἀναγκάσῃς. Unde videmus, Juramento eum velle nos facilè abstinere. Et *Liban. in Christiani Imp. laudib.* ponit: ἐπιορκίας τοσοῦτον ἀπεστάτων, ὥστε καὶ πρὸς τὰς εὐορκίας ἔχειν εὐλαβῶς.

§. 5. Quin nec de iis jurandum, quæ incerta sunt, monet *Chrysost. de Stat. XII.* ὅτι κἂν μὴ συναρπασθεὶς, μηδὲ ἄκων, μηδὲ ἀγνοῶν τοῦτο πάθῃ ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, καὶ ἑκὼν καὶ εἰδὼς ἀναγκασθήσεται ἐπιορκῆσαι πάντως. Et iterum: Σφαλερὸν μὲν οὖν καὶ περὶ ἑαυτοῦ τινα ὀμνύναι, πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων περιστάσεως βιαζόμεθα.

§. 6. Sed tamen jurasse vett. Christianos certissimum. Et *Gratian c. 22. q. 1. c. 1.* ait: Aliud est, ad juramentum spontè accedere, aliud, vel ad asserendam innocentiam suam, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus, quando pigri sunt credere, quod eis utile est, juramentum offerre. Sic *Concil. Tolet. VIII. c. 2.* licere statuit, omne, quod in pacis fœdera venit, quod amicorum animos conciliat, quod testibus adstipulatur, quod deficientibus testibus fit, approbat.

§. 7. *August. in Ep. ad Galat. c. 1.* de hoc ait: Prohibemur jurare cupiditate aut delectatione jurandi. Quamvis enim juramentum amplius sit, quàm est, est, non, non, & ideo à malo sit, non tamen à malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter moventur ad fidem.

§. 8. Sic *id. Ep. 154.* In N. T. dictum est, ne omninò juremus; Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verum jurare peccatum est, sed quia pejerare immane peccatū est.

§. 9. *Id. Serm. Dom. I. c. 30.* Ita ergò præcepisse Dominum intelligitur, ne juretur, ne quisquam sicut bonum appetat jusjurandum & assiduitate jurandi ad perjurium per consuetudinem delabatur. *Et mox:* Tu malum non facis, qui benè uteris juratione, quæ etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quod utiliter persuadeas. Sed à malo est illius, cujus infirmitate jurare cogeris.

§. 10. *Hieron. Jerem. 4.* ut conciliet cum Matt. V. ait, Jerem. 4. *Jurabis* pro confessione dici, & ad condemnationem idolorum, per quæ jurabat Israel. Et *Matth. l. c. cap. V.* Non per DEUM jurare prohibuit Salvator, sed per cœlum. &c. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum.

§. 11. Sic *Isidor. Sentent. l. 2. c. 31.* Non est contra DEI præceptum jurare, sed dum jurandi usum facimus, perjurii crimen incurrimus.

§. 12. *August. de Verb. Apost. Serm. 28.* Quantum ad me attinet, juro, sed quantum mihi videtur, magnâ necessitate compulsus, cùm video non mihi credi, nisi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quod non credit. Hac perpensâ ratione & consideratione libratâ cum magno timore dico: Coram DEO, aut, Testis est DEUS, aut, scit CHRISTUS, sic esse in animo meo.

§. 13. Sic & *Lombard. l. 3. c. 39.* Sponte & sine necessitate jurare, vel falsum jurare, peccatum grande est; Ex necessitate autem jurare, scil. vel ad asserendam innocentiam, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus, quod eis utile est, malum non est.

§. 14. Sed si *per Deos alienos aut creaturas juretur*, an id tenendum & probum quæritur? R. *Aug. Ep. 154.* de eo: Qui juravit, per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utique peccavit. *Et mox*: Sine ulla dubitatione minus malum est, per falsos Deos veraciter jurare, quàm DEUM per verum, fallaciter.

§. 15. Causa est, quia respectus jurisjurandi ad DEUM semper manet.

§. 16. *Id. Serm. 30. de Verb. Apost.* Et qui super lapidem falsò jurat, perjurus est. *Et mox*: Non te audit lapis loquentem, sed punit te DEUS fallentem.

§. 17. *Lombard. l. 3. dist. 39.* Jurare per quamlibet creaturam, est Creatorem ejus testem adhibere.

§. 18. Hinc in primitiva Ecclesia *seculi VI. VII. VIII. &c.* per altaria, Evangelium, reliquias Martyrum jurari legimus. Unde *Auctor op. Imp. in Matth. Hom. 44.* docet, non minus esse per

Evan-

Evangelium jurare, quàm per DEUM, quia Scriptura S. propter DEUM est, non DEUS est propter Scripturam.

§. 19. Apud *Reginon. l. 2.* Thassilo per corpus Dionysii, Germani, Martini jurat.

§. 20. *Carol. in Constitutt. Ripuar.* Omne Sacramentum in Ecclesia, aut supra reliquias juretur, *sic illum DEUS adjuvet & sancti*, quorum istæ reliquiæ sunt, ut veritatem dicat.

§. 21. Ubi habes formulam! Sed Cassinenses Monachi Rom. Pontifici respondent in *Chronico Caß. c. 109. l. 4.* Sibi fas non esse jurare per Evangelium & Benedicti regulam.

§. 22. Apud *Petr. Damian. Act. Mediolan.* Uvido Archi-Episc. ad sanctum Altare jurat. Et Arnulfus, manu super S. Evangelium positâ, juravit: *Sic me DEUS adjuvet, & ista sancta Evangelia.* Clerum etiam suum, tactis SS. Evangeliis, jurare fecit. *Id. ibid.*

§. 23. Unde duo ritus eliciuntur: *Ad Altare* & *tactis Evangeliis* jurasse.

§. 24. *Edvard. Rex Angl.* apud *Malmesb. l. 2. c. 82.* jurat: Per DEUM & matrem ejus, tantundem tibi nocebo.

§. 25. Apud *Æmil. l. 2. de Franc.* Proceres Romani & Franci fidem sibi invicem, tactâ Apostolorum arâ, confirmabant.

§. 26. Apud *Adrian. Ep. ad Carol.* Ravennates Senjores super Altari, coram S. Evangelio testificati sunt.

§. 27. Contrà *Rabanus ad Reginbald.* Juramenta ad altare & S. Evangelia, vel S Reliquias, ut verbo DEI contraria damnat.

§. 28. Apud *Gregor. l. 5. Ep. 33.* Juro per Patrem & Fil. & Sp. S. & hoc corpus B. Apollinaris martyris.

§. 29. De Juramento Josephi, *Gratian. C. 22. q. 1. c. 16.* quòd per salutem Pharaonis juraret, ait: Sciendum est, quòd Sancti non tam per creaturas, quàm per auctorem creaturarum jurabant, nec in creaturis aliud quàm Creatorem illarum venerabantur. Sicut Joseph, qui per Pharaonem jurando hoc in eo veneratus est, quòd DEI judicio positus erat in infimis.

§. 30. De PERJURIO. *Augustin. in Ps. 24.* apud *Gratian. c. 22. q. 2.* quod Gloss. interlin. ibid. ex Cassiodoro citat:

In dolo

In dolo jurat, qui aliter facturus est quàm promittit, cùm perjurium sit nequiter decipere credentem. *Hieron. Hierem. l. 1. c. 4.* ponit Juramenti comites III. Veritatem, Justitiam & Judicium. Si ista defuerint, nequaquam erit juramentum, sed perjurium.

§. 31. Sed *Juramenta illicita* non esse servanda docetur *Concil. Tolet. VIII. c. 2.* Tolerabilius est stultæ promissionis vota rejicere, quàm per inutilium promissorum custodiam horrendam criminum implere mensuram. *Ambros. de Offic. l. 1. c. 50.* Est contra officium nonnunquam solvere promissum, Sacramentum custodire, ut Herodes Matth. XIV. Reperit *Sentent. III. Dist. 39. ubi sic*: Si quis juraverit contra fidem & caritatem, quòd observatum pejorem vergat in exitum, potiùs est *mutandum*, quàm *implendum*. Qui non mutat, dupliciter peccat, & quia injustè juravit, & quia facit, quod non debet.

§. 32. Sic *August. decollat.* S. Joann. & de Juramento Davidis: Video David pium hominem in temerariam jurationem cecidisse & maluisse non facere quod juraverat, quàm jurationem suam suso sanguine implere.

§. 33. *Et mox*: De duobus peccatis eligit minus. Sed minus fuit illud in comparatione majoris. Nam per seipsum appensum, magnum malum est falsa juratio.

§. 34. *Isidor. in Synon. Cap. de Mend. l. 2.* In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

§. 35. Sic *Beda Hom. 44. decollat. Joann.* Si aliquid fortè nos incautius juràsse contigerit, quod pejorem vergat in exitum, liberè illud consilio salubriore mutandum noverimus.

§. 36. *Ambros. Offic. l. 3. c. 12.* Tolerabilius est promissum inhonestum non facere, quàm facere quod turpe sit. Et adducit id de Heròde Matth. 14. clauditq;: Quantò tolerabilius tali fuisset perjurium Sacramento?

§. 37. *Concil. Ilerdens. c. VIII.* Qui Sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno à communione segregatus pœniteat. *Tolet. VIII. c. 8.* Necesse est, ut malè jurans dignam pœnitentiam agat. *Concil.*

Concil. Eliberitan. c. I. Diffinitio incauta laudabiliter solvenda est, nec est prævaricatio, sed temeritatis emendatio, apud *Gratian. Cauß. XXII. q. 4. c. 17. & c. 18. ex sept. synod.* Juramentum mendax dissolvatur, quasi nullam virtutem habens.

§. 38. Qui hominem provocat ad jurationem & scit eum falsum esse juraturum, vincit homicidam, ait *August. Serm. XI. de Sanct.*

§. 39. *Id. de Verb. Apost. 30.* ait: Qui juramentum exigit ab eo, quem nescit falsum juraturum, non peccat.

§. 40. *Concil. Matiscon. I. c. 17.* de eo, qui ad perjurium invitat, ipse ad exitum vitæ non communicet, qui verò ei in perjurio consenserunt, infamiâ notabuntur.

§. 41. De eo autem, qui calliditate verborum jurat, *Isidor. Gent. l. 2. c. 31.* Dupliciter reus fit, quia & DEI nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

§. 42. Pueri ante annos XIV. jurare non cogantur. *Concil. Eliberit. Can. 52.*

§. 43. Idq; jejuniis faciendum. *C. 22. q. 5. c. 16.* Jejunus hoc faciat cum honestate & timore Domini.

§. 44. A Septuagesima usque ad Octavam Paschæ, & ab Adventu Domini usque in Octavam Epiphaniæ, & in Jejuniis IV. temporum, & in Litaniis majorib. & in diebus Dominicis, & in dieb. Dominis, & in diebus rogationum nullus super S. Evangelia jurare præsumat. *Concil. apud Medard. habitum.*

§. 45. *Concil. Rhemense* statuit: Nullus ex Ecclesiastico ordine cuiquam Laico quicquam super SS. Evangelia jurare præsumat, sed simpliciter & cum veritate dicat: Est, Est, Non, Non.

§. 46. Non itaque licuit Clerico jurare.

§. 47. *Concil. Tribur. c. 21.* de controversia inter Laicum & Presbyt. Laicus per juramentum, si necesse sit, expurgetur; Presbyter verò vice juramenti per S. Consecrationem interrogetur. Quia Sacerdotes ex levi causa jurare non debent.

§. 48. *Concil. Turonens. c. 43.* Omnes homines admonemus, ne per singula verba quasi ad confirmationem suæ assertionis nomen Domini in vanum assumant. In vanum autem DEI nomen

 assumi-

assumitur, cùm quis ad singula verba, quibus vult, ut sibi ab alio credatur, DEUM omnipotentem rei, de qua ait, testem invocat, eumq; sibi ita esse adjutorem, sicut ea vera sunt, quæ loquitur.

§. 49. *Concil. Lateran. sub Alex. III. Part. 1. c. 16.* Non dicenda sunt juramenta, sed potiùs perjuria, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam & S. Patrum instituta veniunt.

L.

Liber Vitæ.

§. 1.

SEculi XII. Scriptor *Rupert. Tuitiens. l. 8. in Apoc. c. XIII.* Liber, *ait*, vitæ rectè dicitur Liber agni, quia cuncti Electi, quorum nomina in illo libro sunt, non aliter, quàm per agnum J. C. per sanguinem ejusdem agni J. C. benedictionem illam, quâ nasci vel multiplicari jussi sunt, quam & in Adam perdiderunt, recuperare potuerunt.

§. 2. *Hugo de S. Victor. Exposit. Cant. Mariæ:* Tribus modis in Libro vitæ aliquis scribi perhibetur. 1. Secundum præscientiam, i.e. qui prædestinati sunt ad vitam, qui delentur nunquam; quia ex his, qui prævisi sunt ad salutem, nemo perire sinitur, licet ad tempus quasi periturus à via veritatis errare permittatur. 2. Secundum causam scripti sunt in libro vitæ, qui ad tempus in justitia ambulant, & tales aliquando sunt, qui digni salvatione existerent, si ad finem tales permanerent. 3. Secundum operationem aut potiùs humanam existimationem, quorum opera talia apparent, propter quæ digni videantur scribi in libro vitæ.

§. 3. Conf. è nostris *Hutter. Disp. Witteberg. Tom. I. Disput. XI. p. m. 769. & seqq.* ubi tres constituit libros DEI. 1. Liber est universalis gubernationis. 2. Universalis Judicii. 3. Liber æternæ vitæ.

§. 4.

§. 4. Liber vitæ solorum est electorum seu credentium: Quod colligitur ex *Apocal. XVII. 8. & XX. 15.*

LINGUA VERNACULA.

§. 1. VErnaculâ semper Sacra esse peracta, liquet 1. ex Scriptura, & quidem *I. Cor. XIV. 2.* & praxi Ecclesiæ Vet. & N. 2. Ex Gentium omnium usu id patet. Nam 1. in Ecclesia Hierosolym. Hebræa viguit vulgò nota. *Origen. l. VIII. contra Cels.* Quem nos invocamus nomine barbaro? *Et mox:* Græci Græcis, Romani Romanis, singuliq; precentur propriâ linguâ, DEUMq; celebrent pro viribus, & omnium linguarum Dominus omnibus linguis precantes exaudit. Et sic Seculo III.

§. 2. Seculo V. *Hieron. ad Heliod. Epit. Nepot.* Nunc passionem CHRISTI & resurrectionem ejus cunctarum gentium & voces & literæ sonant. Taceo de Græcis, Hebr. & Latin. &c. Bessorum feritas & pellitorum populorum turba stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos, & totius mundi una vox CHRISTUS est.

§. 3. 1. *Maronitæ* etiamnum retinent linguam suam Chaldæam, Armenii Armeniam, & Sacerdoti respondet populus, uterque pendens à Patriarcha Antiocheno. *Petr. Belon. l. 3. observ.*

§. 4. 3. *Abyssini* Abyssinam, apud *Franc. Alvarez. Hist. Æthiop.*

§. 5. 4. *Moschi* l. Russi in Sacris vernaculâ utuntur. *Sigism. Baro Histor. Moscov.*

§. 6. 5. Latini Latinam, *Hieron. Com. 2. ad Epist. Galat.* Sermone Græco omnis Oriens loquitur. E. Occidens Latinâ, sc. quà Latinus. Nam Hispani, Galli, Angli &c. illâ usi sunt, donec cum imperio lingua mutata. Unde dicebantur Romanè loqui, etiamsi vernacula non illicò extincta. Sic apud *Sulpic. vit. Martin. l. 1.* dicitur Psalmus esse octavus lectus, quo lecto clamor populi tollitur, pars adversa confunditur. Latinum autem fuisse vel ex eo apparet, quòd Martini adversarius *Defensor* nomine dicitur confusus esse, nam *v. 1. Ps. 8.* desinit: *Destruas inimicum & defensorem.*

§. 7. Sic Hispanis sermo Latin. familiaris, quod ex linguæ vestigiis patet, & Codice Gottico, & Senecâ, Lucano qui Cordubenses. E. intelligi potuit.

§. 8. 6. Angli Anglicam. Donec cum coloniis Romanis lingua eò tranaret, de tempore incertum. *Chrysost. serm. de Pent.* Evangelium suâ ætate Britanniæ revelatum significare videtur. *Origenes Hom. 4. Ezech. & Tertull. c. 7. adv. Jud.* ad suam referunt. *Ghildas Hist. Brit. & Niceph. l. 12. c. 40.* ad Apostolos, & ille quidem à Josepho Arimathæo, hic Simeone Zelotâ. *Theodoret. serm. 9. de Cur. Græc.* affect. ad ipsum Paulum. *Juell. contr. Harding. p. 124. 125.* probat sexcentis primis annis Ecclesiam Anglicanam caruisse Latinis Sacris.

§. 9. Et *Greg. M. l. 27. in c. 30. Hiob. c. 6. ait*: Ecce lingua Britanniæ, quæ nihil aliud noverat, quàm barbarum frendere, jamdudum in divinis laudibus cœpit Ebr. Allelujah resonare. Qui locus docet, anteà suâ linguâ usos esse.

§. 10. In Africa dicit *August. l. 1. c. 20. Retract.* se Psalmum per Latinas literas fecisse, ut ad idiotarum & omninò imperitorum notitiam perveniret. Unde liquet, Latinam linguam populo fuisse notam.

§. 11. In toto Illyrico lingua Dalmatica viguit, & *Aventin. Annal. l. 4. Bapt. Platin. de rat. scrib.* Illyricis & Slavis vulgaris sermo idem ille est, quo continuè utuntur in officiis divinis, & universus populus intelligit. *Sic ille.*

§. 12. In Germania ante legati Bonifacii adventum anno 800. Sacra vernaculo sermone facta sunt. *Wal. Strabo c. 7.* Nostrum, i. e. Theutiscum sermonem habuerunt &c. Et fratrum relatione didicimus apud Tomitanos & quasdam Scytharum gentes eadem locutione divina hactenus celebrari officia.

§. 13. Largiuntur id denique *Harding contr. Juell. de ling. peregr. sect. 2. & 38.* Et *Eccius Loc. Com. de Miss.* de Indis idem. Et expressè *Innocent. III. c. Quoniam. Extr. de off. Ind. Ord.* & in *Concil. Lateran. ann. 1200.* inquit: Quoniam in plerisque partibus intra eandem civitatem ac Diœcesin permixti sunt populi diversarum linguarum &c. Distinctè præcipimus, ut Pontifices hujus-

modi

modi civitatum &c. sibi provideant viros idoneos, qui secundum diversitates rituum & linguarum divina illis officia celebrent. Ubi *Gloß.* ait: Ad hæc est D. Pauli doctrina *1. Cor. 14.* Jussit Justinianus omnes Episc. & Presb. sacras preces & mysteria clarâ & vernaculâ voce peragere.

§. 14. Secundò, Biblia linguis vernaculis esse scripta & lecta, probatur 1. ex Scriptura *Joh. V.* quæ jubet ἐρευνᾶν τὰς γραφάς. Scrutari autem nemo potest, nisi legat & intelligat. Conf. *I. Pet. III. Act. XVII. Deut. XVII. Esa. LIV. I. Joh. II.* Nam omnes Epistolæ ferè Apostolorum scriptæ fuerant non ad Clerum tantùm & omnes Laicos. Hinc jubet Paulus *I. Thess. V.* ἀναγνωσθῆναι Scripturam, & Petrus omnibus παρεπιδήμοις τῆς διασπορᾶς scribit, &c.

§. 15. 2. Ex praxi primitivæ Ecclesiæ, sic Judæi Ebraicè, Græci Græcè, nam lingua Græca tunc fuit notissima, & cur Apostoli linguarum dono donati, nisi ut suâ cuique populo linguâ prædicarent. Sic *Hieron. ad Sophron. Ep. 134.* Translationem diligentissimè emendatam meæ linguæ hominibus dedi, i. e. Dalmatis. Ergo Dalmaticâ linguâ fuit S. Scriptura lecta. 2. *Chrysost. apud Geor. Pachym. vit. ejus*, in Cucuso Armeniæ exul vertit in Armenicam. 3. Ulphilas Gottorum Episcopus apud *Sozom. l. 6. c. 37.* in Gotticam. 4. *Methodius ap. Silv. Hist. Bohem. c. 13.* in Sclavonicam. 5. Etiamnum supersunt Evangelia linguâ Æthiopicâ. 6. Psalterium Ægyptiacâ. Et 7. Indiacâ, quamvis literis Syris. 8. Pentateuchus Mosis, Persicâ. 9. Totum N. T. & Psalterium, Gothicâ s. veteri Frisicâ. 10. Et tota Biblia Etelstani Regis tempore ante annos 900. ut scribit *Wittackerus*, Britannicâ.

§. 16. Testibus 3. Patribus. *Chrysost. Hom. I. Johann.* ait, Syros, Ægyptios, Indos, Persas, Æthiopes & innumeras alias gentes in suam transferentes linguam homines barbaros philosophari didicisse. Et 2. *Theodoret. lib. 5. de Com. Gr. aff.* scribit, Hebraicos libb. non modò in Græcum idioma conversos esse, sed in Romanam quoque linguam, Ægyptiam, Persicam, Indicam, Armenicamq; & Scythicam atque Sauromaticam, & ut semel dicam, inquit, in linguas omnes, quibus ad hanc diem nationes utuntur.

3. *Hieron. in Psalm. 86.* Scriptura populis omnibus legitur, h. e. ut omnes intelligant. Quod dicit, hoc est, sicut scripserunt Apostoli, sic & ipse Dominus. Hoc est, per Evangelia sua locutus est, non ut pauci intelligerent, sed ut omnes. *Et mox:* Sed isti; h. e. Principes Ecclesiæ & Principes CHRISTI non scripserunt paucis, sed universo populo. *Et Ps 110. id. ait:* Solent & viri, solent & Monachi, solent & mulierculæ hoc inter se habere certamen, ut plures edissant Scripturas, & in eo se putant meliores, si plures edidicerint. Ecce omnem sexum! 4. Sic *Augustin. ad Fratr. in Erem. Serm. XXXVIII.* Legite sacram Scripturam. *De Temp. Serm. 112.* Qui vult cum DEO semper esse, frequenter debet orare & legere. *In Ps. XXXIII.* Legite Scripturas, ideo voluit DEUS, ut scriberentur, ut nos consolarentur.

§. 17. Plura Patrum testimonia per secula vide apud *Morn. de Euchar. l. 2. c. 7. p. 590. seqq.* 5. Ex propria confessione. *Sixt. Sen. l. 6. Chrysostomus* ait, N. T. & Psal. Davidis in linguam Armenicam transtulit. *Hieronymus* utrumque T. in Dalmaticam. Ulphilas Gothus Episcopus omnia S. Biblia in Gothicam linguam. 2. *Alfons. Castrens. l. 1. c. 13. adv. Hær.* Fatemur olim sacros libros in linguam vulgarem fuisse translatos. 3. *Petr. Galesin. Com. de Gr. Bibl. LXX. Int. p. 8.* Idem fatetur & *Andr.* 4. *Schottus Catal. Script. interpret.* Biblia Dalmaticâ linguâ ex translatione D. Hieronymi in hanc usque diem summâ cum veneratione habentur à Dalmatis. *Et:* Translatio utriusque Testamenti in linguam Armenicam, quâ nunc Armeni utuntur, Chrysostomi, ut ipsi credunt, industriâ & sollicitudine est edita. De quo adi *Rivet. Isag. c. 13. & Juell. T. 1. adv. Harding. De precib. peregr. ling.*

§. 18. Plures versiones vide apud *Rivet. l. cit. p. 190. 186. Serar. Proleg. Bibl. Qv. 9. c. 20.* concedit, nullam usquam legem inveniri, quæ simpliciter ac præcisè vernaculas Bibliorum versiones aut lectiones prohibeat, & ad nostrum usque seculum Catholicas id genus translationes legere licuisse. 2. *Stanisl. Hosius de sacr. vernac. legendo.* In Dalmaticam linguam sacros libros Hieronymum vertisse constat.

§. 19.

§. 19. Rectè *August. de Genes. ad Lit. l. 12. c. 8.* Nemo ædificatur audiendo quod non intelligit. *Cajetanus in I. Cor. XIV. 2.* Meliùs ad ædificationem Ecclesiæ est, orationes publicas, quæ audiente populo dicuntur, dici linguâ communi Clericis & populo, quàm dici Latinè.

LITURGIÆ.

§. I. VOX Græca Λειτουργία & λειτουργεῖν etsi propriè cultum διακονικὸν in Ecclesia notat, sensu Ecclesiastico tamen ad publicarum precum solennes Formulas est translata, quomodo hic consideratur. §. Extant Liturgiæ bifariàm, vel sub nomine *Apostolorum*, vel sub titulo *Patrum vetustiorum.* Apostolicæ Liturgiæ prostant sub nomine Jacobi, Marci, Matthæi, Petri, Andreæ: Sub nomine Patrum, Dionysii Areopagitæ, Clementis, Basilii, Chrysostomi & aliorum. §. Specimen illarum dabimus Juventuti studiosæ: Sic sonat *Liturgia S. Jacobi in Bibl. Patrum Gr. Lat. p. 17.* Μνήσθητι Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὧν ἐμνήσθημεν καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν ὀρθοδόξων ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Ἐκεῖ αὐτοὺς ἀνάπαυσον, ἐν χώρᾳ ζώντων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου, ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν πατέρων ἡμῶν. i. e. *Memento Domine DEUS spirituum & universæ carnis, quorum mentionem fecimus & non fecimus, fidelium ab Abele justo ad hunc usque diem. Fac eos requiescere in regione viventium, in regno tuo, in deliciis Paradisi, in sinu Abrahæ, Isaaci & Jacobi Patrum nostrorum.* §. *Liturgia D. Marci ibid. p. 34.* Τῶν ἐν πίστει Χριστοῦ προκεκοιμημένων πατέρων τε καὶ ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, μνησθεὶς τῶν ἀπ' αἰῶνος προπατόρων, πατέρων, Πατριαρχῶν, Προφητῶν, Ἀποστόλων, Μαρτύρων, ὁμολογητῶν, Ἐπισκόπων, ὁσίων, δικαίων, παντὸς πνεύματος ἐν πίστει Χριστοῦ τετελειωμένων, καὶ τούτων πάντων τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον, ὦ Δέσποτα

Κύριε

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν ταῖς τῶν ἁγίων σου σκηναῖς, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου χαριζόμενος αὐτοῖς τὰ τῶν ἐπαγγελιῶν σου ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασας ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. i. e. *Animas Patrum & Fratrum nostrorum, qui anteà in CHRISTI fide obdormierunt, Domine DEUS noster, fac requiescere, memor majorum nostrorum, qui à seculo sunt, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Episcoporum, Sanctorum, Justorum, omnis spiritus in CHRISTI fide consummatorum. Et horum omnium animas refocilla, Dominator Domine DEUS noster, in Sanctorum tuorum tabernaculis, in regno tuo largiens ipsis promissionum tuarum bona, quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominum non ascenderunt, quæ parâsti DEUS diligentibus nomen tuum sanctum.*

§. 2. Liturgia *Basilii* pro defunctis *ibid.* extat *pag. 53.* Chrysostomi *Tom. 4. p. 523.* & in *Bibl. PP. Tom. II. p. 62.* Cyrilli *Tom. 6. p. 95. Bibl. PP.* Gregorii Romani *Tom. 2. Bibl. PP. p. 129.*

§. 3. Dicuntur & alio nomine *Missæ*, admodùm novè & recens, e. gr. in *Bibl. Patr. Tom. 6.* sic inscribitur: *S. Jacobi Apostoli Fratris Domini & Hierosolymorum primi Episcopi divina Missa.* §. Liturgia *Matthæi* dicitur etiam *Missa Æthiopum ibid. T. 6.* §. Liturgia *Andreæ* non extat, sed fit ejus mentio in *10. lib. Abdiæ*, qui ab Apostolis Babylone institutus, & CHRISTUM in carne vidisse dicitur; Item citatur in *Libris passionis S. Andreæ*, quæ omnia sunt supposititia & conficta volumina. Vid. *Sixt. Senens. l. 6. Bibl. Sanct. Annotat. 3.*

§. 4. Argumenta, quibus convincitur, Liturgiam Jacobi esse confictam & novam, hæc adduci solent: (1) Quia in ea crebrò usurpatur vox ὁμοούσιος, quæ demum post *seculum III.* in Ecclesia usurpari cœpta est. Quæ si extitisset, Patres Niceni & Constantinop. non tacuissent, contra *Arrianos & Macedonianos* disputantes. (2) Canitur in ea Τρισάγιον *S. S. S. immortalis, miserere nobis!* Quod itidem ætate Jacobi nondum erat usu receptum. (3) Oratur pro his in eadem, *qui sunt in monasterio.*

cùm

cùm tamen ævum Apostolicum ignoret illa. (4) Rogatur DEUS, ut nos invenire faciat gratiam cum Apostolis, Martyribus, *confessoribus*; At nomen *Confessorum*, ὁμολογητῶν longo post Apostolos tempore demùm ortum est. (5) Inducit templa, altaria, *thurificationes, thuribula*. Quæ Judaismum sapiunt & à Spiritu Apostolico sunt longè alienissima. (6) Offert DEO thus iisdem verbis, quibus corpus Filii hoc modo: *Accipe quæso de manibus nostris, qui sumus peccatores, thus hoc, quod tibi adolemus in odorem suavitatis, nostrorumq; peccatorum remissionem ac totius populi tui.* (7) Canitur in ea, *Gloria Patri, Gloria in excelsis.* Quod longo pòst tempore demùm introductum fuit. (8) Universus hujus Liturgiæ contextus ex Epistolis Pauli desumtis periodis absolvitur, quæ tamen majorem partem post obitum Jacobi sunt conscriptæ. (9) Non fit mentio hujus Liturgiæ, nisi demùm in sexta Synodo *semel*, quæ incidit in *A. C. septingentesimum.* (10) Utitur voce θεοτόκε de Maria, idq; *sexies*, quæ in Synodo *Ephesina* & *Chalcedon.* robur & ortum accepit diu post ætatem Jacobi. Vide *Morn. de Euchar. l. 1. c. 2.* ex professo, & *Rivet. Crit. Sacr. l. 1. c. 3.*

§. 5. Liturgia *Petri* impugnatur eo, quòd (1) orat, *ut Petri & Pauli intercessione & precibus concedatur, ut in omnibus divinâ protectione muniamur.* Non autem est probabile, Petrum in precibus DEO sua ipsius merita commemorâsse. (2) Facit mentionem Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Cosmæ & Damiani, Ignatii, Alexandri, Marcellini, Luciæ, Agnetis, Barbaræ & Julianæ; Quorum quidam 200. ac pluribus à C. N. annis post obitum Petri vixerunt. *Baron. A. C. 63. n. 17.* hoc ita excusat: Sed illud accidit, quod etiam apud Latinos factum esse constat, ut in Missa aliis superadditis precibus, aliis verò breviori summâ contractis, ritibusq; auctis & mutatis, re tamen integrâ permanente paulò diversior ab illa pristina habeatur. *Bellarmin. l. 4. de Euchar. cap. 13.* fatetur, non omnia, quæ in Liturgia (*Jacobi*) habentur, depromta sunt à Domini exemplo aut præcepto. Constat enim, *MULTA ADDITA ESSE AB ALIIS.* *Margarin. Binius Tom. VI. Bibl. PP.* Liturgiam Petri

non inseruit. Bellarminus & Baronius altùm de ea silent. *Genebrardus Annotat. ad Lit. Petr.* ait: Initio quædam adjecta, & medio addita & fini quædam attexta esse. Quod quid aliud est fateri, quàm totam esse corruptam & confictam plane.

§. 6. Liturgia *Marci* impugnatur inde, quòd (1) usurpat itidem ut illa *Jacobi* voces suo ævo ignotas, ut sunt τρισάγιον, ὁμοούσιον, Confessores, Preces pro Monachis, Thurificationes in remissionem peccatorum. Quæ omnia seculo Apostolico nondum extiterunt. (2) Oratur in ea pro *Papa*, qui tunc nullus fuit, pro *Subdiaconis*, *Lectoribus*, *Cantoribus*, ignotis illi ævo. Pro *Rege*, *ut eum DEUS conservet in pace & fortitudine.* At tempore Marci quis tandem ille Rex? (3) Habetur in ea oratio talis: *Protege civitatem istam propter Martyrem tuum & Evangelistam Marcum, qui nobis viam salutis demonstravit.* Undè liquet, Marcum fuisse jam tum Martyrio coronatum, cùm hæc oratio componeretur. (4) *Th. Balsamon* Patriarcha Antiochenus *Comm. in Canon. XXXII.* sextæ Synodi rejicit hanc Liturgiam, inquiens: *Dicimus nos, neque à S. Scriptura, neque à Canone Synodaliter edito, edoctos fuisse, sacrum Ministerium à S. Apostolo Marco traditum.*

§. 7. Liturgia *Matthæi*, dicta prætereà, *Missa Æthiopum*, falsa esse probatur eo, quòd (1) facit mentionem *Epactæ* & *Numeri Aurei*; qui tamen longè post tempora Matthæi fuit inventus. (2) Quòd in ea oratur pro Papa, Patriarchis, ArchiEpiscopis. Quæ dignitatum nomina Matthæo vivente nondum erant cognita. (3) Consecrantur in eadem pyxis, calix, cochlear sumendo vino, qui ritus adultæ Ecclesiæ demùm esse hodiè cognoscuntur. (4) Facit mentionem Synodi Nicenæ, Constantinopolitanæ & Ephesinæ, ut & Basilii, Chrysostomi, Gregorii Magni, ita ut appareat, fœtum esse vel septimi vel octavi seculi.

§. 8. De *Andrea* quod *Abdias* memorat, & *Liber de Pass. Andr.* planè fundamento caret. Nam (1) Abdias ille vetustioribus planè est ignotus, & seculo superiore à W. *Lazio Viennense* demùm in lucem emissus. Ex *Augustino l. 22. c. 79. contr. Faust.* probatur, à Manichæis fuisse suppositum. Ea quippe quæ *l. 9. in*

Abd-

Abdia & *l. 3.* occurrunt, *Augustinus* apertè scribit *l. c.* Manichæis placere & legi. Cæterùm ab Ecclesia Historias illas nunquam esse receptas. (2) Et *lib. 6. Abd.* citatur Hegesippus, qui A. C. 160. demùm vixit. (3) Dicit, Templum Ephesi in honorem Joannis Evangelistæ constructum; cùm tamen *Celsus* 200. annis pòst Origeni exprobret contrarium, *cur Christiani templa & aras non habeant.* (4) Gloriatur, vidisse se Dominum in carne, cùm tamen citet *Julium Africanum, Clementem & Egesippum.* (5) Quòd de Gondafero Rege Indorum fabulosa narrat. (6) Quòd LXXV. Ecclesias in una provincia extructas asserit. §. Hinc ipsi Romanenses librum repudiant. *Salmero. in II. Tim. II. Disp. II.* ait: *Abdiæ libri sunt Apocryphi.* Andrad. l. 2. Def. Concil. Trid. scribit: *A Paulo IV. tanquam fœtum supposititium fuisse repudiatum.* Baron. ad A. C. 44. n. 4. §. cùm de Abdia egisset, sic judicat: *Vides igitur, quanto cum periculo prodendæ veritatis, absque delectu res gestæ Apostolorum recitentur ac legantur, & quàm difficilè sit, è tot mendaciorum lacunis puram defecatamq; haurire veritatem.* Possevin. in App. Sacr. verbo: *Severus Sulpitius* ait: *Abdias Babylonicus est Apocryphus, & nullius fidei.*

§. 9. Liturgia *Andreæ* citata in *lib. de Passion. Andr.* itidem non acceptatur ob allegantis libri ἀδεκότητα, quæ inde elucescit: (1) Quòd in isto libro dicitur Spiritus S. procedere ex Patre, in Filio autem permanere. Hoc enim redolet hæresin Græcorum. (2) Quòd nulla ejus fiat mentio apud antiquos & probatos Scriptores, ut sunt, Eusebius, Hieronymus, Gennadius. (3) Quòd expressè inter Apocrypha rejiciuntur Acta Andreæ & Apostolorum, apud *Euseb. l. 3. c. 25. Histor.* ubi ait: Figmenta Hæreticæ pravitatis esse comprobantur, & à regula pietatis penitùs aliena & discrepantia. Et *Philastrius Hæres. c. 87.* Manichæis tribuit. Agnoscit *Baron. ad Ann. Chr. 44. n. 42.* Qui prolixiora desiderat, adeat *J. Gerard. Conf. Cathol. l. 1. part. 2. c. 8. & Rivet. Critic. Sacr. l. 1. cap. 4.*

§. 10. Λειτουργεῖν Pontificii exponunt Missam facere, & exinde confirmant Missam suam. Falsò. Λειτουργεῖν enim est *mi-*

nistrare in N. T. *Phil. 2. ult.* λειτουργεῖν Verbum. *v. 25.* λειτουργὸς τῆς χρείας Minister. *Suid.* λειτουργία κυρίων ἡ δημοσία ὑπηρεσία, à voce λήϊτον & τὸ ἔργον, unde & ἀλειτουργησία, immunitas ab operibus sacris & profanis.

§. 11. *Oecum. in Act. XIII.* Τί ἐστι λειτουργούντων. Τοῦτ' ἐστι κηρυττόντων. Sic & *Joh. Chrysost. Hom. 27.* Vet. Interpr. *Ministrantibus.* Syr. Arabs: Orantibus. *Lyran.* Ministrantibus, scil. in bonis operib. secundum suos gradus & officia. *Dion. Carthus. in Act. XIII.* Ministrantibus in actibus virtuosis, in observantiis præceptorum & conversione aliorum. *Cajetan. in Act. XIII. 2.* Non explicatur species Ministerii, sed ex eo quod dixerat, Prophetæ & Doctores insinuatur, quòd ministrabant Domino docendo & prophetando.

§. 12. Sic λειτουργικὰ πνεύματα *Heb. 1.* simpliciter spiritus administratorii. Ubi Διακονία & λειτουργία idem *v. 14.* Sic *Hebr. X. 11.* λειτουργῶν. *Luc. I. 23.* ἡμέραι λειτουργίας. *Vett. Interpr.* utrobique *Ministrans*, officii dies. *Arias*: Ministrationis ejus *Heb. 9.* σκεύη λειτουργίας. *Vet. int. & Ar. Mont.* Vasa ministerii. *Phil. 2.* λειτουργία πίστεως. *Vet. Interpr.* Obsequium fidei. *Ebr. VIII.* τῶν ἁγίων λειτουργός. *Vet. Interpr.* Sanctorum Minister.

§. 13. Sic & ἱερουργεῖν τὸ Εὐαγγέλιον. *Rom. XV. 16. Et ibid.* λειτουργὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ quod illud exponit. Sic *Epiphan. Hær. 79.* ἱερουργοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον. *Erasm. in loc. Act. XIII.* ait: Ministrantibus quod proprium est operantium sacris. Nullum autem sacrificium DEO gratius, quàm impartiri doctrinam Evangelicam.

MAGIA.

M.

MAGIA.

§. 1.

DE *Magia omnimoda.* Sortilegos, aruſpices, divinatores, magos, incantatores &c. iſtius generis huc referunt PP. & damnant.

§. 2. *Iſidor. Etymol. 8. c. 9.* Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam, quas Sanctorum Sortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque Scripturarum inſpectione futura promittunt.

§. 3. *Hieron. in c. 1. Jon.* Non ſtatim debemus ſub exemplo Jonæ ſortibus credere, vel illud *Act. I.* de Matthiæ electione, cùm privilegia ſingulorum non poſſint legem facere communem.

§. 4. *Aug. ad Januar. Ep. 119.* Hi qui de paginis Evangelicis ſortes legunt, etſi optandum eſt, ut id potiùs faciant, quàm ad dæmonia conſulenda concurrant, tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetudo.

§. 5. *Beda in Act. c. 1.* Non exemplo Matthiæ vel Jonæ indifferenter ſortibus eſt credendum. *Aug. l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 19. 20. 21.* ad inſtitutiones hominum ſuperſtitioſas refert, conſultationes & pacta cum dæmonibus, qualia ſunt molimina magicarum artium, aruſpicum & augurum libri, ligaturæ ac remedia, quæ Medicorum quoque diſciplina condemnat, ſ. in Præcantationibus, ſ. in quibuſdam notis, quas Characteres vocant, ſ. in quibuſdam rebus ſuſpendendis, atque ligandis, vel etiam ſaltandis quodammodò, in aures in ſumma aurium ſingularum, aut de Struthiorum oſſibus anſulæ in digitis, aut cùm tibi dicitur ſingultienti, ut dexterâ manu ſiniſtrum pollicem teneas. His adjunguntur millia inaniſſimarum obſervationum, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus amicis lapis aut canis, aut puer medius

intervenerit &c. Limen calcare, cùm ante domum suam transit, redire ad lectum, si quis, dum se calceat, sternutaverit, sic redire domum, si procedens offenderit, cùm vestis à soricibus roditur, plùs timere suspicionem futuri mali, quàm præsens damnũ dolere.

§ 6. Et mox *c. XXI.* Neque illi ab hoc genere superstitionis perniciosæ segregandi sunt, qui olim Genéthliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem Mathematici vocantur: Nam & ipsi, quamvis veram stellarum positionem, cùm quisque nascitur, consectentur & aliquando etiam pervestigent, tamen quod inde conantur, vel actiones nostras vel actionum eventa prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem.

§. 7. Et *c. XXIII.* Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatoriæ vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum *penitùs sunt repudiandæ & fugiendæ homini Christiano.*

§. 8. *Raban. de Mag. Præstig.* & hoc citat ex *Augustino de civ. D.* Omnis inquisitio & omnis curatio, quæ à divinis & magis expetitur, mors potiùs dicenda est, quàm vita; Quia qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt.

§. 9. *Hieron. apud Gratian. c. 26. q. 2. c 9.* huc refert: Requirere stellarum cursus, observare auguria, servare somnia.

§. 10. *Aug de nat. Dæm. Isidor. l. VIII. c. 9. Raban. de Præstig Mag.* docent è Varrone IV. genera Divinationis; Geomantiam, Hydromantiam, Aeromantiam, Pyromantiam.

§. 11. *Ibid.* Duo sunt genera Divinationis, Ars & Furor.

§. 12. *August de Divinat. Dæmon. cap. 5.* quot modis dæmonia futura prænoscant, sic docet: Acrimonia sensus & celeritate motus multa antè cognita prænunciant, quæ homines, præ sensus terreni tarditate admirantur. Accessit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longè major experientia, quàm potest hominibus propter vitæ brevitatem provenire.

§. 13. *Et mox:* Primùm sciendum est, illos ea plerumque prænunciare, quæ ipsi facturi sunt. Aliquando autem non quæ ipsi

ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt, (quæ signa in hominum sensus venire non possunt) ante prædicunt. Aliquando etiam hominum dispositiones non solùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cùm signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, totâ facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænunciant, aliis vero mira, qui ista disposita non noverunt.

§. 14. De hoc autem *in lib. Retract. 2. c. 30.* ait: Se rem occultissimam audaciori asseveratione dixisse, quàm debuisset. Nam; ait, pervenire ista ad notitiam dæmonum per nonnulla etiam experimenta, compertum est. Sed utrum quædam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia, an aliâ vi & eâ spiritali ista cognoscant, aut difficillimè potest ab hominibus, aut omninò non potest inveniri.

§. 15. *Concil. Ancyran. c. 23.* Qui aruspices ἐπὶ ἀνερευνήσει φαρμακειῶν consulunt, quinquennium pœnitere jubentur.

§. 16. Sic & *Concil. Laodicen. c. 36.* etiam φυλακτήρια prohibet. Sic & *Concil. Agathens. c. 68.*

§. 17. *Concil. Tolet. IV. c. 28.* De Clerico magos consulente, ab honore dignitatis suæ suspensus monasterii curam suscipiat, ibiq; pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissū sacrilegii solvat.

§. 18. *Concil. Aurelian. I. c. 42.* de eisdem: Cum his, qui eis crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur.

§. 19. Sic & *Concil. Carthag. IV. c. 89.*

§. 20. *Concil. Turonens. III. c. 42.* Admonemus fideles populos, ut caveant magicas artes incantationesq;, quibus infirmitatibus hominum nihil remedii potest conferri, non animalibus languentibus, claudicantibusve vel moribundis quidquam mederi, non ligaturas ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse, hæc verò esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

§. 21. *Conc. Turon. II. c. 23.* Qui Calendas Januarii colunt, quos Sequipedas erroris antiqui nominat, & alios magicos ab Ecclesia repelli jubet, nec participare sancto Altario permittant Sacerdotes, qui Gentilium observationes custodiunt.

MAGI-

MAGISTRATUS POTESTAS IN SACRIS.

§. 1. LOcus *Rom. XIII. 1.* notandus est contra Romanenses, qui Magistratum à rebus Religionis excludunt, cùm tamen *Chrysost.* & *Theophyl.* expresse addant, *κἂν ἀπόστολος ᾖ, κἂν εὐαγγελιστής, κἂν μόναχος, κἂν ἱερεύς.*

§. 2. Nam & cura Religionis veræ Magistratui *v. 4. 5. loc. cit.* cur non commendata intelligatur? *August. C. D. l. 5. c. 24.* Felices Reges, si suam potestatem ad DEI cultum maximè dilatandum majestati ejus famulam faciunt.

§. 3. *Theodor. & Honor. Epist. ad Marcellin.* ajunt: Non aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consilio ordinamus, nisi ut verum DEI cultum orbis nostri plebs devota custodiat. *Theodos. Epist. ad Cyrill.* Cæsarei est muneris, ut non solùm pacificè, sed PIE etiam subditi vivant.

§. 4. Hinc *Isidor. Pelusiot.* *Ἱερωσύνη καὶ βασιλεία εἰς ἓν ὁρῶσι τέλος τὴν τῶν ὑπηκόων σωτηρίαν.*

§. 5. *August. contr. Crescon. l. 3. c. 51.* In hoc Reges, sicut eis divinitùs præcipitur, DEO serviunt, in quantum Reges sunt, si in suo regno bona jubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent ad humanam societatem, verùm etiam quæ pertinent ad divinam religionem.

§. 6. *Isidor. Hispal. in sent. LI. c.* Cognoscunt Principes seculi DEO debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à CHRISTO tuendam suscipiunt.

§. 7. *Leo Episcopus ad Leon. Imper. Ep. LXXV.* Debes incunctanter advertere regiam potestatem tibi non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.

§. 8. *Optat. Milevitan.* Non est Respublica in Ecclesia, sed Ecclesia in Republica, i. e. in Imperio Romano.

§. 9. Constantinus in Inscript. Vet. dicitur Religionis & Fidei Auctor.

§. 10. *Basilius Imp.* vocat Ecclesiam Navem universalem, cujus gubernacula sibi à DEO sint concredita.

§. 11. *Eleuther.* Epist. Regem Britann. dicit Vicarium DEI.

§. 12. Hoc respectu *Concil. Mogunt.* Carolum Magnum vocat *veræ Religionis Rectorem.*

§. 13. Hoc respectu *Constantin. Imp.* se potiùs nominat Episcopum. Et eundem Gr. PP. ἰσαπόστολον. ἐν βασιλεῦσιν ἀπόστολον.

§. 14. Hinc *Valentinian.* & *Martian. Impp.* Edicto, quo Chalcedon. Concil. Acta approbant, dicuntur incluti Pontifices. Et in ipsa Synodo acclamatum est: Pontifici Imperatori. Et *Leo III. Imp. ad Gregor. Episc. Rom.* de se ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεύς εἰμι.

§. 15. Sic *Theodoret.* Theodosii Imperatoris curas ἀποστολικὰς appellat. Sic *Ep. Rom. Simplicius* in Zenone Imperatore agnoscit animum Sacerdotis & Principis. Sic Ausonius Christianus Martianum Imperatorem nominat *Religione Pontificem.*

§. 16. Hinc tot in *Novell. CXXXVII. c. 6. Nov. LVIII. & CXXXI. c. 8. Nov. CXXIII. c. 32. & 13. & 9.* Leges Impp. jubent Baptismum & Communionis Canonem clarâ voce pronunciari, vetant cœnam in privatis ædibus peragi &c.

§. 17. Hinc apud PP. Reges & Imperatores dicuntur servire Ecclesiæ, i. e. ut expl. *August.* Officio consulendi & providendi misericordiâ.

§. 18. Hinc *Nazianzeno* dicuntur Χριστῷ συνάρχειν, συνδιοικεῖν.

§. 19. *Theodos. Imp. ad Hormisd.* Inquisitio veræ Religionis præcipua est sollicitudo Imperialis Majestatis. *Imp. Justinian. ad Epiphan.* Nos maximam habemus sollicitudinem circa veri DEI dogmata & circa Sacerdotum honestatem.

§. 20. *Theodos. & Valentinian.* Inter cæteras solicitudines præcipuam Imperatoriæ Majestatis curam esse prospicimus, Religionis indaginem, cujus si cultum retinere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperitur inceptis. *V. Grot. Imp. S. P. circ. Sacr. p. 93.*

§. 21. Inde Impp. *Theod. & Val. l. 3. c. de sum. Trin.* Decere arbitramur, nostrum imperium subditos nostros de Religione commonefacere.

§. 22. *Iid.* Utuntur & verbo, docere. *L. cum salv. C. eod. Tit.* Justinianus ait: Illos festinavimus, quæ sit recta Christianorum fides, edocere.

§. 23. Inde Concilia indicere, iis præsidere, eorum acta approbare, Magistratus esse & fuisse docent multa, quæ *vide supra Tit. Episcopi.*

§. 24. Magistratui non licet resistere apud Christianos.

§. 25. *Clem. Constitt.* Βασιλεία οὐ θεμιτὸν ἐπανίστασθαι. *Tertull. Apologet.* Cædes Imperatorum, ait, de Romanis, nî fallor, sunt, non de Christianis. Et *ad Scapul.* Circa majestatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani vel Cassiani vel Nigrini inveniri potuerunt Christiani.

§. 26. *Ambros. l. V. orat. in Auxent.* Cùm injuriam sibi fieri videret & gregi suo à Valentino, populi satis concitati motu uti non voluit, sed ait: Coactus repugnare non novi, dolere potero, potero flere, potero gemere, adversus arma, milites quoque & Gothos, lacrymæ meæ arma sunt. Talia enim sunt munimenta Sacerdotum, aliter nec debeo nec possum resistere.

§. 27. Sic *ap. Theodoret. Hist. l. V. c. 4.* & *Nazianz. Orat. 1. in Julian.* ait, illum lacrymis Christianorum esse repressum, addit, τοῦτο μόνον ἐχόντων κατὰ τοῦ διώκτου φάρμακον.

§. 28. *August. Rom. 13. Prop. 74.* Necesse est, propter hanc vitam nos subditos esse oportere; non resistentes, si quid illi auferre potuerint.

§. 29. *Tertull. Apologet. c. 37.* Cui bello non idonei, non promti fuissemus, etiam copiis impares, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quàm occidere?

§. 30. *Cyprian. ad Demetr.* Inde est, quòd nemo nostrûm quando apprehenditur, reluctatur, nec se adversus injustam violentiam nostram, quamvis nimius & copiosus noster sit populus, ulciscitur? Patientes facit de secutura ultione securitas. Innocentes nocentibus cedunt.

§. 31.

§. 31. *Lactant. l. V.* Ideò, cùm tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur, fed DEO remittimus ultionem.

§. 32. *August. Ep. 166.* Ita à plebibus Principes & à fervis Domini ferendi funt, ut fub exercitatione tolerantiæ fuſtineantur temporalia & fperentur æterna.

§. 33. Sic & *de Civ. DEI l. 22.* Non erat eis pro falute pugnare, nifi falutem pro falute contemnere. Sic & *Cyrill. in Matt. 26.*

§. 34. Apud *Eucher. Lugdunenf.* fub Imp. Maximin. legionum Chriſtianorum præfectus Mauritius fic alloquitur commilitones: *Quàm timui, ne quicquam ſpecie defenſionis, beatiſſimis funeribus manus obviam afferre tentaret? Jam mihi ad hujus rei interdictum CHRISTI noſtri parabatur exemplum, qui exemtum vaginà Apoſtoli gladium propriæ vocis juſſione recondidit.* Docens, *majorem armis omnibus Chriſtianæ confidentiæ eſſe virtutem, ne quisquam mortali operi mortalibus dextris obſiſteret, ſed cœpti operis fidem perenni religione compleret.*

§. 35. Exuperius legionis iſtius Signifer fic alloquitur: *Tenere me ſecularium quidem bellorum ſigna perſpicitis, ſed non ad hæc arma provoco, non ad hæc bella animos veſtros compello. Aliud vobis eligendum genus præliorum. Non per hos gladios poteſtis ad regna cœleſtia properare:*

§. 36. Huc pertinent *Canon. XVIII. Concil. Chalced.* & repetitus *in Trull. Concil. Canon. IV. & Concil. Tolet. IV. Capit. II. Carol. Calv. Synod. Sueſſionenſ. Can. V.*

§. 37. Huc refero & illud *Auguſtin. in Deut. VII. v. 5.* de idolis confringendis. *Sic ille:* Cùm acceperitis poteſtatem, hæc facite, ubi non data eſt nobis poteſtas, non facimus, ubi data eſt, non prætermittimus. Multi pagani habent abominationes iſtas in fundis ſuis, nunquid accedimus ac confringimus? Prius enim, ut idola in eorum cordibus confringamus, quandò & Chriſtiani facti ſunt, ipſi aut invitant nos ad tam bonum opus, aut præveniunt nos.

§. 38. Et *Concil. Eliberin. Can. 60. Tom. I. p. CCCLXIII.* Si quis idola fregerit & ibidem occiſus fuerit, quia in Evangelio non eſt ſcriptum, neque invenitur ab Apoſtolis factum, placuit, in nu-

merum cum non recipi Martyrum. Conf. *Gratian. Caus. XXIII. Qu. VIII.*

MANUUM IMPOSITIO.

§. I. EBræis dicitur סמיכה / Græcis χειροθεσία. Circa hanc ritus Veterum dispescuntur in *Apostolicos* s. *Primævos*; & *Ecclesiasticos* sive *Succedaneos*. §. Illi iterum sunt duplices: Vel Præcepti Apostolici, vel Praxeos Apostolicæ, alii *cum mandato* servandi; alii *sine mandato*. §. *Posterioris generis* fuerunt, Impositio manus in conferendis donis Spir. S. Immersio baptismalis, Ritus Agaparum, Exorcismus obsessorum, Diaconissarum officium &c. §. *Prioris generis* alii denuò ritus, ex Præcepto temporario, mutabili & particulari, ut sunt: De aperto capite viri prophetantis *I. Cor. II. v. 4.* De velandis mulieribus *v. 5. 6.* De ungendis oleo infirmis, *Jacob. V. v. 14.* De abstinentia à suffocato & sanguine *Actor. XV. v. 29.* §. Alii ex *perpetuo, universali* & hactenus *immutabili*, ut sunt: Ritus Baptismi *Matth. 28. v. 19.* Communionis sub utraque specie, *I. Cor. XI. 28.*

§. 2. Post ætatem Apostolorum etsi variare in multis cœpit, fontem tamen primæ originis non potuit deserere. Nam *primævus* ritus χειροθεσίας est in legitimo usu: *Succedaneus* s. *Adventitius*, in superfluo. Prioris origo à praxi est Judaica. Cl. Spanhemius sic contraxit.

§. 3. Familiaris Judæis ritus *privatus* & *publicus*, *ordinarius* & *extraordinarius* ante legem & sub lege. Atque adeò usurpatus I. *in Benedictionibus*, cùm nempe pueris vel aliis quibuscunque benè precarentur. Exemplum præbet Jacob, capiti nepotis utriusque manus imponens, *Gen. 48. v. 14.* adde *Levit. 9. v. 22.* Qui ritus imponendi manus Hebræis posteà familiaris fuit, quare & CHRISTUS ipse hunc ritum adhibuit. II. *In Ordinationibus* & Consecrationibus ad munus sive Ecclesiasticum, sive Politicum. Sic à Mose consecratus Josua *Num. 27. v. 18. Deut. 34. v. 9.* etiam verisimiliter LXX. Seniores *Num. 11. v. 25.* & consecrandi Levitæ *Num. 8. v. 16.* *Buxtorfius, Scaliger, Grotius, Seldenus*

denus &c. III. *In sacrificiis*, victimis, hostiis pro peccato, quibus manus imponebant, sive ipsi privati & rei, nomine proprio *Lev. 1. v. 4. cap. 4. v. 24.* sive seniores, nomine totius congregationis, *Lev. 4. v. 14.* sive summus Sacerdos, nomine populi totius, *Lev. 16. v. 21.* IV. *In testimonio* in blasphemum hominem lato, *Lev. 24 v. 14.* cui jamjam lapidando manus imponebant testes, in signum confirmati testimonii & translati in ipsius caput, quicquid erat reatus. *Maimonides de Idololatr. cap. 2. sect. 10.* testatur, hanc ceremoniam huic peccato fuisse propriam. V. *In sanatione miraculosâ*, uti ex Naamanis verbis *2. Reg. 5. v. 11.* colligitur, existimantis nempe impositâ manu, leprâ se mundandum esse suâ; Unde etiam contendentes miraculosam à CHRISTO sanationem, manus ut imponat, petunt *Matth. 9. v. 18. Marc. 7. 32.*

§. 4. Hinc ritus imponendi manus tandem in Christianam & Apostolicam profluxit Ecclesiam. Et CHRISTUS ipse ut & Apostoli imposuerunt manus, *Matth. 9. v. 18. Matth. 19. v. 15. Luc. 24. v. 50. Act. 6. v. 6 1. Tim. 4. v. 14.* Inde in primitiva Ecclesia posteà hæc ceremonia viguit, in qua septenarium ejus usum observat *Spanhemius Dissert. Theol. Part. 1. § 4. & seqq.*

I. Circa recens baptizatos.

II. Circa recens conversos non baptizatos.

III. Circa ægrotos & languentes.

IV. Circa pœnitentes & reconciliandos Ecclesiæ.

V. Circa hæreticos ad Ecclesiam venientes.

VI. Circa novos conjuges in benedictione conjugali.

VII. Circa ordinandos in munus sacrum & Ecclesiasticum.

§. 5. Primus itaque omnium usus, & quem maximè vetus Ecclesia frequentavit, fuit *circa recens Baptizatos.* Quam sanè ceremoniam Apostolica Ecclesia observavit, *Act. 8. & 19.* Et hic ritus nihil aliud fuit, quàm adjunctum precationis factæ super baptismo tinctis, nec perpetuum tamen, nec promiscuum; Et *symbolum infusionis Spiritus Sancti.*

§. 6. Seculo secundo hic ritus observatus quidem fuit *circa modo baptizatos*, sed additâ *unctione* seu *Chrismatione.* Tertullianus enim cap. 7. de Baptismo memorat, hæc tria suo tempore in

 baptismi

baptismi administratione adhibita, *lotionem* nempe, *unctionem* & *manuum impositionem.* Et Cyprianus Epistolâ LXXIII. ad Jubajanum scribit: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut, qui in Ecclesia baptizantur, Praepositis Ecclesiae offerantur, ut per nostram orationem & manuum impositionem &c.*

§. 7. In Occidentali atque Latinâ Ecclesia fuit hæc pars integrans baptismalis ceremoniæ, & quidem ultima, quâ Baptismus perfici, & per quam Sp. Sancti gratia, mediante oratione, conferri certò credebatur. Cùm jam innumeræ aliæ ceremoniæ, insufflatio, ordinarius exorcismus, usus cereorum, lactis, mellis, vini, salis, chrismatis, albæ vestis, Baptismi Sacramento attextæ essent. Atque ita rem habuisse se *quarto, quinto*, & *aliquot sequentibus seculis*, donec ex gemino ritu baptismali Chrismationis & impositionis manuum novum exurgeret Sacramentum Confirmationis, testis est *Joh. Dallæus lib. 2 & 3. de Confirmatione.*

§. 8. Circa χειροθεσίας hujus usum verò geminum discrimen observandum: *Primum Apostolicæ praxeos*, ab hac Ecclesiæ primitivæ, secundæ, tertiæ, & succedentium aliquot ætatum. *Alterum, praxeos primitivæ* à praxi hodierna *Pontificia.*

§. 9. Prius inde patet, I. quòd bis tantum leguntur Apostoli imposuisse manus baptizatis, semel Petrus & Johannes *Act. 8.* semel Paulus *Act. 19.* Unde colligitur, hunc ritum non fuisse perpetuum, neque necessarium, neque de baptismi integritate; quare post Apostolorum excessum nulla mentio apud Justinum M. hujus ceremoniæ extat. II. Quòd in Scripturis Apostolorum nulla fit mentio Chrismationis & unctionis in baptismo. III. Quòd ætate Apostolorum χειροθεσία fuit Symbolum miraculosi illapsus Spiritus Sancti *Act. 8. v. 16.* & infusionis extraordinariorum Charismatum, qualia Prophetiæ & linguarum, *Act. 19. v. 6.* illâ nempe ætate, quâ DEUS visibiles Spiritus Sancti gratias per Apostolos conferebat. IV. Quòd Apostolica impositio manuum non immediatè nec in eodem actu lotionem baptismalem excepit: Neque pars integrans baptismalis ceremoniæ fuit; quando à *Philippo* baptizatis, & deinde à *Petro* & *Johanne* Samariam profectis manus imponuntur, *Act. 8. v. 16. 17.* quod etiam patet ex *Act. 19.*

v. 5. 6.

v. 5. 6. V. Adultis hanc impositionem manuum tantùm concesserunt Apostoli: Symbolum eorum donorum, quæ adultis competerent, Prophetiæ & linguarum. Secus fecit subsequens Ecclesia imponendo promiscuè manus infantibus, pueris omnibus è sacro lavacro egressis.

§. 10. Differentia Veteris & Romanæ Impositionis varia est. Nam I. Veteribus *manuum impositio* non fuit verum & propriè sic dictum *sacramentum*, sed tantùm ritus Sacramento Baptismi annexus, actus ejus ultimus perfectivus & consumatorius. II. Excepit olim manuum impositio lotionem baptismalem immediatè & actu continuo, fatente ipso *Cassandro in Consultat. Art. 9.* antequam hoc jus χειροθεσίας sibi solis Episcopi vendicarent, unde absentibus posteà Episcopis moram nonnunquam patiebatur. Verùm postmodum hic ritus à Baptismo avulsus, atque ad *Confirmationem* traductus, mediis ad minimum diebus septem, in infantibus annis septem, etiam duodecim perfectâ jam ætate. III. Confirmati olim baptizati in Occidentali nempe Ecclesia, solâ nonnunquam manuum impositione. Hodiè verò Pontificiis nullo loco sola est, sed *Chrismatio* contrà essentialis & indivisa est. IV. Manuum deinceps impositio in hoc Sacramento fictitio nempe *Confirmationis*, penitus evanuit, nec ulla illius in hujus definitione mentio: Solò Chrismate, solâq; ex oleo & balsamo in fronte unctione ejusdem materia definitur: Et ex manuum impositione tandem nata Confirmatio. V. Respectu ministri magnum intercedit discrimen: Manus quoque impositionis Sacramentum, dicit *Tit. de Consecratione*, magnâ veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus sive Episcopis. Sed aliquot seculis chrismarunt, & imposuerunt Presbyteri manus, uti prolixè testatur *Joh. Dallæus de Confirmatione Tractatu*. VI. Non eadem etiam credita Veteribus hujus ceremoniæ, quæ quidem Pontificiis efficacia. Fuitq; illis hic ritus non collativus Spiritus Sancti & gratiæ habitualis, sed tantùm optativus, medium non efficientiæ, sed *præsentiæ*, efficax non *ex opere operato*, uti Romanenses de suis Sacramentis, sed *ex opere operantis*, testante Augustino; *Quid est aliud manus impositio, quàm oratio super hominem?*

nem? VII. *Forma* veteris ceremoniæ diversa quàm longissimè; posita nimirum in oratione seu precatione super baptizato & invocatione Spiritus Sancti, sicut *Tertullianus cap. 7. de Baptismo* affirmat: Dehinc, *inquit*, imponitur manus per benedictionem advocans, & invitans Spiritum Sanctum. Verùm forma impositionis manuum jam absolvitur his verbis: *Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.* VIII. Olim quoque manuum impositio potuit iterari, teste *Augustino lib. 3. cap. 16. de Baptismo* dicente: Manus autem impositio non sicut Baptismus repeti non potest: & praxi Antiquitatis, reconciliandis pœnitentibus & hæreticis, olim licet hoc ritu consecratis, manus iterato imponentis: Quùm, fatentibus ipsis Pontificiis, *Confirmatio* sicut nec *baptisma* iterari minimè debeat. IX. Non alius per impositionem manuum Spiritus, quàm qui in lavacro Baptismi, dari Patribus creditus, Spiritus nempe illuminationis, renovationis, adoptionis, charitatis, roboris, confirmationis ad pugnam. Multis idem variisq; præter lotionem ritibus, unctione, vino, lacte, melle, cereis, candidâ veste adumbratus. Quibus tandem accessit manuum impositio, solennis illorum Charismatum invocatio, confirmatio, cum incrementi & benedictionis voto. Sed secùs de diversis nempe Baptismi & Confirmationis Charismatis effectu diverso Romanenses docent. Et qui baptismi Sacramento proprius est Spiritus regenerationis, alteri impositionis manuum, fertur acceptus.

§. 11. Posset autem χειροθεσία hæc nostris temporibus quoque usurpari, uti *M. Chemnitius Exam. Concil. Trid. p. 11.* confitetur: Si puer, *inquit*, in infantia baptizatus, cùm ad annos discretionis pervenit, *primò* brevi & simplici commonefactione admoneretur de suo baptismo: *secundò* puer ipse coram Ecclesia ederet propriam & publicam professionem hujus doctrinæ & fidei. *Tertiò* interrogaretur de præcipuis Christianæ Religionis capitibus &c. *Quartò* admoneretur, & hac professione ostenderet, se dissentire ab omnibus Ethnicis, hæreticis. *Quintò*, adduceretur & gravis exhortatio ex verbo DEI. *Sextò*, fieret publica precatio pro illis pueris, ut DEUS Spiritu suo sancto illos in hac profes-

sione

sione gubernare, conservare & confirmare dignaretur. Ad quam precationem sine superstitione adhiberi posset *Impositio Manuum*. Hactenus Chemnitius. Et *Cassander Consult. Artic. 9.* dicit: Hujusmodi sanè institutionem, seu Catechismi explicationem, in pueris fieri debere, & Veteres praecipiunt, & Recentiores quoque ex utraque parte consentiunt.

§. 12. Circa *Catechumenos* nondum baptizatos in Ecclesia veteri adhibebatur manuum impositio, nempe statim à conversione & primâ Christianae fidei professione. Quo ritu ex non Christianis fiebant Christiani, & inter Catechumenos cooptabantur. Et erat haec manuum impositio nihil aliud, quàm approbatio primae ipsorum fidei, benedictio & oratio super illis. Quem usum obtinuisse antiquitùs in Occidentali Ecclesia, quarto ineunte Seculo, testatur *Canon XXXIX. ex Concilio Eliberino*, & *Arelatensi primo Can. VI.* nec non *Sulpitius Severus de Vit. Martin. 10. Dial. 2. n. 5.* Nemo ferè ex immani illa multitudine Gentilium fuit, qui non, impositione manuum desideratâ, Dominum JESUM, relicto impietatis errore, crediderit. *Et idem alibi:* Nec cunctatus, cunctos, impositâ universis manu, Catechumenos fecit. Eandem χειροθεσίαν baptismo anteriorem in Oriente fuisse usurpatam, uti post baptismum Chrismationem solam, ex *Severo Patriarcha Alexandrino*, Salmasius Appar. pag. 186. observat.

§. 13. Circa *ordinandos* seu *consecrandos* in munus sacrum & Ecclesiasticum, usus quoque fuit, uti Judaicae Ecclesiae *Num. 8. v. 10. cap. 27. v. 18. Deut. 34. v. 9.* ita ad illius exemplum Ecclesiae Apostolicae *Act. 6. v. 6. cap. 13. v. 3. 1. Tim. 4. v. 14. & 22.* & Ecclesiae primitivae.

§. 14. Duo ad constitutionem ministrorum concurrebant: 1. Ἡ χειροτονία, Personae sacrae electio, designatio, vocatio. 2. Ἡ χειροθεσία, sive electae jam & vocatae solemnis consecratio, benedictio, inauguratio. *Prior* dicta à ritu suffragandi, eligendiq; apud Athenienses Magistratus, qui geminus partim per κλῆρον, partim per χειροτονίαν manibus sc. extensis sublatisq;. *Posterior*, à ritu benedicendi, benè precandiq;, manibus vertici impositis.

positis. Priori significatu vox χειροτονίας occurrit *Act.* 14. *v.* 23. 2. *Corinth.* 8. *v.* 9. & passim apud Scriptores Ecclesiasticos. *Ignatius:* Πρέπον ὑμῖν ὡς ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον: *Concilium Laodicenum, Seculo IV.* jam inclinato, cavit hoc sensu; Ne fierent αἱ χειροτονίαι, *electiones per suffragia,* ἐνώπιον seu ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων. Eodem, in *Synodo Alexandrina* redactus ad Laicos Ischyras, ὁ μήτε ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας χειροτονηθεὶς sc. *electus.* Huc quoque referendi plurimi Canones circa τοὺς χειροτονηθέντας, intellige *electos, designatos* ad Episcopatum, Clericatum, apud *Scholasticum* & *Photium in Nomo-Canone tit. I. c.* 6. 12. v. g. si ὁ χειροτονηθεὶς recusarit Episcopatum, si Ethnicus aut Neophytus χειροτονεῖται ἐπίσκοπος. Quanquam tamen promiscuè sæpiùs usurpantur Scriptoribus Ecclesiasticis voces χειροθεσία & χειροτονία, uti exemplis probat *Spanhem. Dissertat. p.* 2. § 3.

§. 15. De Manuum Impositione sive Consecrationis Clericorum compendio observanda 1. *Causa administra.* 2. *Materia.* 3. *Forma.* 4. *Finis.* 5. *Effectus.* 6. *Subjectum recipiens.* 7. *Adjuncta.*

§. 16. *Causa efficiens* sive *administra*, alia ex praxi *Apostolica*, alia ex praxi & *Canonibus Ecclesiasticis.* Ex illa quidem τὸ Πρεσβυτέριον, ut in Ordinatione Timothei 1. *Tim.* 4. *v.* 14. μετὰ ἐπιθέσεως χειρῶν τοῦ Πρεσβυτερίου: Sic à Presbyterio impositæ Timotheo manus, ut simul à Paulo tum præsente, 2. *Tim.* 1. *v.* 6. Et sic vicissim Timotheus & Titus 1. *Tim.* 5. *v.* 22. & *Tit.* 1. *v.* 5. imponebant Presbyteris manus, ut simul cum iis τὸ Πρεσβυτέριον. Quâ ratione dicuntur Apostoli χειροτονήσαντες, qui & simul χειροτονηθέντες ab Ecclesiis ex sequenti etiam Ecclesiæ praxi. Unde illius quædam vestigia consuetudinis mansere in Ecclesia veteri, Presbyteris tenentibus manus juxta manum Episcopi. *Euseb. l.* 6. *Histor. c.* 16. *Concil. Carthagin.* 4. *Canon.* 3.

§. 17. Praxin verò & *Canones Ecclesiasticos* si observamus, certum Episcopali deinceps dignitati assertum hoc jus χειροθεσίας seu

ſeu χειροτονίας ſuiſſe. Ex quo invaluit Epiſcoporum ſupra Presbyteros non ἀρχὴ, ſed ὑπεροχή. De origine teſtatur Euſebius Hiſtor. Eccleſiaſt. Lib. VI. cap. 17. ordinatum Cæſareæ Presbyterum per manuum impoſitionem πρὸς τῶν τῇδε Ἐπισκόπων, nempe à Cæſarienſe & Hieroſolymitano. Et χειροτονία Epiſcopis vindicatur, Presbyteris adimitur. *Can. Ap. I. II. & Clem. Conſt. l. III. c. II.* Uti teſtatur decretum antiquiſſimum Ancyranæ Synodi, ineunte Seculo IV. eximentis jus ordinandi Chorepiſcopis, ſimiliter & Presbyteris ſine præcepto Epiſcopi: & ſic Epiſcopis ſolis adſcripta eſt Presbyterorum atque Diaconorum ordinatio, fuitq; id jus humanæ, non divinæ, Eccleſiaſticæ, non Apoſtolicæ, novellæ, non antiquæ conſtitutionis, & conſuetudinis magis, quàm dominicæ diſpoſitionis. *Hieron. in c. 1. ad Titum.*

§. 18. *Materia* in Ordinationis ritu & ceremonia non alia præter *impoſitionem manuum* legitur, non in Scriptis Apoſtolicis, non in Canonibus aut ritualibus Veterum, interim Romanæ Eccleſiæ placuit aliam ſuperaddere: Imò verò χειροθεσίας non niſi ſervare umbram, eamq; ſtatuere accidentariam, diſpoſitivam, minùs principalem, neque ſimpliciter neceſſariam, ut ſine manuum impoſitione quis ordinari Sacerdos poſſit: Unde *Concilium Florentinum* in ordinatione Presbyterorum illius nullam facit mentionem. *Scholaſtici* autem antiquitati ignotam aliam materiam eſſentialem ſurrogarunt. Nempe *in Presbyterorum Conſecratione* traditionem calicis cum vino, & pateræ cum pane, item unctionem, manuum nimirum, notando miniſterio, ſancitam ſub Anathemate Tridentinis Patribus, item traditionem ſtolæ, oſculum pacis, &c. *In Epiſcoporum ordinatione* manuum impoſitioni accedunt unctio non manuum ſolùm, ſed capitis, notandæ dignitati, baculus paſtoralis, annulus, mitra, chirothecæ, oſculum pacis, traditio libri Evangeliorum, inthronizatio, &c. *In Diaconorum Conſecratione* iterum compares, ſed principaliter minùs, *manuum impoſitio*, in ordinibus cæteris minoribus, ſola *porrectio inſtrumentorum*, quæ cujusque propria miniſterio. Verùm ex ſilentio ſacræ Scripturæ atque Antiquitatis, & ex praxi ubique jam apertiſſimâ

certissimum est: CHRISTUM vel Apostolos tale nihil instituisse.

§. 19. *Forma* in impositione manuum externa consistit potissimùm in *Oratione* & *Benedictione*. Quâ sc. conceptis precibus, super ordinando Spiritus Sancti gratia invocatur: Additâ jam χειροθεσία, ut gratiæ illius externo symbolo: Sic *Act. 6. v. 6.* in Consecratione septem Diaconorum: προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Et *Concil. Carthaginense IV. can. 3.* Presbyter, *inquit*, ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente. Et *Augustin. lib. 3. cap. 16. contra Donat.* Impositio manuum nihil est aliud, nisi oratio super hominem. *Zonaræ* est Ordinatio ἡ πλεονεργία τῶν εὐχῶν καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπίκλησις: Et hoc modo Politia Anglicana ordinationem *Cohortatione* ad ordinandum, *precibus* super eo, & *manuum impositione* procumbente in genua ordinando. Hisce & in Ecclesiis nostris constat, hanc omnes servant consecrationis formam. Præmissâ nempe oratione & benedictione, partim *commonitione* de ministerii institutione, dignitate, usu, partim *cohortatione* ad ministrum ex Epistolis Pauli *ad Timotheum* & *ad Titum*. Ut autem certa verborum formula ubique observetur, neque primævæ est institutionis, neque necessitatis ullius. In Papatu verò non certa modò verborum forma, sed & in iis essentia Ordinationis creditur. Verùm ut illis *materia* una non est, sic nec *forma* una pro diversitate symbolorum. v. g. In Consecratione Presbyteri ad traditionem patinæ & calicis: *Accipe potestatem offerendi & conficiendi &c.* Ad impositionem manuum: *Accipe spiritum Sanctum*: Prioribus iterum verbis fieri Sacerdotem, contendunt plerique, negat verò *Bellarminus de Sacram. ord. cap. 9.* sed *ordinari* etiam posterioribus. Similes formulæ tum Antiquitati Græcæ, tum Latinæ ignotæ, ad ritus singulos in Consecrationibus adhibentur, ut Libri Pontificiorum satis testantur.

§. 20. *Finis* impositionis manuum in *ordinandis Clericis* assignari non unus potest. 1. Κατ' ἄρσιν, non ut esset Sacramentum significans ex institutione divina. 2. Κατὰ θέσιν fines alii

alii sunt generales, alii speciales. I. *Ad imitationem Judaicam*, ob receptum & vulgarem in electionibus & ordinationibus apud Hebræos ritum, hinc Ecclesia Apostolorum inter Judæos Hierosolymis coacta, haud alio ritu Diaconos suos consecrandos arbitrata est, *Act. 6. v. 6.* II. *Ad imitationem Apostolicam*, cujus praxi & formæ *1. Tim. 6. v. 14. & cap. 5. v. 22.* Ecclesia subsequens Christiana se adhærere testatur. III. *Ad confirmationem collati jam per electionem muneris*, ut quasi in possessionem illius eâ ceremoniâ mitterentur, confirmarenturq; de legitimo munere, tum ille *qui*, tum Ecclesia, *cui* consecrabatur. Sic *Patres Nicani* Epistolâ ad Ecclesias Ægypti, ut admitterentur *οἱ μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντες. Socrat. lib. 1. cap. 6.* Et *Ambrosius Tom. ult. ad cap. 4. 1. Epist. ad Timoth.* inquit: *Manuum impositionis verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus.* Hinc & Baptismus per impositionem manuum olim dictus *confirmari.* IV. *Ad præsentationem* DEO juxtà & Ecclesiæ, ut utrique sisterentur, & quasi eo ritu desponsarentur. Sic & *Levitæ* sisti coram Domino dicebantur, dum illis manus imponerentur, *Num. 8. v. 10.* V. *Ad Approbationem* contestandam eo symbolo cùm divinam, tum Ecclesiasticam, ut essent manus, esset vox ordinantis, quasi manus & vox DEI populiq;, ordinandum hoc modo, admittentis & approbantis. VI. *Ad distinctionem s. secretionem* Ecclesiastici Ordinis à plebe, Clericorum à Laicis. Hinc *Canon Concilii Nicæni XIX.* ad Laicos ablegans extra Clerum, extra *τὸν κανόνα*, quibus non impositæ manus: *Ἐπειδὴ μὴ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν*, hinc placuit, *ἐξ ἅπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς ἐξετάζεσθαι.* VII. *Ad Benedictionis signum* humanitùs optatæ, divinitùs in eo conferendæ. Communi jam cum usurpatâ alibi impositione manuum *Gen. 48. v. 14. Marc. 10. v. 16.* instituto: unde alio nomine dicta *Ordinandorum Benedictio*, etiam Consecratio: Uti etiam dicta *benedictio* pœnitentiæ, *benedictio* conjugii, *benedictio* baptismatis impositio manuum adhiberi & hîc pridem solita; inde quoque orandi illæ & beneprecandi formulæ in omnibus Ordinationibus. VIII. Peculiariter *ad impetrationem*

tionem Spiritus S. donorumq; sapientiæ, sanctitatis, eloquii, virtutis &c. Sic Josua ad impositionem manuum repletus dicitur Spiritu sapientiæ, *Deut. 34. v. 9.* Hinc formulæ ἐν τῷ χειροθετεῖν, *accipe Spiritum sanctum*, vel, *reple eum Spiritu tuo sancto, &c.* cujus illapsum non incongruè hoc signo adumbratum voluere Apostoli *Act. 8. v. 16. cap. 19. v. 6.* IX. *Ad instructionem* ipsius ordinandi, fore deinceps super illum peccata populi. Quâ ratione etiam victimis imponi manus, i. e. transferri in eas iniquitates, consuetæ *Lev. I. IV. XVI.* ut ita de precibus, vigilantiâ, curâ, reddendis rationibus &c. pro grege monerentur. Sicuti Pastoribus sive Angelis vitia & peccata adscribuntur, quæ fœdabant septem Ecclesias Asiaticas *Apoc. 2.*

§. 21. *Effectus* χειροθεσίας suâ sponte fluit ex dictis finibus. Inprimis I. *Confirmatio* & *Authoratio* ad exercitium sacri muneris sive Presbyteratus, sive Diaconatus &c. imprimis Verbi prædicatio & Sacramentorum administratio. II. *Perceptio Charismatum*, ad id requisitorum, & eorum incrementum, exemplo Seniorum *Num. XI. v. 25.* Josuæ *Deut. 34. v. 9.* Timothei *2. Tim. I. v. 6.* Sed sive sint hæc extraordinaria, sive ordinaria Charismata, conferenda illa non ipsiǫ virtute signi, sed benè junctarum efficacia precum *Jacob. 5. v. 16. Act. 8. v. 15.* & operatione ipsâ Spiritus Sancti *1. Cor. 12. v. 8.* Ut fuerit nuda impositio manuum non nisi tessera gratiæ, ex ipsa DEI quasi manu percipiendæ. Operatio illius adeò non nisi *moralis* & *organica*, eademq; non *perpetua*, neque *necessaria*. 1. Ex defectu virtutis spiritualis in signo externo & materiali. 2. Ex defectu promissionis huic symbolo annexæ. 3. Nec ipse DEUS nunquam illi ex *opere operato* gratiam alligavit. 4. Oratio neque semper efficax, deficiente nempe fide orantium & opere operantis. 5. Non magis ex impositione manuum necessariò fluit *Ordinis gratia*, quàm ex eadem fluxit semper gratia Charismatum & sanationum. 6. Vel sola experientia hic sufficit, in multis sæpè ordinatis gratiâ omni destitutis. 7. Quia & Veteres ipsi ita: *Non omnes Episcopi sunt Episcopi, attende Petrum, sed Judam considera:* Causa II. Cap.

Non

Non omnes &c. Et *Author Quæstionum V. & N. Test.* in Operibus *Augustini Tom. IV. cap. 9.* *Nostri sacerdotes super multos verba Benedictionis imponunt, sed in paucis effectus est.* Et Rituale Copticum Kircherianum in *Ord. Diac.* Neque enim gratiam concedis per nostras manus peccatrices &c.

§. 22. In *subjecto* impositionis manuum attendenda 1 *sexus.* 2. *Ætas.* 3. *Conditiones animi.* 4. *Conditiones corporis.* 5. *Nativitas* seu *Origo.* 6. *Titulus* seu *Vocatio.* 7. *Ordo* seu *Officium.* 8. *Vita civilis.* 9. *Vita oeconomica.*

Sexum quod attinet, non tantùm *viris* addictis Ecclesiæ ministerio, sed & *fœminis* quondam manus sunt impositæ. Harum fœminarum duplex in primitiva Ecclesia fuit genus: αἱ Πρεσβύτεραι sive Πρεσβύτιδες, *Presbyteræ*, *Fœminæ seniores*, & αἱ Διάκονοι sive Διακόνισσαι, *Ministræ* sive *Diaconissæ*, quæ quidem eædem respectu ministerii, sed diversæ à Diaconissis hæ Presbyteræ fuerunt. 1. Quia distinctionis ergò Presbyteræ in specie sic dictæ. 2. Quia eædem αἱ προκαθήμεναι, *præsidentes*, *præfectæ*, cæteræ *ministræ*. 3. Quia & ætate majores Presbyteræ Diaconissis, testante *Epiphanio Hæres. XXIX.* Τούτων γεραιτέραι αἱ Πρεσβύτιδες, unde & quibusdam προκαθήμεναι, i. e. honoratiorem sedem in Ecclesia habentes. 4. Quia easdem καθίστασθαι constitui, stabiliri, seu ordinari, consecrari *Patres* vetant, quodcunque tandem esset officium illarum. Deputandas ergò in Laicis, contrà quàm illo tempore & diu pòst Diaconissæ. *Diaconissas* autem per impositionem manuum consecrare moris fuisse, certum nobis est; quia (1) *Diaconorum* pariter in ordine ministrantium similis consecratio *Act. 6. v. 6.* Et sic etiam *Diaconissarum*, de quarum electione, virtutibus & ætate Apostolus agit *1. Tim. 5. v. 9.* (2) *Tertullianus lib. 1. cap. 7.* hujus Ordinationis meminit. (3) Nicænus Canon distinguens inter Diaconissas τὰς ἐν τῷ κανόνι, vel ἐν τῷ κλήρῳ, & inter Diaconissas habendas ἐν τοῖς λαϊκοῖς. (4) Canon XIV. Concilii Chalcedonensis decernit, Diaconissam mulierem non ordinari ante 40. annum.

Et (5)

Et (5) Canon Concilii VI. Can. XII. in Trullo, ne Diaconissa ante annos XL. *χειροτονεῖσθαι*. (6) Abrogatio hujus instituti de ordinandis fœminis, occasione inter alias Cataphrygum, vendicantium etiam suis mulieribus ministerii Authoritatem. Concil. Epaunens. Can. 21. ait: *Ab omni nostra regione penitùs abrogamus.*

§. 23. *Ætas* in ordinandis per manuum impositionem pro varietate ordinum seu graduum olim variè definita fuit. Verùm de *Jure Ecclesiastico* confirmato à sacratissimis Principibus, non divino, Lectoribus seu *Ἀναγνώσταις* assignati ad minimum XVIII. anni, *Novell. Justin. CXXIII.* deinde verò anni VIII. etiam suffecere. *Concil. Ancyr. Can. II.* Et Concilium Carthaginense noluit ordinari ante annos ætatis XXV. *Diaconos*. In *Presbyteris* primitùs requisitus annus ætatis XXX. sicut *Concilium Neo-Cæsariense* Nicæno antiquius testatur. Rationes hujus instituti sunt (1) Exemplum CHRISTI, non ante annum ætatis trigesimum ad baptismum & ministerium admissi. (2) Exemplum Judæorum, sive constitutio Mosis de ætate ministrantium tabernaculo ab anno trigesimo ad quinquagesimum, *Num. IV. v. 5.* (3) Habitus annus ille trigesimus ætas verè perfecta & virilis, ne etiam gravissimis hisce functionibus admoti essent *νεόφυτοι*, *1. Tim. 3. v. 6.* ut & gravitas morum muneris gravitati responderet, unde & nomen *Πρεσβυτέρων*. In *Episcopis* postulatus annus ætatis XXXV. *Novella CXXIII.* quam tamen Justinianus posteriori abrogavit sanctione, ut observat *Theod. Balsamo*, dum alia Novella statuit, satis esse, Episcopum supra trigesimum annum esse. Quæ Imperatoriæ & Ecclesiasticæ Constitutiones posteà confirmatæ in *Synodo VI. Trullanâ* & aliàs. Quod & *Gratianus in Decreto Distinct. LXXVII. & LXXVIII.* confirmavit. Et Tridentini ne à sanctionibus veterum omninò recessisse viderentur, Episcopis annos XXX. sed Presbyteris non nisi XXV. salvis nempe dispensationibus, juxta *Clementinam &c.* in specie assignârunt.

§. 24. Ad *Animi* in ordinando requisitas, dotes & conditiones

tiones referuntur Virtutes cùm *intellectuales*, tum *morales*, cùm *theoreticæ*, tum *practicæ*. Quas Paulus omnium optimè expressit *1. Tim. 3. v. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Tit. 1. v. 6. 7. 8.* ubi ad *doctrinam* & *vitam* omnia reducuntur, sive ad scientiam *pietate* & *prudentiâ* cùm *civili*, tum *Oeconomicâ* temperatam. Doctrina ut ædificet *voce*, vita, ut *exemplo*, scientia, ut & *arguat* & *doceat*, pietas, ut & *sibi consulat* & *gregi*, prudentia, ut præesse norit τῷ ποιμνίῳ & subesse ταῖς ἐξουσίαις. Hinc graves adhortationes *I. Tim. V. v 22. I. Tim. III. v. 10.* Huc quoque non immeritò referenda verba *Gregorii Nazianzeni in Orat. funeb. Athan.* dicentis: Καθαρθῆναι δεῖ πρῶτον, εἶτα καθάραι, σοφισθῆναι καὶ οὕτως σοφίσαι, γένεσθαι φῶς, καὶ οὕτως φωτίσαι, ἐγγίσαι Θεῷ, καὶ προσαγαγεῖν ἄλλους, ἁγιασθῆναι καὶ ἁγιάσαι, χειραγωγῆσαι μετὰ χειρῶν, συμβουλεῦσαι μετὰ συνέσεως. h. e. Oportet mundari primùm, ac deinde mundare, sapere, & posteà sapientiam docere, lucem fieri, & demùm illuminare, sanctificari, tum sanctificare &c.

§. 25. Hæc cura fuit quoque solita primitivæ Ecclesiæ, quamdiu virgo fuit, quare præmittebatur scientiæ morumq; *Examen*, quod Canonistæ *scrutinium* appellant, Græci ἀνάκρισιν, ἐξέτασιν δοκιμασίαν, ἐρώτησιν, σκόπησιν. Nicæni Patres *Can. IX.* εἰδὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς εὑρίσκει, *&* *Canone XIX.* εἴ τινες ἀνεξετάστως προσήχθησαν πρεσβύτεροι. *Concil. Carthaginens. III.* apud Gratianum: Nullus ordinetur Clericus nisi probatus, vel examine Episcoporum vel populari testimonio. *Justinianus* de ordinando Episcopo *Novell. VI. c. 1.* Sancimus considerari priùs ejus vitam &c. & *Gratianus Distinct. XXIII. C. Qui Episcop.* disserit de requisitis dotibus ad ministerium.

§. 26. Corporis conditionem habemus inter secundas & principales minùs. Dubium esse posset ante omnia de Eunuchis, de cœcis, de eluscatis, de mancis aut aliunde mutilis. Verùm quantum ad Eunuchos, distinguendi sunt primò qui *naturâ*, seu ut Ebræi loqvuntur, qui סריסי שמים בידי DEI manu, seu ut CHRISTUS *Matth. 19. v. 12.* ἐκ κοιλίας μητρὸς ab iis, qui *casu* sive

 per

manum hominum, ſive per ἐυνεχισμὸν tales. *Priores*, ſecundum teſtimonium Hebræorum, ne DEI quidem lege ſacro miniſterio prohibitos eſſe. Et ſic multò minùs tempore Novi Teſtamenti, ſublatis nempe umbris figurarum, *Eſa.* 46. *v.* 4. 5. Quare Author *Apoſtolicorum Canonum Canon. XXI.* tales admittit, quales fuerunt Dorotheus, Antiochiæ Epiſcopus, qui naturâ Eunuchus. *Minùs principales* verò aliter conſiderantur, inter illos enim alius eſt *voluntarius*, alius *coactus*, alius *activus*, alius *paſſivus*, ſive à barbaris, ſive à Dominis, ſive à Medicis ex morbo: Sed hunc *paſſivum* aliàs dignum ab Ordinatione excludere veneranda conſenſit Antiquitas, ſicut idem *Author Apoſtolicorum Canonum Canone XXI.* teſtatur, & Canone I. Nicæni Concilii Oecumenici ſtatim in initio: *Activam* verò & *voluntariam* exſectionem in eo.

Mollia qui rupta ſecuit genitalia teſta.

Sive ex indignatione, ſive ex continentiæ ſtudio profectam, ſive per ſe, ſive per alium repellere à Clericatu, iidem decrevêre *Canones* & *Concilium Arelatenſe II.* Licet nihilominùs Origenes (cujus facinus apud *Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 7.) & ordinatus poſteà fuerit, & invito Demetrio Alexandrino, in Presbyterio permanſerit. Meritò tamen tales αὐτόχειρες habiti & ſcandaloſi, & ſemiviri, indigniq;, qui alios ad conflictum cum tentationibus & ſtimulis, imbelles ipſi hortarentur.

§. 27. De *Vocatione* in ordinandis venit in disquiſitionem, num χειροθεσία prærequirat χειροτονίαν, ſive *Ordinatio* Vocationem? Eandemq; non *generalem* modò & *indefinitam*, ſed *ſpecialem* & *determinatam* ad Eccleſiam certam, vocant intitulationem. Hoc poſterius colligitur ex temporis Apoſtolici moribus, excipiente χειροθεσία electionem, vocationem certam, ſive *extraordinariam*, ſive *ordinariam*, *Act. VI. v.* 6. *cap. XIV. v.* 22. *II. Cor. VIII. v.* 19. *I. Tim. IV. v.* 14. *Tit. I. v.* 5. Et ſecundum antiquas conſtitutiones certè eſt prærequiſitus certus titulus. In hanc rem pervulgatus quoque eſt *Canon Chalcedonenſis VI.* Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε Πρεσβύτερον, μήτε Διάκονον, μήτε ὅλως τινα τ̃ ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι. Scilicet

cet *Ecclesiastici Ordinis neminem absolutè, aut ut Canonistæ loquuntur, sine titulo vel statione esse ordinandum,* ἀλλὰ πάντως εἰς ἐκκλησίας, ut *Photius in Nomocanone Tit. I. C. XXXIII.* Et Patres subjungunt eodem Canone τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος ἄκυρον ἔχειν τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν: *In ita solutè ordinatis, decernit sancta Synodus, irritam haberi eam manuum impositionem.* Qui Canon cum cæteris universæ Ecclesiæ in legem abiit, confirmante *Justiniano* in Novellis, *Novell. CXXXI. cap. I.* Referendæ etiam huc constitutiones illæ de *prædicandis* seu *nominandis*, seu *proclamandis* in Ecclesia ante Ordinationem, de quibus *alii:* quem morem sæpissimè inculcando laudat *Cyprianus* aliquot Epistolarum locis. Observavitq; intitulationem sequens Ecclesia, etiam Latina, ut ex Capitulari *Caroli Magni lib. 1. c. 25.* ex decreto *Urbani II.* sub finem seculi XI. & novissimâ Confirmatione Tridentinâ liquet. Hinc Magister Sententiarum *Lombardus lib. 4. Sent. Dist. XXIV.* affirmat per ordinem tradi ordinato potestatem & officium. Hinc *Protestantium* Ecclesiæ pleræq; institerunt hactenùs vestigiis Antiquitatis, vocandosq; priùs ad certas sedes & stationes, quam per χειροθεσίαν ordinandos suis Canonibus decreverunt.

§. 28. *Minores & non sacri,* ut Ostiarii, Lectores, Psalmistæ, Exorcistæ, Subdiaconi (quorum postremi à Latinis in Majoribus habentur) consecrati quoque per χειροθεσίαν, ex quo nempe adscripti τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι. De Orientalis Ecclesiæ praxi testantur hoc *Balsamo, Zonaras, Simeon Thessalonicensis &c.* docent *Euchologia* omnia, quæ publicavit *Johannes Morinus* post *Justellum* & *Salmasium.* Verùm non Orientalis modò, sed & Ecclesiæ universæ hunc ritum primitùs fuisse circa ministros ordines, probamus I. ex *Praxi Apostolicâ* & *primitivâ*, circa Diaconos & Diaconissas, infimum tunc temporis & ministrantem gradum. II. Ex *Canone XIX. Niceno* Oecumenico, quo inter Laicos reputantur, & ab Ordine Ecclesiastico secernuntur, quotquot χειροθεσίαν non habent. III. Ex *Canone Laodiceno XXIV.* quo disertè τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως esse dicuntur etiam *Lectores,*

Cantores, *Exorcistæ*, *Ostiarii*, eo ergò ritu à Laicorum secreti ordine. IV. Ex *natura* & *finibus* χειροθεσίας ad confirmationem, præsentationem, benedictionem &c. annexis precibus & orationibus, ubi nihil non in inferiores etiam Ordines quadrat. V, Quia negatæ his in Latina & Africana Ecclesia χειροτονίας non antiquius extat documentum quàm *Concilium Carthaginense IV.* toto seculo ferè recentius Oecumenico Concilio Nicæno. Hic jam primò legitur: *Subdiaconus cùm ordinatur, quia manus impositionem non accipit &c.* VI. Quia consecrandi per traditionem Instrumentorum ritum recentiorem esse, ignorasseq; Latinos antiquiores, largiuntur doctiores ex Pontificiis: Atque adeò, quòd idem *Carthaginense IV. Canon. V. VI. VII. VIII. & IX.* sanxit, ut *Subdiaconus* traditione patinæ vacuæ, atque calicis vacui: *Acolythus* ceroferarii cum cereo, *Exorcista* libelli Exorcismorum, *Lector* Codicis de quo lecturus est, *Ostiarius* clavium Ecclesiæ porrectione consecrarentur, novellæ omninò constitutionis fuit. Antè ergò Subdiaconi, Lectores, Cantores, Ostiarii &c. solâ benedictione & manuum impositione etiam Latinis ordinati. Quam Episcopalem benedictionem in medio Occidente restitutam Subdiaconis voluit *Concilium Toletanum VIII. Can. VI. Lateranens. I.* proximum *Martino I. Romano Episcopo.*

§. 29. Quantum ad *civilem* ordinandorum vitam, referuntur huc vincula sive *realia*, sive *personalia*, quæ ordinationi videntur ponere obicem: Inter illa primum est ex jure quidem tùm Justinianæo, tùm Canonico, si quis antè fuerit *Officiatus* aut *Curialis*: Atque ita nefas juxta illos ordinare, qui hactenus *Judices*, *Advocati*, *Procuratores*, *Milites*, aliundeve secularibus aut personalibus muneribus impliciti. In totum verò repellunt *Canonistæ* olim reos sanguinis & homicidii. Neque illis refert sive facto ipso, quamvis ex officio, ut *milites*, sive sententiâ latâ & præcepto, ut *Judices*, sive *consilio*, ut *Advocati*, aut *Assessores*, sive ex necessitate, ubi servatum moderamen tutelæ inculpatæ. Verùm hæ fuerunt meræ Constitutiones humanæ fine licèt non malo, rigidiores tamen.

§. 30. *Servilis* conditio tanquam personale vinculum quon-

quondam, ut & militiam apud Romanos prohibebat. Quò spectant, præter *Canonem Apostolicum* LXXXII. sanctiones *Justiniani, Leonis, Novell.* CXXIII. *c.* 17. *Distinct.* 54. *c.* 1. 2. & Juris Canonici. Verùm eadem servorum, quæ liberorum, redemptio, *Gal.* 3. *v.* 18. *&c.* quare Onesimum, conditione licet servum, *fratrem* tamen appellavit Paulus *Philem. v.* 16. & sacro ministerio utilem judicavit, Ephesiorum posteà præficiendum Ecclesiæ. Proinde civiles & Ecclesiasticæ Constitutiones illæ nihil aliud volunt, nisi non ordinandos servos Dominis vel *inconsciis* vel *invitis*. Quia id erat tum temporis præter jus Dominorum in servos & legem æquitatis cum damno sæpè non levi possidentium.

§. 31. Ecclesiastico jure veteri ordinari potuisse *Conjugatos* in Episcopos, Presbyteros, Diaconos, tradunt I. Quatuor priorum ætatum varia cùm testimonia, tùm exempla præclara. II. Speciatim *Canones* vulgò *Apostolici* VI. XVI. XVIII. Constitutiones Ancyranæ, Nicænæ, Gangrensis Synodorum facientium ordinandis conjugii potestatem, de quibus *Calixtus, Chamierus* & alii plura annotarunt: Hinc Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum uxores, primitùs dictæ *Episcopæ, Presbyteræ, Diaconissæ*.

§. 32. *Adjuncta* hujus impositionis varia considerari possunt. Speciatim 1. *Necessitas* vel *Adiaphoria*. 2. *Iterabilitas*. 3. *Locus*. *Necessitatem* quod spectat, hic χειροτονίας ritus ita non est censendus Adiaphorus, ut temerè vel sperni vel omitti possit. *In se* quidem necessarius non est, sed adiaphorus, verùm ex Accidente, non immeritò ita statuentibus Theologis, necessarius est. I. Reverentiâ Apostolicæ praxeos, etiam circa ordinarios Presbyteros *1. Tim. V. v.* 22. ut fuerit eo in casu non *extraordinarium* signum extraordinarii & temporarii Charismatis, quod gratis à nonnullis supponitur, sed ordinarius consecrationis ritus more ordinario Judæorum *moraliter* significativus. II. Reverentiâ sacræ Antiquitatis, cujus hæc constantissima observatio fuit. III. Constitutionibus Ecclesiasticis, quæ in Ecclesiis hodièq; dictorum Protestantium, hunc χειροτονίας ritum circa Ministros verbi observari jubent, ut ferè nullæ Ecclesiæ, quæ vel negligant

vel prohibeant. IV. metu offendiculi, quòd ex omiſſione talis ritus capere nonnulli poſſent.

§. 33. Praxin Veterum quod attinet de *iterabilitate* ſive *reordinatione*: ſimpliciter damnârunt ἀναχειροτονήσεις reordinationes quoad legitimè priùs ordinatos, ut ex *Canonibus Apoſtolicis, Africanis* & aliis *Authoribus* manifeſtum eſt, hinc ſententia lata in *Donatum*, quòd Epiſcopis lapſis rurſum impoſuiſſet manus, apud *Opt. Mil. l. 1. adv. Parmen.* pariq; illis gradu *reordinare* & *rebaptizare*, unde *Donatiſtæ*, ut rebaptizabant, ſic & reordinabant Catholicos, non verò Catholici Donatiſtas.

II. Sed antè legitimè ordinatis, ſi ex lapſu quodam aut hæreſi reſipiſcerent, imponebant rurſum manus, factâ nempe priùs exomologeſi, ſed per modum *reconciliationis* cum Eccleſia, non autem *reordinationis*, de hac manuum impoſitione intelligendus *Canon VIII. Concilii Nicæni*, item *Canon LVII. in Græca collect. Africanorum* de recipiendis Donatiſtis.

III. Verùm iteratâ manuum impoſitione ordinabant, ſi qui anteà fuiſſent ordinati, vel ab *Hæreticis*, vel à *degradatis* Epiſcopis, vel ab *illegitimè ordinatis*. Nam reordinatio non habebatur, qvùm prior fuiſſet invalida, nec conſtituens in Clero. Hinc reordinandi, qui per *Meletium* ordinati, decernentibus Nicænis in Epiſtola Synodica. Tales poſteà frequentiſſimæ *reordinationes* ſerventibus diſſidiis, qvùm alii aliis haberentur hæretici, degradati, excommunicati &c. Ita reordinavit *Stephanus VI.* quos antè *Formoſus Papa* ordinârat. Et *Stephanus IV.* Ordinationes Conſtantini ex Laico Pontificis irritas pronunciavit.

§. 34. *Locus* χειροτονίας deſtinatus eſt vel *publicus*, vel *privatus*. *Privatus* in cœtu Presbyterorum ſive Præſidum Eccleſiæ; *Publicus* coram tota Eccleſia, ſive omni Synagoga, uti *Cyprianus lib. I. Epiſt. IV.* loquitur. Uterque pro more atque conſuetudine Eccleſiarum eſt appoſitus. Utriusque in libris Apoſtolicis extant exempla: Quanquam in Antiquitate Eccleſiaſtica utplurimum χειροτονίαι publicæ, non tantùm ratione *electionis* per ſuffragia, ſed & ratione *conſecrationis* per impoſitionem manuum; Hinc præmiſſa in Eccleſia, cujus miniſterio conſecrandi erant, publica

publica *proclamatio*, sive *prædicatio* ordinandorum, nempe quoad *Episcopos*, *Presbyteros*, *Diaconos*, non item quoad Ordines inferiores, quos privatim suscipiebant.

§. 35. Quartus usus χειροθεσίας in Ecclesia veteri fuit circa *ægrotos*: isq; vel in Ecclesia Apostolica, *1. Thess. 4. v.* vel in Ecclesia primitiva: In *illa* fuit miraculosæ sanitatis symbolum, sive virtutis omnipotentis DEI super infirmis exerendæ. Quò respiciunt Apostoli precati, ut DEUS vellet manum suam sive δύναμιν ad sanationem extendere, *Act. IV. v. 30.* Fuit ergò Symbolum non observantiæ perpetuæ, sed temporariæ, non *efficiens*, sed *significans*, cujus extat praxis non mandatum, extraordinaria illa non ordinaria, retinenda quamdiu mansit *effectus* & *finis*, non iisdem sublatis. Nam otiosum signum est, sublatâ re significatâ. Et est ejusdem conditionis cum signis eorum temporum, nempe unctione infirmorum luto, sputo, oleo, immissione digiti in aures surdi, impositione manuum ad extraordinaria charismata. &c.

§. 36. Quintus usus χειροθεσίας fuit circa *pœnitentes lapsos*, reconciliandos DEO & Ecclesiæ. Hujus ritus *Cyprianus Lib. III. Epistol. XIV. XV. &c.* mentionem facit; Et certum est paris esse hunc ritum cum Exomologesi Antiquitatis secundo jam seculo adhibita: In Ecclesia autem veteri χειροθεσίας hujus variæ fuerunt species: *Gabriel Albaspinus Lib. II. Observat. XXXI.* scribens de veteribus Ecclesiæ ritibus quatuor enarrat: Verùm ad tres revocari possunt: nimirum ut alia *ante* pœnitentiam inchoatam, alia pœnitentia ipsa *durante*, & alia *post* pœnitentiam fuerit *impositio manuum*.

Fuit autem pœnitentialis χειροθεσίας species prima quâ tradebatur pœnitentia, sive quâ *pœnitentes* ab excommunicatis segregabantur, aut vinculo Satanæ ita solvebantur, ut per pœnitentiam secuturam spem gratiæ acciperent. Administer erat Episcopus, vel Presbyter. *Subjectum recipiens*, lapsi pœnitentiam postulantes, non tamen convicti Presbyteri, vel Diaconi, quibus per impositionem manuum remedium accipiendi publicam pœnitentiam negat *Leo I. ad Rusticum Narbonensem*, & antè Africani in

Concilio

Concilio Carthag. Anno 419. *Forma* fuit, dum prostrato in Ecclesia pœnitente cum sacco & cilicio, Psalmisq; pœnitentialibus ab omni Clero decantatis, ac pœnitentiæ sententia denunciata, imponerentur illi manus, cum ceremoniis aliis apud *Gratianum*, ex Concilio Agathensi, Burchardum Wormatiensem, alios Canonum Collectores. *Tempus* solennitatis ibidem constituitur in capite *Quadragesimæ*, ex quo solenne id jejunii tempus fuit indictum.

§. 37. *Species* altera impositionis manuum fuit in ipsa pœnitentia: quæ tamen diversimodè adhibita: 1. Quùm peracta extra Ecclesiæ limina προσκλαύσει (pro ratione nimirum delictorum, quidam anno, quidam biennio, quidam triennio &c.) pœnâ hac absolverentur, atque admitterentur ad gradum alterum pœnitentiæ, nempe ἀκροάσεως sive *consistentiæ* in templi narthece, audiendæ lectioni Scripturarum. Talibus manus impositæ cum oratione atque voto. 2. Quùm peractâ ἀκροάσει, admitterentur ad tertium gradum, nempe *substrationis* seu *humiliationis*, seu *consistentiæ intra septa*, retro ambonem, loco humili, habitu ex mœrore jacentium, participes jam precum cum Catechumenis; & statim post hosce ante participationem sacrorum, ex cœtu dimittendi. 3. Quùm in ipso hoc statu ὑποπτώσεως, quoties solemnia sacra celebrarentur, aut tempus jejunii, statim ac dimissi Catechumeni, toties ab Episcopo vel Presbytero, recitatis in hunc finem precibus pœnitentibus prostratis manus imponerentur, & sic pœnitentes exire juberentur. Hoc indicant *Can. XIX. Laod. Can. LXXX. Carthag. IV. Can. XI. Toletani III. Concil.* Hinc crebra hæc manuum impositio in tertio gradu pœnitentiæ fuit adjunctum precationis & symbolum gratiæ in eos imploratæ. 4. Quùm impletâ ὑποπτώσει (aliquando toto septennio, imprimis gravioribus in delictis) transitus daretur ad pœnitentiæ gradum quartum, scil. *Consistentiæ cum fidelibus*, in quo communicabant fidelium orationibus, non verò oblationibus, quod Canones appellant, *communicare sine oblatione.* Et hæc impositio manuum erat symbolum jam *absolutionis*, quâ restituebantur corpori Ecclesiæ, & fidelium communioni, non tamen Sacramenti communioni. Eaq; absolutio verè *prima* & *inchoata* seu *minor.*

§. 38.

§. 38. Impositionis manuum circa pœnitentes *Species tertia* fuit pœnitentiâ jam peractâ & superatis gradibus omnibus Symbolum adeò Absolutionis eorum seu reconciliationis *ultimæ, plenariæ* & *majoris*. Et hæc fiebat, qvùm à statu συςάσεως sive consistentiæ cum fidelibus, (in quo interdum quadriennio toto relicti) transirent ad statum *plenæ communionis, perfectionis, participationis boni*. Jamq; hoc sensu frequentissimè Veteres ajunt, per manus impositionem *absolvi, reconciliari, jus communionis accipere*. Quæ etiam extra hos gradus in casu ægritudinis, sive desperationis dabatur absolutio. Etiam pro dignitate personarum, uti *Theodosii* exemplum indicat. *Locus* ceremoniæ hujus publicus erat in facie Ecclesiæ. *Tempus* solemne feriâ quintâ ante Pascha, quâ CHRISTUS Sacramentum Eucharistiæ instituit. *Administri* primitùs fuerunt Episcopi, Presbyteri, Sacerdotes, *Cypriano* & Canonibus variis testantibus, posteà verò soli Episcopi, quibus ut Chrisma conficiendi, virgines consecrandi &c. sic pœnitentes reconciliandi jus adscriptum, sed ita, ut cum consensu Episcopi Presbyteris hoc ipsum indulgeretur.

§. 39. Χειροθεσίας pristinæ usus *sextus* fuit circa *Hæreticos* ad Ecclesiam venientes, sive *Clericos*, sive *Laicos*. Ætate *Cypriani* jam solemnis ritus, præsertim in Romana Ecclesia, sicut ex ipsius Epistolis & concertatione cum Stephano constat. *Hic* enim hæreticos solâ manuum impositione recipi, *ille* etiam rebaptizari voluit. De quo ritu cùm in Occidentali, tùm in Orientali quoque Ecclesia diversi Canones, ut *Nicæn. Can. VIII. Carthagin. Can. LVII. Arelatens. VIII. &c.* atque variæ Epistolæ Pontificum. Unde non Latinorum solùm, sed & Græcorum primitùs fuit, addentium quanquam impositioni manuum unctionem. Hinc solius unctionis in receptione Hæreticorum meminere *Canones Concil. Constant. Can. VII. Laodic. Can. VI. &c.* Quare *Gregorius* de Consecratione *Dist. IV. C. ab Antiqva.* Occidentis & Orientis in eo discrimen observat, quòd ille per manus impositionem, hic per unctionem Chrismatis reciperet Hæreticos. Et solùm Græcos chrimasse, non autem manus imposuisse *Morinus* de Ordinationibus sacris *Part. III. pag. 121.* contendit.

§. 40. *Recipiens Subjectum* Hæretici fuerunt, sed non quivis: Illi igitur solummodò, 1. *qui legitimè baptizati*, nempe secundum institutionem CHRISTI, in *nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti*, ut *Canon octavus Arelatensis* disertè ostendit. Tales in Canonibus expressi, *Cathari, Novatiani, Donatistæ, Arriani, Macedoniani, Apollinaristæ, Photiniani, Sabbatiani &c.* His manus imponi sufficiebat, si in Ecclesiam & communicationem sancto mysterio recipi desiderarent. Contrà non manuum impositione, sed rebaptizatione admittebantur *Paulianistæ*, sive *Samosateniani*, Canon Concil. Nicæn. XIX. *Montanistæ, Sabelliani* & quotquot hæreticorum non baptizati hac formâ: *In nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.* Can. Concil. Cónstant. VIII. Nec tales censebantur ab *Hæresi*, sed ab *Hellenismo* & *Paganismo* accedere: Hinc Constantinopolitani se tales ὡς ἕλληνας δέχεσθαι ajunt *Can. 7.* & hoc inde, quia nondum censebantur baptismo initiati, regeniti. 2. *Qui in hæresi nati*, educati, instructi: Si enim ab Orthodoxia ad hæresin lapsi, ac posteà resipiscentes, nón jam ut hæretici, sed ut lapsi habebantur, hinc recipiendi ut pœnitentes per impositionem manuum *reconciliatoriam* & *pœnitentialem*. 3. Qui in antecessum ἐγγράφως scripto seu per libellum, hæresi renunciarent, oretenus tantùm hæresin ejurantibus manus non imponebantur. Hunc in finem Canon. VIII. Synodi Nicænæ, Constantinop. primæ, Can. VII. sextæ in Trullo &c. permulti prolati. 4. Præter hosce hæreticos *Gregorius* mentionem facit nonnullorum apud *Gratianum de Consecrat. Dist. 4. C. ab Antiqua.* qui non impositione manuum, nec unctione, sed professione fidei solâ ad signum Ecclesiæ matris revocarentur. Sic apud *Orientales* ex sola confessione *Monothelitæ* recipiendi.

§. 41. Χειροθεσίας hujus *administer* fuit Episcopus vel Presbyter. *Forma* precatio super convertendo cum benedictione & invocatione Spiritus Sancti, hinc manus impositio ut symbolum: Nec *sacramentalis* hæc, stricto sensu, quamvis *ritualis* & *symbolica*. Imò ne Latinis recentioribus ipsis Sacramentum credita est χειροθεσία *reconciliatoria* hæreticorum, quamvis Sacramenta illis huic simillimæ χειροθεσίαι, *confirmatoria* baptizatorum, *ordinatoria*

toria Clericorum, *curatoria* ægrotorum, *absolutoria* pœnitentium, *benedictoria* conjugum. *Fines* proprii tùm ut solemni ritu inserentur ac conciliarentur Ecclesiæ, cui nefas erat cum Hæreticis communicare, tum ut suppleret locum baptismi, quem *Donatistæ*, *Novatiani &c.* in hoc casu administrabant, tum ut Clerici, exceptis αἱρέσεων ἐξάρχοις sic in Clero permanerent, nec reordinarentur, quotquot anteà legitimè ut baptizati, sic etiam ordinati. *Effectus* vel *Consequens* acceptio Spiritus Sancti, non tamen ex opere operato, insitio Ecclesiæ, participatio mysteriorum, permanentia in Clero. *Adjunctum* iterabilitas, licet posteà ut in lapsos & pœnitentia iteranda. In *relapsos* autem, post publicam pœnitentiam, ipsa rigidissima Antiquitas.

§. 42. *Χειροθεσίας ultimus* sive septimus usus obtinuit in *benedictione Conjugali.* Infrequentior jam hujus ceremoniæ mentio, haud tamen obscura. Certum tamen est hoc benedictionis ordinarium symbolum in tam solemni benedictione usurpatum fuisse. *Tertullianus* hujus rei testis 2. *ad uxor. c. IX.* laudans ejus matrimonii felicitatem, quòd Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, atque obsignat benedictio. Hujus ceremoniæ indicia sunt: 1. Orientalium hodièq; praxis, Abyssinorum certè manus imponentium in benedictione Conjugum, observante *Grotio*, in aliis plurimis, *Epist. ad Gallos CXLVI. & CLVIII.* 2. χειροθεσίας definitio ab *Augustino* posita, manus impositionem nihil aliud esse, nisi orationem super hominem, sive signum & adjunctum orationis super aliquem. 3. Ejusdem ceremoniæ apud Latinos in Sacramentum conversio, uti conversæ manuum impositiones aliæ, confirmatoria, ordinatoria, absolutoria, sanatoria ægrotorum. 4. Illius vestigia etiam hodiè in Occidentis multis Ecclesiis, ut & in ipsa Germania, in quâ, junctis coeuntium in fœdus conjugale dextris, Pastor manus imponit cum oratione & voto. *Spanhemius.* Vide plura *Tit. NUPTIÆ.*

MARTYRES, MARTYRIA.

§. 1. Hic notamus de Martyribus ex Patribus nonnulla memoratu digna. *Euseb. l. 13. Præpar. Evang. c. 11.* ait: Καὶ ταῦτα δὲ ἁρμόζει ἐπὶ τῇ τῶν θεοφίλων τελευτῇ, οὓς στρατιώτας τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν παραλαμβάνεσθαι, ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾶν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχὰς, ὡς εὐλόγως καὶ τούτων ὑφ' ἡμῶν γιγνομένων. Conveniebant enim Christiani in locis Martyrum, & apud eorum memorias vota DEO offerebant, & honorabant beatas animas dilectione & honorificâ recordatione, DEO de illorum victoriis gratias agentes, & seipsos ad eorum imitationem exhortantes, ut testatur *Augustinus l. VIII. de C. D. c. 27.* *Basil.* Μαρτύρων μνήμη ἧς ἂν γένοιτο τῷ φιλομάρτυρι, καὶ διότι ἡ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ὁμοδούλων τιμὴ, ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην εὐνοίας. Nihil hic, quod idololatriæ Papisticæ mantile esse possit, dicitur. Ἐν πάσῃ τιμῇ ὄντι ὑπὸ θεοῦ μεμακαρισμένοι, ὑπὸ ὁσίων ἀνδρῶν τετιμημένοι inquit *Clemens.*

§. 2. Sumitur porrò vox Martyris ap. PP. non uno sensu. Nam 1. designant hoc titulo, qui pro nomine CHRISTI & veritate occisi sunt. *Apocal VII. 16.* Deinde 2. qui propter justitiam sunt interfecti, ut *Abel, Zacharias.* Sic *Cypr. l. 4. Ep. 6.* de Abele dicit: Qui initiavit Martyria. 3. Confessores, qui tormenta perpessi mortem evaserant. *Cyprian. Ep. 9.* 4. Ii, qui in carcere moriebantur, vel aliâ necessitate. *Cyprian. Ep. 37.* Neque enim virtus eorum aut honor minor est, quò minùs ipsi quoque inter beatos Martyres aggregentur. 5. Ii, qui in mortis periculum pro DEO conjecti, miraculosè servati sunt. Sic *Athan. Synops. SS. & orat. III. Arrian.* tres viros in fornace Babel, Μάρτυρας γενομένους ἐν Βαβυλῶνι appellat. 6. Omnes Christiani strenuè militantes adversus carnem & mundum. *August. serm. 232. de Temp.*

Temp. Cyprian. de dupl. Martyr. egregiè: Si deest Tyrannus, si tortor, si spoliator, non deerit concupiscentia martyrii materiam quotidianam exhibens. 7. Qui ægrotos curant etiam cum proprio periculo. *Euseb. l. 7. c. 22.* Exemplum habet de Christianis talibus in Ægypto tempore pestis. Vide prolixè *Forbes. l. 12. c. 2.*

§. 3. Patres etiam faciunt V. genera Martyrum: 1. Πρωτομάρτυς est Stephanus, & B. Tecla. 2. Ἱερομάρτυρ, qui sacris ordinibus initiatus martyrium subiit. 3. Μεγαλομάρτυς, dignitate civili conspicuus. 4. Καλλιμάρτυς, virgo autem mulier coronata. 5. Ἁγιομάρτυς, de promiscuâ multitudine, quorum omnium ducem CHRISTUM appellant μέγαν τὸν μάρτυρα.

§ 4. *Cyprian. Ep. XXXIV.* Sacrificia pro Martyribus semper offerimus, quoties eorum passiones & dies celebramus. Quin & in eorum memoriam altaria erecta. *August. contr. Faust. l. 20 c. 21.* Populus Christianus memorias Martyrum religiosâ solennitate concelebrat, & ad ***excitandam imitationem***, ut meritis eorum consocietur atque orationibus adjuvetur. Ita tamen, ut nulli Martyrum, sed ipsi DEO martyrum sacrificemus, quamvis in memorias Martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitum in locis Sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane &c.

§. 5. *Cyprian. Ep. XXXVII.* hortatur Presbyteros, ut dies, quibus excedunt, Martyres annotent, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possit.

§. 6. *Cyrill. l. VI.* Μάρτυρας οὔτε θεοὺς εἶναι λέγομεν, οὔτε προσκυνεῖν εἰώθαμεν. *August. l. XXII. de Civ. D.* Nos Martyribus nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud DEUM vivunt Spiritus, fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed UNI DEO & Martyrum & nostrum sacrificium immolamus. Et *cap. X.* Non à Sacerdote invocantur, quia DEI Sacerdos est, non illorum.

§. 7. Nominabantur ad Altare. Quod fiebat precibus pro resurrectione. *August, l. XXII. c. 10. de Civ.* Martyres ad hoc sacri-

ſacrificium ſicut homines DEI, qui mundum in ejus confeſſione vicerunt, ſuo loco & ordine *nominantur*, non invocantur tamen. *vid infrà Tit. Oratio*, & quidem pro mortuis. *Dionyſ. Areop.* hoc ἀνακηρύττειν nominat, voce à ludis Gymnicis translata, ubi præcones ἀνεκήρυττον τοὺς νικῶντας. *P. Fab. Agoniſt. l. 2. c. 13.* Atque hanc nominationem excipiebat.

§. 8. II. *Congratulatio*, quâ gratulabantur defunctis tutam requiem. *Cyprian. l. IV. Ep. V.* ita gratulatur Celerino Martyrium ſuum. Tunc fiebat III. *Laudatio*, ſic id l. cit. eundem ait, poſito in vinculis corpore liberum manſiſſe Spiritu, carnem ſame ac ſiti contabuiſſe, ſed DEUM animam cibo ac potu ſpirituali paviſſe, jacuiſſe inter pœnas, pœnis ſuis fortiorem, incluſum, includentibus majorem, jacentem, ſtantibus celſiorem, ſublimiorem, judicantibus judicatum. Quæ oſtendunt, qualis fuerit *Laudatio*. IV. erat *Hortatio ad populum*, ut eandem conſtantiam imitarentur. Sic *Cyprian. l. cit.* Celerinum ait, dum inexpugnabili certaminis ſui firmitate adverſarium vincit, vincendi cæteris feciſſe viam. V. erat *Precatio pro vivis*, ut DEUS illis ſimilem conſtantiam largiretur & fidem. *Collecta S. Sebaſtian. ita orat*: DEUS, qui B. Sebaſtianum Martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti, ex ejus imitatione nobis tribue pro amore tuo, proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare. VI. erat *Commemoratio* futuræ Reſurrectionis.

§. 9. NATALITIA. Martyrum dies ſic dicuntur, quo occiſi ſunt. *Tertull. de Coron. c. III.* Oblationes pro defunctis, Natalitiis annuâ die facimus.

§. 10. *Cyprian. l. IV. Ep. V.* Sacrificia pro iis offerimus, quoties Martyrum paſſiones & dies anniverſariâ commemoratione celebramus. *Ambroſ. l. de obitu Valent.* Si quid meæ orationes valebunt, nulla dies vos ſilentio præteribit; nulla nox non donatos aliquâ precum mearum contextione tranſcurret, omnibus vos oblationibus frequentabo, quis prohibebit innoxios *nominare?* Quis vetabit commendationis proſecutionem complecti?

§. 11. Unde obſervandum PP. dici ſacrificia & oblationes pro mortuis, *actus illos nominandi ad Altare in Sacrificio Miſſæ*, ſeu

Cœnâ

Cœnâ Domini. Quæ res malè intellecta abiit in superstitionem. Nam

§. 12. *Id. l. cit.* de eodem ostendit, se credere jam salvum illum esse, inquiens: Credamus vel testimoniis Angelorum &c. quod ex hoc arido & inculto loco ascendit ad illas florulentas delectationes, ubi æternæ fruitur vitæ voluptate cum fratre conjunctus. BEATI Ambo! *Hæc ille.* Adeóq; Cypriano & Tertulliano offerre pro aliquo, & Sacrificium pro dormitione illius celebrare est, in Sacerdotum prece Eucharistiæ *nominari* vel *honorari Ecclesiasticâ celebratione.* B. Rhenan. not. ad Tertull. ad Martyr.

§. 13. Credebant autem vulgò præsentes adesse sanctos Martyres sepulcris suis, aut ubi vellent. *Hieron. contr. Vigilant.* Nam is negabat, Martyres posse suis tumulis, aut ubi vellent, præsentes esse: Quæ sunt ipsa verba *Maxim. Taurinens. in Natal. Martyr. Tauric.* Universi Sancti ubique sunt & omnibus prosunt. Semper nobiscum morantur, h. e. & in corpore nos viventes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Sic

§. 14. *Basil. Nazianz. &c.* PP. ῥητορικῶς tanquam præsentes allocuti sunt. Et inde tandem nata anno præsertim finito CCCC. Invocatio Sanctorum. *Sulpic. Sever. Epist de Martin. Martyre:* Non deerit nobis, intererit de se sermocinantibus, adstabit orantibus. Et *in fin.* Quod per nos obtinere non possumus, saltim pro nobis orante Martino mereamur. Sic *Paulin. Natal. III. Felicis:*

Exora, ut precibus plenis meritisq; redonet
Debita nostra tuis.

Et *lib. 2. Vit. Martin.*

Dulcis, adorande & mihi pectore, voce colende,
Fer pietatis opem misero, miseri miserere.

Et mox: Inter me & Dominum Mediator adesto benigne.

§. 15. Fuit quoque Martyrum ea auctoritas apud Veteres, ut lapsis intercessione suâ possent impetrare veniam & pacem ab Episcopis. *Tertull. de Pudicit. c. 2. 7. 22. Cyprian Serm. de lapsis:* Potest in acceptum referre, quicquid pro talibus & petierint Martyres & fecerint Sacerdotes. *Vid. prolixè Epist. 32. al. 15.* Solebant

bant quippe lapsi, sacrificati & Libellatici adire Martyres & solicitare eorum intercessionem apud suos Episcopos. Dabant itaque Martyres hosce libellos, quibus mandabant eos in Ecclesiam recipi & communionem. Formula libellorum talium fuit: *Communicet ille cum suis.* Vid. *Ep.* 84. *&* 46. *Cyprian. al.* 25. *&* 11.

§. 16. *Libellatici* autem erant trium generum: 1. Lapsi sic dicti, quod vel libellos obtulissent, quibus rogârant; ut ne ad immolandum cogerentur, cùm Christiani essent. 2. Vel numeratâ pecuniâ libellum, quo à sacrificiis se exemerant, impetrâssent. 3. Vel denique abnegatâ religione libellum à Præsidibus accepissent, ne publicè cogerentur Diis sacrificare. *La Cerda adv. sacr. p.* 105.

§. 17. Μαρτύρια Gr. dicuntur loca & monumenta sacra Martyribus & Confessoribus erecta. *Ammian. XXII.* Cineres projecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis, ædes iis exstruerentur, ut reliquis, qui deviare à religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, & nunc Martyres appellantur. *August. 22 de C. D. c.* 10. Nos Martyribus nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus statuimus. Neque ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed UNI DEO sacrificium immolamus.

§. 18. Solebant itaque, ut hinc liquet, Altaria illis erigere. Sub illis solebant reliquias eorum ponere. *Ambros. X. Epist.* 85. *sub fin. Durand. in Ration. Prudent. III.* Περὶ Στεφ. Ossibus altare impositum. *Cyrill. Erem. Vit. Euthymii:* Corpus beati viri transfert ad ædem, quam recenter fuerat fabricatus, & in sacro deposuit loculo, ut nunquam possit amplius aperiri.

§. 19. Hæc Martyria & Μοναστήρια cum suis Presbyteris eis Episcopis subjacebant, in quorum territorio erant. Nam habuere hæc Μαρτύρια, ut & Μοναστήρια Presbyteros præpositos; qui Monachis Sacramentum Eucharistiæ administrabant, & Synaxin tenebant.

§. 20. *Gregor. Thaumat.* Gentilium Ferias in Festa S. Martyrum mutavit. *Nyssen. in vit. illius.* Et *Theodoret. de Evang. ver.*

ver. cogn. l. VIII. Pro Pandiis & Dionysiis, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, aliisq; S. Martyribus ſolennitates populari epulo peraguntur. Unde diſcitur conſuetudo illa Veterum, *quâ ad memorias Martyrum epulas fecère*.

§. 21. De hiſce epulis & lucernis ad memorias atque ſepulcra Martyrum *vid. Tit. Funeralia*.

§. 22. Ad ſepulcra Martyrum viſitationes mox inſtitutæ, ſeculo ferè tertio. *Sulp. Sev. Dial. I.* Libuit loca viſitare Sanctorum & præcipuè ad ſepulcrum Cypriani adorare.

§. 23. Religioſæ autem illæ peregrinationes Veterum tempore *Conſt. Magni* & *Helenæ* invaluerunt. Nam ſic de Helena *Sulpic. Sever. l. 2.* Cùm Hieroſolymam agnoſcere concupiſceret. *Hieron. Ep. 159.* Pars fidei eſt, adoráſſe, ubi pedes Domini ſteterunt. *Paulin. Ep. ad Sever. ait:* Non aliter affectus homines ad Hieroſolymam rapit, niſi ut loca, in quibus corporaliter præſens fuit CHRISTUS, videant atque contingant.

§. 24. Ante Conſtantinum de Alexandro tanquam rarum notatur, quòd Hieroſolymam loca ſancta videndi iverit causâ. Sic primò fidei confirmandæ ergò inſtitutæ, poſteà in cultum DEI ſunt mutatæ. *Euſeb. l III. Vit. Conſtantin. c. 41.* ait de Helen. *ὡς δ' τοῖς βήμασι τοῖς σωτηρίοις τὴν πρέπουσαν ἀπεδίδου προσκύνησιν.* Ubi *προσκύνησιν* pro *veneratione* poſuit.

§. 25. Quin & vivis Viris ſanctis quantum detulerint Anno jam CCC. hinc liquet. *Sulp. Sev. Dial. 2. de Martino:* Virgines adlambunt ſingula loca, ubi aut ſederat, aut ſteterat, ſtramentum etiam, in quo quieverat, partiuntur. *Paullinus:*

- - - - Solium doctoris adorant.

Greg. Turon. I. Mir. Martin. 2. Singula loca adlambens oſculis, vel irrigans lacrymis, in quæ vir beatus aut ſederat, aut oraverat, ſ. ubi cibum ſumſerat, vel corporis quieti indulſerat. *Paul. Diacon. l. 14. de Theod. Imp.* Fertur, quòd cùm Conſtantinopoli Epiſcopus Chebronenſis fuiſſet mortuus, ſagum ejus ſordidiſſimum quæſierit, & eo circumamictus ſit, credens aliquid ſe ex defuncti ſanctitate promereri.

§. 26. Imò ad tumulos Martyrum obsessos cruciari ad egressum usque loci sanctitate, jam seculo III. creditur. *Hieron. ad Eustoch.* Alios rotare caput &c. suspensisq; pede foeminis vestes etiam defluere in faciem. *Paulin. Nat. VII. Felic.* id. scribit.

§. 27. Quoties aut mactati, aut accusati vett. Christiani, solennis culpa & poena in eos publicarum calamitatum quasi auctores conferebantur. *Formula erat: Causa Christiani:* vel: *Christianorum Fatum.* Tertull. l. 1. c. 9. adv. Nat. Si Tiberis redundaverit, si coelum stetit, si terra movit, statim omnium vox: Christianorum Fatum. *Aug. l. 11. de C. D. c. 3.* Ortum est vulgare proverbium: *Pluvia defecit, causa Christiani.* *Arnob. l. 1.* Christianorum causa mala omnia Dii ferunt. 2. Altera formula sententiæ: *Christianos ad Leonem.* *Tertull. Apologet. c. 40.* Statim, *inquit,* Christianos ad leonem. *Et in fin.* Ad leonem clamando Christianam potiùs, quàm ad leonem confessi estis pudicitiæ labem apud nos communi poenâ & morte reputari.

§. 28. In cruciatibus sustinendis fortitudinis veterum Christianorum carmen erat: *DEO gratias.* Quod *Tertull. l. 1. c. 1. adv. Nat.* vocat *gloriari,* cùm ait: Si denotatur, *gloriatur,* si trahitur, non subsistit, si accusatur, non defendit; interrogatus confitetur, damnatus *gloriatur.* *In Apologet. c. 1.* appellat: *Gratias agere,* cùm ait: Interrogatus vel ultrò confitetur, damnatus *gratias agit.*

§. 29. *Elogia.* 1. Criminum tituli Christianorum erant, breviora & leviora hujusmodi: ILLE CHRISTIANUS. *Epist. Lugdun. & Vienn.* ATTALUS CHRISTIANUS. Vel: Ille Christianum se confessus. *Tertull. adv. Nat. c. 3.* Sententiæ vestræ nihil nisi Christianum confessum notant. Et *Apologet. c. 2.* *Quid de tabella recitatis Christianum?*

§. 30. Poenarum quatuor ista genera fuére communiter: Gladius, crux, bestiæ, ignis. *Tertull. ad Martyr.* Timebit forsitan caro gladium gravem, & crucem excelsam, & rabiem bestiarum, & summam ignium poenam. Ita & hæc conjungit. *De Pudicit. c. XXII. de Patient. c. XIII. adv. Nat. l. 1. c. 18.*

§. 31. Hinc celebris illa Christianorum incendialis Tunica. *Senec.*

Senec. ep. 14. *Juvenal. sat. VIII. Martial. l.* 10. *ep.* 25. Tunicam vocat molestam. *Tertull.* Vestiendum incendiali tunicâ, *adv. Nat.* 1. *c.* 18.

§. 32. Martyrum supplicia seu cruciatus. Occurrunt in scriptis Veterum varia & acerbæ crudelitatis plena tormenta in Martyres, quæ breviter sic contraximus. I. *Bestiæ.* Apostolis jam suo statim seculo irrogatum genus. 1. *Cor.* 15. vocatur à Paulo, θηριομαχεῖν. Sic Ignatius in *Chronic. Euseb. ad ann.* 10. *Trajan.* Romam perductus bestiis traditur. Vid. eundem *l. III. Histor. c.* 35. Hinc vox apud *Tertull. de Castitat. c. XII.* Christiani ad bestias! Quod *Cyprian. Ep.* 58. vocat, ad leonem peti, ad leonem postulari.

§. 33. Causæ vulgò hæ recensentur: 1. quòd hoc supplicio viliores personæ juxta leges punitæ, ut *l.* 3. §. *penult. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* 2. Quòd magis & veneficis proprium, ex *Paulo sent.* 5. *tit.* 23. Cujus criminis apud *Arnob. l.* 1. *adv. Gent.* Christum & ejus discipulos gentes accusabant. Vid. *August. l.* 1. *Cons. Evang. c.* 8.

§. 34. *II. Compedes.* Creber harum usus in Martyriis, & expertus est Origenes apud *Euseb. l.* 6. *Hist. Eccl. c.* 39. ubi sic: Quæ corporis tormenta, quæ supplicia ex catena ferrea in interioris carceris recessum collo impacta, & quomodo permultis diebus pedes ad compedes ligneas intrusi quatuor foraminum interstitiis interpositis distractione quadam distenti fuerint. *Et id. l.* 8. *c.* 10. Post verbera in compedibus ligneis positi erant; & pedes alter ab altero ad quartum foramen distenti distractiq; adeò ut necessario supini jacerent. *Prudent. Hymn. Vincent.* Lignoq; plantas inserit, divaricatis cruribus.

§. 35. *III. Crux.* De quo notissima est historia. Vid. *Lips. l.* I. *c. XIII. & seqq.* Crucifixio erat alia recta, alia inversa, capite in terram pendulo, de quo *Euseb. l.* 8. *c.* 5.

§. 36. *IV. Cyphonismus.* Nomen habet à Cyphone, quod erat vinculum ligneum vel ferreum, quo ad ignominiam ligatus & melle delibutus martyr muscis exponebatur. *Rhodigin. l.* 10. *c.* 5. Tali mortis genere affectum quendam sub Decio & Valeriano nar-

rat *Hieron. Vit. Pauli Eremit. b. m.* Jussit melle perungi, & sub ardentissimo sole ligatis manibus post tergum resupinari, scil. ut muscarum aculeis cederet, qui ignium sartagines antè superâsset.

§. 37. *V. Deportatio & Relegatio.* Sic D. Johannes Evangelista in Pathmum relegatus est. *Euseb. l. III. c. 18.* & alii in Martyrolog.

§. 38. *VI. Eqvuleus. Turneb. l. 4. adv. c. 3.* definit, quòd fuerit stipes, cui velut equo imponebantur ac variè torquebantur, cruciabantur & distendebantur Martyres. Scripsit peculiarem libellum de Eqvuleo *H. Magius*, ubi & formam depingit, in quem doctissimè commentatus est S. Jungermannus. *Seneca Ep. 67.* Eqvuleo tribuit cruciatum extênsionis, sic inquiens: Neminem certè adhuc scio eo nomine votum solvisse, quòd flagellis cæsus esset, aut podagrâ distortus, aut Eculeo longior factus. Græcis dicitur Τύμπανον & τυμπανίζεσθαι. Vid. prolixè *Gallonium de Cruciat. Martyr. cap. III.* In hoc tormento martyr alligatus erat, jacens, mox sublata catasta pendens, ibi divellebant primùm ossium compagem, mox candentes laminas admovebant corpori, tum bisulcis ungulis ferreis latera excarnificantes, doloris acerbitatem augebant, ut describit Sigonius.

§. 39. *VII. Fodiculæ. Isidor. Etym. l. 1. c. ult.* Ungulæ fuerunt, sic dictæ, quòd effodiant: Hæ & Fidiculæ, quia iis rei in eqvuleo torquentur, ut fides inveniatur. Ungulis hisce latera martyris in eqvuleo extensi findebantur. Unde à findendo aliis dictæ videntur, vel à fodicando. *Prudent. Hymn. Roman.*

Charaxat ambas ungulis scribentibus
Genas, cruentis & ferat faciem notis,
Et mentum ad usque vultus omnis scinditur.

Ammian. lib. 29. Intercluduntur eqvulei, expediuntur pondera plumbea cum fidiculis.

§. 40. *VIII. Fumus.* Nam & fumo Martyres suffocatos legimus, dum stipiti affixi & lento igni ac fumo enecti passim. Hinc dicti Semaxii & Sarmenticii. *Cic. l. 1. ep. 11.* dicit; Fumo comburere. *Valent. in vit. Avidii,* appellat, Fumi cruciatu necare.

§. 41. *IX. Fustuarium.* In Martyrol. ad X. Jul. Felix & Philip-

Philíppus fuſtibus mactati. Quod genus militaris ſupplicii olim Fuſtuarium vocabant. *Polyb. Hiſt. l. 6. Rhodigin. l. 10. c. 5. Cyprian. ep. 77.* Neque enim apud fuſtes Chriſtianorum expavit, cujus eſt ſpes omnis in ligno.

§. 42. *X. Ignicomburium.* Vulgata pœna & ſatis nota. Polycarpus huic traditus legitur. Rogum ex lignis & ſarmentis undique congeſtis exſtruebant, in quo deinde martyrem alligabant. Frequentiſſima in Hiſt. Eccl. pœna, vel ideò irrogata martyribus, quòd magiæ Chriſtianos tunc vulgò accuſabant. *Vid. Paul. ſent. l. 5. tit. 23.*

§. 43. *XI. Laminæ ardentes. Cyprian. de laud. Martyr.* deſcribit: Hoc verò quod eculeo corpus extenſum ſtridet ad candentes laminas. *Prudent. Hymn. Vincent.*

Tormenta, carcer, ungulæ,
Stridensq́; flammis lamina,
Atque ipſa pœnarum ultima
Mors Chriſtianis ludus eſt.

Erat autem Lamina fruſtum metalli bracteâ craſſius, ductum in longitudinem magis, quàm in latum. Id admovebatur ardens & candens Martyrum corporibus, & tamdiu ibidem detinebatur, donec combuſſiſſet.

§. 44. *XII. Faces.* Cognatum genus facium erat, quibus Chriſtiani aduſti. Nempe funalibus & tædis ſemiuſtulati leguntur infinitis locis, & lampadum ignibus, hoc modo: Vaſa palmam lata ſumebant, quæ mox ad arctiorem formam contrahebant aſtricta, eaq́; erant vel ex terra, vel ex ferro. Tum haſtulis indebant, quas & ipſas ad vaſorum ſimilitudinem aſtringebant, à ſummo repleta igne flammam evomente.

§. 45. *XIII. Metallum.* Damnati quoque ad metallum fuerunt, inibi fuſtigati & compedibus vincti; capita ad dimidium raſa, & fame & fœtore macerati. *Cyprian. Ep. 77.* Non fovetur in metallis lectis & culcitris corpus, ſed refrigerio CHRISTI fovetur. Lege *Ep. 78.* ſimul, ubi Martyres reſpondent & admodùm eleganter quidem.

§. 46. *XIV. Maſſa candida.* Martyrol. Rom. ad d.

XXIV. Aug. Trecenti Martyres in fornacem calcariam ardentem se injecerunt, ex quo candidatus ille exercitus meruit appellari Massa candida. *V. Prudent. Hymn. de Cyprian.* Hinc patet fuisse & Calcium furnos igne ardentes martyrum supplicium.

§. 47. *XV. Naves Laceræ.* Hic impositi Martyres mari & fluctibus committebantur, donec in alto & procellis mergerentur. Victor de Genserico ait, Episcopum Carthagin. Quod vult DEUM cum magna Clericorum multitudine navibus fractis impositum esse, nudosq; & exspoliatos expelli præcepit. Habet idem *Martyrol. VII. Kal. Nov. ibid.* in April. de *Aureliano:* Navi vetustæ impositos in altum mare deduci præcepit.

§. 48. *XVI. Oleum fervens.* Huic injectum D. Johannem legimus. *Tertull. de Præscript. cap. 36. Hieron. l. 1. adv. Jovin. c. 14.* vocant dolium ferventis olei. *Tertull. l. c. sic:* In oleum igneum demersus.

§. 49. *XVII. Minutatim secti.* Concisi in particulas itidem leguntur, post exantlata varia tormenta. *Euseb. l. 10. Hist.* Gladio, ait, corpus εἰς πολλὰ τμήματα κατακεκρεουργημένοι. Hypatia *Socrat. l. 7. Hist.* μεληδὸν διασπασθεῖσα, à populo Alexandrino. Martyrol. passim: Minutatim sunt concisi.

§. 50. *XVIII. Puncta crebra.* Martyrol. ad 26. Octobr. sub Adriano: Alexander Episcopus punctis creberrimis per tota membra confessus & peremtus est.

§. 51. *XIX. Stylus ferreus.* Graphium, *Græcis.* Frequens mentio ejus mortis apud *Prudent. Evagr. l. III. Stephanus Antioch. Episc.* à pueris interemtus καλάμοις ἰσοδόρατοις ὀξυνθεῖσι.

§. 52. *XX. Plumbata.* Harum meminit *Prudent. Hymn. Roman.* Plumboq; cervix verberata extuberet. Ibid. appellat ictus plumbeos. Erat flagellum ex funiculis, in quorum summitatibus glandes plumbeæ erant impactæ, quibus solebant verberare colla & terga Martyrum. *L. II. C. Th. de Quæst.* appellat ictus plumbatarum.

§. 53. *XXI. Pectines.* Erant etiam pectines ex ferro, quibus dispescere solebant corpora Martyrum, similes illis, quibus

lana

lana carminatur. Hic affigebantur hastulæ convenientis longitudinis, quibus utebantur in excarnificandis carnibus Sanctorum.

§. 54. *XXII. Ungulæ.* Confine & simile pectini supplicium. *Cyprian ad Donat. Ep.* 2. dicitur Ungula effodiens. *Aug. Ep.* 158. Sulcantibus ungulis latera hisce potissimùm fodicabant. *Prudent. Hymn Roman.*

Costas bisulcis exsecandas ungulis.
Et mox: Non ungularum tanta vis latus fodit.
Mucrone, quanto dira pulsat pleurisis.

Erat forceps ferrea, hastæ affixa, ad extremum paulùm concava, subtilis & exilis, sex habens mucrones, in medio ita, ut unus esset adversus duos, qui occursabat illis duobus, quoties forceps constringebatur. Inde sulcare & bisulcæ dicuntur.

§. 55. *XXIII. Uncus.* Instrumentum erat, oblongus baculus, ab altero latere ferrum habens incurvum ac in se retortum. Utebantur Romani in pertrahendis ad scalas Gemonias & cloacas. Ita *Act. Mart. Sebastian.* In cloaca juxtà circumquære, ibi invenies corpus nec pendens in unco. Hinc *Senec. c.* 3. *l.* 3. *de irâ*: Cadavera trahens uncus.

§. 56. *XXIV. Virgæ.* Virgis cædebantur. *Martyrol. ad* 10. *Jul.* Januarius post verbera virgarum plumbatis occisus. Erant vel ex ulmo. *Plaut. Act. II. Sc. III.* vel ex salice. *Prudent. Hymn. Rom.* Impacta quoties corpus altius erat salix. *Conf. Act.* XXII. 24.

§. 57. *XXV. Tunica molesta.* Sulpic. l. 2. Plerique in id reservati, ut, cùm defecisset dies, in usum nocturnum luminis urerentur. *Juven. Sat. I.*

- - - - Tædâ lucebis in illâ,
Quâ stantes ardent.

Nero enim martyres tædâ & papyro & cerâ supervestiebat, eosq; sic ad ignem admoveri jubebat, ut arderent. *Sat.* 8. *Juv.* appellat, Tunicam molestam. *Tertull. c.* 5. *ad Mart.* Tunica dicitur ardens. *Senecæ Ep.* 14. Alimentis ignium & illita & intexta. Hac induti Christiani ardebant, stantes ad palum, uno gutturi infixo, ne caput moverent & picem effunderent, donec toti essent absumti. Unde & *Cerei* nuncupati fuerunt.

§. 58.

§. 58. *XXVI. Testæ.* Quando de eqvuleo depositi erant, solebant Christianos volutare super testas confractas, vel fragmenta testarum, idq; diu, ad augendum dolorem. *Vit. Martyr.*

§. 59. Huc pertinet insignis Martyrum constantia in amore ac tuitione Codicis Biblici. Nam solebant Tyranni Gentium cumprimis id urgere, ut librum voluminum sacrorum traderent igni comburendum, quod sancti viri ad mortem usque negare ac detrectare solebant. Cæterùm si qui tradidissent vel prodidissent persecutoribus, ut exurerentur, dicti per convitium fuerunt justissimum *Traditores.* Quorum qui erant Clerici, removebantur ab officio. *Concil. Arelat. c. XIII. Augustin. contr. Crescon. l. III. ait:* Martyres, quia non tradiderunt, ideò & coronati sunt.

§. 60. Horum dies natalis incidit in Januar. diem 2.

§. 61. Vid. *Baron. Annal. ad a. c. 302.*

MENDACIUM.

§. 1. MEndacii definitionem habet *Bonavent. ex August. l. 1. Centiloq. c. 12.* Est falsa significatio vocis cum intentione fallendi.

§. 2. Consistit vel in facto, vel in verbo. Illud *simulatio,* hoc *Mendacium* dicitur. Vetita sunt omnia.

§. 3. Sed quando liceant, videamus. De CHRISTI simulatione legimus *Luc. XXIV. 28. Marc. VI. 48.* & de Paulo *Act. XVI. 3.* Hanc simulationem PP. Græci vocant *οἰκονομίαν,* quæ quando liceat, ait *Clem. Alex.* agens de viro bono: *ἐπὶ τῷ πλησίον ὠφελείᾳ μόνῃ ποιήσει τινά, ἃ οὐκ ἂν προηγουμένως αὐτῷ πραχθείη.*

§. 4. Hanc non *ἀπάτην* esse docet *Chrysost. l. de sacerd. & I. Cor. IV. 6.* *Ἦν δὲ ταῦτα οὐχ ὑποκρίσεως, ἀλλὰ συγκαταβάσεως καὶ οἰκονομία.* Et IX. 10. *ἵνα τοὺς ὄντας ἀληθῶς εἰς ταῦτα μεταστήσῃ, ἐγένετο αὐτὸς οὐκ ἀληθῶς, ἐπιδεικνύμενος μόνον οὐκ ὢν δὲ οὐδὲ ἐκ διανοίας ταῦτα πράττων οὕτως ἐχούσης.*

§. 5.

§. 5. Atque huc simulatus Davidis furor refertur.

§. 6. Porrò de *Mendacio*, id omninò non licere, & an liceat, magnam esse quæstionem, latebrosam tractationem, disputationem inter doctos alternantem, *ait August.* qui negat unquam licere; Contrà stant *Origen. Clemens, Tertull. Lactant. Chrysost. Hieron. Cassianus, &c.*

§. 7. Sic *Chrysost. de Rachabe Jos. 6.* ὢ καλοῦ ψεύδους! ὢ καλοῦ δόλου, οὐ προδιδόντος τὰ θεῖα, ἀλλὰ φυλάττοντος τὴν ἀλήθειαν s. ut al. leg. εὐσέβειαν. Sic *Augustin. de obstetric. Ægypt.* O pium pro salute mendacium!

§. 8. Laudat easdem & præmia illis data etiam æterna credit *Hieron. in Ezech. XVII. & Esai. 66. Ambros. ad Syngr. l. 6. Augustin.* ipse, ut solet, varians, ad *Consent. c. 15. Tostatus* negat in eo peccatum.

§. 9. *August. l. 2. Qu. Exod. Thom. II. II. qu. 110. art. 55. ad 4.* & ibi *Cajetanus.*

§. 10. Sic *Clem. Alex.* concedit, ψεύδεσθαι ἐν θεραπείας μέρει. *Eustath. Metropolit. Thessalon.* ψεύσεται κατὰ καιρὸν ὁ σοφός.

§. 11. Huc referunt etiam mendacium, quod imprudenti excidit. *Aug. serm. 28. de Verb. Apost.* & *Enchirid. c. 22.* Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi mens rea. Sic *Enchir. c. 18.* Nemo mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum, quoniam, quantum in ipso est, non fallit, sed fallitur.

§. 12. De mendacio, quod hosti fit in bello, id licere ajunt, & videtur hoc velle & *Chrysost. l. 1. de Sacerd.* Εἰ βούλει τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμάσαντος ἐξετάσαι, τὰ πλεῖστα αὐτῶν τρόπαια τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα, καὶ μᾶλλον τούτους ἐπαινουμένους, ἢ τοὺς φανερῶς κρατοῦντας.

§. 13. Licitum igitur ad hæc VI. loca revocant: 1. Apud infantes & amentes. 2. Et cùm is decipitur, ad quem sermo non est, & quem extra sermonem decipere liceret, quò referunt Pauli sermonem, quo Antiochiæ Petrum reprehendit, *Chrysost. Hieron. Cyrill. l. 9 adv. Julian. Tertull. I & III. contr. Marc.* Censentes

 Petrum,

Petrum satis intellexisse, non seriò id fieri, interim verò consultum infirmitati adstantium. 3. Cùm sermo est ad eum, qui velit ita decipi, quod *Clem. Alex.* vocat ἐν θεραπείας μέρει. 4. Cùm, qui loquitur, utitur jure sibi supereminente in subditum, quò referunt Josephi factum cum fratribus, quod *Cassiod. de Amic.* nominat dispensatoriam severitatem, respiciens fortè ad Gr. οἰκονομίαν. 5. Cùm vitam innocentis aut par aliquid tueri aliter non possumus. De quo *Aug.* retinet nonnullam benevolentiam. 6. Apud hostes.

§. 14. Genera mendaciorum *August. l. de Mend. c. XIV.* facit IIX. & repetitur *Sentent. VIII. Dist. 38.* 1. Capitale mendacium, in doctrina religionis, ad quod nullâ conditione quis debet adduci. 2. Ut aliquem lædat injustè, quod nulli prodest, & alicui obest. 3. Quod ita prodest alteri, ut obsit alteri. 4. Quod fit merâ mentiendi libidine. 5. Quod fit placendi cupiditate de suaviloquio. Hæc penitùs evitari & rejici ait. 6. Quod nulli obest, & alicui prodest. 7. Quod & nulli obest & prodest alicui, veluti si nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. 8. Quod & nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur. Docetq; in omni horum non esse rectum nec excusabile. (1) Esse magnum scelus & detestabile. (2) Quia nulli facienda est injuria. (3) Quia nulli cum alterius injuriâ consulendum est. (4) Propter mendacii libidinem, quæ per se vitiosa est. (5) Quia nec ipsa veritas sine placendi hominibus enuncianda, quantò minùs mendacium? (6) Ad salutem nullus ducendus est opitulante mendacio. (7) Non enim cujusquam salus temporalis perficiendæ fidei præferenda est. (8) Quia castitas animi pudicitiæ corporis præfertur.

§. 15. *Id. Serm. XXXI.* Humilitatis causâ mentiendum esse non vult, inquiens: Quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas? Et *Gregor. l. 26. Mor. c. 6.* Incautè sunt humiles, qui se mendacio illaqueant.

§. 16. Nec contrà *Aug. in Joann. Tract. XLIII.* admittit, inquiens: Non ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquatur.

§. 17. *De Conflict. Vit. & Virt. c. 19. Id.* Nec artificioso menda-

mendacio, nec simplici verbo oportet decipere quenquam.

§. 18. Non itaque vel temerarium, vel imprudens, vel officiosum admittit. De quo sic *lib. de Mend. c. 6.* Si quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim, quod mentitur, occidit animam. Et *Isidor. in synon. c. X.* Omne genus mendacii summoperè fuge, nec casu, nec studio, nec ut præstes, mentiri stude, nec ut qualibet fallaciâ vitam alicujus defendas.

§. 19. De jocoso autem sic sentit: *Lib. Quæst. Gen. 44.* Cùm, quæ non sunt, tanquam joco dicuntur, non deputantur mendacia.

§. 20. *Hieron. ad Galat. c. 2.* Utilem simulationem & in tempore assumendam, Jehu Regis Israel docet exemplum, *2. Reg. 10.* Et David, quando mutavit faciem suam coram Abimelech. *sic ille 1. Reg. XXI.*

§. 21. De mendacio obstetricum Æg. *Gregor. l. 18. Moral. c. 2.* censet, de pietate esse remuneratas, de mendacio punitas. Verba sunt: Nonnulli de obstetricum fallaciâ conantur asserere, hoc mendacii genus non esse peccatum, maximè quod illis mentientibus scriptum est; Ædificavit illis Dominus domos. In qua compensatione magis cognoscitur, quid mendacii culpa mercatur. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna vita poterat retribui, in terrenam est compensationem declinata.

§. 22. Quod tamen valdè infirmum.

§. 23. De Abrahami φαινομένως mendacio, de Sara sorore *Aug. Qu. Gen. XXVI.* sic ait: Veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat.

§. 24. De Jacobi autem mendacio *Gen. XXVII. Gratianus c. XXII. q. 2. c. 22.* sic: Non est mentitus. Non enim dixit, se esse primogenitum nascendo, sed jus primogenituræ illo vendente ritè adeundo. Erat ergò Jacob Esau non nascendo, sed emtione primogenituræ.

§. 25. Quot mòdis mentiri possimus, docet *Bonavent. Part. I. Centil. c. XII.* 1. Dicendo falsitatem ex certa scientia. 2. Dicendo veritatem. Quia, quamvis sit verum, quod loquitur, tamen

aliud sentit in conscientia. 3. Non mentiēndo, nec peccando, ut quando fallitur.

§. 26. De officioso sic *Giselbert.* Seculi X. Scriptor *lib. Altерc. cap 7.* Non est damnabile mendacium, quod transfertur ad proximi secundum DEUM profectum.

§. 27. *Honor. in Ps. V.* Seculi XI. Scriptor, mendacium IV. modis profertur, dum aut nescientes, aut prodesse volentes, aut joco, aut fallendo mentimur. Tria venialia sunt, quartum verò capitale crimen.

§. 28. Quod contra Augustini mentem venit.

§. 29. *Lombard. l. III. Dist. 39.* duo requirit, ut sit mendacium, 1. ut falsum proferatur. 2. Et cum intentione fallendi.

§. 30. *Concil. Tolet. VIII. cap. 2.* Duo sunt genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non est sine culpa, cùm aut jocamur, aut pro misericordia mentimur. Illud ideò non est perniciosissimum, quia non fallit. Secundum minus est ideò, quia retinet nonnullam benevolentiam. Idq; ex Augustino, quem supr. cit.

§. 31. *Concil. Parisiens. l. 2. c. 10.* Aliquando veritatem sine gravi periculo ad tempus reticere, nunquam tamen interrogati de ipsa veritate, sine gravi discrimine possumus mentiri.

§. 32. Quod totidem verbis repetitur in *Concil. Aquisgran. sub Lud. Pio cap. 6.*

MERCES, MERITUM.

§. 1. MEriti nomine Veteres sæpè intellexerunt *Donum gratuitò acceptum.* Hinc in *Hymn. Eccl. Rom.* Felix Adami culpa, quæ talem meruit habere Redemtorem. Sic apud *Plin. l. I. Ep. VIII.* Nec idcircò, quòd gloriam non meruit, minùs pulchrum est. *Casaubonus in Not. ad h. l.* Meruit, ἔτυχε. Verbum *mereri* sæpè τυγχάνειν significare, & factum notare, non jus, notius est, quàm ut probatione egeat. §. Hinc & in Scriptoribus Eccles. *simplicem Consecutionem* aut *Adeptionem* sæpè notat. Stapleton. Serm. 5. Promt. Catech. post. Pass. Dom. ait: *Si aliquis*

Veterum

veterum vocabulo promerendi usus est, non aliter intellexit, quàm consecrationem de facto. Eaq; significatio inclinante Linguæ Latinæ puritate, frequentissima fuit etiam in Scriptoribus Ethnicis, ut simpliciter significet, *consequi,* seu *gratis*, seu *ex debito.* Vulgata *Genes. c. 4. v. 13.* Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. Et *Josu. XI. v. 20.* Domini sententia fuerat, ut indurarentur, & non mererentur ullam clementiam.

§. 2. Ita *Meriti* nomen sumitur vel *strictè*, pro laboribus aut officiis ex condigno aliquid merentibus, vel *latè*, pro aliquo beneficio vel dono, quod gratis consequimur, sed post aliquam actionem. Primo modo *Meriti* vocem non usurparunt Veteres saniores. Secundo modo, aliquando ei usi sunt.

§. 3. Deinde accipitur vox *Meriti* vel *activè*, pro re illa, quæ mereri dicitur vel obtinere. Vel *passivè*, pro ipsa retributione, aut pro eo, quod datur post opus, quod propriè dicitur *Merces.* D. Augustin. & alii post eum utentes hac voce, usurpant pro *opere* simpliciter, sive bono, sive malo, Ep. 46. ait: *Non quod non sit aliquod Meritum aut bonum, fidelium, aut malum, impiorum*, i. e. aliquod opus bonum vel malum. Et c. 99. in Enchir. ad Laurent. *Nec liberatus habet de suis meritis gloriari, nec damnatus, nisi de suis meritis conqueri.*

§. 4. *Hilar. in Matth. 6. 6.* inquit: Nullum esse meritum, si quis dicat, Domine, Domine, aut si quis miracula faciat, quia hæc omnia facit DEI virtus invocata. De nostro igitur esse beatam illam æternitatem *promerendam.* Ubi impropriè vocem *Meriti* usurpat, pro opere, quod ex DEI misericordia consequitur vita æterna, non ex dignitate operis, sed ex pura gratia. Sicut Comm. in Ps. 129. agnoscit, *mercedem non operis, sed misericordia undecimæ horæ operarios consequi.* Vid. prolixè *D. Gerard. T. 4. Confess. Cathol. circa fin.* & *Rivet. Cathol Orthod. Tom. 2. Qu. 17.*

§. 5. Merces. Vox itidem latiùs accipitur, pro mercede indebita, sed quæ tamen datur tanquam præmium laboris debiti, ac proinde datur gratuitò. *Apocal. XXII. 13. Matth. c X. v. 41. 42. Col. III. v. 24.* Et fatetur *Bellarmin. l. 1 c. 21. de Justificat.*

§. Itaque duplex est *Merces*, alia *Munificentiæ* & *Benignitatis*, quæ

dignitatem operis multis modis excedit; Alia, *æqvalitatis & commensurationis*, ut patet è Paulo *Rom. c. IV. v. 4.* Ambrosf. l. I. Ep. 1. ait: *Alia est merces liberalitatis & gratiæ, alia virtutis stipendium, laboris remuneratio.* §. *Ebr. 10. v. 34.* vocatur *Merces magna, μισθαποδοσία*, scilicet, non est perpetua relatio inter *Meritum* & *Mercedem*. Nam Merces alicubi locum habet, ubi non datur Meritum. At verò, ubicunque est meritum, ibi etiam merces exigitur: Nequaquam autem, ubi merces datur, ibi meritum propriè sic dictum præcessisse intelligitur. Vide & confer *Matth. c. V. v. 46. cap. VI. v. 1. collato cum Luc. VI. v. 32. Ps. 127. v. 4. Genes. c. XV. v. 1. Rom. c IV. v. 4.* Lyra in Colossf. III & Ebr. X. ait: *Gloria cœlestis non propriè dicitur Merces, sed tantummodò largè, in qvantum omne, qvod redditur in præmium laboris, dicitur Merces.* §. Atque ita *vita æterna* dicitur *Merces*, non ex dignitate operum, sed quoniam in quibusdam circumstantiis obtinet similitudinem mercedis. 1. Nam sicut merces non datur nisi operantibus. 2. Non nisi post labores exactos; ita & vita æterna non otiosis, neque nisi post cursum hujus vitæ confertur à DEO. Differunt autem in hisce: 1. Merces datur ex merito operantis. 2. Merces habet proportionem ad opera, quibus rependitur. Sed præmium cœleste datur ex gratia, & nullam habet proportionem ad nostra merita. *Davenantius in Coloss. c. 3. v. 24. 25.*

§. 6. Merces & Meritum de operibus, quid apud PP? *August. Ps. 70.* Tua peccata sunt, merita DEI sunt, supplicium tibi debetur, & cùm præmium venerit, DEUS sua dona coronabit, non merita tua. Et de loco 1. *Tim. IV. 8.* agens, de *Grat. & Lib. Arbitr. c. 6. Tom. 7.* Si tibi à teipso, non ab illo sunt merita tua; hæc enim, si talia sunt, mala sunt, quæ mala sunt, non coronat DEUS, si autem bona sunt, DEI dona sunt.

§. 7. Mereri Vett. dixerunt in hoc Tractatu pro consequi, ἐπιτυγχάνειν. *Ignat. Ep. ad Rom.* ἄφετέ μη θηρίων εἶναι βρῶμα, δι᾽ ὧν ἐστὶ θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Sic & *August. de Temp. Serm. 101. 112. 116. 131. 181.* & Merita pro operibus id. ponit. *l. 50. Homil. 14.*

§. 8.

§. 8. *Bernard. Cantic. Serm. 67.* Non est, quò gratia intret, ubi meritum occupavit. Deest gratiæ, quicquid meritis imputas. Nolo meritum, quod gratiam excludat. *Thom. in l. 2. qv. 114. Art. 2.* Opus quantò est minus debitum, tantò est magis meritorium. *Gregor. M. in Ps. 7. Pœnit.* Illi namq; beatæ vitæ, in qua cum DEO & de DEO vivitur, nullus potest æquari labor, nulla opera comparari.

§. 9. *Meritum* & *Merces* duplex: 1. Ex justitia s. debito. 2. Ex gratia & promissione. Illa propriè, hæc impropriè. De illa *Hilar. in Matth. Cap. 20.* Merces ex dono nulla est, quia debetur ex opere, & *Rom. IV. 4.* distinctio habet fundamentum.

§ 10. Hoc respectu & DEUS debitor à PP. appellatur. *August. Ps. 83.* Debitorem Dominus ipse fecit se, non accipiendo, sed promittendo. Et *Serm. 16. de Verb. Apostol. Tom. X.* Debitor factus est, non aliquid à nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo. Et *Serm. CLII. de Temp.* Promissor DEUS debitor factus est bonitate suâ, non prærogativâ nostrâ.

MILITIA.

§. 1. Militare Christianis an liceat, *quando, quibus de causis, à quibus*, è Vett. videamus.

§. 2. Licere, docet *August. de Verb. Dom. Serm. XIX.* Non enim militare delictum est, sed propter prædam militare, peccatum est.

§. 3. Et ad *Bonifac. Ep. CCVII.* Noli existimare, neminem DEO placere posse, qui in armis bellicis militat.

§. 4. *Constit. Clem. l. 8. c. 32.* ait de milite: Στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω (*Luc. 3, 14.*) μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος προσδεχέσθω. *Tertull. Apol. c. 42.* Navigamus & nòs vobiscum, & militamus. Et *c. 37.* Externi sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castra ipsa.

§. 5. Et *Ambros. serm. VII.* Non militare delictum est, sed

ſed propter prædam militare, peccatum eſt. Quæ verba ſuprà erant Auguſtini Serm. XIX.

§. 6. *Ambroſ de offic. l. 1. c. 27.* Fortitudo, quæ vel bello tuetur à barbaris patriam; vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena juſtitia eſt.

§. 7. Hinc legimus, militiam Chriſtianis interdictam. *Euſeb. de Licinio:* Στρατιώτας ἐκέλευεν ἀποβάλλεσθαι τοῦ ἀξιώματος, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο.

§. 8. Quæ itaque in bello cavenda, ut juſtum ſit, requirantur, docemur ex variis. *Euſeb. l. 1. Dem.* τοῖς κατὰ τὸ δίκαιον στρατευομένοις τὰ πρακτία ὑποτίθεσθαι monet.

§. 9. *Auguſt. l. 22. contr. Fauſt. c. 74.* Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur.

§. 10. *Id. l. 6. Qu. in Job. VI.* Juſta bella definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias. Sed & hoc genus bellandi ſine dubitatione juſtum eſt, quod DEUS imperat.

§. 11. *Thom. II. II. q. 40. Artic. I.* Tria, ait, requiri, ut bellum ſit juſtum: 1. Auctoritas Principis, cujus mandato bellum eſt gerendum. 2. Cauſa juſta. 3. Intentio recta, vel ut bonum promoveatur, vel ut malum vitetur.

§. 12. *Aug. Ep 207.* hæc requirit: Hoc primùm cogita, quando armaris ad pugnam. Quia virtus tua etiam ipſa corporalis donum DEI eſt. Sic 1. cogitabis de dono DEI, non facere contra DEUM. 2. Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas. Eſto itaque bellando etiam pacificus. Hoſtem pugnantem neceſſitas perimat, non voluntas.

§. 13. Porrò requiritur ab *Aug. l. 22. contr. Fauſt.* quod à Thoma audivimus, auctoritas Magiſtratûs. Ait enim: Sive Deo, ſive aliquo legitimo imperio jubente bella ſuſcipiuntur à nobis.

§. 14. Adducitq́; exemplum Joann. *Luc. III. 14.*

§. 15. Sed an ſub Rege impio militandum? Reſp. *Id l. cit. Aug. c. 75.* Rectè poteſt illo jubente bellare, ſi, quod ſibi jubetur, vel non eſſe contra DEI præceptum, certum eſt, vel utrum ſit, certum

certum non est, ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.

§. 16. De bello justo sic *Isidor. Etym. 18. c. 1.* Justum est bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causâ.

§. 17. Huc pertinent bella ob transitum denegatum & pro Ecclesiæ salute. *August. in Quæst. Num. 44. ad Cap. 20.* Notandum est sanè, quemadmodum justa bella gerebantur à filiis Israel. Innoxius enim transitus denegabatur, qui jure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

§. 18. De secundo *id. ad Bonifac. c. 50.* Maximianus Episcopus auxilium petiit ab Imperatore Christiano, non tam sui ulciscendi causâ; quàm tuendæ Ecclesiæ sibi creditæ. *Id. de Cod. l. 2. c. 88. contr. lit. Petilian.* Isti (sc. Catholici) tales sunt, qualis tunc Petrus fuit, qui pro CHRISTI corpore, i. e. pro Ecclesia & corporaliter pugnavit.

§. 19. Statuit hoc *Concil. Carth. V. c. 9. & African. 60.*

§. 20. Alia huc pertinentia vid. supr. tit. *Hæretici.*

§. 21. *Joan. Sarisber. l. VI. Policr. c. 8.* Quis est usus militiæ ordinatæ? Tueri Ecclesiam, perfidiam impugnare, Sacerdotium venerari, pauperum propulsare injurias, pacare provinciam. Et *c. 19.* Nec refert, fideli quis militet, an infideli, dum tantùm militet fide incolumi. *Et mox:* Hæc autem omni militiæ formula præscribenda est, & implenda, ut DEO primùm fides debita, deinde Principi & Reip. servetur incolumis.

§. 22. Post victoriam publicè gratias egerunt DEO. Sic Mauritius barbaris devictis hymnos cum tota urbe resonat. *P. Diacon. l. 17. Rerum Rom. Et ibid. l. 18.* Heraclius à populo cum Patriarcha exceptus est cum hymnis, ipse procidit & DEO gratias egit.

§. 23. De insidiis bellicis *Aug. l. VI. Q. 10.* Cùm quis justum bellum susceperit, utrum apertâ pugnâ, an insidiis vincat, nihil ad justitiam interest.

§. 24. *Thom. II. II qv. 4. art. III.* Insidiis licitum est uti in bellis justis, nec propriè hujusmodi insidiæ vocantur fraudes,

 nec

nec justitiæ repugnent, nec ordinatæ voluntati. *Confer de simulatione Tit. de Mendacio.*

§. 25. Clericis militia omnis vetita. *De quo Tit. Clerici.* Accedit Synod. Francic. ann. 742. ajens: Servis DEI per omnia omnibus armaturam portare & pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere, omninò prohibemus. Nisi illa tantummodò, qui propter divinum Ministerium, Missarum sc. solennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt.

§. 26. *Concil. Tribur. c. 16.* Quicunque Clericus aut in bello, aut in rixa, aut in gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur.

§. 27. *Concil. Tolet. IV. c. 44.* Clerici, qui in quacunque seditione arma volentes sumserint aut sumserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu, in Monasterium pœnitentiæ tradantur.

§. 28. Sic *Concil. Medens. c. 37.* Quicunque ex Clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, quod si contemserint, amissione gradûs mulctentur, quia non possunt simul DEO & Seculo militare.

§. 29. Captivos more Gentium servos non fecerant. *Gregoras l. 4.* Νόμον ἄνωθεν vocat ἐκ διαδοχῆς εἰς ἀπογόνους κατιόντα ἀκήρατον, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταυτότητα, τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλεύειν, τὰ δὲ σώματα μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδένα.

§. 30. Nec victos occiderunt more gentium. *Nicet. Chon. de Henric.* Τὸ ἐνοικοῦν ἐνδοὺς εἰς σφαγήν, ὡς εἰ ποιμνίον ἦν καὶ βουκόλιον, ἀλλ' οὐ χειρσώνομοι τὸ κλινόμενον.

§. 31. Præsertim autem, qui coacti arma sumserunt. *Id. de eod.* pergit, καὶ βίᾳ μᾶλλον ἢ πειθοῖ τοῖς Βλάχοις ὑποκύψαι μηδὲ προσχωρῆσαι τῇ ἐκουσιότητι. *Chrys. de Provid. V.* Ἐχθροὶ μὲν καὶ πολέμιοι τοῖς αὐτῶν πολεμίοις ἴσασι συγγινώσκειν, ὅταν ἄκοντες καὶ μὴ βουλόμενοι πράττωσί τι τῶν χαλεπωτάτων αὐτοῖς.

§. 32. Sic neque deditos trucidabant. *Procop. Goth. IV.*

Chri-

Christiani ad Persas, qui in arce Petræ erant, ὑμῶν θυγατέρων φειδόμεθα, ὡς Ῥωμαίοις χριστιανοῖς νόμ☉.

§. 33. Nec Martyrum loca nec basilicas vastarunt. *Aug. l. 1. de C. D.* laudat in Gothis Romam capientibus, Martyrum loca & basilicæ Apostolorum in illâ vastatione victos ad se confugientes receperunt. Huc usque cruentus sæviebat inimicus. Ibi accipiebat limitem trucidationis furor.

§. 34. *Cassiodor. de Alarico l. XII. c. 20.* Vasa Petri suis deferentibus cùm excepisset, mox, ut rei causam cognovit, sacris liminibus deportari diripientium manibus imperavit.

MONACHI. MONASTERIA. MONIALES.

§. 1. LOcus *Marc. I. 4.* præbuit initium Monachorum ἐρημοβίῳ & auctoritati in victu. *Chrysost.* Johannem ἀρχηγὸν nominat istius vitæ rationis. Hi *Basilio, Nazianzeno, Chrysost. Hom. 68. in c. 21. Matth.* laudibus ornantur. Μοναστικὸν σχῆμα dicitur Græcis ἀγγελικὸν, ap. *Crus. Turcogr. l. IV.* Eremi descriptionem, & plura huc pertinentia *vid suprà Tit. Eremitæ.*

§. 2. Monachatus autem quo seculo cœperit, sic liquet. *Clemens, Irenæus, Justinus, Tertullianus, Cyprianus, Origen. Arnob.* Monachorum non meminêre. *Hieron. Vit. Hilarion. Erem.* testatur, Antonium hujus propositi caput Eremum coluisse primum, Hilarionem verò ejus discipulum ab Eremo Monachos in Monasteria primùm revocasse, & Antonium quidem illum vitâ functum *Ann. CCCLXI.* inquiens. Certatim ad eum de Syria & Ægypto confluebant, necdum enim tunc Monasteria erant in Palæstina, nec quisquam Monachos ante S. Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator & eruditor hujus conversationis & studii in hac provincia fuit.

§. 3. Alibi autem alios extitisse unde probabitur? Nam quòd *Philonis liber* περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον ad *Monachos Christianos* detorquetur, imperitè fit; Agit enim de Essæis,

quos *παρωνύμως τ̃ ὁσιότητ@* vocat. *Morn. de Euchar. p. 87. c. 8.*

§. 4. Ex loco *Marc. I. 6.* Monachi ciliciis publicè induti, aliisq; id genus asperis vestimentis. *Epiphan. Hær. LXXX. n. VI.* contra Mesopotamiæ Mandritas ait idem factitantes, *ἀλλότριον ἐστι τ̃ καθολικῆς ἐκκλησίας σύνηθ@ προφανῆς.* *Hieron. ad Eustoch.* Sunt, qui Ciliciis vestiuntur & cucullis fabrefactis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas & bubones. *Et posteà:* Viros fuge, quos videris catenatos, quibus feminei contra Apostolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi patientiâ frigoris pedes. Hæc omnia argumenta sunt Diaboli.

§. 5. *Sulpic. Sev. Vit. Martin.* sic describit Martinum Monachum: *Vultu despicabilem, veste sordidum, crine deformem.* Hieron. Ep. IV. ad Rust. de squalore Monachali ait: *Sordidæ vestes candidæ mentis indicia sunt. Vilis tunica contemtum seculi probet.*

§. 6. Has sordes tanto ambitu affectârunt, ut, quam semel induissent tunicam, nunquam exuerent priùs, quàm penitùs tota usu detrita & scissa esset. *Hieron. vit. Hilarion.* Saccum, quo semel fuerat indutus, nunquam lavans, & superfluum esse dicens, munditias in cilicio quærere, nec alteram tunicam mutavit, nisi prior penitùs scissa esset. *Rutil. Gallus Itinerar.* has sordes Monachales exagitat: *Squalet lucifugis insula tota Viris.*
Hi sese Grajo Monachos cognomine dicunt.
Et alibi: *Infelix putat illuvie cœlestia pasci.*

§. 7. Aliàs capillum tondebant Monachi & Clerici, solo capillorum circulo circa aures relicto. *Concil. Toletan. IV. c. 40.* Omnes Clerici & Sacerdotes, vel Lectores detonso superiùs capite toto, inferiùs solam circuli coronam relinquant. Sic & *Isidor. L. 2. Off. Eccl. c. 4.* Unde liquet, tunc non fuisse rasos. *Hieron. Eccl. c. XLIV.* Discimus hîc, nec calvitiem novaculâ esse faciendam, nec ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum similes esse videamur, sed in tantum capillos dimittendos, ut operta sit cutis. Ita & *Clem. Pæd. III. c. XI. Optat. II. contr. Parmen.*

§. 8. Vitam Monachorum *Sulpic. Sever. Vit. Mart.* sic describit: Cibum unà omnes post horam jejunii capiebant, vinum nemo

nemo noverat, nisi quem infirmitas coëgisset, plerique camelorum setis vestiebantur. Mollior ibi habitus pro crimine erat.

§. 9. Sic & *Paulin. II.*

Multis vestis erat setis contexta Cameli.

Et *VII. Ep. ad Sev.* Conservali & compalli di nostri, non vestibus pictis superbi, sed horrentibus cilicibus humiles.

§. 10. Monasteria autem Veterum utplurimum erant Scholæ publicæ. *Sulpic. Sev. l. c. de Martino:* Monasterium sibi statuit. DISCIPULI verò octoginta erant. Ubi habes discipulos? Ergò Scholæ. V. infr. *Titul. SCHOLÆ.*

§. 11. Erantq; Laici, non Clerici, nedum Diaconi vel Presbyteri. *Hieron. ad Heliodor.* Alia Monachorum est causa, alia Clericorum; Clerici pascunt oves, ego pascor.

§. 12. *Concil. Chalced. c. IV.* providit, ne Monachi se Ecclesiasticis negotiis immiscerent.

§. 13. Non autem cohabitabant omnes, sed singuli ferè in vicino quodam tractu cellas sibi in rupibus, vel ex alia materia struebant. *Vit. Anton. c XXI.* Erant in monte Monasteria tanquam tabernacula. *Ruffin. Vit. Monach. Ægypt.* Commanent per eremum dispersi & separati cellulis. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis, ut in silentii quiete & intentione mentes divina sectantes nec vox aliqua, nec occursus ullus, aut sermo aliquis otiosus obturbet. Sunt alii in suburbanis locis, alii per rura, plures autem per eremum dispersi.

§. 14. Porrò nudâ humo in uno cilicio cubabant. *Sulpic. Sev Ep. I.* Nudâ humo uno tantùm cilicio superstratus cubare consueverat. Sic & *Dial. III. id.*

§. 15. Victus eorum sic à *Sulpic. Sev. Dial. I.* depingitur: Panis hordeaceus, fasciculus herbæ, tabernaculum adeò angustum, ut nisi incurvus nemo in eo posset consistere. *Cassian. IV. Instit. XI.* Summæ reputantur deliciæ, si herba sale condita & aqua diluta ad refectionem fratribus apponatur. Et *C. XXII.* Apud quos secta singulis mensibus porrorum folia, lapsania, sal frictum, olivæ, pisciculi minuti saliti, quos illi Mœnidia vocant, summa voluptas est. Unde Adag. *Lapsana vivere.* Dioscor. λαμψάνη vocat.

§. 16. In Monasteriis officiarios sic describit *Hieron. in Regul. Pachomii:* Habent per singula Monasteria Patres, & dispensatores, & hebdomadarios & ministros.

§. 17. Isti Patres dicti posteà *Abbates* in Occidente, ut apud *Hieron. Sulpic. Cassian. &c.*

§. 18. Monachos à Clericis olim distinctos diximus supr. Sic *Sulpic. Dial. I.* Quæ Laicus egit ac Monachus. *Concil. Agathens. Can. 18.* Monachi ad officium Clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, nec in civitatibus, nec in parochiis ordinentur. Sic *Siricius Papa Decret. §. XIII.* Monachos Clericorum officiis aggregari & optamus & volumus, ita, ut qui intra 30. ætatis annum sunt digni, in minoribus per singulos gradus promoveantur ordinibus crescente tempore. *Tom. Concil I. p. 495. Concil. Chalced. Can. III.* Nec Episcopum, nec Clericum, nec Monachum. *Can. VII.* Eos, qui in Clero semel ordinati sunt, & itidem Monachos.

§. 19. Sic distinctè loquitur *Concilium Tom. II. p. 199. Concil. Parisiens. cap. XXVIII.* Uterque ordo & Sacerdotalis & Monasticus.

§. 20. *Ibid.* notabilia sunt ista: Monachos per unamquamque civitatem aut regionem subjectos esse Episcopo, quietem diligere & *intentos esse tantummodo (NB.) orationi & jejunio in locis, quibus renunciaverunt* seculo permanentes, nec Ecclesiasticis, nec secularibus negotiis communicent. *Tom. III. p. 376. edit. Sur. & cap. XLVI.* Canonici & Monachi distinctè memorantur.

§. 21. *Lateran. Concil.* exemit Monachos ex potestate Episcopi. Aliàs subjecti erant Episcopo. *Concil. Chalced. cap. IV. Synod. Mogunt. c. 14.* Monachi de ipsis titulis, in quibus constituti fuerint, rationem Episcopo, vel ejus Vicario reddant. *Tom. 3. p. 425.*

§. 22. Posteà Abbatum & Episcoporum distincta jurisdictio, ita tamen, ut disparatorum natura est apud Logicos: Sic *Concil. Lateran. cap. XII.* Salvo jure Diœcesanorum Pontificum Capitulum Abbatum & Priorum ordinat. *Et ibid.* Diœcesani Episcopi Monasteria sibi subjecta studeant reformare. *Et mox:* Sic volumus superiorum jura servari, ut inferiorum nolimus injurias sustinere.

§. 23. *Concil. Tarraconens. can. XI.* Monachi ne aliquod negotium Ecclesiasticum præsumant agere, nisi Abbatis imperio.

§. 24. Res est talis: Abbatibus paruere Monachi, Abbates Episcopo, uterque subjecti ejus παροικία.

§. 25. Monachi & omnes, qui se DEO devovissent, SANCTI vocati sunt. *Sulp. Dial. III.* Convenistis & sancti & deserti. *In vit. Martin.* Omnibus Sanctis hoc opusculum gratum fore. *Dial. II.* pateretur Sanctos pariter militare.

§. 26. Ita ut professioni proprium sit.

§. 27. De Tempore recipiendi. *XVII. qv. 2. c. III.* Si quis incognitus Monasterium ingredi voluerit, ante triennium Monachi habitus ei non præstetur.

§. 28. *Ibid. c. I.* Non cogitur aliquis in Monasterio manere, nisi professionem fecerit in manu Abbatis.

§. 29. Abbas ab Episcopo debet constitui. *C. 18. q. 2. cap. 1. & c. 4. Pelag. Pap.* ordinat, Abbatem ordinari, quem sibi de sua congregatione & Monachorum electio, & possessionis Dominus poposcerit.

§. 30. *Et c. IV. ibid. P. Gregor.* statuit, Abbatem eligi debere, non extraneum, sed de eadem congregatione.

§. 31. *Item:* Nullus Monachus sine testimonio & confessione Abbatis sui in Ecclesia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoveatur honorem.

§. 32. *C. 7. d. q. 2.* In Monasterio baptisterium fieri non permittitur à *Greg. Pap. l. 2. ind. ep. 56.*

§. 33. *C. IX.* Abbati non licet locum suum deserere, nisi permittente Episcopo. Et additur; Tamen eligant fratres alium de IPSIS, sin autem de Extraneis, è *Concil. Moguntino.*

§. 34. *Gratian.* duo ista contraria; 1. quod in Toletano Concil. dicitur, Sacerdotes debere Abbates & alia officia instituere, & 2. quod Pelag. & Gregor. P. Abbatem à fratribus eligendum jubent, sic conciliat: Quosdam Monachos esse indomitæ cervicis, quos dum Abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum dejectionem conspirant; Pro hujusmodi constitutum est, ut per Episcopos ordinentur.

§. 35. Hinc, ait *id.* constitutum est, ut Clerici singulorum Monasteriorum sint in potestate Episcopi, adeò, ut *d. c. 10.* sine conscientia Episcopi nullus Monasterium ædificet.

§. 36. *Concil. Chalced. c. IV.* sic legitur: Ἔδοξε μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. Idq; propter eos, qui μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράσσουσι.

§. 37. Sic in *Agath. concil. c. 17.* Monasterium novum, nisi Episcopo permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat. Sic *18. q 2. c. 14. 15. 16.* Ne cellulam quidem sine voluntate Episcopi & Abbatis Monacho struere licet.

§. 38. *C. 20. d. c.* Monachis interdicitur commatres sibi facere, & ad fœminas accedere. *C. 21.* Cum sanctimonialibus habitare prohibentur. *Synod. VII. c. 20.* Μοιχεία γὰρ μεσολαβεῖ τὴν συνδιαίτησιν.

§. 39. Sic in *Regest. Gregorii*: Monachi & Monachæ in nullo simul loco Monasterium inhabitent.

§. 40. *Concil. Agath. c. 28.* Monasteria puellarum longiùs à Monast. Monachorum collocentur, aut propter insidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum.

§. 41. *P. Gregor. l. 7. Ep. 18.* Visitandi exhortandiq; gratiâ ad Monasterium, quoties placuerit, ab Antistite civitatis accedatur. *Concil. Aurel.* Non semel, sed sæpiùs in anno Episcopi visitent Monasteria Monachorum, & si quid corrigendum fuerit, corrigatur.

§. 42. *Concil. Turonens.* Non cogendus est Abbas ad Synodum ire, nisi aliquâ ratio nobilis causa existat.

§. 43. A servitiis, ut angaria operum, crebris receptionibus, annuis exactionibus, mulctationibus peccantium Monasteria libera sunt. *18. q. 2. §. Servitium.*

§. 44. *Caus. XIX. q. III. c. I. Concil. Tolet. IV. c. 49.* statuitur: Non debere negari ingressum Clericis, qui Monachorum vitam appetunt. Causa additur: Quia meliorem vitam sequi cupiunt.

§. 45.

§. 45. Invito verò Episcopo Clericum ejus à nullo esse suscipiendum, Leo Episc. *Concil. Aquisgran. c. LVIII.* sancit; Alienum Clericum invito Episcopo ipsius nemo suscipiat.

§. 46. Sed *Gratian.* addit: Subaudiendum esse, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum esse illi etiam invito Episcopo ingredi, statuente Urbano *Pap. II. in Capitul. S. Ruffin.*

§. 47. Monasteria, quæ semel dedicata sunt, semper maneant Monasteria, nec possint fieri secularia habitacula. *C. 19. q. 3. c. 4. §. Quæ semel.*

§. 48. Qui loca sacra communia diversoria fecerit, Clericus deponatur, Laicus excommunicetur. *L. cit. c. 5. §. Quoniam. è Synod. 7. c. 13.* Confer Tit. *Bona Ecclesiast.*

§. 49. De Tempore Tonsuræ. *X. x. qv. 3. §. Monasteriis.* sic legitur: *Gregor. l. VIII. Ep. 23.* Ut eos, quos ad conversionem susceperint, priusquam biennium in conversatione compleant, nullo modo audeant tonsurare. Sed hoc spatio vita moresq; eorum solicitè comprobentur.

§. 50. Ergo ante biennium finitum nemo in Monachum rasus fuit.

§. 51. Post Monasterii ingressum nulli relinquitur licentia testandi. *d. c. 7. §. Quia.* Ingredientibus Monasterium ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum ejusdem Monasterii juris fiant.

§. 52. Omnia itaque Monasteriis illis conferenda, *Gregor. l. 3. ep. 6.* Sic in *Authent. Const. IX. Cod. de sacros. Eccl.* Si qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, & intraverit monasterium, liberis non extantibus, monasterio, quod ingreditur, res ejus competere jubemus.

§. 53. Et *C. 10. ex Novell. CXXIII.* Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes Monachos factos ab hæreditate repellere.

§. 54. *XX. q. I. c. 4. Gregor. l. 1. ep. 48.* Pueros in monasteriis recipi ante XIIX. annorum tempora prohibemus, vel si qui sunt, eos auferri jubemus.

§. 55. *Concil. Tolet. IV. c. 48.* Duo faciunt Monachum, aut paterna devotio, aut propria confessio.

§. 56. *Concil. Triburiens.* Quem primò genitores ad Monasterium tradiderunt, & in Ecclesia cœpit canere & legere, nec uxorem ducere, nec Monasterium deserere poterit.

§. 57. Qui autem invitus in Monasterium detrusus est, non teneatur. *Synod. Eugen. Pap. II. c. XXIII.* Qui inviti sine justæ offensionis causa sunt intromissi, nisi volentes, non teneantur, quia quod non petunt, non observant.

§. 58. *XX. qu. 1. c. 10.* Marcell. Papa statuit, ut si in minori ætate filii monasterio oblati fuerint, & sacram tonsuram vel velamen susceperint, XV. anno ætatis à Prælatis moniti inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si permanere professi fuerint, ulterius pœnitendi locum minimè amplecti possunt. Sin autem ad secularem habitum reverti voluerint, *redeundi licentia NULLO modo denegetur, quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur.*

§. 59. Et *Nicol. Papa Ep. ad omnes Episcopos in regn. Ludovici*, Lambertum sub violentia existimavimus minimè fieri debere Monachum, nullum quippe bonum nisi voluntarium. *XX. qu. 4. c. 4. §. Præsens.*

§. 60. Atque *Concil. Mogunt. cap. 7.* constituit, ut Episcopi seu Abbates, qui in avaritiam homines quoslibet circumveniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, pœnitentiæ canonicæ subjaceant. Hi verò, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cœperunt, perseverare cogantur, res verò eorum hæredibus reddantur.

§. 61. *XX. qu. 4. c. 2. Part. II.* Monacho non licet votum vovere sine consensu Abbatis sui; si autem voverit, frangendum erit.

§. 62. Et *Agathens. Concil. c. XXVII.* ordinat: Monachum nisi Abbatis sui permissu ad alterum monasterium commigrantem nullus suscipere aut retinere præsumat.

§. 63. *Id. Concil. c. LVII.* Abbatem unum duobus monasteriis præsidere interdicimus.

§. 64.

§. 64. Monachus uxorem ducens nunquam Ecclesiastici gradus sortiatur officium. *Concil. Aurelian. I. c. XXIII.*

§. 65. *Ibid.* Monacho orarium in ministerio, vel Zonas habere non liceat.

§. 66. Monasteria pro carceribus fuisse posterioribus seculis deprehendo. Sic *Concil. Mog. & Cabilonens. c. XXX.* Presbyterum delinquentem & pœnitere recusantem in monasterium mitti jubent. Et *Aurelianense III. c. 7.* Si quis Clericus adulterasse convictus fuerit, in monasterio toto vitæ suæ tempore detrudatur. Et *Pelag. Pap. dist. 81. c. 6.* de Romano: In Monasterio ad agendam pœnitentiam detrusus est.

§. 67. Monachis est laborandum. Id enim Clericis *Vett. Concil. Canonib.* præscriptum; ut *Carthag. IV. Can. 51.* Clericus quantumlibet verbo DEI eruditus artificio victum quærat. De Monachis verò multò id ipsum magis affirmat *Augustin. lib. singul.* de ea re scripto. Et *Epiphan. hær. LXXX. n. 51.* Καὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν ἱερέων καὶ αὐτοὶ μιμούμενοι τὸν Παῦλον κατὰ τὸ δυνατὸν εἰ μὴ πάντες ἀλλ' οἱ πλείους ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἐργαζόμενοι, οἷαι δ' ἀναλόγως συμπρέπουσι τῷ ἀξιώματι εὕροιεν τέχνην ὅπως μετὰ τοῦ λόγου καὶ τοῦ κηρύγματος ἡ συνείδησις χαίρῃ &c. Cautè tamen addit, τοῦτο ποιοῦσι μὴ ἀναγκαζόμενοι μήτε κατατεινόμενοι, ἀλλὰ δι' ὑπερβολῆς προαιρέσεως. *Petav.* Abundantiâ quadam virtutis. &c.

§. 68. *Moniales* suas Pontificii confirmant exemplo Hannæ *Luc. II. 36.* Videbimus Antiquos. Virgines itaque contemnentes impietatem seculi, solitariè vivebant, sine voto solemni & perpetuo, velo notæ quando egrediebantur, non è monasterio, sed è suis paternis ædibus. Ejusmodi virgines multæ fuerunt ad *Hieronymi* usque seculum, quæ extra monasterium privatim & liberè vovebant continentiam. Imò tales aliquando fuere fœminæ nobiles, quæ domi suæ vivebant & multis ancillis comitatæ procedebant. *Hieron. ad Demetr. circa Ann. CCCC.*

§. 69. Hæ diversæ erant à Monialibus. *Sulpic. Sev. Dial. III.* describit virginem, quæ penitus ab omnium virorum oculis se

 removit.

removit. Et *Vit. Martin. c. 20.* Ut statim puellam DEO voverit, & perpetuæ virginitati dicârit, & habitu virginitatis imposito, passus sit eam consecrari. Marcella Romæ inter primas fuit moniales. *Hieron. ejus Epitaph.*

§. 70. *Gotfrid. Viterbiens.* Mariam censet in templo educatam:

Mos erat in templo teneras servare puellas,
Qvas ibi lege suâ cum relligione tuentur.
Nata maris stella est regina Maria novella.
In templo Domini nocte dieq́; fuit.

Sic in *Trag. Chr. Pat.* ait ipsa: Μήτηρ μ' ἔδωκεν ἱερὸς ἀμφὶ δόμους. Sed hæc confutata vid. *Casaub. Ex. I. ad App. p. 82. Col. 2.*

§. 71. De Vestitu Monialium *Dist. 23. c. 24. sic:* Sanctimonialis virgo, cùm ad consecrationem suo Episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni & Sanctimoniæ aptis.

§. 72. De hisce in *Jur. Canon.* sic passim præcipitur: Fœminarum monasterium longiùs à virorum ædificari debet. *18. qu. 2. c. Monaster. è Conc. Agath. c. 28.*

§. 73. Puellarum monasteria monachorum præsidio & ministerio regantur. *18. qu. 2. c. 24.* qui *ibid.* Patres spiritales appellantur.

§. 74. *Ibid.* Colloquium sic restringitur: Ea tamen circa Monachos cautela servata, ut remoti ab earum familiaritate, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Sed neque Abbatem vel eum, qui præficitur, extra eum, qui præest, loqui virginibus CHRISTI aliquid, quod ad institutionem earum pertineat, licebit, neque cum ea solà, quæ præest, frequenter eos loqui oportet, sed sub testimonio duarum vel trium sororum.

§. 75. *Caus. 27. q. 1. c. 4.* Ne concubitus, neve osculatio quidem illis permittitur, è *Cyprian. ad Pomp. de Virg.*

§. 76. *XVIII. q. 2. c. Perniciof.* cavetur, ne simul cum Canonicis & Monachis conveniant in Clero.

§. 77. *C. unico in princ. de Stat. regul. in 6.* Cavetur, ne Monasterium egrediantur. Nisi Abbatissa præstandi juramenti fidelitatis causâ monasterium egrediatur.

§. 78.

§. 78. *Item*, ne moniales propria receptacula habeant.

§. 79. *Clement. l. III. Tit. 10.* Moniales debent per ſuos Prælatos ſingulis annis viſitari. Nec debent excedere pannis ſericis, variorum ſoderaturis ſandaliciis, comatis & cornutis crinibus, iſacatis & virgatis caputiolis non utantur. Non choreas, non feſta ſecularium proſequantur, non diu noctuve per vicos & plateas incedant, aut voluptuoſam aliàs vitam ducant.

§. 80. *C. 18. qu. 2. c. 11.* Qui religioſis fœminis eſt præponendus, ab Epiſcopo loci comprobetur.

§. 81. Tempus Virginitatis profitendæ. *Cauſ. XX. qu. 1. c. 11.* Firma tunc erit profeſſio virginitatis, ex quo adulta jam ætas eſſe cœperit, & ea, quæ ſolet apta nuptiis deputari, ac perfecta.

§. 82. Sed ſi puellæ vel pueri à parentibus DEO eſſent per profeſſionem in infantiæ annis devoti, de iis ſcribit *Gregor. ad Auguſt. Epiſc. Anglic.* Non licet de monaſterio egredi & matrimonio copulari, quem parentes ſub regulari tradiderint diſciplinâ in annis infantiæ. Neſas enim eſt, ut oblatis à parentibus DEO filiis voluptatis frena laxentur.

§. 83. *Concil. Toletan. IV. c. 48.* Monachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Et *Iſidor. cit. 20. q. 1. c. 4.* & *Smaragd Expoſit. regul. Bened. c. 59.* Quicunque à parentibus ſuis in monaſterio fuerit delegatus, noverit ſe ibi perpetuò permanſurum.

§. 84. *XX. qu. 1. c. 8.* Non puellis liceat nuptias eligere, quæ ſpontaneâ voluntate virginitatis votum ſuſceperunt. Ambigi enim non poteſt, magnum crimen admitti, ubi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur.

§. 85. Moniales autem velari non debent, niſi certis diebus, ut *Gelaſ. Pap. ad Ep. per Lucan. c. 14. 15.* Epiphaniorum die, aut in Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum Natalitiis devotis virginibus DEO velamen ſacrum imponatur.

§. 86. Viduas autem velare Pontificum nullus attentet. *Ibid. 20. q. 1. c. 11. de Votis.*

§. 87. Ante LX. ætatis annum virgines non conſecrari debent. *Gregor. Regeſt. l. 3. ep. 11.* Juvenculas fieri Abbatiſſas ve-

hementiſſimè prohibemus. Nullam igitur niſi ſexagenariam virginem velari permittimus.

§. 88. *L. cit. c. 13. è Concil. Carthag. III. ſic*: Sanctimoniales ante annum XL. non velentur.

§. 89. *Ibid. c. 14. è Conc. Carth. III. c. IV.* placuit, ut ante XXV. annos ætatis nec Diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur, & ut populum Lectores non ſalutent.

§. 90. *Ibid. c. 15. Pius Papa:* Virgines non velentur ante XXV. annos, niſi fortè neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, & non ſunt conſecrandæ, niſi in Epiphania, in Sabbato Paſchæ, & Apoſtolorum Natalitiis, niſi causâ mortis urgente.

§. 91. De viduis autem, etſi eæ velari ſuprà prohibeantur, tamen *Concil. Toletan. X. c. 4.* ſic de illis ſtatuit: Ut ſcriptis profeſſionem faciat à ſe aut ſigno aut ſubſcriptione notatam, continentem ſe & religionis propoſitum velle & hoc inviolatum ſervare perenniter. Tunc accepta à Sacerdote, vel miniſtro apta profesſioni veſte ſeu in lectulo quieſcens, ſeu in quocunque loco conſiſtens conſtanter eâ utatur, nec diverſi coloris, aut diverſæ partis eadem ſit notabilis veſtis, ſed religioſa & non ſuſpecta.

§. 92. Si autem in minori ætate tonſuram vel veſtem religioſam ſuſceperint, illa à parentibus irrita fieri poſſunt, ſtatuente *Concil. Tolet. X. c. VI.*

§. 93. *Concil. Triburienſ. c. XXIV.* Puella, ſi ante XII. annos ætatis ſponte ſuâ ſibi velamen ſacrum aſſumſerit, poſſunt ſtatim parentes ejus vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint. Si verò in fortiori ætate adoleſcentula vel adoleſcens ſervire DEO elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

§. 94. Velamen autem nulli Sanctimoniali alteri imponere licet. Nam ut Eutychian. Papa ait, *Concil. Pariſ. I. l. c. XLIII.* Abbatiſſa aut quælibet Sanctimonialis, quæ virginem aut puellam vel viduam velare præſumit, judicio Canonico uſque ad ſatisfactionem ſubdatur.

§. 95. Vidua, quæ religioſo habitu nuptias eligit, excommunicetur. *Concil. Carth. IV. c. ult. Cauſ. 27. qu. I. c. 1. §. Sicut.* Tales perſonæ à Chriſtianorum communione ſequeſtrentur, neque convivio cum Chriſtianis communicent.

§. 96.

§. 96. De virginibus autem non velatis Innocent. Papa apud *Gregor. l. cit. c. 2. §. Viduas. sic*: Si nupserint, aliquanto tempore hic agenda pœnitentia est, quia sponsio earum à Domino tenebatur.

§. 97. Decreto *Gelas. Pap. c. 27. q. ead. cap. 3.* Viduas in proposito religioso diu permanentes ad nuptias transire non patimur. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in Monasteriis ætatem peregisse contigerit.

§. 98. Clericus verò, qui cum Sanctimoniali seu muliere DEO sanctificatâ mœchatus fuerit, deponatur, quia sponsam CHRISTI corrupit. Si verò Laicus, excommunicetur. *Concil. sext. in Trull. cap. 4. d. c. 6. §. Si quis.*

§. 99. *Concil. Tolet. IV. c. VIII.* De viduis & puellis, quæ post religionis habitum nubunt, statuit: Utræque habeantur à Communione suspensæ. *Id in Capitul. l. VII. cap. 338.*

§. 100. De his, quæ votum virginitatis habentes nubunt, nondum velatæ, *Innocent. Pap. c. 20. & Concil. Turon. cap XXI. c. 27. qu. 1. c. 9. §. Hæ verò.* statuitur: Aliquanto tempore his agenda est pœnitentia.

§. 101. *Ibid. c. 10.* Quæ CHRISTO spiritualiter nubunt & à Sacerdote velantur, si publicè posteà nupserint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi illi, quibus se junxerant, à mundo recesserint.

§. 102. *Concil. Tribur. c. VI. l. cit. c. XI.* Impudicas personas Monachorum & Monacharum, quæ abjecto proposito sanctitatis illicitâ contagione se miscuerunt, à monasteriorum cœtu Ecclesiarumq; conventibus eliminandas esse mandamus.

§. 103. *Ibid.* Virginem, quæ se DEO consecraverit, similiter & Monachum decernimus non licere nuptialia jura contrahere. Quòd si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur.

§. 104. *Ibid* de iis, qui Sanctimonialibus scienter copulantur: In pœnitentiæ lamentis, dum vivunt, se afficiant.

§. 105. Sic & *c. 27. qu. 1. c. 14. 15. 16. 17. &c.*

§. 106. Quæ verò religiosam vestem abjecit, ad habitum redire cogatur & recludatur in monasterio. *Gregor. l. 7. Ind. ep. 9.*

ep. 9. & districtæ custodiæ tradatur. *Id. ep. X. ibid. c. 27. q. 1. c. 19.*

§. 107. *August. lib. de bono Conjug.* Pejores, *ait*, esse adulteris, quæ continentiæ propositum violant.

§. 108. *C. 27. q. 1. c. 22.* Monachus & virgo DEO dicata nuptiis jungi non possunt. Si verò fecerint, maneant excommunicati. Statuimus tamen posse eis fieri humanitatem, si ita probaverit Episcopus loci.

§. 109. *Ibid. è Synod. Ancyr. c. XVIII.* Quotquot virginitatem promissam prævaricatæ sunt, inter bigamos, i. e. qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt.

§. 110. *Concil. Eliberit. c. XIII.* Talibus ne in fine quidem dandam esse communionem placuit. Si autem emendaverint, & toto vitæ suæ tempore pœnitentiam egerint, & à coitu se abstinuerint, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

§. 111. *Concil. Tolet. I. c. XIX. c. 27. p. 1. c. 26.* Filia Clerici, si devota nupserit, cum marito à communione habeatur aliena.

§. 112. *Concil. Tol. I. c. 16.* Devota, nisi desierit peccare, in Ecclesiam recipienda non est. Et si desinens pœnitentiam egerit, aptam ann. X. recipiat communionem.

§. 113. Monacha, quæ adultera aut fornicaria facta, in aliud districtius monasterium virginum redigi debet, ut illic orationibus & jejuniis vacet.

§. 114. Habitum suum etiam castè observare jubentur Decret. *Eugen. Pap. Concil. Rom. c. 29.* Plura vid. infr. tit. *Virginitas.*

MYSTERIUM.

§. 1. Μυςήϱιον interpr. Rem arcanam, & strictiùs, Rem arcanam sacram. Sic LXX. *Dan. II. 19.* Somnium Μυςήϱιον interpr. *Vulg. Int.* vertit, Sacramentum & Mysterium. *Tobiæ XII. 6. Sirac. XXVII. 16.* Sic *II. Theß. II. 9.* Μυςήϱιον ἀνομίας. *Eph. I. 2.* Μυςήϱιον dicitur Evangelium. *Vulg.* Sacramentum. Sic *I. Tim. III. 16. Col. I. 27. Rom. XVI. 27. I. Cor. XV. 51.* vertit *id.* Mysterium. Patres hinc *sacramenti* vocem

cem accommodârunt ad res Ecclesiæ arcanas sacras; Baptismum & Cœnam S. eaq; duo Sacramenta dicunt. *Tertull. ad Mart. c. III.* Vocati sumus ad militiam DEI jam tunc, cùm in Sacramenti verba respondimus. Et *de Pud. c. XIV.* Ut Sacramento benedictionis exauctoraretur. Et *l. IV. adv. Marc.* Religionis Christianæ Sacramentum appellat Christianismum.

§. 2. *Augustin.* Allegorias, Sacramenta quoque dicit, ut Sacramentum panis, Sacramentum piscis, Sacramentũ numeri &c.

§. 3. Ab his Mysteriis olim in Eccl. vet. arcebantur *Catechumeni* & nondum initiati, clamante Diacono: ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε. *Vid. supr. Tit. Catechumeni plura.* De his *Nazianz. Orat. XLII.* Μηδὲ ἐκφορα τοῖς ἔξω τὰ πολλὰ τ̃ ἡμετέρων Μυστηρίων εἶναι. Et ne proderent ista arcana, dicebant in Concionibus; ἴσασιν οἱ μεμυημένοι, ἴσασιν οἱ πιστοὶ, &c. quæ *vid. supr. Tit. jamjam cit.* *Ambros. de initiand.* Signatum debet apud te manere mysterium, ne garrulà loquacitate dispergatur in perfidos. *Cyrill. Procatech.* Περὶ μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων ὀ λαλοῦμεν.

§. 4. Hinc de Cœna loquentes sæpè ita περιφράζουσι, ἴσασι τάδε ἢ τάδε. *Confer hîc Tit. Cœna Dom.* Hinc apud *August.* passim, Sacramentum, quod nôrunt Fideles. Ideòq; *Celsus* Christianorum religionem appellabat κρύφιον δόγμα. *Nazianz.* illos λόγους κατ' ἐπίκρυψιν nominat.

§. 5. *Dionys. Areop. de Bapt.* Μηδεὶς ἀτέλεστος ἐπὶ θέαν ἴτω. Et *Philotheus Patr. de Bapt.* Ἐν εἰς ϰ̀ τὸ Βάπτισμα τὴν τελείωσιν ἔχει, οἶδας ὁ Μυηθεὶς. *Chrysost. Catech. Baptizand.* ait, Cærimonias Baptismi ἔχειν μυστικόν τινα λόγον καὶ ἀπόρρητον.

§. 6. Huc referebant & ordinationem propter χειροθεσίαν, per quam datur Sp. S. *Chrysost. Hom. XVIII. in Corinth. II.* ὁ μέλλων χειροτονεῖν ϰ̀ τὰς ἐκείνων εὐχὰς καλεῖ, ϰ̀ αὐτὰς ἐπιψηφίζονται, ἅπερ ἴσασιν οἱ μεμυημένοι. *Dionys. fin. Hier. Eccl.*

τὰς τελεστικὰς ἐπικλήσεις ἐ θεμιτὸν ἐν γραφαῖς ἀφερμηνεύειν, ἐδὲ τὸ μυστικὸν αὐτῶν ἐκ τ̃ κρυφίε πρὸς τὸ κοινὸν ἐξάγειν.

§. 7. Tum habebant & alia, quorum participes omnes non faciebant propter τὸ ὕψωμα τ̃ διδασκομένων, ut *Cyrill. Hieros.* loquitur. Qui contrà faciebant, eos *Nazianz. Orat. XLIV.* ait χοίροις Μαργαρίτην πιστεύειν. Et *August. Ep. CI.* Res appellat, quas in Mysterio debemus semper intelligere, parciùs autem ore proferre. *Cyrill. Hieros. Procatech.* Ἧς ποτὲ κ̀ σὺ κατηχέμενος. ἐ διηγησάμην σοι τὰ προκείμενα. ὅταν τῇ πείρᾳ λάβῃς τὸ ὕψωμα τ̃ διδασκομένων, τότε αὖ γνώσῃ ὅτι ἀνάξιοι οἱ κατηχέμενοι τῆς ἀκοῆς.

§. 8. Doctrina de *Sacramentis* Ecclesiæ appellatur *Dionysio*; ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, quam qui didicerant, eos vocat τ̃ ἱερᾶς μυσταγωγίας τὴν τελετὴν ἐξ ἱεραρχικῶν μυστηρίων κ̀ παραδόσεων τετελεσμένον. Hinc S. Cœna θεῖον Μυστήριον, Μυστήριον Κυρίε, Μυστήριον δεσποτικὸν, Μεγασωτηρίας Μυστήριον. Τὸ τοιῦτο κ̀ τηλικῦτο Μυστήριον *Concilio Toletan. Can. XII. Basilio & Oecum. & Justin. M.* dicitur. *Augustino conf. c. XIV.* Pretii nostri Sacramentum. Mysterium Pacis & Unitatis *Gratiano*. De quo plura *Casaub. Exerc. p. 400. & seqq. & Buleng. Diatrib. III. n. XLIII. XLIV. & seqq.*

§. 9. Itidem Sacramentorum dogma dicitur Gr. PP. συμβολικὴ θεολογία. *Augustino* doctrina de Signis. *Aliis PP.* Μυήσεις, τελετὴ, τελειώσεις, ἐποπτεία, τελεστήρια, τελειωτικὰ μυστήρια, ἱεραρχικὴ τελετή. Ὄργια rariùs, ἱεραρχία, Cœna autem τελετῶν τελετὴ, *Bernardo*, Sacramentum Sacramentorum. *Epiphan.* Τὰ μυστήρια περὶ λετρῦ κ̀ τ̃ ἔνδοθεν μυστηρίων, Baptismus & interiora mysteria. Ubi Mysteria sunt omnia Sacramenta. *Ambros. Apol. David.* Baptismatis Sacramenta.

§. 10. Hinc Sacerdos, ὁ Μυσταγωγῶν, ὁ ἱεροτελεστὴς, Res ipsa Μυσταγωγεῖσθαι. Τελεῖσθαι *Theodoreto l. V. Curat.* Et τ̃ θείων μυστηρίων μεταλαχεῖν.

§. 11.

§. 11. Tres gradus Sacramentorum doctrinæ statuit: Κάθαρσιν, Μύησιν, Τελείωσιν. *Pachym. cap. 3.* Τοῦτο ἐστι τὸ τέλειον ἐν πάσῃ ἐπιστήμῃ, τὸ ἐπιτύχας καὶ μετόχους τῶν θεωρημάτων γίνεσθαι. Plura *Buleng. Diatrib. III. p. 200. 201. & præcedd.* Horum primi *Catechumeni* κάθαρσιν sustinebant, à vitiis & erroribus pristinis purgandi. *Secundi*, Competentes, μύησιν, cùm initiarentur mysteriis discendis, & desiderando peterent Baptismum. *Tertii*, τελείωσιν, Fideles, postquam essent baptizati. *Vid. Casaubon. Exercit. 16. c. 41.*

§. 12. Sacramenta quot? Primò sciendum, PP. Sacramenta dicere illa mysteria fidei, quæ Christianum faciunt, seu sit doctrina, seu res, seu cerimonia &c. Sic *August.* omnia Mysteria Scripturæ appellat Sacramenta Scripturarum. Sic *Cyprian.* Impositionem manuum in ordinatione Sacramentum dicit. Sic *Tertull.* Confessio dicitur Sacramentum, salubre remedium, secunda post naufragium tabula. *Cypriano de oper. & Eleem.* Salutaris medela. Sic Ordinem Ecclesiasticum *Tertull. de Præscript. Cap. XL.* Sacramentum dicit. *Cyprian. de unct. s. Chrism.* Docemur, quæ sit Baptismi & aliorum Sacramentorum stabilitas. Sic matrimonium *Tertull. l. V. adv. Marc. c. XVIII.* quinquies Sacramentum dici notat *Pamelius*. *Ambros.* scripsit *IV. libros* de Sacramentis, nec plura memorat, nec tractat, quàm duo. *August. de Doctr. Christ. l. 3. c. 9.* Hoc verò tempore ne eorum quidem signorum, quæ jam intelligimus, operatione gravi onerati sumus, sed quædam pauca pro multis, eademq; factu facillima & intellectu augustissima, & observatione castissima ipse Dominus & Apostolica tradidit disciplina, sicut est Baptismi Sacramentum & celebratio corporis & sanguinis Domini. Et *de Symb. ad Catech.* Hæc sunt Ecclesiæ gemina Sacramenta. *Beda l. VI. in Luc. Cap. 24.* De latere CHRISTI lanceâ perforato, Sacramenta sanguinis & aquæ, quibus nascatur simul & nutriatur Ecclesia, emanârunt. *Paschas. de Cœn. Dom.* Sunt Sacramenta CHRISTI in Ecclesia Catholica, Baptismus & corpus sanguis Domini. *Cyrill Hieros. Catechism.* duo tantùm describit Sacramenta. *Clem. Rom l. 1. de*

 Recognit.

Recognit. non niſi duo Sacramenta numerat. *Concil. Florentin.* ſeptem Sacramenta approbat. *Juſtin. M. Apol. II.* recenſens cerimonias ſui ſeculi Eccleſiæ, ait, poſtquam crediderunt initiandi τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν διδασκόμενα, & promittunt vitam fide illâ dignam, ἔπειτα ἄγονται ὑφ᾽ ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ καὶ ἀναγεννῶνται. Baptiſmus. Μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι &c. Ἔπειτα προσφέρεται ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος, ille diſtribuit ἑκάστῳ τῶν παρόντων ὁ διάκονος. Cœna Domini. *Habes utrumque Sacramentum.*

§. 13. Sacramentorum vis. *Auguſt. Ep. XXXIII. ad Bonifac.* Si Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum Sacramenta ſunt, non haberent, omninò Sacramenta non eſſent. Et *contr. Fauſt. l. 19. c. 11.* Sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum, & ideò contemta Sacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas. Qui tamen nullâ ſuâ culpâ iis privantur, de iis adfert *id. contr. Donat. l. 4. c. 22.* hoc: Latroni, *inquiens*, voluntas non abfuit, ſed tantùm non accipiendi neceſſitas adfuit. *Hieron. in Eſa. c. 4.* Homo aquam præbet, DEUS autem Spiritum S. *Auguſt. III. in Levit. Quæſt. XXCIV.* Quomodo & Moſes ſanctificat & Dominus? Non enim Moſes pro Domino, ſed Moſes viſibilibus Sacramentis per miniſterium ſuum? Dominus enim inviſibili gratiâ per Spiritum S.? Ubi eſt totus fructus & utilitas omnis, etiam viſibilium Sacramentorum.

§. 14. Sic igitur PP. ſtatuunt, Sacramentis conferri Spiritum Sanctum & gratiam cœleſtem. *Auguſt. l. cit.* Proinde colligitur, *ait*, inviſibilem Sanctificationem quibuſdam adfuiſſe ac profuiſſe SINE viſibilibus Sacramentis. *Bonaventur. IV. Sent. Diſt. I. quæſt. III.* Nullo modo dicendum eſt, quòd gratia continetur in ipſis Sacramentis *Eſſentialiter*, tanquam aqua in vaſe, aut medicina in pyxide. Imò hoc intelligere eſt erroneum. Sed dicuntur continere gratiam, quia eam ſignificant.

§. 15. Hinc & docet *Auguſt.* in locutionibus Sacramentalibus,

libus, Signis tribui nomina rerum significatarum. *Cyprian. de Unct. chrism. Sect. VII.* Dedit Dominus noster in mensa, in qua ultimum cum Apostolis participavit convivium, propriis manibus panem & vinum. In cruce verò manibus militum corpus tradidit vulnerandum, ut in Apostolis secretiùs impressa sincera veritas, exponeret Gentibus, quomodo vinum & panis caro esset & sanguis, & quibus rationibus causæ effectibus convenirent, & diversa nomina vel species ad unam reducerentur essentiam, & significantia & significata *eisdem Vocabulis* censerentur. *August. Ep. 23.* Ex similitudine rerum, quarum Sacramenta sunt, plerumque etiam ipsarum *Rerum* nomina accipiunt. Et *l. 3. contr. Maxim. c. 22.* Hæc Sacramenta sunt, in quibus, non quid sint, sed quid ostendant, semper attenditur, quoniam signa sunt rerum, aliud existentia, aliud significantia.

§. 16. Sic *Theodoret. Dial. I.* qui ἄτρεπτος dicitur, de Cœnæ institutione: Ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, ἐνήλλαξε τὰ ὀνόματα, καὶ τῷ μὲν Σώματι τὸ τοῦ συμβόλου τέθεικε ὄνομα, τῷ δὲ Συμβόλῳ, τὸ τοῦ Σώματος. Et addit exemplum: οὕτως ἄμπελον ἑαυτὸν ὀνομάσας, αἷμα τὸ Σύμβολον προσηγόρευσεν. Causam reddet istius ἐναλλαγῆς ὀνομάτων talem: Ἐβουλήθη γὰρ τοὺς τῶν θείων Μυστηρίων μετατυγχάνοντας μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ Μεταβολῇ, *i. e. credere mutatio i, quæ fit ex gratia per illam nominum mutuam vicissitudinem.* Et ibid. Τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὴν φύσιν τῇ χάριτι προστεθεικώς.

§. 17. Et hæc χάρις ita describitur ab *Augustin. Tract. XXC in Joann.* Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum ipsum visibile verbum. *Idem Ep. III. ad Marcell.* Signa, cùm ad res divinas pertinent, Sacramenta appellantur. *Et mox:* Instituta à DEO rerum divinarum signa, humani eloquii inopia, & facilioris doctrinæ causa à veteribus Patribus dicta sunt Sacra-

 menta.

menta. Et Lombard. ex *Augustino lib. IV. Dist. I.* definit h. m. Sacramentum est sacræ rei signum.

§. 18. Sciendum, apud PP. contra Pontificios vocem Sacramenti dici ῥητορικῶς de iis, quæ propriè non sunt Sacramenta. Sic *Hilar. de trin. I. p. 6. 8.* Sacramentum Incarnationis, Esuritionis, Saturitatis, Lacrymarum, Crucis.

§. 19. Et *D. Martin. Confession.* Sacramentum Trinitatis, i. e. Μυστήριον.

N.

NUPTIÆ.

§. I.

Ritus nuptiales alii fuerunt Occidentis Ecclesiis, alii Orientis. In Græcorum Formulis sacris. *Euchol. f. 66.* binæ habentur potissimùm huc spectantes. *Altera* Sponsaliorum sacrorum sine nuptiis; *altera* Nuptiarum. Prior dicitur ἀκολουθία γινομένη ἐπὶ μνήστροις ἤγουν τοῦ ἀῤῥαβῶνος. Posterior dicitur ἀκολουθία τοῦ Στεφανώματος.

§. 2. *Priori*, adstantibus, qui sic conjungi volunt, ante Sacrarii fores, atque annulis binis aureo & argenteo in altari positis, hoc ad dextram, illo ad sinistram, ὁ ἱερεὺς σφραγίζει τὰς κεφαλὰς τῶν αὐτῶν Νεονύμφων σταυρῷ γ. καὶ δίδωσιν αὐτοῖς κηροὺς ἁπτομένους. *i. e. Signat capita Sponsorum Cruce ter, & dat eis ardentes cereos.*

§. 3. Pòst introducit in Sacrarium. Ubi thymiamate in crucis formam adhibito, Diaconus precari jubet chorum, & cœlestem invocare benedictionem, ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦ δεῖνα, καὶ τῆς δούλης τοῦ Θεοῦ τῆς δεῖνα, τῶν νῦν μνηστευομένων ἀλλήλοις καὶ τῆς σωτηρίας

εἴας αὐτῶν τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Finitâ hac prece acclamabat Chorus, Κύριε ἐλέησον.

§. 4. Tum annulos offert, & aureum primùm dat viro, deinde argenteum fœminæ; Viro dicit: ἀρραβωνίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα τὴν δούλην τοῦ Θεοῦ τήνδε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Αμήν. Fœminæ item sic: ἀρραβωνίζεται ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ ἡ δεῖνα τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ τόνδε &c.

§. 5. Hisce utrique ter dictis cruce signat eorum capita, & digitos dextris eorum imponit. Tum DEUM precatur, ut Sponso benedicat, *Qui Abrahæ servo affuisti &c.* Καὶ διὰ μεσιτείας ὑδρεύσεως ἀρραβωνίσασθαι τὴν Ῥεβέκκαν, ἀποκαλύψας, αὐτὸς εὐλόγησον τὸν ἀρραβῶνα τῶν δούλων σου τοῦδε καὶ τῆσδε.

§. 6. Adjectis posteà precum clausulis, inquit: ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦδε καὶ τὴν δούλην σου τήνδε. Καὶ στήριξον τὸν ἀρραβῶνα αὐτῶν ἐν πίστει καὶ ὁμονοίᾳ καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ. Σὺ γὰρ Κύριε ὑποδείξας δίδοσθαι τὸν ἀρραβῶνα καὶ στηρίζεσθαι ἐν παντί. Διὰ δακτυλιδίου ἐδόθη ἡ ἐξουσία τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ *Gen. XLI.* Διὰ δακτυλιδίου ἐδοξάσθη Δανιὴλ ἐν χώρᾳ Βαβυλῶνος *cap. Dan. VI. 17.* Διὰ δακτυλιδίου ἐφανερώθη ἡ ἀλήθεια τῆς Θάμαρ. *Gen. XXXVIII. 25.* Διὰ δακτυλιδίου ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων γέγονεν ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. *Luc. XV. 22.* *& tandem:* αὐτὸς οὖν νῦν δέσποτα εὐλόγησον τὸ δακτυλοθέσιον τοῦτο εὐλογίαν οὐράνιον καὶ ἄγγελος κυρίου προπορευέσθω ἔμπροσθεν αὐτῶν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. Hæc erat annulorum benedictio.

§. 7. Post hanc manu extensâ benedicebat Sponsis, & dimittebat illos. Scil. si eodem tempore nolint coronari.

§. 8. Si verò βούλονται στεφανωθῆναι, nam hoc solenne, intrant in Sacrarium cum cereis ardentibus, præeunte Sacerdote cum thymiamate & Ps. CXXVIII. recitante. Et sequitur ordo alter coronamenti, Gr. ἀκολουθία στεφανώματος, continens Psalmos,

mos, plebis δοξολογίαν, preces à Diacono factas, quæ dicuntur Συνάπτη, & aliæ à Sacerdote, quibus DEUS sollicitatur de felicitate Sponsis dandâ.

§. 9. Tum ait Sacerdos: Σύζευξον αὐτοὺς ἐν ὁμοφροσύνῃ. Στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν. Χάρισαι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας, εὐτεκνίας ἀπόλαυσιν. Post doxologiam μετὰ τὸ Ἀμὴν post acclamatum *Amen*, λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὰ στέφανα στέφει πρῶτον τὸν Νυμφίον, λέγων, στέφεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα τὴν δούλην τοῦ Θεοῦ τήνδε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς &c. Deinde & Sponsam coronat, εἶτα στέφει καὶ τὴν Νύμφην λέγων, στέφεται ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ ἡ δεῖνα τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ τόνδε &c.

§. 10. His peractis utitur ter tali benedictione: Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν δόξῃ καὶ τιμῇ στεφάνωσον αὐτούς.

§. 11. Tunc legit, quæ *cap. V. 22. Ephes.* habentur, & ex *Johann. II. 1.* de Canæ nuptiis. Et post preces aliquot alias προσφέρεται τὸ κοινὸν ποτήριον καὶ εὐλογεῖ αὐτὸ ὁ ἱερεὺς. *b. m.* Καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο τὸ κοινὸν παρεχόμενον τοῖς συναφθεῖσι πρὸς γάμου κοινωνίαν εὐλόγησον εὐλογίᾳ πνευματικῇ! Et ter id poculum illis porrigit, priùs marito, deinde uxori.

§. 12. Et prehendens eos Sacerdos quasi in gyrum circumagit, canens: Interim coronas tenent à tergo Paranymphi, quæ capitibus Sponsorum denuò à Sacerdote cum benedictione imponuntur. Mox post unam & alteram precationem dimittuntur.

§. 13. Die VIII. habetur λύσις στεφάνων, cui propria est oratio & benedictio.

§. 14. De bigamis idem ferè obtinet. Coronati etiam sunt. Sed *Nicephori Patriarchæ Constantin. Jur. Græc. Rom. T. I. l. 3.* extat Canon: Δίγαμος οὐ στεφανοῦται. *Ann. Chr. DCCC.* Nicetas Metrop. Heracl. de hac re consultus respondit: Ἡ μὲν ἀκρίβεια τοὺς διγάμους οὐκ εἴωθε στεφανοῦν. Ἡ δὲ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας συνήθεια τὰ τοιαῦτα οὐ παρατηρεῖται, ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς Νυμφικοὺς στεφάνους ἐπιτίθησι, καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε διὰ τοῦτο ἐνεκλήθη.

§. 15.

§. 15. Nota solenne Nomen. Νυμφικοὶ στέφανοι dicuntur istæ *Coronæ Nuptiales.*

§. 16. Sed Quadrigamorum nuptiæ Græcis rejectæ omninò, *Jur. Græc. Rom. Tom. I. lib. V. Phot. Nomocan. Tit. XIII. c. 2.*

§. 17. *Digami* & *Trigami* ante elapsum triennium Mysteriis sacris non adhibentur. *Basil. Canonic. I. Can. 45. & II. Can. 50. 80.* Certè quantum ad coronationem attinet, Synodica sancti extat *Michaelis Patr. Const.* ὁρίζομεν μὴ στεφανοῦσθαι πλὴν τὸν ἕνα σεμνὸν μόνον καὶ καθαρὸν καὶ ἀμίαντον γάμον.

§. 18. Fuisse & coronas illas usitatas aliis Orientis oris, docet *Photius de Pœn. Canon. Presbyteri:* ὁ στεφανώσαντος παρὰ γνώμην τῶν γονέων τὰ ἰδίων τέκνα. Ubi τὸ στεφανῶσαι est *copulare nuptiis.* Et Achmetis Onirocrit. *c. CXXVII.* habet ἐὰν ἴδῃ γυνὴ στέφανον αὐτῆς in somno fractam χηρεύσει ταχέως.

§. 19. *Theophyl. Simocatt. Hist. I. c. 10.* ait, Joannem Patriarch. Byzant. coronasse Mauritium sponsum & Constantinam nubentem, ὡς σύνηθες τοῖς θρησκεύουσι τὴν παναγῆ ταύτην πίστιν. *Zonaras:* ὁμοῦ τῷ γαμηλίῳ στεφάνῳ καὶ τῷ βασιλικῷ ταινιοῖ διαδήματι. Quæ corona Nicetæ στέφανος Νυμφικὸς dicitur, huic dicitur γαμήλιος στέφανος.

§. 20. Et apud *Harmenopul.* Μηδεὶς μυστικῶν στεφανούσθω ἀλλὰ παρόντων πλειόνων. Unde observo morem laudabilem illum, ut *apertè & coram pluribus antiquitas copulari voluerit sponsos.*

§. 21. *Matthæus Monach. Quæst. Matrimon.* triplicia conjugia facit, ἔστι δι' εὐλογίας, ἔστι διὰ στεφανώματος, ἔστι διὰ Συμβολαίου, *per Benedictionem, Coronas & Pactum Conventum.* Alia inquit ὡς μὴ γεγονότα λογίζονται.

§. 22. *Euch
olog. Gr. Monasterii Crypt. Ferratæ* de poculo illo κοινῷ sic: Ἐλθόντες πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀπολύουσιν ἀλλήλων τὰς χεῖρας. Consertis igitur manibus ibant ad altare usque. Ἀπόκειται δὲ ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ ποτήριον ἔχον ἡγιασμένα. *h. e. Calix*

 Cæna,

Cœna, quo etiam frui debebant Sponsi, & alterum ποτήριον ὑέλου πλῆρον οἴνου. Vitreum poculum vini plenum. Καὶ κρατῶν τὸ ποτήριον λέγει, τὰ προηγιασμένα τοῖς ἁγίοις, καὶ κοινωνεῖ αὐτούς. Cœnam illis ministrat primò, pòst orat, & ter eos abluit, ut *Euchol*og. ait illud, & τὸ ποτήριον ἀποδίδωσι τινὶ ἢ, ὡς ἔνιοι, κλᾷ. Poculum illud vitreum aut restituit alicui, aut frangit.

§. 23. In *Occidentis Ecclesiis* ritus solennes *Nicol. Pap. Resp. 3. Caus. 30. quæst. 5. c. III. Anno Chr.* DCCCLX. sic recenset: Apud nostrates post Sponsalia, quæ futurarum nuptiarum sunt promissio, fœdera quoque consensu eorum, qui hæc contrahunt, & horum, in quorum potestate sunt, celebrantur. Et postquam ARRIS sponsam sibi sponsus per digitum fidei ANNULO insignitam desponderit, DOTEMque utrique placitam Sponsus ejus scripto pactum hoc continente, coram invitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore ambo ad nuptialia fœdera perducuntur, & primùm in Ecclesiam Domini (*nota locum publicum!*) cum oblationibus, quas offerre debent DEO per Sacerdotis manum, statuuntur, sicque demùm BENEDICTIONEM & VELAMEN cœleste suscipiunt, ad exemplum puta, quos Dominus primos homines in Paradiso collocans benedixit eis, dicens: *Crescite &c.* Veruntamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat. (NB.)

§. 24. Post hæc autem de Ecclesia egressi CORONAS in capitibus gestant, quæ semper in Ecclesia ipsa sunt solitæ reservari. Hæc ille, qui adjicit: *Hæc sunt Jura Nuptiarum.*

§. 25. De ANNULO *Isidor. Offic. l. 2. c. 19.* Quòd in primis nuptiis ANNULUS sponsæ à sponso datur, fit nimirum vel propter mutuæ dilectionis signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde & quarto digito annulus inseritur, quia in eo vena quædam, ut fertur, ad cor penetrat. Nota *digitum quartum*, cui sponsæ annulus insertus. *Tertull. Apologet. c. 6.* Cùm aurum nulla nôrat præter unico digito, quem sponsus oppignorâsset pronubo annulo.

§. 26. Latinè dicitur *Annulus pronubus*, qui Gr. Νυμφικὸς &

νος & Γαμήλιος. *Ambros. l. IV. ep. 54.* appellat hoc, Annulo fidei subarrare.

§. 27. In Liturgiis occurrit benedictio Annuli & Coronarum: Benedic ✠ Domine annulum istum & coronam istam, ut sicut annulus circumdat digitum hominis, & corona caput; ita gratia Spiritûs Sancti circumdet sponsum & sponsam. &c.

§. 28. *Apollinar. Carm. 2.* Virtus te pronuba poscit.
Atque Dionéam dat Martia laurea Myrtum.
Scil. *Coronam nuptialem ex Myrto.*

§. 29. *Synod. Arelat. Can. 30. qu. 4. c. 5.* de dote sic decrevit: Juxta possibilitatem fiat dos.

§. 30. *Formulæ in Ord. Rom.* sic leguntur: Postquam fuerit mulier viro desponsata & legaliter dotata, introeat cum marito Ecclesiam, & prostratis eis dicat: *Propitiare Domine supplicationibus nostris & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinâsti, benignus assiste, &c.* Post seqvuntur aliæ benedictiones & ex *I. Cor. VI. 15.* Sectio illa, & ex *Matth. XXII. 2.* Deinde offert DEO sacrificium, & in fractione orat precatiunculam, item post communionem.

§. 31. *Isidor. de offic. l. 2. c. 19.* ait: Post benedictionem per vittæ candidæ mixtim & purpureæ unum invicem vinculum copulabantur, ne compagem unitatis conjugalis disrumpant.

§. 32. In *Rituali Rom.* memorantur illa: Primò trina ante diebus singulis Festis præcedd. denunciatio fiebat, ut de impedimento, si quod esset, liqueat. (drey Abkündigungen.) Posteà Parochus veste sacrâ indutus librum & vas aquæ benedictæ cum aspersorio deferens coram tribus aut duobus testibus, virum & mulierem, quos parentum vel propinquorum præsentia cohonestari decet, (*nota Comitatum!*) de consensu in matrimonium interroget, utrumque singulatim h. m. vulgari sermone: *N, vis accipere N. præsentem hic in tuam legitimam uxorem, juxta ritum sanctæ matris Ecclesiæ?* Respondeat sponsus: *Volo.* Et sic fiat cum sponsâ.

§. 33. Facto hoc jubebantur à Sacerdote dexteras jungere, ipse autem dicebat: Ego conjungo vos in Matrimo-

NIUM IN NOMINE ✠ PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Vel aliis utebatur verbis ex more loci.

§. 34. Deinde aquâ benedictâ eos adspergebat.

§. 35. Mox benedicebat ANNULUM, benedictum aspergebat aquâ in forma crucis.

§. 36. Tunc sponsus acceptum annulum de manu Sacerdotis imponebat digito annulari sinistræ manûs sponsæ;

§. 37. Dicente Sacerdote: IN NOMINE PATRIS, ✠ FILII ET SPIRITUS SANCTI, AMEN.

§. 38. Sequebantur aliæ benedictiones & preces. His expletis, si BENEDICENDÆ SINT NUPTIÆ, Parochus Missam pro sponso & sponsa celebrabat.

§. 39. In Archiepiscopatu Bononiensi fit mentio alterius ritus: Cingit Parochus Sponsorum colla candido aliquo velo, ad instar stolæ accommodato, & eos matrimonio jungit, dicens: *N. placetne &c?*

§. 40. Et consensu ab illis facto, Parochus ait: *Ego N. Parochus hujus Ecclesiæ vos N. & N. in matrimonio jungo, in nomine &c.*

§. 41. Benedictio illa nuptialis dicitur plerumque ἡ τέλεια ἱερολογία & ἱεροτελεστία.

§. 42. Alicubi & Sacerdos adhibitus contractui sponsalitio benedicendo. *Ignat. Ep. ad Polycarp.* Πρέπει τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμούσαις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι cum arbitrio Episcopi, ἵνα ἡ κατὰ Κύριον ὁ γάμος. Et *Tertull. ad uxor. l. 2. c. ult.* Ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, oblatio confirmat, & obsignat benedictio, Angeli renunciant &c. Ubi Angelos exponit *Baronius* Sacerdotes Contractum ritè factum renunciantes. *Id. Tertull. c. IV. Pudicit.* Penes nos occultæ conjunctiones, i.e. non priùs apud Ecclesiam professæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur. *Clem. Alex. Pæd. l. III. c. 1.* agens de uxorum alienis capillis, τίνι ὁ Πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογήσει; οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας τρίχας, καὶ δι᾽ αὐτῶν ἄλλην κεφαλήν.

§. 43.

§. 43. Unde patet, Sacerdotum prævio arbitrio contractas Veteribus nuptias, & benedictionem factam ἐν χειροθεσίᾳ Sponsis.

§. 44. Et *Tertulliani* locum *c. XI. de Monogam.* exp. *Albaspin. Episc. Aurel.* ait, mulieres petere maritum ab Episcopo, apud Tertullianum esse, *Consilium nubendi & futuri conjugis vitæ mores* " *exponere Presbyteris, & audire, an salvâ fide ac religione ei viro* " *nubere possit.*

§. 45. Evaristi Papæ Epist. est *Caus. XXX. qu.* 5. *Ann. Chr. CXX.* Ignatio coævus, ubi ait ita: Aliter legitimum conjugium, ut à patribus accepimus & à sanctis Apostolis, eorumq; successoribus traditum invenimus, fit nullum, nisi sponsa &c. *suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus ac oblationibus à sacerdote benedicatur, & à Paranymphis custodita & consociata &c.* Aliter verò præsumta, non conjugia, sed aut adulteria, aut stupra potiùs, quàm legitima conjugia esse.

§ 46. Quam Epistolam suspectam tamen habent *David Blondell. in Pseudo. Isidor. p.* 151. *Isaac Huber l. de Cons. Hier. & Monarch. l. 6 p.* 53.

§. 47. *Platina* de Sotere Papâ *Ann. Chr.* 175. decrevit, ne legitima haberetur uxor, nisi cui Sacerdos ex instituto priùs benedixisset, ut legit *Ciaccon. Epist. Callist ad Gall. Episcopos, ann.* 220. Pro non legitimè conjunctis habentur, *absque dotali titulo, & benedictione Sacerdotis copulati.*

§. 48. *Decret. Hormisd. c. 6.* ait: Nullus fidelis occultè nuptias faciat, sed benedictione acceptâ à Sacerdote publicè nubat in Domino. *Anno Chr. DXX.*

§. 49. Hæc igitur omnia ad V. capita reducit *Sever. Binius ad Con. Carthag. Concil. XIII.* Primò, ut contrahatur matrimonium in præsentia Sacerdotis, vel ut alii, non inscio Episcopo. 2. Ut per eosdem in Ecclesia proclametur. 3. Ut Sacrif. Missæ offeratur. 4. Ut à Paranymphis ad Ecclesiam ducantur. 5. Eucharistiâ fruantur, & manus eorum interventu osculi & velaminis conjungantur.

§. 50. Alii, ut *Selden. Ux. Ebr. p.* 307. ante Leonem Imp.

Ann. Chr. 900. Benedictionem illam aut Sacerdotis interventum obtinuisse in Ecclesia Christiana, non volunt, eò quòd in *Justinian. Codd* nihil ejusmodi inveniatur, etiamsi in *Nov. 74. c. 4.* jubeatur τινὸς τῶν εὐκτηρίων οἴκων loco testimonium de nuptiis capi. Nam ibi intelligi Clericos quoscunque ἐνεστηκότας κληρικοὺς, ut habet ibid. textus. Præterea ibi fiat mentio non ministri sacri, sed *Advocati s. Patroni Ecclesiæ*, κοινωνησάτω τῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐκδίκῳ, qui coram III. vel IV. testibus ἐκ μαρτυρίας συνιστάναι debebat.

§. 51. Constare ait insuper *Novell. 74. c. 5.* ex simplici γαμικῇ διαθέσει ratas nuptias censeri. Et *Nov. CIIX. c. 381.* nudâ affectione nuptiæ fieri dicantur.

§. 52. Primum itaque Leonem edidisse sanctionem cum titulo: περὶ τοῦ τὰ συνοικέσια ἄνευ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐῤῥῶσθαι non valere. Quicquid contrà statuerint PP. aut Pontifices. V. ampliòra apud *Selden. p. 310.*

§. 53. Superest, *Tempus* apud Christianos vett. nuptiis accommodum. *Synod. Laod. Ann. Chr. CCCXX. vel CCCC.* vetatur in Quadragesima γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν. *Id. Nicol. Pap. Resp. ad Bulgar. cap. 48. Concil. Ilerdens. ann. 524.* prohibet nuptias á Septuagesima usque in VIII. Paschæ, & tribus septimanis ante D. Joann. B. & ab Advent. usque post Epiphaniam. *Et additur*: Quod si factum fuerit, separentur. *Gratian. Caus. XXXIII. qu. 4. c. 10.*

§. 54. *Synod. Aquisgran. ann. DCCCXXXVI.* Dominicis diebus prohibentur nuptiæ, *Canone XVII. part. 2.* Et

§. 55. *Salegunstadiens. Synod.* addit, hisce temporibus omnibus, *Canone III. 1. 2.* Jejuniis celebrioribus festisq; non paucis & eorum vigiliis nuptias prohiberi.

§. 56. *Thom. Aquin. in Lomb. sent. IV. Dist. 32.* Statutum est, *ait*, ut tribus temporibus nuptiæ non celebrentur. Quorum primum est ab Adventu usque ad Epiphania. Secundum à LXX. usque ad VIIIam Paschæ. Tertium à tribus diebus ante Ascensionem, seu à Dominica Rogationum usque ad octavam Pentecostes.

Causa

Causa adjicitur: Ut homines se ad spiritualia præparent meliùs, nuptias enim mentes contrahentium magis ad carnalia movere.

§. 57. Sed quod *Ilerdens. Synod.* statuit, idem ferè decrevère *Synodus Lingonensis ann. MCCCCIV. & Senonensis, & Carnatens. & Parisiensis.*

§. 58. Sed *Tridentini Concilii Sess* 24. *cap.* 10. bina tantùm tempora habet, ab Adventu usque ad diem Epiphaniæ, & 2. à feria IV. Cinerum ad octavam Paschæ inclusivè; in aliis temporibus ritè nuptias celebrari permittit. Plura *Selden. l. c. p* 314. *& seqq.*

§. 59. *Jus Connubiorum.* Græci *Basil. l.* 28. *Tit. IV. c.* 24. incestas nuptias vocant, quæ inter ascendentes & descendentes fiunt, ἀθέμιτος γάμος ἐστιν, ὁ μεταξὺ ἀνιόντων καὶ κατιόντων. *Et Harmenop. l. IV. Tit. VI.* prohibitas nuptias dicit in ordine ascendentium. Ἐπὶ τῶν ἀνιόντων εἰς ἄπειρον τοι ὁ γάμος κεκώλυται.

§. 60. Γάμος *Basil. l.* 28. *Tit. IV. c.* 1. definitur ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια καὶ συγκλήρωσις τοῦ βίου παντὸς, θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου κοινωνία. Conjunctio maris & fœminæ, juris divini humaniq; communicatio. Sic *l. III. c.* 16. talis lex sancitur: ἐὰν ἐφίλησεν ὁ μνηστὴρ τὴν μνηστὴν ἐν τῷ τῆς μνηστείας καιρῷ καὶ μετὰ τοῦτο ἕνα τῶν ἀμφοτέρων τελευτῆσαι συνέβη, τὸ ἥμισυ τῆς δωρεᾶς ἀνατρέπεται καὶ τὸ ἥμισυ ἔχει ὁ ζῶν. *Si osculatus tempore sponsalium fuerit sponsus sponsam, & post alter moritur, vivus dimidium donationis retinet.*

§. 61. Et ibid. *Tit. V. cap. XVII.* vetatur susceptori, ducere illam, quam è S. lavacro sustulit: Ὁ ἀπὸ ἁγίου βαπτίσματος δεξάμενος, οὐ δύναται, αὐτὴν ὕστερον πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, ὡς δῆθεν θυγατέρα αὐτοῦ γεγεννημένην, οὐδὲ τὴν ταύτης μητέρα ἢ θυγατέρα, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

§. 62. *Synod. VI. Trull.* ὁ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν ἔτι τοῦ ἀνδρὸς ζῶντος εἰς γάμον ἀναγόμενος τῷ τῆς Μοιχείας ὑποκείσθω ἐγκλήματι. Causam reddit *Alexius Comnenus* hanc, quòd

Sponsa-

Sponsalia εὐλογίᾳ ita sint consecrata, ut DEUS illorum autor & conciliator agnosceretur: οὐκ ὀλίγον ἐν ταύτῃ τὸ ἄτοπον ἀνεύρεται, τὰς προσῳδοὺς τῶν γάμων εὐχὰς ἐπὶ μνηστείᾳ συντελεσθείσας ὡσεί τι τῶν εἰκαίων καὶ συμπεφορημένων λογίσασθαι καὶ ἀδιαφόρως ἐκλαβέσθαι τὸ δὲ τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ θεὸς μέσον τῶν συναπτομένων προσώπων διὰ τῆς μνηστείας εἰσήγετο.

§. 63. Vult itaque τὰς τοιαύτας μνηστείας ἀμετακινήτους διαμένειν καὶ τὸ ὅλον ἀλύτους. Et *Carol. M. I. Franc. Leg. l. 1. c. 103.* Desponsatam alii puellam alter in matrimonium ne ducat, modis omnibus inhibemus. Quia illa benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles sacrilegii instar est, si ullâ transgressione violetur. Plura *Fr. Hottomann. de sponsalib. p. 412.*

§. 64. In Jure Canon. Sponsaliorum & Nuptiarum promiscuus usus. Ideò *27. qu. 2. Gratianus* disserit, an sponsalia conjugii appellatione contineantur, seu an sponsus & sponsa rectè conjuges dici possint. Affirmativam quidem primùm probat argumentis & auctoritatibus. Ut *Isidor. 9. Etym. c. 7.* Conjuges veriùs appellantur à prima desponsationis fide, quamvis adhuc ignoretur inter eos concubitus. &c. *C. conjunx. C. omne itaque. C. qui desponsatam.* Deinde Negativam defendit, Sponsalia conjugii appellatione nòn contineri, & sponsos conjuges non rectè dici. *d. §. final. cum seqq. & d. q. 2. Cap. Decreta. &c.* Postremò hæc duo conciliat, distinguens inter Conjugium initiatum & ratum. Initiatum vocat, cui carnis copula non intervenerit. Ratum verò, cui copula ista intercesserit. *d. capit. Statutum. §. quomodo. & d. q. 2. c. cùm initiatur.*

§. 65. *Ibid. c. 19.* statuit: Causa religionis conjugia solvi non debet. *C. 20.* Absque viri consensu mulier deputata Monasterio ad ejus consortium redire non prohibetur. *C. 21.* Ad uxorem similiter redire cogatur, qui sine ejus consensu religiosam vestem suscepit. *C. 22.* Sine consensu uxoris religionis propositum vir sumere non potest. *C. 23.* Sine conscientia Episcopi viro & uxori causa religionis divertere non licet.

§. 66. *Gregor. c. 27. q. 2. c. 14.* statuit: Si quis uxorem despon-

sponsaverit, vel eam subarrhaverit, quanquam postmodum præveniente die mortis ejus nequiverit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate ejus licet accipere eam in conjugio.

§. 67. Inter eos autem, quos non copulat commistio sexus, matrimonium esse non censetur. *Aug. apud Lomb. sent. IV. Dist. 16.* Non est dubium, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commistio sexus non docetur fuisse. Sic *Leo Pap.* Non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur fuisse nullum nuptiale ministerium. Sic & *Gregor. in Decretal. Tit. de Frig. & Malef. Cap. Laudabil.* Vir & mulier si se conjunxerint, & posteà dixerit mulier de viro, quòd non possit coire cum eâ, si potest per verum indicium probare, quòd verum sit, accipiat alium.

§. 68. De Conjugio inter diversæ religionis homines, extat Apostoli judicium I. *Cor. VII.* In Jure Canonico sic docetur: Infidelis potestate sit, post baptismum uxorem recipere, quam antè dimiserat. *Caus. 28. qu. 1. c. 2.*

§. 69. Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. *Ibid. c. 3.*

§. 70. Et *c. 4. ex August. de Fid. & Oper. c. 16.* Sine culpa relinquitur uxor, quæ cum viro Christiano habitare noluerit.

§. 71. *C. 6.* Quæ simulacrum facit, nec resipiscit, dimittatur à viro suo.

§. 72. Et *c. 8.* Infideles etiam sunt conjuges, & quod fideli licet dimittere infidelem. *C. 9.* Sed non expedit.

§. 73. *Concil. Tolet. IV. c. 62.* Nisi ad fidem Judæus accesserit, separetur ab uxore fideli.

§. 74. Fideles infidelibus non sunt conjugio copulandi. *Ambros. de Patriarch. l. 1. c. 9.* Cave Christiane gentili aut Judæo filiam tuam tradere.

§. 75. Sic & *Concil. Agathens. c. 67. & Laodicen. c. XXXI.* Et Urbanense, apud *Gratian. c. cit. c. 17.* de tali, à Christiano cœtu atque convivio, & à communione Ecclesiæ protinùs segregetur.

§. 76. *Concil. apud Vermer. c. III. & Moguntin. I. cap. 55.* De eo, qui filiastrum suum coram Episcopo tenuit, separetur ab uxore sua & nunquam accipiat aliam.

§. 77. Contrà statuit *Concil. Cabilonens. II. c. 31.* de feminâ id faciente, quamdiu vivet, agat pœnitentiam, à viro tamen suo non separetur.

§. 78. Qui verò filiolam vel matrem suam spiritualem duxerit, separetur & gravi pœnitentiâ plectatur, & sine spe conjugii maneat, ait *Conc. Mogunt. c. 10.*

§. 79. *C. 30. q. 3. c. 2.* Filia spiritualis carnali filio nubere non potest. &c. 3.

§. 80. Sed tamen filii vel filiæ ante vel post compaternitatem genitæ legitimè conjungi possunt. *d. c. 4.*

§. 81. *Concil. Tribur. c. 48.* statuit, si quis suæ spiritualis commatris filiam fortuitò in uxorem duxerit, consilio maturiori servato eam habeat, atque honestè legitimo conjugio operam det.

§. 82. Qui ducit in uxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere & aliam ducere. *C. 29. q. 1. §. Error fortun.*

§. 83. NUPTIÆ autem publicè celebrari debent. *Decret. Hormisd. c. 6.* Nullus fidelis occultè nuptias faciat, sed benedictione acceptâ à Sacerdote publicè nubat in Domino.

§. 84. Ritum Nuptiarum breviter docet *Nicol. ad Consult. Bulg. c. 3.* Post Sponsalia, fœdera quoque celebrantur, & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit, dotemq; utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur, & primùm quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent, DEO statuuntur, sicq; demùm benedictioné & velamen cœleste suscipiunt.

§. 85. De dote *Concil. Arelat. c. VI.* Nullum sine dote fiat conjugium, juxta possibilitatem fiat dos.

§. 86. Cur velentur, docet *Isidor. l. 2. de off. c. 19.* Ut noverint, se semper subditas esse maritis suis.

§. 87. Deinde observo à Sacerdote vittæ vinculo eos esse colligatos. Sic enim *Isidor. ibid.* causam afferens: Post benedictionem uno invicem vittæ vinculo copulantur, ne compagem conjugalis unitatis disrumpant.

§. 88.

§. 88. Porrò ista fuit vitta candido & purpureo colore variegata. Sic *Isidor. ib.* Quòd eadem vitta candido purpureoq; colore permiscetur, candor quippe ad munditiem vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur.

§. 89. *Ambros. de Patr. l. 1. c. 9.* Inde nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratiâ se puellæ obnuberent.

§. 90. De secundis Nuptiis variant Patrum sententiæ. Quidam non admittunt, alii non laudant, sed admittunt, alii concedunt. *Greg. Nazianz.* Τὸ πρῶτον συνοικέσιον, νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον, παρανομία, τὸ τέταρτον, χοιρώδης βίος.

§. 91. *Gratian. c. XXXI. q. II. c. 8.* Generaliter, *ait*, prohibentur viri & mulieres frequenter matrimonia contrahere.

§. 92. Inde & *in Concil. Neo-Cæsar. c. 3.* Διγάμοις μετάνοια imponitur, & Presbyter illis conviviis interesse prohibetur. Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος διγάμου, τίς ἔσται ὁ Πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις; Ubi etiamsi intersit convivio, non tamen approbare δευτερογαμίαν dicitur Presbyter.

§. 93. Sic & durissimè *Auct. Imp. Op. in Matth. Hom. 32.* Πορνείαν dicit esse secundum conjugium.

§. 94. Quod tamen *Chrysost. Ep. ad Vid. Junior.* negat.

§. 95. *Hieron. ad Pammach.* Non damno digamos, immò nec trigamos, & si dici potest octogamos. *Et ibid.* Liberâ voce proclamo, non damnari in Ecclesia digamiam, imò nec trigamiam, & ita licere quinto, sexto, & ultrà nubere.

§. 96. *Id. ad Gerunt.* Damnamus secunda matrimonia? Minimè. Sed prima laudamus. Abjicimus de Ecclesia digamos? Absit. Sed Monogamos ad continentiam provocamus.

§. 97. *Aug. l. 2. contr. Adv. Leg. & Proph. c. XI.* DEUS masculum & fœminam propagandi generis causâ nuptiali castitate conjunxit. Et secundas nuptias, quæ in utroque Testamento permittuntur, licitas esse monstravit.

§. 98. *Ib. de bon. Vid. c. XI.* Dominus septemviram non damnavit.

§. 99. De Concubinis *vid. suprà Tit. Cleric.*

§. 100. Eodem tamen cum uxore tempore habere Concubinas, non licet. *Capit. Francic. VII Cap. 255.* Qui uxorem habet, eodem tempore Concubinam habere non potest, ne ab uxore eum dilectio separet Concubinæ.

§. 101. De ea, quæ alteri absente viro nupsit, *vid. paulò inferiùs.*

§. 102. *Clem. Strom. 4.* de secundas nuptias faciente, οὗτος οὐχ ἁμαρτάνει μὲν κατὰ διαθήκην, οὐ γὰρ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμου, οὐ πληροῖ δὲ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ᾽ ἐπίτασιν τελειότητα.

§. 103. De Conjugio *Canonib.* vetito. §. Ante legem Mosis gradus jam vetitos non fuisse observatos probant *Augustin. de C. D. l. XV. c. 16.* loquens de patruelium & consobrinorum conjugiis; Raro, *ait,* per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, nec dum prohibuerat lex humana.

§. 104. *Ambros. de Patriarch. l. 1. c. 4.* de Abrahami concubitu cum Sara ait: Quia ante legem & Evangelium fuit, nondum interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis est. Non ergò in legem commisit Abraham, sed legem prævenit.

§. 105. *Chrysost. de Sara:* Κἀκείνη πάλιν ἐσπούδασε τῆς ἀπαιδίας ἐπινοῆσαι παραμυθίαν αὐτῷ ἵνα ἀπὸ παιδοποιΐας, οὐδέπω γὰρ ταῦτα τότε κεκώλυτο.

§. 106. Sic & de *Polygam. Aug. de doctr. Christ. l. 3. c. 12.* Erat uxorum plurium simul habendarum inculpabilis consuetudo. *Et c. 22.* Multa sunt, quæ illo tempore officiosè facta sunt, quæ modò nisi libidinosè fieri non possunt.

§. 107. Et *id. contr. Faust. l. 22. c. 47.* Quando mos erat, crimen non erat.

§. 108. Postea verò è Canonibus & Constitt. Ecclesiæ & Impp. vetita sunt conjugia μεταξὺ ἀνιόντων καὶ κατιόντων, ut loquitur *Basil. Græc. l. 28. Tit. IV. c. 24.*

§. 109. Et sic in genere.

§. 110. In specie *Theodos. Constit.* Patruelium & Consobrinorum conjugia vetuit. *De illo Victor.* Tantum pudori tribuens & continentiæ, ut Consobrinarum nuptias vetuerit, tanquam sororum.

§. 111. Quæ tamen Principum indulto concedebantur. *Cassiodor. l. VII. 46.* Longiùs pudicam observantiam posteris transmiserunt, reservantes Principi tantùm beneficium consobrinis nuptiali copulatione conjungendis.

§. 112. Sed hîc obiter notandum, quod sic vetitum erat lege humanâ, si tamen fiat, irritum non esse, nisi & hoc lex addiderit. Sic in *Concil. Eliber. Can. 60.* Si quis post obitum uxoris suæ sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, per quinquennium à communione separetur.

§. 113. Eo ipso ostendens, matrimonii vinculum non solvi.

§. 114. Sic & *Can. Apost. 19.* ὁ δύο ἀγαγόμενος ἀδελφὰς ἢ ἀδελφιδῆν, filiam fratris, tantùm à Clero arcetur.

§. 115. Paullatim itaque de singulis Canones sunt sanciti. De duabus sororibus *Concil. Aurelian. apud Gratian. c. 27. q. 2. c. 30. & c. 32. q. 7. c. 20.* Qui dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis anteà uxor fuerit, neutram ex ipsis habeat.

§. 116. De eo, qui dormivit cum sponsâ fratris sui, *Concil. Tribur. ibid.* Desponsatam fratri frater habere non potest, sed mœchus & mœcha fornicationis vindictam sustineant, licita verò conjugia non negentur.

§. 117. Sic de eo, qui sponsam filii sui oppresserit, & posteà filius ejus eam duxerit, pater postmodùm non habeat uxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignoravit, aliam accipiat. *Concil. Tribur. ibid. & Sentent. IV. Dist. 27.*

§. 118. De capta sponsâ *Concil. Rhemens.* Et *l. 1. Capitulo V. c. 105. & l. 7. c. 183.* *Et Caus. 27. q. 2. c. 34.* ubi è Concil. Toletano citatur, in quo non comparet: Raptor pœnitentiâ publicâ mulctetur. Raptæ verò, si eam sponsus recipere noluerit, & ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur.

§. 119. *Isidor. Etym. l. 5. c. 26.* Qui raptâ fruitur, stupro fruitur.

§. 120. *Concil. Ancyran. Can. II.* jubet, reddi talem priori sponso.

§. 121. De eisd. *Joann. VIII. c. 27. q. 2. c. 47.* Si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare noluerit, omni communione priventur.

§. 122. Nullus ducat in conjugium, quam priùs polluit per adulterium. *Concil. apud Altb. sub Conrad. Rege c. 6.*

§. 123. Sic & de illo, qui post mortem viri adulteram se ducturum spondet. *Concil. Triburiens. c. 40.* Tale conjugium prohibemus & anathematizamus.

§. 124. De eodem *Meldense c. 69.* Publicæ pœnitentiæ subjiciatur. Et si mortis defuncti rei non erunt, adjicit *id.* sumto utantur conjugio, si alia, ut diximus, ratio non præpedit.

§. 125. De vidua, quæ mœchum suum accepit, *Concil. Eliberit. c. 72.* Post quinquennii tempus acta legitimâ pœnitentiâ, placuit eam ad communionem reconciliari.

§. 126. De incestu per ignorantiam commisso *Concil. Tribur. Cap. 41. & Wormatiens. cap. 33.* Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & sororem soror ab eodem anteà stupratam nescierit, vel si ipse sororem ejus, quam anteà stupraverat, non intellexerit, si dignè pœnituerint, & continere se non valuerint, post annos septem conjugia illis non negentur. Si autem non ignoraverint, usque ad mortem à conjugio abstineant.

§. 127. Sic *Conc. Tribur. c. 43. & Wormac. c. 68.* Si quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filiâ de matre, ille nunquam accipiat uxorem; illæ verò, si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absque viris perpetuò maneant.

§. 128. De casu simili, *ibid. Caus. 34. q. 1. c. 10.* Quidam fornicatus est cum quadam muliere, posteà filius nesciens factum patris, stupravit eandem, quod, cùm pater nesciret, de se filioq; confessus est. Statuimus, melius esse, ut taliter lapsis cum digna pœnitentia legitima permittantur conjugia, quàm fortè deteriùs delinquant. Fornicaria autem sine spe conjugii maneat.

§. 129. Quare autem Consanguineorum conjugia sint vetita,

tita, cùm olim ſic non ſuerit, ut *Gen. XI. XXIV. XXIX. Num. XXXVI. Deut XXV.* reſp. *Gratian. c. 35. q. 1.* Conſanguineorum conjunctiones aliàs cauſa neceſſitatis permiſſæ, aliàs cauſa juſtæ rationis inveniuntur imperatæ. Cùm enim unus vir ab initio, & una ex latere ejus mulier à DEO formaretur, neceſſariò ſorores fratribus copulabantur. Quod autem cogente neceſſitate fit, ceſſante illâ, pariter ceſſare oportet. Unde hujusmodi copula lege prohibita invenitur *Levit. 18.*

§. 130. *Auguſtin de C. D. XV. 16.* Cùm nulli eſſent homines, niſi qui ex illis duobus (*Adamo & Evâ*) nati ſuiſſent, viri ſorores ſuas conjuges acceperunt. Quod profectò quantò eſt antiquiùs neceſſitate compellente, tantò poſteà factum eſt damnabiliùs, religione prohibente.

§. 131. Quod autem addit *ibid. Gratian.* Evangelicis & Apoſtolicis præceptis non inveniri prohibitas hasce nuptias miror, cùm I. Cor. V. eum, qui Novercam duceret, Satanæ tradat Paulus.

§. 132. Ipſæ Gentes hoc agnoſcunt. Sic enim *Mich. Epheſ. ad V. Nicom.* Τὸν ἀδελφὸν μίγνυσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀδιάφορον ἦν. Νόμος δὲ τεθέντος μὴ μίγνυσθαι πλὺ τὸ ἀδιάφορον.

§. 133. *Diodor. Sic. I.* Κοινὸν ἔθος ἀνθρώπων, ne fratres ſororibus jungantur, nominat.

§. 134. *Plato de LL. VIII.* μηδαμῶς ὅσια καὶ θεομισῆ vocat iſta conjugia.

§. 135. *Appian. in Syriac.* ἀθεμιστίαν πάθους vocat.

§. 136. Sic patruelium conjugia *Æſchyl.* vocat λέκτρα ὧν. θέμις ἄργει. Et addit ſic μιαίνεσθαι γένος.

§. 137. Proinde uſque ad ſeptimam generationem de cognatione ducere uxorem prohibet *Concil. Meldenſe cauſ. XXXV. q. 2. c. 1. & Cap. 7. Concil. Aurelian. III. c. 10.* hæc habet: Ne quis ſibi ſub conjugii nomine ſociare præſumat, 1. Relictam patris. 2. Filiam uxoris. 3. Relictam fratris. 4. Sororem uxoris. 5. Conſobrinam, aut 6. Sobrinam. 7. Relictam Avunculi 8. vel Patrui.

§. 138.

§. 138. Hæc ipsa recitat & *Concil. Agathens. c. LXIII. Arelatens. III. c. 3. Epaunense c. 30. Turonens. II. cap. 22. Levit. c. 18. & Deut. 27.* repetit & prohibet. *Epaunens. c. 30.* hos numerat, Relictam fratris, Germanam uxoris, Novercam, Consobrinam, Sobrinam. *Arvernens. c. XI.* numerat, Relictam fratris, Sororem uxoris, Privignam, Consobrinam relictam.

§. 139. Pœna in omnibus dd. Concil. est Excommunicatio. *Concil. Ilerdens. c. IV.* Usque ad Missam tantùm Catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere ulli Christianorum licebit.

§. 140. *Concil. Cabilon. II. c. 29. & Wormaciens. Part. II. c. 78.* statuunt, Consanguinitas, quæ in viro observanda est, etiam in uxore custodienda. Et *c. 35. q. 2. c. 13.* Æqualiter conjungatur vir consanguineis propriis & uxoris suæ.

§. 141. *Concil. Worm. c. XXXII.* statuit, usque dum recordatur generatio aut memoriâ retinetur & cognoscitur, nulli Christiano liceat de propria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere.

§. 142. *Concil. Lugdun. apud Grat. c. XXXV. q. 2. & Rhemens. c. VIII.* ad septimum gradum, & affinitatis & propinquitatem sui sanguinis uxores ducere vetant.

§. 143. Sic & *Moguntin. c. 54. & Moguntin. II. c. 30.*

§. 144. Cur ad sextum gradum usque consanguinitas observetur, docet *Isidor. Etymol. IX. c. 6. & Aug. l. 15. de C. D. c. 26.* Ut sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

§. 145. Quomodo gradus illi sint computandi, *lib. IX. c. 5.* sic docet *id.* Filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus, illis seorsim junctis ex radice egrediuntur ibi rami, 1. Nepos, Neptis. 2. Pronepos, Proneptis. 3. Abnepos, Abneptis. 4. Atnepos, Atneptis. 5. Trinepos, Trineptis. 6. Trinepotis filius & filia.

§. 146. Superiorum, inferiorum, & ex latere venientium sic idem docet: Primo gradu superiori lineâ continentur Pater, Mater; inferiori, filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ junguntur.

§. 147.

§. 147. Secundo gradu, superiori lineâ, Avus, Avia; inferiori, Nepos, Neptis, Transversâ, Frater, Soror, quæ personæ duplicantur. Avus enim & Avia tam ex patre, quàm matre accipiuntur. Quæ seqq. gradd. etiam ipso ordine duplicantur. Item duo genera nepotum sunt, ex filio & filia.

§. 148. Tertio gradu, suprà Proavus, Proavia; infrà, Pronepos, Proneptis; ex obliquo, Fratris & Sororis Filius, Filia, Patruus, Amita, Avunculus, Matertera.

§. 149. Quarto gradu, suprà Abavus, Abavia; infrà, Abnepos, Abneptis; ex obliquo, Fratris & Sororis Nepos, Frater & Soror Patrueles, (i. e. Patrui filius, filia,) Consobrinus, Consobrina.

§. 150. Quinto, suprà Atavus, Atavia; infrà, Atnepos, Atneptis. Ex obliquo, Fratris & Sororis Pronepos, Proneptis, Fratris Patruelis, Sororis Patruelis, Amitini, Amitinæ, Consobrini, Consobrinæ, Filius, Filia, propior Consobrinus & Consobrina. His accrescunt, Propatruus, Proamita.

§. 151. Sexto gradu, Tritavus, Tritavia, suprà; Trinepos & Trineptis, infrà. Ex obliquo, Fratris & Sororis abnepos, abneptis, Fratris patruelis, Sororis patruelis, Amitinæ & Amitini, Consobrini, Consobrinæ, Nepos, Neptis. Quibus ex latere accrescunt, Propatrui, Proamitæ, Proavunculi, Promaterteræ, Filius, Filia, Abpatruus, Abamita, Abavunculus, Abmatertera.

§. 152. Septimo, Cognati rectâ lineâ suprà infràq; propriis nominibus non appellantur, sed ex transversa linea, Fratris Sororisq; Atnepos, Atneptis, Consobrini filii filiæq;.

§. 153. Successionis ideò VII. Gradus sunt constituti, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest.

§. 154. De Divortio. *Hieron. in Mart. c. X. l. 1. adv. Jovinian.* Repudium juxta eloquium Salvatoris ab initio non dabatur, sed propter duritiem nostri cordis per Mosen humano generi concessum est. *Et mox.* Ab exordio conditionis humanæ nec carnibus vescebamur nec dabamus repudium. Post diluvium autem cum datione legis carnes ingestæ sunt ad vescendum & repudia concessa duritiæ.

§. 155. Retinuerunt Ecclesiæ primitivæ hunc divortii usum, quod liquet ex *Act. XXI. 20. XV. 1.* ubi Judæi χριστιανίζοντες cum πατρῴοις ἔθεσι περιπατεῖν & ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχειν dicuntur.

§. 156. Sub tempora Constantini Magni *Ann. Chr. CCCXX.* quis mos obtinuerit circa hæc, non est certum. *Justin Apol. I.* narrat ad S. P. Q. R. de Christiana, quæ à marito infideli scelesto abscessit, erat, τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη. Id erat *ann. Chr. CL.* Sic & de Thecla *Epiphan. hær. 78.* διαλύεται γάμου.

§. 157. Post *synod. Nic. I. ann. CCCXXXI.* Constantinus jus divortii coercuit edicto tali: *l. 1. Cod. Theod. Tit. XVI.* Placet, mulieri non licere propter suas pravas cupiditates marito repudium mittere exquisitâ causâ, velut ebrioso, aleatori, mulierculario. Nec maritis per quascunque occasiones uxores suas dimittere. Sed in repudio mittendo à fœmina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, si medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si præter hæc tria repudium marito miserit, oportet eam usque ad aciculam capitis in domo mariti deponere, & tam magnâ pro confidentiâ in insulam deportari. In masculis & si repudium mittant, hæc tria inquiri conveniet, si mœcham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit. Nam si ab his criminibus liberam ejecerit, omnem dotem restituere debet, & aliam non ducere. Quod si fecerit, priori conjugi facultas dabitur ejus domum invadere, & omnem dotem posterioris uxoris ad semetipsam transferre pro injuria sibi illatâ. *Dab. III. Non. Maji, Basso & Ablav. Coss.*

§. 158. *Vet. Interpr.* ibi: Levi objectione matrimonium solvi prohibetur. Quò temporis refert *Selden. ux. Ebr. p. 561.* illud coævi Palladæ epigr. οὐ δύναμαι ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν, εἴργει γὰρ χάρτης καὶ νόμος Αὐσόνιος.

§. 159. Laxavit autem post VI. annos, i. e. *ann. Christi CCCXXXVII.* hoc edictum, ita ut uxor in militiam profecti viri, quæ post IV. annos nullum ejus vitæ indicium habebat, alii nubere posset. *l. 7. C. Tit. de Repud.*

§. 160. *Honor. & Theod. AA. C. Theod. L. III. Tit. 16. l. 2.* negant deportatæ, uxori ex edict. *Constantin. cit.* 19. postliminii uti & secundæ nuptiæ. Nec si contra fas non diverteret, ante V. annos à die repudii nubendi recepit potestatem. Tunc enim videbitur, ajunt Impp. sui magis viri id execratione, quàm alieni appetitione fecisse.

§. 161. *Iid. AA.* post annum permiserunt nubere illi, quæ Constantin. edicto id facere vetabatur. Exemplo est Fabiola apud Hieron. ep. XXX. ad Ocean. Atque hoc jus floruit per ann. CX. ita ut ei nihil reperiant JCti à posterioribus derogatum, quo tempore floruêre *Athan. Basil. Chrys. Epiphan. Cyrill. Lactant. Hilar. Augustinus, Ambrosius.*

§. 162. Anno autem CCCCXXXIX. à *Theod. & Val. III.* illud edictum Constant. & Honorii est abrogatum; & prior licentia reducta. *Nov. Tit. XVII.* Consensu licita matrimonia contrahi posse, contracta non nisi misso repudio dissolvi præcipimus. Solutionem enim matrimonii difficiliorem esse debere, favor imperat liberorum. Sed in repudio culpaq; divortii perquirendâ, durum est veterum legum moderamen excedere. Ideò Constitutionibus abrogatis, quæ nunc maritum, nunc mulierem matrimonio soluto præcipiunt pœnis gravissimis coerceri, hac constitutione repudia, culpas, culparumq; coercitiones ad veteres leges revocari censemus. *VI. Id. Jul. &c.*

§. 163. Duravit per annos X. Post ann. Chr. 449. correcta est hæc Constitutio sic. *l. 8 C. Just. Tit. de Repud.* Causas repudii hac saluberrimâ lege apertiùs designamus. Et uxori permittimus, si maritum suum adulterum, homicidam, veneficum, vel certè contra Nostrum Imperium quid molientem, vel falsitatis reum invenerit, si sepulcrorum dissolutorem, sacrilegum, latronem, plagiarium, abactorem, vel ad contemptum sui domusve suæ ipsâ inspiciente cum impudicis mulieribus cœtum ineuntem, si suæ vitæ veneno, aut gladio insidiantem, si se verberibus, quæ ingenuis aliena sunt, afficientem probaverit. De maritis verò sic: Viri quoque pari fine claudentur, nec licebit eis sine causis apertiùs modò designatis propriam repudiare jugatam.

§. 164. Si mulier contrà ageret, dotem & donationem προγαμιαίαν amittebat, nec poterat intra V. ann. nubere. Quòd si præter hæc nupserit, ajunt Impp. erit ipsa infamis, & connubium nolumus nuncupari.

§. 165. Vir, qui aliter ageret, dotem reddebat, & ante-nuptialia munera amittebat.

§. 166. *Ann. Chr. 497. l. 9. C. Just. tit. Repud.* Anastas. Imp. sic explicuit: Tempus quinque annorum fœminæ superiùs præscriptum: Si constante matrimonio communi consensu tam viri, quàm mulieris repudium sit missum, quo nulla causa continetur, quæ Constitutioni Theodos. & Valent. inserta est, licebit mulieri non quinquennium expectare, sed post annum ad secundas nuptias convolare. *XV. Cal. Mart. &c.*

§. 167. Et sic circa CC. ann. in Imp. Rom. ante Justinianum. Is *L. 10. C. Tit. de Repud.* Theodosianis causis adjecit, si maritus uxori ab initio matrimonii usque ad duos annos continuos computandos coire minimè propter naturalem imbecillitatem valeat. *Ann. Chr. DXXVIII.* Et *Nov. 22. c. 5. & 18.* Si uxor suâ ope & industriâ abortum fecerit, vel ita luxuriosa est, ut commune lavacrum cum viris libidinis causâ habere audeat, vel dum est in matrimonio alium sibi maritum fieri conata fuerit. Est & *Nov.* 140. cum tit. ὥστε δύνασθαι κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον. Verba sunt: θεσπίζομεν ἐξεῖναι κατὰ τὸ παλαιὸν, τὰς ἐκ συναινέσεως *mutuo consensu* διαλύσεις ἐπὶ τῶν γάμων γίνεσθαι. *Ann. Chr. 566.*

§. 168. Post Justin. *Photius Nomocan. Tit. XIII. c. 4.* dicit: Τὸ δὲ κατὰ συναίνεσιν πρὸς τὸ συμφωνούμενον λύειν τὸν γάμον ὥρισται μὲν πρώην. (*scil. L. IX. C. de Repud. Const. Anastas.*) ἀνῃρέθη δὲ ἐκ τῆς ἑλληνικῆς 117. Nov. αὖθις δὲ ἀνενεώθη ὑπὸ Ἰουστίνου βασιλέως. *Id. Orat. ann. Chr. 870.* Et *Leo Imp. ann. 900.* in βασιλικοῖς Titulum habet περὶ γάμου λύσεως καὶ τῶν τῆς λύσεως αἰτιῶν. *Synops. Basil. l. 29.* ubi Justinianeæ illæ causæ confirmantur, μηδενὶ τρόπῳ παρὰ ταύτας τὰς εἰρημένας αἰτίας δια-

διαζύγιον γίνεσθαι· ἢ κατὰ συναίνεσιν τοὺς γάμους διαλύειν. Adjicitur à Scholio: Ἀνῄρηται νῦν τὸ κατὰ συναίνεσιν λύειν τοὺς γάμους. *Consensu solvendi matrimonia mos est sublatus.* Et hoc etiam in Oriente, ut patet.

§. 169. Post Leonem ann. Chr. MLXX. *Attaliata jussu Mich. Ducæ Aug.* scripsit ποίημα νομικὸν, in quo Tit. est περὶ λύσεως γάμου, rem talem continens: Ὁ γάμος ἐπὶ τῶν ἀνωτέρω χρόνων ἐκ συναινέσεως ἢ ἐκ θελήσεως τοῦ ἑνὸς μέρους ἐλύετο. ὕστερον δὲ διὰ τῆς Νεαρᾶς τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἀπετέθησαν ῥητῶς αἱ αἰτίαι, δι' ἃς καὶ μόνας δύνανται στέλλειν διαζύγιον. Et addit: χωρὶς τούτων γάμος ἀνισχύρως λύεται. Tum enumerat causas supradictas Justin. & Leonis, binis adjunctis: κατὰ πρόφασιν ἄμεμπτον, quæ Latinis dicuntur BONA GRATIA. Ut ὅταν ἄσκησιν ἕληται, *cùm Monachus fit alter illorum*, quod κουρὰν nominat, vel cùm vir triennio οὐ πράττει τὰ παρὰ τῆς φύσεως διδόμενα τοῖς ἀνδράσιν, quod dicitur Ἀπραξία τῆς κοίτης.

§. 170. *Edict. Alex. Comnen. ann. Chr. 1096.* vetat Sponsaliorum μετὰ ἱεροτελεστίας πληρουμένων solutionem, quæ tamen ibid. οὐ πάντως τῶν γάμων ἐπέκεινα ἄλυτοι dicuntur (post nuptias.) Ἀλλ' αἷς αἰτίαις οὗτος *sc.* γάμος τὴν διάλυσιν ἐπιδέχονται, ταῖς αὐταῖς καὶ αὗται (*Sponsalia*) διαλυθήσονται. Causæ autem sunt illæ Justiniani & Leonis suprà.

§. 171. Hæc ipsa tradit *Harmenop. ann. Chr. 1150. & Balsamon. ann. Chr. 1200.* Qui *Canon. 105. Concil. Carth.* annis ante Justinianum 100. & amplius habiti, tollentem divortia ait abolitum esse, τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι περιεχόμενα πρεσβύτερα ὄντα κατὰ πολὺ, ἠπράκτησαν *exoleverunt.*

§. 172. Quæ apud Gallos, Anglos &c. obtinuerunt, aut ex his provenere, aut ab his non multùm recedunt, & peti possunt è *Selden. Uxor. Ebr. l. 3. c 30. p. m. 580. seqq.*

§. 173. Quæ alii nupserit, putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur. *Caus. 35. q. 1. c. 1. è Leone P. ep. 77. c. 1.*

§. 174. Sic *Innocent. Ep. 9.* de uxore reverâ marito jam alteri copulato; Statuimus, illud esse conjugium, quod primitùs erat gratiâ divinâ fundatum, conventumq; secundæ mulieris, priore superstite nec divortio ejecta, nullo pacto posse esse legitimum.

§. 175. Quæ primo viro rejecto, secundo adhæserit, nisi secundum relinquens, primo reconciliari non potest. *Hieron. ad Amand. Presbyter.* ait: Ista soror, quæ passa est vim, ut alteri conjungeretur, si vult corpus CHRISTI accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam, ita, ut secundo viro, qui non vir, sed adulter appellatur, à tempore pœnitentiæ non copuletur.

§. 176. De ea, quæ virum necessitate inevitabili in aliam proficiscentem regionem sequi noluerit, ait *Conc. ad Vermer. apud Gratian. c. 35. q. 1. & 2. c. 4.* Ipsa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permaneat.

§. 177. De eo, qui nesciens dormivit cum sorore uxoris, *Concil. Tribur.* statuit; Pœnitentiam agat & legitimum suum conjugium habere permittatur. Illa verò vindictâ dignâ affligatur, & in æternum conjugio privetur.

§. 178. Dabimus jam Canones Synodorum & PP. quos in tria tempora distinguimus: *I. Ab Apostolis* ad ann. Chr. 325. & Const. M. *II. Ab eo ad Justinianum I.* ann. DXXX. Christi. *III. Exindè ulteriùs.* *Primo* tribuuntur *Constitt. Clem. & Canon. Apostol.* quorum hi *l. 6. c. 17.* de Cleri uxoribus tantùm statuunt, ne Clericus ducat ἐκβεβλημένην, Repudiatam. Et *l. 8. c. 34.* Πιςὸς ἢ πιςὴ δούλοις συναφθέντες ἢ ἀφιςάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. Ubi divortium jubetur. *Can. V.* prohibetur Episcopus, Presbyter, Diaconus γυναῖκα ἐκβάλλειν προφάσει εὐλαβείας, uxorem ejicere specie religionis. *Concil. Gangrens. Can. XIV.* Si quæ mulier deseruerit virum βδελυττομένη τὸν γάμον, scil. ex hæresi Eusthatii damnantis nuptias, ἀνάθεμα ἔςω.

§. 179. *Can. Apost. 48.* prohibet post divortium secundas nuptias: Si quis Laicus uxorem suam ἐκβαλὼν ἑτέραν λάβοι ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, Communione pellatur. Quod

JCti

JCti Orient. de repudiata ἀναιτίως, ἀλόγως, μὴ κατὰ νόμον capiunt. Et *Mich. Chrysocephalus ibid.* ἡ ἀπολελυμένη λέγεται ἡ μὴ κατὰ νόμους τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς διαζυγεῖσα.

§. 180. *Synod. NeoCæsar. Can. VIII.* Sacerdos, cujus uxor mœchatur, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτὴν, vel διαζυγῆναι αὐτὴν, ut ait *Zonar. Dist. 34. c. 11.*

§. 181. In Occidente *Syn. Arelat. ann. CCCXIV. Can. 10.* de his, qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt fideles, & prohibentur nubere, placuit, ut, in quantum possit, consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licèt adulteris, alias accipiant. *Eliberitan. Concil. Can. VIII.* eod. tempore. Fœminæ, quæ nullâ præcedente causâ reliquerint viros suos, & se copulaverint alteris, nec in fine accipiant communionem. Item fœmina fidelis, quæ adulterum maritum reliquit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur, ne ducat. Si duxerit, non priùs accipiat communionem, nisi, quem reliquit priùs, de seculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

§. 182. PP. hujus seculi *Clem. Alex. Strom. 2. sub fin. Origen. homil. VII. in Matth. Tertull. l. 4. adv. Marcion.* hi posteriores duo extra causam mœchiæ divortia impugnant. *Pap. Eutychian. Gratian. c. 28 q. 1.* Si quis gentilis gentilem dimiserit uxorem ante baptisma, post baptismum in potestate ejus erit, habere eam, vel non habere. Et: Infidelis si discedit, discedat. Vixit ann. Chr. 280.

§. 183. Secundi temporis *Concil. IV.* sunt: *Nic. I. Constantin. I. Ephes. & Chalcedonense*; in quibus de divortio nihil occurrit. Sic nec in Sardicensi Concil. quod & Generale dicitur. *Synod. Milevit. ann. Chr. 402.* Placuit, inquit *Can. XVII.* ut secundum Evangelicam & Apostolicam doctrinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito alteri conjungantur, sed ita maneant, aut reconcilientur sibimet, quod si contemserint, ad pœnitentiam redigantur. Quod *Can. Eccl. African. Can. 102.* exprimunt cùm titulo: περὶ τοῦ τοὺς ἄνδρας ἢ τὰς γυναῖκας ἀπολυομένους οὕτως μένειν. Et ann. 390. *Decret. Siric. Pap.* inquit; ut puellam

lam alii desponsatam alter in matrimonium accipiat, fieri, omnibus modis inhibemus. Et ann. 405. *Innocent. I. Pap. Ep. Decret. 5. c. 5.* Qui interveniente repudio alii se matrimonio copulârunt, hos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, aliam ad copulam festinârunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud *Matth. V. 29.* Et ideò omnes à communione fidelium abstinendi.

§. 184. In Oriente *Basil. M. Cæsar. ad Amphiloch.* ait: ἐξ ἴσου καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει, περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γάμου ἐξίστασθαι παρεκτὸς λόγου πορνείας. *Matth. V.* Ἡ δὲ συνήθεια οὐχ οὕτως ἔχει. *Consuetudo non ita se habet*, scil. ex legg. Cæsarum. *Chrysost. Hom. 17. in Matth.* asserit relictum τρόπον ἕνα ἀφέσεως, is est adulterii causa, ex *Matth. 19. & 5.*

§. 185. Sic in Occid. *Hieron. ep. XXX.* nec secundas post divortium adulterii causâ nuptias priore conjuge superstite admittit, ut nec *Chrysostom. & Ambros. in c. 17. Luc. & August. ad Pollent.* Qui *libb. Retract. I. c. 19.* sic disserit: De præcepto, quo prohibetur uxor non dimitti, nisi propter fornicationem, scrupulosissimè disputant. Sed cùm velit Dominus intelligi fornicationem, propter quam liceat dimittere uxorem, utrum eam, quæ damnatur in stupris, an illam *Ps. LXXII. 27.* de qua dicitur: Perdidisti omnem, qui fornicatur, abs te (*sc. spiritualiter*) etiam atque etiam cogitandum est. Nec volo in re tanta &c. Non quia omne peccatum fornicatio est, neque enim omnem peccantem DEUS perdit &c. cùm perdat omnem, qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligenda ac elimanda sit hæc fornicatio, & utrum etiam propter hanc dimittere liceat uxorem, latebrosissima quæstio est. Licere autem propter illam, quæ in stupris committitur, nulla quæstio est. *Prov. 18. &c.*

§. 186. Post Justinianum *Alex. Comn. Constantin. Patriarch.* Canones hos recitat *Zonaras ann. Chr. 1030.* 1. Ἀκατάγνωστος, *sc. minister sacer*, ὁ εὐλογῶν γυναῖκα ἑτέρου ἀνδρὸς, αὐτῆς παρα-

χωρῶν

χομένου τὴν αἰτίαν, ἀπολυθῆσαι. II. Αἱ παρὰ ἀνδρῶν παρεχομένων τὴν αἰτίαν ἀπολυθεῖσαι, εἰ γήμαιεν βουληθεῖεν, καὶ αὗται ἀνέγκλητοι, καὶ οἱ εὐλογοῦντες ἱερεῖς. Καὶ ὁμοίως περὶ ἀνδρῶν. III. Ὁ τὴν ἐκβεβλημένην ἐπὶ μοιχείᾳ γήμας κἂν γεγαμηκὼς κἂν ἄγαμος, μοιχός ἐστι. Καὶ τῷ τῶν μοιχῶν ὑποκείσεται ἐπιτιμίῳ. *Qui ejectam adulterii causâ duxerit, sive ille antè duxerit uxorem, s. non, adulter est, & adulterii pœnæ reus.* IV. Τῶν ἐκ συμφώνου ὅπερ ἀπείρηται τοῖς νόμοις τῶν γάμων διαλυσαμένων ὁ τοὺς δευτέρους γάμους εὐλογῶν ἱερεὺς τῆς ἰδίας ἐκπεσεῖται τιμῆς. *Seldenus.*

§. 187. *Beda Matth. l. c. 5.* Πορνείαν sic explicat: Non intelligitur heîc tantùm fornicatio in stupro, sed omnis concupiscentia, vel idololatria, quæ hominem faciunt à lege DEI aberrare. Si igitur uxor hujusmodi cogat aliquid virum, qui talem dimisit, causa fornicationis dimisit, non tantùm illius, sed & suæ. Illius, quia fornicatur, suæ, ne fornicetur.

§. 188. Sterilem uxorem dimittere, & fœcunditatis causâ aliam ducere non licet, apud *Aug. de bon. conjug. c. 7. Caus. XXXII. q. 8. c. 27.*

§. 189. Ob infirmitatem vel damna corporis matrimonium solvere non licet. *Ibid. c. 26.*

§. 190. De impotentibus separandis *vid. supr. hoc tit.* Quibus adde *Gregor. Caus. XXXIII. q. 1. c. 2.* De his, qui ob causam frigidæ naturæ dicunt, se non posse invicem operam carni dantes commisceri, si retinaculum conjugale voluerint rescindere, maneant utrique innupti.

§. 191. Qui ducit in uxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere. *Gratian. c. 29. q. 1. §. Error fort.*

O.

ORATIO.

§. 1.

ORationem Dominicam *Tertullianus* vocat, totius Evangelii breviarium & salutaris doctrinæ compendium. *Cyprianus* nominat, Fundamentum omnium nostrarum orationum.

§. 2. Ter quotidiè orare hanc precationem statuit *Clem. Apost. Constit. l. 7. c. 25.* Ter ita in die orate. *L. 8. c. 34.* Precationes facite manè, horâ tertiâ, sextâ, nonâ, atque ad galli cantum. *Jo. Cassianus l. 2. Institut. cap. 2.* itidem nominat, horas, tertiam, sextam, nonam. *Hieron. ad Eustoch. ep 2. c. 16.* addit, *Diluculum & Vesperam.* Desumtum est ex *Dan. c. 6. v. 10.* & *Actor. c. 3. v. 1.* ubi adi Cornelium Lapidensem prolixè. Inde mox natæ sunt *Horæ Canonicæ septem.* De quibus scripsit *Francolinus.* Adi & Calalium cap. 45. de *Ritibus Veterum.* *Toletan. Concil. IV. Can. 9.* statuit, quotidiè hanc orationem effundere in conspectu DEI debemus. Quisquis ergò Sacerdotum hanc Orationem Dominicam quotidiè aut in publico, aut in privato officio præterierit, ordinis sui honore privetur. *Concil. Gerundense Canon. 10.* Placuit, ut omnibus diebus post matutinas & vesperas, Oratio Dominica à Sacerdote proferatur.

§. 3. In Cœna solennis fuit: *Greg. M. Reg. 7. c. 63.* Orationem Dominicam ideò mox post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodò Orationem oblationis hostiam consecrarent. *Platina in vit. Xyst. I.* Petrus, ubi consecraverat, Pater Noster oratione usus est. *Walafrid. Strab. de Reb. Eccl. Cann. 830. cap. 2.* Relatio, *inquit*, Majorum est, ita primis temporibus Missas ferri solitas, sicut modò in Parasceve Paschæ communicationem facere solemus, i. e. præmissâ Oratione Domi-

Dominicâ. *Bern. Abb. Augiens. Tract. de Rebus ad Miss. pertin. c. 2.* ait: In exordio nascentis Ecclesiæ non eo, quo nunc modo vel ordine sacra Missarum solennia celebrabantur, teste etiam B. Greg. Papâ, qui ad conficiendum corpus & sanguinem Domini orationem Dominicam fecit decantari. *Rupert. Tuit. l. 2. c. 21.* Non quidem sanctiùs hinc est, quàm erat priùs ad solam quandò Orationem Dominicam & verba Domini consecrabatur. *Durand. Ration. l. 6. c. 1.* Apostoli, *ait*, non solùm verba præmissa, verùm etiam Orationem Dominicam superaddentes. Sic & *c. 77.* Ipsi postmodùm Orationem Dominicam addiderunt.

§. 4. *Concil. Tolet. IV. Can. IX.* scribit: Nonnulli Sacerdotum in Hispania reperiuntur, qui Dominicam Orationem, quam Salvator noster docuit & præcepit, non quotidiè, sed tantùm die Dominicâ dicant.

§. 5. Unde fit verosimile, imò planissimè elucescit, Cœnam Domini administratam fuisse prævià recitatione hujus precationis, quod & observavit *contr. Harding. Juellus Ep. Sarisbur. Tom. I. p. 42.*

§. 6. Orationem PP. ita definiunt. *Basil. M.* Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθοῦ παρὰ τῶν εὐσεβῶν εἰς θεὸν γενομένη. *Gregor. Nyss.* Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθῶν μεθ' ἱκετηρίας προσαγομένη θεῷ. *Et id.* Τὴν πρὸς θεὸν ὁμιλίαν vocat. Sic *Euseb. Vit. Const. Magn.* Μόνος μόνῳ τῷ αὐτοῦ προσωμίλει θεῷ. *Chrysost.* Πᾶς προσευχόμενος τῷ θεῷ διαλέγεται. Hinc illud *Luc. XI. 2.* ὅταν προσεύχησθε, λέγετε.

§. 7. Orandi variæ Phrases fuerunt apud Patres. Sæpè enim de precibus duris utuntur vocibus; Δυσωπεῖν & ἀπειλεῖν. Ut in *Liturg. Basilii*: Σὲ τοίνυν δυσωπῶ τὸν μόνον ἀγαθὸν καὶ εὐήκοον. quod est, *importunè te oro.* *Nazianz.* de Gorgoniâ insanabiliter ægrotante, μὴ πρότερον ἀνήσειν ἢ τῆς ὑγιείας τυχεῖν ἀπειλοῦσαν. *Minata est DEO, se non quieturam, nisi impetratâ valetudine.* Ecce τὸ φιλάνθρωπον DEI! *Tertull.* Misericordiam DEI precibus extorquere, dicit *Apol. c. 40.* & *c. 39.* Vim DEO fieri, cùm oramus, *inquit.*

§. 8. *Orandi mos de geniculis.* Puto communem de geniculis orandi morem Ecclesiæ veteri ansam dedisse, semper de genibus adorare, excepto die Dominico & Pentecoste. Græci appellant *γονυκλισίαν, γονυπέτειαν, γονυθεσίαν.* Æthiopes מחל Antiochena Ecclesia סוסרכבא Arabibus מתר. *Tertull. de Coron.* Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ ad Pentecosten usque gaudemus. *Epiphan.* Ἐν ἡμέραις Πεντηκοστῆς ὅλης οὔτε Γονυκλισίαι γίνονται οὔτε νηστεία προστέτακται. *Hieron.* Die Dominico & per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare & jejunium solvere observatio vindicavit.

§. 9. Æthiopes semper stantes non de geniculis COLLECTÆ intersunt. Sed die Pentecostes ingeniculant. *Vid. infr. verbo Pascha.*

§. 10. *Tertull. de Orat.* prædicat Christianorum modestiam in precando: Cum modestia & humilitate adorantes magis commendamus DEO preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimiùs elatis, sed temperatè ac probè elatis, ne vultu quidem in audaciam erecto.

§. 11. *Manuum sublatio* solennis; ex Pauli illo, ὁσίους τὰς χεῖρας ἐπαίροντας. *Chrysost. Hexaëm.* causam elevandi manus reddit, quia illæ πολλαῖς πονηρίαις διακονοῦσι διὰ τοῦτο κελευόμεθα αὐτὰς ἀνατείνειν, ἵνα ἡ τῆς εὐχῆς διακονία δεσμὸς αὐταῖς γένηται τῆς κακίας.

§. 12. Sæpè quoque humi prostrati in precando. *Fortunat. IV. 1.* Sternitur ergò solo tacitus prece, sidera pulsans,

Corpore fusus humi. - - - -

Augustin. de Cur. pro Mort. ag. c. V. Orantes de membris sui corporis faciunt, quod supplicantibus congruit, cùm genua figunt, cùm extendunt manus, vel etiam prosternuntur solo.

§. 13. Ubi habes omnia tria! *Sulp. Dial. 3.* vocat, in orationem prosterni. Et *c. 6.* Solo stratus orabat.

§. 14. *Oratio publica* facta fuit à Christianis pro Imperatoribus & omnibus. *Tertull. Apol. c. 39.* Oramus pro Imp. pro

potesta-

potestatib. pro statu seculi, pro mora finis. Atque hæc facta ante Lectionem & in fine Concionis ante dimissionem, unde Signaculum Orationis dicitur à *Tertull. de Orat. c.* 14. & *Justin. M. Apol.* 2. *Tertull. de Anim. c.* 9. vocat *Petitiones delegare*.

§. 15. Origo hujus orationis publicæ apud *August. ep.* 59. est ex I. *Tim.* II. nam illa verba accipit *Aug.* de solennibus officii Ecclesiastici precibus.

§. 16. De Precum formula *Cyprian. Orat. Dom. Serm.* 8. Publica nobis est & communis oratio, & quando oramus, non pro uno, sed pro populo toto oramus. Et *de modo sic ibid.* Ut autem omnis cogitatio carnalis abscedat, nec quicquam tunc animus, quàm id solùm cogitet, quod precatur, ideò Sacerdos ante Orationem præfatione præmissâ parat fratrum mentes dicendo: *Sursum corda.* Ut dum respondit plebs: *Habemus âd Dominum*, admoneatur, nihil aliud se quàm Dominum cogitare debere.

§. 17. Unde discimus, in oratione quid dixerit Sacerdos, quid responderit populus, & quare.

§. 18. Apud *Chrysost. in* I. *Tim.* II. *Serm.* III. legitur, ante fores Ecclesiæ aquæ fontem parari solitum ad lavandas manus, ait enim: *Solenne est, ut præsto sint ante oratoria fontes, ut adoraturi DEUM priùs lotas manus attollant.*

§. 19. Versus Orientem Veteres orabant. *Tertull. Apologet. c.* 84. Quòd innotuerit, nos ad Orientis regionem precari. Et hoc ideò: quia Oriens, i. e. Salvator maximè visitavit nos oriens ex alto, quemadmodum ait *Eucherius ad Salonium*; Et in Zachariâ: Ecce Vir Oriens nomen ejus. Hinc olim in Ecclesia Templorum quoque structuram Orientem versùs extulêre. *Vitruv. l.* 4. *c.* 5. *Higin. de Limite ait:* Placuit omnem religionem eò convertere, ex qua parte cœli terra illuminatur. (*De Gentibus sermo est.*) Sic & *Tertull. Apolog. c.* 84. Ad Solis ortum labia vibratis.

§. 20. In Ecclesia primit. idem retentum, sed alio fine, ut docet *Corippus l.* 1. *Circens.*

Hanc Veterum primi ritum non ritè colebant,
Esse DEUM Solem rectâ non mente putantes:

 Sed

Sed factor Solis postquam sub Sole videri
Se voluit, formamq; DEUS de virgine sumsit,
Humani generis tunc demto Solis honore,
Et CHRISTO delatus honos.

§. 21. Orationum pro defunctis apud *Justinum & Irenæum*, qui *secundo seculo* floruêre, nulla extat mentio. Unde credibile est, *secundo seculo* exeunte ritum hunc in Ecclesiam esse invectum. Ex illo tempore apud omnes passim Christianos invaluit, & fit mentio in Scriptis omnium Doctorum veterioris Ecclesiæ.

§. 22. Tota materiæ hujus scientia redigi potest ad hæc tria: 1. Pro *quibus* oraverint. 2. *Quo fine*. 3. *Quomodo*. Quò referendæ sunt Liturgiæ & formulæ conceptæ.

§. 23. Originem repetunt nonnulli ab Ethnicis, de quibus *Tertull. Anim. c.* 4. Æquè ex bona parte, cui gratiam debes, ossibus & cineribus ejus refrigerium comprecaris, & ut benè requiescat, cupis. Idem moris posteà Christianis commendat *de Monogam. c. 10.* ubi de vidua ait: Pro anima ejus orat, & interim refrigerium adpostulat ei, & offert annuis diebus dormitationis ejus. Nam hæc nisi fecerit, verè repudiavit, quantum in ipsa est.

§. 24. Alii tres persuasiones Veterum recensent, ex quibus illa consuetudo cœperit. Quarum *prima* est, quòd putârunt, fidelium animas extra cœlum usque ad resurrectionem quiescere in statu placido & à pœnis libero, cæterùm nondum consummato. *Altera*, quòd existimârunt, CHRISTUM in terras iterum descensurum, piosq; ac fideles suscitaturum è pulvere, & unà cum iis mille annos Hierosolymis maximo in splendore ante novissimum diem regnaturum esse; quam appellabant, primam resurrectionem. *Justin. M. in Tryphon. p. 239.* *Tertia*, quòd statuerunt, omnes in ultima die resuscitatos igne quodam δοκιμαστικῷ purgatum & exploratum iri, defluentibus scoriis ex incendii flamma, si quæ vitiorum fortè adhærerent reliqua. *Augustin. l. 11. de C. D. cap. 25.* Unde mox in sequentibus seculis detorta est doctrina de *Purgatorio* in Ecclesia Occidentis.

§. 25. Orârunt autem non pro malis tantùm, sed & bonis ac piis quibuscunque defunctis in Christiana Communione. 2. Pro

iis,

iis, quos cum reatu peccati mortalis in hac vita non remisso defunctos esse censebant. 3. Imò & pro Sanctissimis, ut *Patriarchis*, *Episcopis* & sic deinceps, *ut infrà ex Liturgiis patebit.*

§. 26. Ad hæc pertinent & alia officia impensa ex caritate mortuis, qualia sunt: *Datio Eleemosynæ* in funere, *oblatio*, *Sacrificium*, *Commemoratio* ad altare, *Gratiarum actio*. Eaq; præstabant vel ante sepulturam, vel annuatim die obitus in annos recurrente, vel alio tempore.

§. 27. In specie autem orabant pro mortuis in reatu culpæ, pro quibus & eleemosynam dabant, existimantes, prodesse hæc posse, si non essent valdè mali, ad plenam veniam obtinendam, vel certè mitigandam damnationem, ἄνεσιν τῶν κολάσεων, ἵνα βοήθειαν. *Cyrill. Catech. Myst. V. Paulinus ep. XX. Augustin. Enchirid. c. 110.*

§. 28. *Finis* non erat simplex. Nam (1) vel ideò, ut iis in inferis & in sinu Abrahæ solatium; (2) vel in prima, quam vocabant, resurrectione sortem; vel (3) ut adversus extremi diei incendium præsidium; vel (4) in terris honestam famam; vel denique (5) ad ultimam supremamq; resurrectionem beatam jus; vel etiam (6) in judicio illo misericordiam DEI impetrarent.

§. 29. Respectu viventium superstitum, commendabant seipsos istis precibus DEO: (1) Pro simili clausula vitæ beatâ obtinenda, quali persunctum jam mortuum credebant, ut explicat *Dionys. Hier. Part. 1. c. ult.* (2) Vel ideò, ut fidem suam de immortalitate animarum publicè testarentur. Ac (3) spem suam de futura resurrectione corporum, æternâq; beatitudine soverent, & (4) intereà mutuis alloquiis ad sanctam piè defunctorum imitationem incitarent. *Basil. M. Orat. pro Gordio p. 240. Epiphan. Hær. 75.*

§. 30. Modum *Dion. Areop. de Hier. Eccl. cap. ult.* Scriptor tertii & quarti seculi, prolixè nobis depingit: 1. Defunctus à propinquis ad Ecclesiam deferebatur Episcopo, ut pro eo funderet preces sacras, sortemq; athletam coronâ donaret. (2) Propinqui ejus hymnis DEUM laudabant, eiq; gratias agebant, & similem requiem sibi exoptabant. 3. Tum Episcopus simul con-

ceptam

ceptam Orationem Eucharisticam recitabat, quòd defunctus in cognitione DEI & militia Christiana ad mortem usque constanter perseverâsset. 4. Recitabantur promissiones in Script. sacra conscriptæ de futura resurrectione, & canebantur in eum sensum Psalmi: Et hæc quidem præsentibus Catechumenis. 5. Illis mox dimissis Episcopus commemorabat ante defunctos, eosq; ceu victores clarâ voce proclamabat, eumq;, qui ante pedes erat, pari laude dignum prædicabat. 6. Et omnes quotquot aderant, hortabatur, ut ejus imitatione beatam quiq; mortem sibi in Domino exposcerent. 7. Denique rogabat DEUM, ut defuncto omnia peccata remitteret, eumq; in lucem & terram viventium, ac sinum Abrahæ deduceret. 8. Quo peracto osculo Pacis defunctum salutabat idem, & post ipsum, qui adessent, cæteri.

§. 31. *Commemorationem s. Nominationem* quotannis stata die repetitam, docent *Tertull. de Monogam. c. 10. Cyprian. ep. 66. Arnob. l. 4. adv. Gent.*

§. 32. *Oblatio* fiebat vel ad *s. Synaxes*, vel ad eleemosynas, idq; vel ex legatione defuncti, vel amicorum liberalitate, vel, si ii deessent, ex communi thesauro. *Augustin. de Cura pro mort. cap. 4. Tom.* 4. Supplicationes, *inquit,* faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis, & jam tacitis nominibus quorumcunque sub generali commemoratione suscepit Ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes aut filii, aut amici & cognati ab una eis exhibeantur pia matre communi.

§. 33. Formulæ solenniores sunt istæ: Canon Missæ: *Ipsis, Domine, & omnibus in CHRISTO quiescentibus locum refrigerii, lucis & pacis ut indulgeas, deprecamur.* Ubi vox Refrigerii ex *Actor. III. v. 19.* desumpta est, *ἀνάψυξιν* vocaverat D. Petrus. Respicientes ergo statum animæ, petebant id ei propter æstum desiderii, quo ad resurectionem anhelarent corporis, & plenam gloriam. Lucem intelligebant, *Lumen beatæ visionis.* Pacem, ab omni etiam damni malo immunitatem. *Liturgia Jacobi: Μνήσθητι Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς ὧν ἐμνήσθημεν καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν ὀρθοδόξων* ab Abele justo ad hodiernum usque

usque diem. Ἐκεῖ αὐτὲς ἀνάπαυσον ἐν χώρᾳ ζώντων in regno tuo, in deliciis Paradisi, in sinu Abrahæ. *Liturgia Marci sic effertur* Animas Patrum & fratrum nostrorum, qui anteà in CHRISTI fide obdormierunt, ἀνάπαυσον Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν μνησθεὶς τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος προπατέρων, *Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Episcoporum, Sanctorum, Justorum*, παντὸς πνεύματος ἐν πίστει Χριστοῦ τετελειωμένων. *Liturgia Basilii*: Μνήσθητι πάντων τῶν προκεκοιμημένων ἐπ᾽ ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου. *Liturgia Chrysost.* eàdem utitur: Μνήσθητι πάντων patrum & fratrum nostrorum, qui prædecessserunt. Utitur & illâ: ὑπὲρ μνήμης καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν &c. φιλάνθρωπε Κύριε συγχώρησον. Usurpat & hancce: Ἀνάπαυσον αὐτὲς ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. Sic & habet *Liturgia Cyrilli, Gregorii Romani, Syrorum, Æthiopum in Biblioth. Patrum T. 6. p. 36. 39. 67.*

§. 34. Ex quibus & illud patet, quid defunctis exoraverint. 1. Ut DEUS velit memor esse eorum. 2. Ut velit eos reficere & recreare lumine vultus sui. 3. Ut velit misereri & esse propitius. 4. Requiem dare. 5. In Syrorum Lit. bonam memoriam. 6. Beatam resurrectionem. 7. In Syrorum Liturg. ut velit DEUS ossa eorum rore miserationum ejus conspergere, desumpto loquendi modo ex *Esa. c. XXVI. v. 19.*

§. 35. Quidam sic dispescunt ex *I. Tim. II. v. 1.* petiisse iis: 1. Susceptionem in patriam. 2. Requiem ibi & gloriæ incrementum. 3. Maturam resurrectionem ad vitam. Rogâsse DEUM, (1) ut omnia eis peccata condonaret. 2. Ut in judicio misericordiam judicis experirentur. Supplicâsse (1) ut DEUS non intraret cum iis in judicium. (2) Ut non abjicerentur à potestate DEI in potestatem diaboli & cruciatus gehennæ, quos peccata ipsorum meruêre. Præ cæteris legi meretur *Ambros. in Hom. funeral. Imp. Theodos. Forbes. l. XII. c. IX.*

§. 36. *Epiphan. Hær. LXXV. n. VII.* ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ ὑπὲρ νεκρῶν γενομένη εὐχὴ, εἰ καὶ τὰ ὅλα τῶν αἰτιαμάτων μὴ

ἀποκόπτει. *Augustin. lib. de cura pro mort. ag. cap. 1.* In Maccabæorum libris legimus, oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nusquam in Script. veteri legeretur, non parva eſt univerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, auctoritas. *Et poſt:* Quamvis non, pro quibus fiunt, omnibus proſint, ſed iis tantùm, quibus, dum vivunt, comparatur, ut proſint. *Cyprian. Ep. LXVI.* dicitur in Concilio decretum eſſe, ut ſi quis moriens Clericum tutorem reliquiſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur. *Tertull. de Cor. Mil. Cap. III.* Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annuâ die facimus. *Athanaſ. Quæſt. XXXIV. ad Antioch.* cùm rogatum eſſet, utrum mortuorum peccatorum animæ beneficia in ſe collata ſentirent: *γινομένων ὑπὲρ αὐτῶν συνάξεων καὶ εὐποιϊῶν καὶ προσφορῶν.* Respondet: *Τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς μετέχειν εὐεργεσίας τινὸς ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένης ἀναιμάκτου θυσίας.* Alioqui ſi nihil hæc ipſis prodeſſent, οὐκ ἂν ἐν τῇ προσκομιδῇ ἐμνημονεύοντο.

§. 37. *Concil. Vaſenſe Can. II. Carthag. III. Can XXIX. & IV. Can. LXXIX.* præter *Liturg. Græc. & Latin.*

§. 38. Poſteà res eò delata eſt, ut pultes, & panem & merum in Africa & alibi ad honorandas defunctorum memorias adferrent. Quod prohibet *Ambroſ ap. Auguſt. VI. Conf c. II.* ne ulla occaſio ſe injurgitandi daretur ebrioſis; & quia illa quaſi parentalia ſuperſtitioni Gentilium eſſent ſimillima. *Tertull. Apologet. Cap. 13.* Quid ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis veſtris conferatis? Ædes proinde, Aras proinde. Idem habitus & inſignia in ſtatuis, ut ætas, ut ars, ut negotium mortui fuit, ita Deus eſt. Quo differt ab Epulo Jovis ſilicernium? A ſimpulo obba? ab aruſpice Pollinctor? Nam & aruſpex mortuis apparet. *Hæc ille.*

§. 39. Nominatio ad Altare. Erat ſolennis defuncti nominatio ad altare, quâ preces allegabant Euchariſticas, & pro reſurrectione defunctorum illius anni. *Cyprian. l. 1. ep. 9.* Neque ad altare DEI meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes avocare voluit. *Epiphan. l. 3. Hæreſ. LXXV.* Finem

hujus

hujus rei statuit, quod παρόντες πιστεύουσιν τοὺς τετελευτηκότας ζῆσαι καὶ εἶναι σὺν τῷ κυρίῳ. *Confer. Tit. Martyres.*

§. 40. Memorabilis etiam mos est vett. Christianorum, quo se Pastorum suorum precibus commendabant. Sic ap. *Crus. Turcogr. l. 2. Demetrius ad Patriarch. Ep. VIII. p. 251.* Ἀντίδος ἡμῖν τὰς σὰς πρὸς θεὸν εὐπροσδέκτους εὐχάς. *Et in fine:* αἱ δὲ σαὶ πανάγιαι θεότατοι εὐχαὶ εἶεν μεθ' ἡμῶν ἐν παντὶ βίῳ. Et *l. IV. p. CCCXIX.* scribit Tenensis Zygomalæ, ὑγιαίνω μακροθυμίᾳ Θεοῦ καὶ διὰ τῶν σῶν ἁγίων εὐχῶν, ubi precum illius vi tribuit sanitatem suam.

§. 41. Et *I. Thess. I. 4.* μνείαν ποιεῖν ἐν προσευχαῖς ideò dicitur. Hinc apud Græcos Μνημόσυνον dicitur *Precatio pro alio facta,* τὸ διηνεκὲς μνημόσυνον λαβεῖν. *Turcogr. Crus. l. IV. p. CCCXLIII.* & apud *Nicephor. Gregor. l. V. c. 1.* Papa Romanus à *Mich. Palæolog.* postulabat hoc Μνημόσυνον, scil. ἐν ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις τὸν πάπαν μνημονεύεσθαι ὁμοῦ τοῖς ἑτέροις τέτταρσι Πατριάρχαις.

§. 42. *Concil. Cabilon. II. c. 39.* ait: Visum nobis est, ut in omnibus Missarum solemnibus pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur.

§. 43. *Innocent. Epist. I.* De nominibus recitandis antequam precem Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina sunt recitanda, oratione suâ commendet, statuit esse superfluum, & ordinat, ut, cujus hostiam nècdum DEO offerat Sacerdos, ejus ante nomen non insinuet.

ORDINES ECCLESIASTICI.

Ambrosiani.

AB ipso D. Ambrosio Mediolani se institutos prædicant, sub Siricio Pont. An. ferè 285. alii tamen rejiciunt eos in annum 490. ad Gelasium I. Pont. utuntur pullo vestitu. Est & alter eorum

 ordo

ordo albatus, qui candidis tunicis rubeam chlamydem superinduit.

Antoniani.

Antoniani Eremitæ ab ipso quoque S. *Antonio* sese originem habere dicunt, quem obiisse constat circiter annum 361. cùm vixisset ad sextum supra centesimum annum, pane, sale, aquâ vitam tolerans; quod imitantes, sed jam ad paucos redacti discipuli ab eo nomen habentes, instaurati sunt anno ferè 1220. Sunt item & alii Antoniani, à S. Antonio Viennensi constituti, quibus pro tessera est porcellus.

Augustiniani.

Augustiniani tam Eremitæ, quàm regulares Canonici, & ipsi quoque strenuè *Augustinum* caput & auctorem Ordinis sui asserunt: confirmantes hi, (nam de illis mox dicemus) se in Hipponensi civitate, ubi Episcopum agebat, à Magistro *Augustino* institutos, anno Christi 394. à quo etiam in vestem acceperint tunicam candidam, cum lintea toga, sub nigro pallio, & tegumentum à scapulis impositum cervicem totumq; contegens caput, prætterquam à fronte: à quo tamen habitu ne Eremitæ quidem Augustiniani valdè diversi abeunt, nigrâ tunicâ utentes, & concolor tegumen à scapulis ad caput inducentes subterq; candidam tuniculam scorteâ cingentes Zonâ, bubulo cornu fibulatâ. Licèt hos ex quatuor mendicantium familiis ætate primos, plerique non ab Augustino, sed ritu & legibus ejus à Redone quodam Montigranelli Comite ad Fesulas initium cepisse velint, Gregorio XII. probante. Sunt & alii Augustiniani Ordinis diversis nominibus vocati, *Volaterran. vid. Anthropol. l. XX. p. m. 622. seqq.*

Basiliani.

Basilii Ordo cœpit, quemadmodum suprà retulimus, in Oriente circiter annum trecentesimum octogesimum tertium. Edidit de hisce librum ipse peculiarem à Ruffino in Latinum translatum.

Benedictini.

Benedictini auctorem suum laudant *Benedictum*, qui anno ferè 526. dispersos Monachos congregarit Cassini, tribusq; à Basilio

silio excogitatis votis *castitatis, paupertatis & obedientiæ* adstrinxit, addito singulari vestitus genere, modo orandi, ac abstinentiæ normâ, sanciensq;, ut vestirentur colore nigro, tunicâ laxiore, & ad pedes demissâ, amictu capitis, quem cucullum vocant, in humeros & scapulas rejecto brevius, quàm cæteris: subter autem candidam laneam tuniculam & cilicium gestarent, ocreati genuum tenus, præterea tonderi jussit novaculâ à vertice infra dimidium calvæ, capillo inferne reciso, in parvi circuli speciem, circa aures & tempora totum ambiente caput, instar *Coronæ*, unde & ipse vertex derasus *Corona* nuncupatur. Atque hi sunt sic primò ab auctore suo instituti, qui mox mutatâ, additâ aut detractâ aliquâ re in vestitu aut vivendi legibus, in varias abière familias, nomine *Cluniacensium, Camaldulensium, Vallisumbrensium, Montoliveteusium, Grandimontensium, Cistèrciensium, Sylvestrensium*, seu *Humiliatorum*, *Cœlestinorum, Monachorum D. Justinæ, Eremitanorum D. Hieronymi*, per *Martinum V. Pontificem* in familiam D. Benedicti adscitorum. Posteà sunt exorti nonnulli in Italia, auctore, nescio quo, Petro, anno 1408. sub *Alexandro V. Pontifice*, qui vestitu *Benedictinorum* in totum penè utentes, hoc ipso stirpem se Benedicti potiùs, quàm vel D. Augustini, vel D. Hieronymi, esse attestatur. Vide prolixè *Volaterran. Anthropol. l. 20. p. m. 623.*

Bernardini.

Bernardini, sive *Bernarditæ* dicti sunt ab auctore familiæ suæ *Bernardo* Burgundo, qui hujus sui ordinis sodalitates centum sexaginta constituisse fertur, *Gelasio II. Pontifice*, hoc est, An. 1100. vel (ut scribunt alii) Calixti II. temporibus, id est, An. 1121 nihil differunt à Cistercienfibus, nisi vestitu nigro.

Bogardorum.

Bogardorum Albatorum, seu *Alborum spirituum ordo* Bonifacio IX. Pont. institutus fertur, id est, anno fere 1389. Suntq; alii etiam *Bogardi atricolores*, sed de quorum origine & auctore inter Scriptores non satis constat.

Bonorum Virorum.

Bonorum Virorum Ordo auctorem habet *Richardum*,

 Comi-

Comitem Cornuvaliæ, in Anglia stirpe Regiâ ortum, Alexandro IV. Pontifice & anno 1257.

Brigidani.

Brigidæ Ordo à *Brigida* vidua Suetiæ Principe ortus, cœpit sub Urbano V. Pont. instituto, ut cœnobium utrique initiatorum sexui commune foret, murorum tamen ac adspectus separatione sic divisum, ut virgines superiora habitarent: Monachi verò inferiora. Templum idem pari modo commune, omnibus autem Abbatissa præesset. Quod institutum non ipsius inventionis fuit; sed primùm auctore *Basilio* in Græcia exortum, mox antiquatum est, quia moniales in talibus Monasteriis suspicionibus obnoxiæ erant, donec ab hac, ut diximus, Brigida cum religionis causa urbem & sacra Petri & Pauli limina adisset, instauratum est. Hujus autem Ordinis alii cinericeo vestitu, cui supra ventriculum est effigies atræ crucis, amiciuntur; alii (in plures enim cohortes, quæ diversis inter se tesseris dignoscuntur, distributi sunt) fuliginei incedunt, rubrâ cruce, quam circulus complectitur, insigniti.

Cœlestini.

Cœlestinorum religio cœpit auctore *Cœlestino V. Pont.* qui & ante & post Pontificium, quod spontè resignavit, Anachoreta fuit. A Clemente V. anno posteà 1305. in Divorum numerum relatus. Utuntur cærulei coloris vestibus, in reliquis Benedictinorum regulam servantes.

Camalduenses.

Camalduenses orti auctore *Romoaldo*, Ravennate in Jugis Apennini, nomen acceperunt, ut *Polydoro Virgilio* placet, à *Madulo* quodam Apennimicola, qui locum eis cessit: quod tamen, si verum est, potiùs videbitur, ut Camadulenses dicantur, quo pacto etiam alios eos appellare video. Hi vestitu albo anteà inusitato utuntur, cœperuntq; *, ut vult idem Polydorus,* cum aliis multis anno 1416. ut quidam, 1017. ut Sabellicus, 1030. ut Æneas Sylvius, anno 1058. sub Damaso II. Pont.

Canonici.

Canonicorum Regularium multa sunt & diversa genera,

neta, de quibus etiam ex parte diximus, cùm de Augustinianis age-remus: hic reliquos prosecuturi, quorum primi fermè fuerunt, qui *Hierosolymis* à quodam *Arnolpho* instituti sunt, sub annum 1056. eosq; seqvuntur illi, quos in oppido *Bellovacensi* à S. Juone principium accepisse legimus, circa annum, nisi fallunt Fasti, 1080. *Tertii* sunt, qui vigesimo ferè pòst anno in Gallia, Germania, Italia à *S. Rufo* originem habent, ab his illi numerantur, quos in Italia prope *Lucam* constituisse dicitur *Jacobus Bergomensis*, anno 1407. Sunt & alii, sed cùm certis & peculiaribus quoque nominibus distinguantur, commodiore loco erunt memorandi.

Carmelitæ.

Carmelitæ dicti à *Carmelo* Syriæ monte, in quo orti sunt: Hi & *D. Virginis* Monachi vocantur, quòd in eodem monte Deiparæ Fanum fuerit, ubi prima illorum Cœnobii fundamenta jecit *Almericus*, Antiochenus Episcopus, qui primus dispersos in hoc monte *Anachoretas* congregavit, sub Alexandro III. hoc est, *ut rectè ratiocinatur Polydorus Virgilius*, (malè enim alii annum 1216. ponunt) 1170. quorum tamen quadragesimo fermè pòst anno sub Innocentio II. leges vivendi mutavit *Albertus*, *Hierosolymitanus* Episcopus, dato illis pallio versicolore, ex albo & Canusino, quod successor Innocentii III. Honorius & ipse III. ejus nominis Pont. eis ademit, albo ex toto pro eo attributo, quod minùs rectè quidam Innocentio IV. adscribunt, floruitq; hic Ordo maximè Clementis V. & inde Johannis XXIII. vel ut alii XXI. Pontificum temporibus, qui illum impensè foverunt. Est autem & hic unus ex quatuor mendicantibus, qui dicuntur: Prædicatorum, Minorum, Eremitarum & Carmelitarum.

Carthusiani.

Carthusiani cœpêre anno 1080. sive, ut alii censent, (neque enim illos audiendos puto, qui sub Lucio III. Pont. demùm; hoc est, anno 1186. ortos volunt) 1086. Victore III. Pontifice, dicti à loco, in quo ab *Hugone, Gratianopolitanorum* Episcopo, auctore *Brunone* quodam ex Agrippina Ubiorum Colonia, instituti sunt. Utuntur autem alii atris, alii albis palliis, cilicio interiùs amicti,

carni-

carnibus nunquam vescuntur, in cubiculis soli edentes, Festis quibusdam diebus exceptis, silentiumq; penè perpetuum servant. Laici eorum ad cæterorum discrimen barbam nutriunt. De isto *Brunone* ferunt, cùm Cathedræ Scholæ Parisiensis præsideret, ac vidisset familiarem suum, Doctorem quendam ex mortuis clamantem: *Justo DEI Judicio damnatus sum*; è vestigio relictis omnibus cum VII. Sociis in locum desertum secessisse, qui *Carthusia* vocabatur, ubi primum cœnobium fundavit, cum his, quibus nunc utuntur, institutis. Edidit tamen nuper in Gallia Theologus *Thom. Lanoyus Sorbonicus* libellum, quo hanc de Brunonis vita historiam fabulam potiùs esse asserit, & multis probare contendit.

Cassiniani.

Cassinensium Ordo, sive S. Justinæ Patavinæ, ab Ludovico Barbone nobili Veneto institutus, auctus est posteà ab Eugenio IV. Pont. Veneto item: hicq; adeò præcisè S. Benedicti instituta observare se ait.

S. Catharinæ.

S. Catharinæ Monialium Ordo institutus per *Catharinam Senensem* Martyrem, sub annum 1372. vel (ut volunt alii) 1455. Nicolao V. Pont. Hæ vestem interiorem albam gerunt, eiq; velum atri coloris superinduunt, cum capitis tegumento concolore.

Cellarii.

Cellarii ita vocati à *Cellulis*, in quibus ægris operam dant, & dicti alioqui *Visitationis*, seu *Charitatis*, sive etiam *Misericordiæ Fratres*, vel Sodales; valetudine affectos quòd visere mortuosq; efferre soleant: Interiùs linteam vestem atri coloris, exteriùs fuligineam gestant. Hos originem suam ad Apostolica ferè tempora referentes, sed sæpè propè ad nihilum redactos, alii subinde, atque alii instaurarunt.

Cistercienses.

Cistercienses sic dicti à loco, in quo primùm instituti sunt in Burgundia deserto, sive a *Roberto Motismensi*, sive ab *Ardingo Anglo*, seu denique, quod magis crediderim, ab utroque. Cœperunt

runt sub Urbano II. Pont. anno 1098. vel 1090. atri coloris tunicis superinduunt Chlamydem albam, & rubeos gestant calceos, Pastorali pedo insignes.

S. Claræ.

Claræ Virginis Ordo cœpit eodem, quo Franciscani, tempore, hoc est, anno 1197. vel, ut alii tradunt, 1220. sive etiam, ut quidam, 1225. quo tempore ea & ipsa quoque Assisias, ut *Franciscanorum* seu *Minoritarum* auctor *Franciscus*; à quo sibi suisq; vivendi leges accepit, cœnobium velatarum virginum instituit, quas *pauperes* appellare voluit.

Clavigeri.

Clavigerorum seu *S. Petri* Ordo binas claves gestat intextas cucullioni atro, reliquo etiam vestitu concolor. Incertum, quando & à quo institutus, nihil de eo, quod sciam, *Sigisberto, Volaterrano, Sabellico, Polydoro Virgilio*, aliis memoriarum historiarumq; auctoribus tradentibus.

Cluniacenses.

Cluniacenses cœperunt anno 916. Joanne XI. Pont. ab *Odone*, vel, ut alii, *Odilo* quodam *Abbate* instituti apud Maticocensem, Burgundiæ pagum, ubi etiam iis tum magnificum exstruxit Monasterium Gulielmus Pius Aquitaniæ, sive, *ut ego potiùs crediderim*, Burgundiæ Dux.

Constantinopolitani.

Constantinopolitanorum Ordo, incertum mihi, quando & à quo potissimùm cœptus, utitur veste viridi, & rubrâ chlamyde, gestatq; in pectore duarum crucium imagines, quarum una alteri implicita est, quasq; flavi alii, alii cærulei coloris prædicant, eadem quoque incertitudine de habitu obtinente, in quo sunt, qui contra, quam suprà diximus, chlamydem hanc familiam viridem, interiorem vestitum rubricolorem habuisse asserant.

Crucigeri.

Crucigeri, ut ipsi volunt, à *Cleto*, qui tertius Romæ Pontifex fuit, ut alii, à *Syriacô*, *Hierosolymitano Antistite*, instituti, qui

Helenæ, Constantini matri, locum ostendit, ubi crux Dominica occultaretur, in hujus crucis honorem jussi sunt ab eodem auctore suo Syriaco, crucem manibus semper gestare, cœperuntq́; in Italia quoque innotescere, auctore *Volaterrano*, sub annum 1197. quod tamen alii rejiciunt ad tempora *Innocentii III. Pont.* hoc est, 1215. his, cùm jam propè exstincti essent, instauratis rursus Pius II. Pontif. *Æneas Sylvius* priùs dictus, dedit, ut cæruleo uterentur amictu, cùm indiscreti antè coloris usi fuissent, crucemq́; à quo nomen haberent, ex veteri suo instituto manibus ferre jussit, quam tamen crucem etiam pallio intextam eosdem, ejusdem Pii II. mandato, gestitâsse qui scribant, invenio, cùm alii hoc genus ab illo diversum faciant, quâ de re, cùm incerta sit, nihil temerè statuendum judico.

Dominicani.

Dominicani auctorem habent *S. Dominicum Calaguritanum*, qui Pont. Innocentio III. vel, ut alii, successore ejus Honorio III. hunc Ordinem instituit, jubens, ut per totum terrarum orbem Evangelium divulgarent, concionibusq; habendis operam darent: A qua re etiam eos *Prædicatores* appellavit. Utuntur tunicâ candidâ, nigro pallio superjecto, & ab humeris ad caput scapulari tegmine. Horum suo tempore ea incrementa & fertilitatem fuisse scribit *Sabellicus*, ut Monasteria eorum existerent ad *millia quatuor, centum & quadraginta tria*, in quibus circiter *octuaginta millia* hujus familiæ Monachorum tum viverent, non connumeratis, qui in Armenia & India aberant. Nam Pontifices, Cardinales, Episcopos, Abbates, qui ex hoc seminario prodierunt, quid dicam? cùm tantus eorum sit numerus, ut veritus, ne cui in suspicionem veniam, tanquam parùm certâ fide hæc perscribam, malim lectorem mittere ad *Gilberti Genebrardi Chronicon*, quod in omnium ubique oculis manibusq́; versatur. Eò revertentes, ingentem illam, quam dixi, 80000. multitudinem universam quidem S. Dominici propaginem fuisse, sed quæ tamen in duo genera divideretur, quorum se alterum *Conventualium*, alterum *Observantium* nomine appellaret. Hoc solis cœpis, rapis, omniq́. olerum genere, & ovis, lacte, ac raphanis victitante; illo etiam communes aliis cibos non

non aspernante. *J. Usserius de statu Eccles. c. 7.* docet, Dominicum adversus Albigenses ordinem suum constituisse. *ubi vide fusiùs.*

Ensiferi.

Ensiferorum seu *spadatorum* ordo gerit binos enses sanguineos intertextos vesti candidæ. Quo argumento aut auctore non liquet.

Eremitæ.

Eremitarum Ordinis jam superiùs inter Augustinianos meminimus, reliqua sunt tamen etiam duo eorum genera, quorum alii, à nescio quo, Anno 323. sub Sylvestro I. Pont. institutos se dicunt, utunturq; cinericiâ veste, comam barbamq; nutrientes: & verè Eremicolæ, in solitudinibus herbis, herbarumq; radicibus victitant: Alii *Paulini* à *Paulo*, quem primum hoc genus vitæ ingressum ferunt, dicti, cœperunt in *Germania* primùm, ut magis verisimiliter quidam scribunt, sub *Innocentio III. auctore Eusebio quodam*, ut alii, sub *Julio primo*, hoc est, circa annum 345.

Flagellatores.

Flagellatorum duo sunt genera, quorum alterum hodieq; durat, præcipuè in *Italia* & *Hispania*, cœpitq; nuper etiam in *Gallia*, & constat ex iis, qui certis diebus, præcipuèq; pridie diei Veneris, quem *Parasceven* dicimus, personati templa frequentantes voluntariis vulneribus se afficiunt, & terga sua scuticis virgisq; scindunt: Alterum eorum, qui quotidianis se flagellis conscribillant, quiq; *Ninivitarum* nomine, quòd se Ninivitas pœnitendo imitari dicerent, cùm semel exstincti fuissent, rursum repullulare cœperunt in Gallia & Germania, donec anno ferè 1349. justa multitudo eorum, hoc est, an. 1300. oppressa est à *Carolo IV. Imperatore* & *Clemente VI. Pont.* Post quos tamen etiam ipsos subinde tanquam è cineribus flammæ emicuerunt.

Forciferi.

Forciferorum ordo albatus, unde & quando cœperit, quærendo adhuc indagare non potui.

Franciscani.

Franciſcani auctorem *Franciſcum Aſsiſiatem* habent, dicti ab eo *minores*: circa annum 1220. ab Honorio III. Pont. comprobati: Utuntur unâ tunicâ, nativi velleris funiculo præcinguntur: iiq;, qui *obſervantes* dicuntur, carnibus abſtinent, perinde ferè, ut de *Dominicanis* diximus, & crudis omnibus veſcuntur, calonesq; ſeu ligneas ſoleas pedibus inducunt, cùm *Conventuales* communibus & cibo & calceis utantur. Exorti ſunt & *Minimi*, à *Franciſco Siculo* conſtituti, ſive in *Sicilia*, ſive, ut tradunt alii, in Gallia, Calixto III. Pont. anno 1454. qui etiam epulis elixis, aut ullo modo coctis non utantur. Exorti *Capucini*, pauperes reformati, *Collectanei*, *Amadeani*, *Clarani*, de quibus (cùm eandem D. Franciſci regulam in ſumma ſervent, licèt in partibus alii ab aliis differant) non eſt hujus brevitatis ſigillatim pluribus diſſerere.

Fraterculi.

Fraterculorum Ordinis, in quem omnis ſexus & ætas recipiebatur, originem dicere nihil attinet, cùm ex eo hodie nulli ſuperſint, toto eo hominum genere deleto à Clemente V. qui Româ in Galliam ſeceſſit. Apud *Thuan. L.* 132. *Tom. V.* occurrunt A. C. 1618. *Fratres ignorantes* dicti, qui, *ait*, ægrotos ſedulò curant, dicti alio nomine etiam *Joannitæ.*

S. Georgii.

S. Georgii propè æſtuaria Venetiarum ordo inſtitutus eſt ab *Laurentio Juſtiniano*, *Veneto*, *Patriarchâ* Venetorum, intimis veſtibus lineum induſium ſuperinduit cum cucullione atri coloris. Extra Monaſterium atri coloris chlamidem adſumit cum galero concolore; eſt & alius candidus planè: eſt & tertius cæruleus.

S. Gertrudis.

S. Gertrudis moniales utuntur veſte atro & carbaſo concolore.

Gerundini.

Gerundinorum Ordo ab Epiſcopo *Gerundo* excogitatus eſt, & veſtitu candido donatus eſt: in pectorali imagines gerit Epiſcopi.

Episcopi, tanquam tesseram aliquam, tænias quaternas, quarum duæ virides totidemq; rubræ sunt.

Grandimontenses.

Grandimontenses sic à monte dicti sunt, in quo in Aquitania à *Stephano* quodam *Averno* instituti sunt, Urbano II. vel, ut alii, Alexandro II. Pont. anno 1016. utuntur atro vestitu, ciliciumq; cuti admotum gestant, sine manicis, quod è pilis equinis nigris item contortum est, ita duriter, ut cutem scindat, & corpus pessimè afficiat.

Gregoriani.

Gregorianus Ordo à *Gregorio Magno*, Pontifice maximo, est institutus Anno 595. vestitum gerit cervinum, sive Betici coloris, cui ad pectus crux rubea intexitur, & alit barbam.

Gulielmitæ.

Gulielmitarum Ordo, pertinens alioqui ad Eremitas Augustinianos, auctorem habet *Gulielmum*, *Burgundiæ Ducem*, qui, cùm liberos non haberet, ingentes in eum sumptus faciebat inducebatq; atri colore vestitu. Hunc mox collapsum erexit *Joannes Bonus*, *Mantuanus*, & rursus alii, Alexandro III. & Alexandro IV. Pontificibus, hoc est, anno 1256.

S. Helenæ.

S. Helenæ Ordo institutus est post inventionem Dominicæ crucis ab inventrice ejus *Helenâ*, Constantini Magni matre, sub Sylvestro I. Pont. Anno 335. donatusq; veste albâ, & in ea cruce crocei coloris.

Hieronymiani.

Hieronymiani, si ipsis credimus, à magno illo *Hieronymo* & nomen & originem habent, qui circa Bethleem ipse quoque monasticè vixit; sin aliis, orti sunt prope Fesulas à, nescio quo, *Carolo*, *Florentino*, sive (nam hoc quoque inter auctores non constat) à quodam *Rhedone* instituti, sub Innocentio VII. id est, anno 1405. utuntur pallio super tunicam rugato, atque superiori parte à summo ad imum scisso, & scorteâ Zonâ tunicam succingunt, soleisq; ligneis pedes muniunt.

Hospitiorum.

Hospitiorum Heri ab *Igineo* Pontifice initium habent, qui primus certis ceremoniis hospitia hinc inde, sive ægris, sive peregrinis, sive denique utrisque exstructa, dedicari voluit, Præfecto cuique uno, qui ejus *Herus* diceretur, & habitu nigro amiciretur.

Humiliatorum.

Humiliatorum Ordo cœpit in Germania coalescere ex exulibus Gallis, Cisalpinis & præcipuè Mediolanensibus ab Imperatore *Frederico*, cui cognomen *Barbarossa*, sive, ut alii censent, ab Imperatore *Henrico*, patriâ suâ pulsis, ab eodem sive *Frederico*, sive *Henrico* jam placato multis beneficiis affectus est, & tandem ab Innocentio III. comprobatus anno 1200. Utitur candidis vestibus, etiamq; fœminæ ipsæ (neque enim ab hoc vitæ genere excluduntur) lana ac tela victum quæritant, nihilo segniùs inter ipsa opera cum viris, pariterlabori alicui intentis manu, precibus vacantes, *Semimonachos* quodammodò agentes, ut ait *Volaterranus*.

Jesuitæ.

Jesuitæ sive Societatis JESU Theologi sub Paulo III. Pontifice cœperunt, auctore *Egnacio Ajola*, al. *Lojola, Cantabro*, qui homo militaris, cùm sub Imperatore *Carolo V.* multa stipendia fecisset, tandem pertæsus ejus vitæ, sive, quòd alii, Imperatori militandum potiùs existimaret, qui, quamvis potentissimum Carolum potentiâ tamen superaret, hanc sodalitatem instituit anno ferè 1117. à quo tempore ita illa prodigiosè crescere cœpit, ut totum nunc terrarum orbem propè repleverit: non contenta Italiæ, Galliæ, Belgicæ, Germaniæ Hispaniarumq; terminis; sed stupendis navigationibus ad Indos, ipsis quoque Indis ignotos, penetrans, ubi alienas à fide nostra gentes, & religionibus Dœmonum mancipatos Evangelii luce illustrare strenuè conatur.

Jesuati.

Jesuatorum sive Injesuatorum sodalitas cæpit sub Urbano V. Pont. anno 1368. Senis: Hi quoque victum, ut *Humiliati*, labore & operâ suâ quærentes, domesticatimq; collecti, acceperunt ab

eodem *Urbano* albam tunicam & pileum quadratum. Dicti autem sunt *Jesuati*, sive *Injesuati*, quòd nomen *JESU* crebrò in ore haberent. Autor primus *Joannes Columbinus*, Senensis, idiota.

Indi.

Indorum Ordo institutus fuit anno 1506. sub Julio II. Pont. & Maximiliano I. Imp. estq; extrà atricolor, interior albatus, utpote *Carmelitarum* propago.

D. Josephi.

Josephi Ordo utitur vestitu cinereo, & cucullione candido, sed quando cœperit, non magis habeo dicere, quàm quo auctore cœperit.

D. Lazari.

Lazari, seu *S. Magdalenæ* Ordo quo anno & institutore cœperit, ut ignoro, ita illud palam est, duo in genera eum dividi, quorum alii vocentur *Contemplativi*, incedantq; interiùs atri, exteriùs candidi, & utantur communi cibo; alii *Activi*, Betico colore gaudentes: & solis bulbis, oleribus, aliisq; terrestribus & inemptis victitantes.

S. Mariæ.

S. Mariæ monachi, qui & *servi* dicti, auctore *Philippo* quodam *Florentino*, cœperunt anno 1285. sub Martino (minùs enim rectè quidam Henricum IV. ponunt) II. dicto IV. Hi nigræ tunicæ ac succinctæ nigrum superinjiciunt pallium, circa humeros in rugas complicatum, scapulari amictû ab humeris rejecto, & communi more calceantur. Est & alius Ordo *S. Mariæ* eorum, qui *Montolivetani* vocantur, quos instituit *Bernhardus Tolonasenensis*, cui se socios multi nobiles adjunxerunt: iiq; toti candidi sunt habitu.

Montolivetenses.

Montolivetenses Senenses primùm cœperunt Anno 1407. Principe *Bernardo Ptolemæo*, in Colle Senensi urbi proximo, quem ex Hierosolymitani illius Dominicis vestigiis frequentati nomine appellârunt, candidis sumtis vestibus. Gregorio XII. *Mons oliveti.*

pro-

probante. Fuerunt & *alii ejusdem nominis* multò ante hos; sed quos Bonifacius VIII. Pontif. circa annum 1295. vel 1300. stirpitùs deleri curavit, institutore eorum Viterbi è medio sublato, qui solo linteamine tectus, sine tibialibus, sine pileo incedebat.

Nullani.

Nullanorum Ordo pullo utitur amictu, & atro item scapulari; incertum quando, & per quem institutus.

Pœnitentes.

Pœnitentes fœminæ exortæ sunt eodem ferè, cùm S. Claræ familia, tempore, normæ quoque & vitæ propè ejusdem, nisi quòd in pœnitentium seu resipiscentium monasteria integræ à viris non recipiuntur.

Præmonstratenses.

Præmonstratenses auctorem habent *Northertum* quendam *Lotharingum*, cœperuntq;, ut *Polydoro Virgilio* placet, sub Calixto II. ut *Volaterrano* aliisq;, sub Gelasio III. Pont. amiciuntur tunicâ albâ, cum linea toga, sub candido pallio.

Purgatoriales.

Purgatorialium Ordo non ita vetus fertur; sed nuper adeò exortus, gestatq; in pectorali crucem rubeam.

Qvietini.

Quietinorum Ordo Clemente VII. Pont. & Carolo V. Imperat. cœpit, auctore *Qvieto*, Episcopo Neapolitano, ex familia *Caraffarum*: qui Pontif. factus, Pauli IV. nomen accepit, vovet solita jam à *Basilio* usque Monachis vota obedientiæ, castitatis & paupertatis, utiturq; pileolo rotundo, & pallio Episcopali; facta est ejus institutio prima Neapoli, secunda Romæ, tertia Venetiis.

Recollecti.

De his ait *Thuan. l. 126. T. 5. A. C. 1601.* Franciscanis novus ordo succrevit, astrictioris disciplinæ, qui *Recollecti* vulgò appellantur, à Clemente VII. A. C. 1532. Pio V. A. C. 1565. & Gregorio XIII. A. C. 1579. sive institutus, sive renovatus. Gloriantur, se-

puram

puram putam Francisci regulam observare, quæ in aliis ejusdem ordinis Collegiis paulatim descivisset. Unde & nomen ipsis sive sumtum, sive datum fuit, à recolligendo veterem disciplinam.

S. Salvatoris.

S. Salvatoris Ordo, qui & *Quiopenitorum*, seu *Escopetinorum*, cœpit auctoribus Stephano & Jacobo, Germanis fratribus Senensibus, probante eum Gregorio XI. Pont. Licèt eos alii exortos velint anno MCCCLXVII. Pontif. Urbano V. Alii etiam anno MCCCCX. sub Joanne XXIII. Pont. auctore quodam *Francisco Bononiensi*. Contra quos vide & lege, quæ scribant *Sabellicus* & *Volaterranus*, Historici.

Slavoniani.

Slavonianorum Ordo rubeo utitur vestitu, neque quid de eo prætereà pro comperto dicam, habeo. Non magis quàm de *Scotorum* Ordine, de quo hactenus scio, pullatum eum fuisse.

Sepulchrales.

Sepulchralium Ordo institutus est, quo tempore Hierosolymæ recuperatæ sunt.

Servitæ.

Servorum Ordo, sive *Servientium*, ad cujus exemplum alter quoque *Servorum* Ordo institutus fuit, cœpit Honorio III. Pont. anno ferè MCCXVIII. utitur tunicis nigris & albâ chlamyde.

S. Sophiæ.

S. Sophiæ sive *Gratiæ* Ordo albatus, magnâ cruce rubeâ signat pectus; cætera, quæ ad eum pertinent, Historicis, quibus usus ego, indicta sunt.

Specularii.

Speculariorum Ordo sic à speculo, quod gestare solenne habet, dictus, interiore vestitu ater est, exteriore candidus, cruce item, sed nigrâ pectus muniens. Quo tempore & à quo inventus, incertum.

S. Spiritus.

S. Spiritus Societas instituta est prope Venetias à *Gabriele de Spoleto* anno M CCCCVII. inceditq; habitu regularium Canonicorum.

Stellatorum.

Stellatorum Ordinis alii togati, alii cucullione tecti incedunt, utrique tamen atrati, cum cruce stellata ante pectus.

S. Trinitatis.

S. Trinitatis seu de Redemptione Ordo institutus est, ut quidam volunt, in Hispania à *Johanne* quodam anno cIↄ CXCVII. ut alii, & in iis *Polydorus Virgilius* & *Volaterranus*, sub Innocentio III. Pontif. anno cIↄ CCXIII. à *Johanne Matta* & *Felice Anachoreta*, accepto ab eodem Innocentio Pont. vestitu candido, cruce rubeâ, pariter & cæruleâ insigni: cum mandato, ut stipes undique emendicarent, quibus captivi Christiani à Turcis, Mauris, cæterisq; infidelibus redimerentur, dictiq; etiam inde *Monachi de Redemptione*.

Vallis Josaphat.

Vallis Josaphat Ordo à Moniali quadam, incertum quando, constitutus, utitur veste rubeâ, nisi quòd cucullionem Benedictino similimum gerit; hæc Judices constituit in causis matrimonialibus, ad quos confugere solent illæ, quas pudicitiæ ipsarum expugnatores uxores ducere recusant.

Vallisumbrenses.

Vallis umbrosæ Ordo, seu, ut malunt, *Vallisumbrensium*, ut quidam, etiam *Vallis Ambrosii*, cœpit auctore *Gualberto* Florentino, anno M LX. sub Nicolao II. prope Florentiam. Utitur partim cineracei, partim cærulei coloris vestibus.

Wenceslaitæ.

Wenceslaitarum, sive *Vinceslaitarum* Ordo, quando & à quo initium habuerit, ab Historicis in incerto relinquitur, illudq; de illis solummodò reperio, albo eos vestitu incedere, cucullione

fere

ferè ad eam formam, quà sunt tegumenta capitis, quibus Francicis mulieribus uti mos est.

Eqvites Sacrati.

Equites Sacrati primi exorti sunt ad defensionem sacrorum locorum Hierosolymis, ut latè deducit *Volaterranus*, circa annum MXCIX. Dicti hinc ab aliis *Hierosolymitani*: nam ipsi se *Joannitas* à *Joanne Baptistâ*, Patrono suo, vocari maluerunt. Hi candidam crucem pallio nigro intextam ferunt. Appellatiq; sunt mox *Rhodii* etiam à *Rhodo Insulâ*, quam anno ferè 1308. Turcis eripuerunt, & Clementis V. Pont. permissu sui juris fecerunt. Hìcq; perpetuum cum Turca bellum gesserunt variâ fortunâ, donec anno MDXXIII. mense Januario (postquam frustrà diu restitissent, & Christianos Principes omnes, qui se mutuis bellis atterere malebant, legationibus, ut sibi & Reipublicæ Christianæ, cujus res ageretur, subveniretur, fatigassent) non tam victi, quàm propè consumpti, Insula Rhodo Turcis cesserunt, translatis reliquiis militiæ suæ *Melitam*, quam pro Rhodo nunc habent: strenuè, quò potest, & mari & terrâ negotium religionis & reipublicæ promoventes, dictiq; ab hac quoque insula *Melitensis militiæ Equites*. Ordinis censentur *Augustini*, orationem Dominicam pro Canonicis horis pronunciant.

Templarii.

Post hos non ita diu, hoc est, anno MCXXIIX. *Pont. Gelasio II.* exorti item sunt Hierosolymis *Templarii*, quibus hoc nomen datum, quòd in *Templi* parte habitarent. Hiq; utebantur candido pallio, cum rubenti cruce, idq; pro more habebant, ut Christianos loca sacra obeuntes & hospitio exciperent, & armati in via ab injuriis & vi latrocinantium infideliumq; tutarentur. Quâ disciplinâ cùm diu stetissent, & jam per totam Europam opibus inclyti essent, subitò convicti impietatis & multorum flagitiorum, jussu Clementis V. omnes ad unum ubique deleti sunt: cùm ducentis propè annis durassent, bonis eorum partim *Joannitis*, seu *Rhodiis* militibus attributis, partim *Teutonicis*, de quibus jam jam dicam, partim etiam aliis familiis. Sunt tamen, qui excusent.

Vide *P. Æmil. in Philipp. Pulchro* ubi prolixè *p. m.* 174. *& seq.*

Teutonici.

Et Teutonicorum quidem religio eodem ferè tempore cœpit, quo *Templarii* desierunt, hiq; partim horum, partim *Rhodiorum* militum disciplinam imitabantur: quippe cùm & hospitio peregrinos exciperent, & re postulante sua cum Rhodiis contra hostes fidei arma conjungerent. Dicti, ut quidam volunt, sive à *Teutono* quodam Ordinis auctore, sive ab eo, quòd solis ille *Teutonibus* ac ne his quidem omnibus, sed iis tantùm, qui indubitatæ Nobilitatis parentibus orti essent, pateret; utunturq; hi pallio albo, intextam crucem atram habente, & nigrâ subtùs tunicâ: tum demùm in Germaniam transgressi, cùm Hierosolymas primùm, deinde Ptolemaida etiam Syriæ civitatem, quò se amissis Hierosolymis receperant, numerosa barbaries infidelium expugnasset. In qua quidem *Germania* mox, ne otio languescerent, *Prussiam* bello aggressi, non priùs destiterunt, quàm totam eam provinciam ductu auspiciisq; suis expugnârunt, incolis ad religionem nostram redactis, & extructo inde in ea *Mariæburgo*, quod diu sedes ejus fuit, qui universo ordini præest. Initium & nomen dedit vir Teutonicus.

Eqvites S. Jacobi.

Equites S. Jacobi in Hispania primò per *Petrum Ferdinandum* conscribi cœpti, Alexandro III. Pontifice, anno M CLIIX. interiùs atri sunt, exteriùs albi, gestantq; loco crucis supra ventriculum concham pectinis. Fuerunt etiam hujus nominis & instituti in *Anglia*, qui se ab illis prioribus ortos negarent. Vide *Fr. Modium libro singulari*, & *Raph. Volaterran. l. XX. p. m.* 620. 622. *seqq.* qui plures nominat, ut Milites JESU CHRISTI, in Lusitania A. C. 1326. Milites Alcantavæ in regno Castellæ. Sanctæ Mariæ de Redemtione Captivorum, A. C. 1212. Gregor. IX. approbante. Milites Montesiæ cum rubrâ cruce, Ordinis Cisterciensis.

Oscu-

Oscula In Ecclesia.

§. 1. EX *Epist. ad Rom c. ult. v. 16.* ortum est in Eccl. vet. Osculum, quo se convenientes salutârunt. *Justin. M. Apol. 2.* Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα. *Tertull. de Orat. c. XIII.* vocat, Signaculum Orationis, & increpat illos, qui, ut ait, habita cum fratribus oratione subtrahebant osculum pacis. *Origen. in h. l.* ait: Qui mos ex hoc Pauli sermone Ecclesiis traditus: Osculamini vos osculo sancto.

§. 2. Omittebant autem hoc tempore jejunii. De quo adi *Tit. Jejunium.*

§. 3. Quin & Communicantes ante accessum se invicem sunt osculati. Apud *Timoth. Alexandr. Can. R.* ἀσπασμὸς dicitur, Διάκονος, *ait*, προσφωνεῖ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ scil. Osculum. Vide *Tit. Cœna Dom.*

§. 4. *Hieron ad Theophil. Alexandr.* Quisquamne extensa manu vertit faciem, & inter sacras epulas Judæ osculum porrigit? Et *Cant. Canticor. Homil. 1.* Cujus rei imago est illud osculum, quod in Ecclesia sub tempore mysteriorum nobis invicem damus?

§. 5. Hinc crebra in *Liturgg. Pamel p. 804.* Ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους τῷ ἁγίῳ φιλήματι.

§. 6. Ex *Luc. c. VII. 38.* orta sunt oscula pedum in Ecclesia. Affectus initiò pius fuisse videtur. *Epiphanius apud Hieron. Ep. 60.* per literas advolutus pedibus Joannis, Episcopi Hierosol. petit, ut Origenis errores deserat. In *Epist. Symmach. post Apologet.* Orientales opem à Symmacho implorantes offerunt Sanctorum vestigiorum adorationem. Apud *Hieron. adv. error. Joann. Hierosol. ad Pammach.* turba Hierosolymica Epiphanii pedes exosculabatur. Et apud *Malmesbur. de Gest. Pont. Angl.* Plebs Romana Anselmi Cantuariensis.

§ 7. In recipiendis Sacramentis Reges quoque osculari leguntur. *Ambros. c. II. de Dignit. Sacerdot.* Vides Regum colla submitti genibus Sacerdotum, exosculatis eorum dextris, orationibus eorum credunt se communiri.

P.

PALLIUM.

DE *Pallii* usu in Clero vide multa *Tit. Clerus.*

PAPA ROMANUS.

§. 1.

APud Antiquos, *Viri Apostolici*, *Patres*, *Domini Apostolici*, *Papæ*, *sedes Apostolica* non uni, sed omnibus Episcopis communia sunt vocabula. Sic apud Sidon. l. 6. epist. 1. dicitur *Lupi Trecensis*, & apud Greg. Turonens. l. 4. c. 26. Martini, *sedes Apostolica* Sidonio lib. 6. Epist. 7. & lib. 7. Epist. Fontejj Vasionensis, *lib. 4. epist. 6.* Lupi Trecensis Apostolatus eidem *Sidonio libr. 6. epist. 12.* Patientis Lugdun. cura Venatus Apostolicus Clodovæo patres *Aurelian. Concil. 1.* Apostolica sede Papæ dignissimi, Radegundi apud *Greg. Turon. lib. 9. cap. 42.* Omnes Episcopi Apostolici viri; eidem & Episcopis sub Guntchramni ditione degentibus, referente *Greg. Turon. lib. 9. cap. 41.* Episcopi Apostolicâ sede dignissimi. *Venantio Fortunato* Italo, sed qui larem in Gallo Francia fixerat, Gregorius Turonensis vir Apostolicus prædicandus Papa, *Præfat. lib. 1.* Apostolicis meritis præconiandus. *Lib. 5. Epist. 5.* Pastor Apostolicæ sedis amore placens, *ejusdem libr. epist. 9.* Cujus Apostolatus desudat, *libr. 8. epist. 25.* Apostolicus piissimus Pater, *initio libr. 1. de vita Martini.* Apostolicus Dominus, *Euphronius lib. 3 epistol. 1.* Apostolicâ sede dignissimus, *Felix ibidem epist 4.* & Syagrius Augustodunensis *lib. 5. ep. 6.* Summus Apostolico præcellens Pastor ovili. *Nicetius Trevirensis* lib. eod. epist. 11. Apostolicis actibus prædicandus. *Avitus ibid. epist. 26.* Apostolicus & primipilus Martinus Braçarensis, *lib. 5. epist 1.* Episcopi omnes Apostolici Patres, *libr. 5. epist. 21.* Savaro, Blondellus. De Dominis, &c. §. 2.

§. 2. Primatus Dominii, vel (ut *Turrecremata, Sum de Eccles lib. 3. c. 23.* ait) authoritativus in Romano Pontifice, vel Supre-matus, uti appellat *Cl. Salmasius*, ante 600. ann. ignotus, publicè & manifestè cœpit in Bonifacio anno 607. qui impetravit à Phoca Cæsare, ut Sedes Apostolica Romana *caput* esset Ecclesiæ, cùm Constantinopolitana se *primam omnium* scriberet. *Sigebertus* in 607. Bonifacius *(inquit)* obtinuit apud Phocam Imperatorem, ut Ecclesia Romana caput esset omnium Ecclesiarum. Eadem penè verba reperias apud *Marianum Scotum, Martinum Polonum, Ottonem Frisingensem* & *Hermannum Contractum*.

§. 3. Sanxit hoc Phocas non declarando & asserendo, sed novi quid stabiliendo. Iste enim Primatus paulò antè fuit damnatus à Gregorio I. *Lib. 6. epist. ex Registro, c. 194.* Ego autem *(inquit)* fidenter dico, quia quisquis se universalem Sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit. Et Constantinopolitani Episcopi malè tulerunt hanc Phocæ constitutionem, *Sabellicus l. 6. Ennead. 8. Æneas Sylvius, l. 1. ep. 288.* Alioquin *(inquit)* sententiarum diversitas Ecclesiam ipsam divideret atque solveret unitatem: quemadmodum factum videmus ante Concil. Nicænum, dum sibi quisque vivebat, & ad Romanam Ecclesiam parvus respectus habebatur.

§. 4. Gregorius *Epist. lib. 4. c. 36.* Si unus Patriarcha universalis dicitur: Patriarchæ nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à Christiana mente, id sibi velle quenquam arripere, unde fratrum suorum honorem imminuere ex quantulacunque parte videatur. Et *infra* reprehendit Johannem, quòd universa sibi tentet ascribere, & omnia, quæ soli uni capiti cohærent, videlicet CHRISTO, sibi studeat membra subjugare. Et *eodem libro epist. 38.* Joannem Constantinopolitanum in hunc modum affatur: Tu quid CHRISTO, universalis scilicet Ecclesiæ capiti, dicturus es, qui cuncta ejus membra tibi conaris universalis appellatione supponere? Et dicit Joannem appetiisse, ut solus vocaretur Episcopus, despectis tantùm, non depositis fratribus.

§. 5. Potestatem condendi leges & dispensandi, extra suam Provinciam, non habuit Romanus Pontifex per ann. à Christo 600.

Greg.

Greg. Epistol. lib. 12 c. 31. dispensavit cum Angelis de gradibus prohibitis, sed fecit hoc ut Patriarcha: deinde fecit ex potestate directiva, non ex imperio. Quærentibus enim consuluit, quid è malè conjunctis eligendum esset. Et *lib 7. epist. 30.* sic ait: Hoc verbum jussionis peto à meo auditu removere: quia scio, qui sum, qui estis. Loco enim fratres estis, moribus patres. Non ego jussi, sed quæ utilia visa sunt, indicare curavi.

§. 6. Ante prædictum tempus Patres, quorum indubitata fides, loqvuntur non de ullo Primatu potestatis, vel dominii. *Chrysost. Hom. 3. in Act.* Et *Cyprian. de simplic. Prælat.* Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis. *Hieronym. contra Jovin. l. 1. c. 14 ait:* Ecclesiam ædificatam super omnes Apostolos, & cunctos claves regni cœlorum accepisse. Et ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudinem solidari: inter duodecim tamen unum eligi, ut capite constituto schismatis occasio tolleretur. *Cyrill. in Joan. lib. 5. c. 20.* Apostolis & eorum in Ecclesia successoribus plenam concessit potestatem. Ergo loqvuntur de *Primatu ordinis, dignitatis, vocationis, authoritatis, gratiæ.* Agnoscunt enim quandam excellentiam & authoritatem, & Petri & Romani Pontificis, quæ fuit propter authoritatem urbis, *Concil. Chalced. c. 28. Act. 15.* Sicut latè deduxit *M Anton. de Dom. lib. 1. de Republ. Eccles. c. 10. & 11. Tom. 1. conf. l. 4. tot. & præcipuè cap. 9.*

§. 7. Et hinc fuit, quòd sæpe auxilium ab eo, non jussum aliquod vel edictum, nonnulli peterent, ut sublevarentur. *Covarruvias Doctor u. Juris 1. Tom. 2. part. Relect. §. 9. p. 421. col. 4. edit. Francofurt.* Juxta *(ait)* Catholicorum virorum authoritates, & communem omnium traditionem, Apostoli parem ab ipso Domino JESU cum Petro potestatem ordinis & jurisdictionis acceperunt: Ita quidem, ut quilibet Apostolorum æqualem cum Petro habuerit potestatem ab ipso DEO, in totum orbem, & omnes actus, quos Petrus agere poterat. Et si quando de primatu potestatis vel dominii loqvuntur veteres, non de universali per orbem, sed de ea, quæ est Provinciæ destinatæ, intelligendi. Subjectio similiter est vel quoad *potestatem*, vel quoad *ordinem*: & secundo

hoc

hoc modo veteres dicunt, Episcopos & cuncta Romanæ sedi esse subjecta. *Gregor. Epist. lib. 7. epist. 63.*

§. 8. Episcopi etiam aliquando, ob curam & solicitudinem in Ecclesias, & ob inspectionem cæteraq; dona, aliis prælati. Etsi enim unicum, si cum Paulo totâq; Scripturâ accuratè loqui velimus, sive Ecclesiæ, sive fidei *Fundamentum* dicendus est CHRISTUS, *præter quem nemo fundamentum aliud ponere potest.* Non negandum tamen, minùs propriè, ratione ministerii, confessionis, exempli, Apostolos omnes, ipsumq; inter collegas Petrum, fidei, quam prædicatione seminavit, & martyrio confirmavit, *Ecclesiæ,* quam summo labore fundavit & coluit, *fundamentum* à Patribus dictum fuisse. Inscripta certè Apostolorum omnium nomina cœlestis Hierusalem fundamentis vidit Joannes, *Apoc. 21.* Dicitur & fidei doctrina ab Apostolis prædicata fundamentum Prophetarum & Apostolorum, quod ipsi primi jecerunt. *Ephes. 2.* Videtur autem *B. Petrus* à CHRISTO inspiratus, in confessione τὴν κρηπῖδα καὶ βάθρον ἐφ' ᾧ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ὁ Κύριος ᾠκοδόμησε (ut cum *Isidoro Pelusiota epist. 235. lib. 1.* loquar) posuisse. *Blondellus Pseudisid. p. 44.* *Fundamentum Ecclesiæ.*

§. 9. Non uni Petro, sed singulis veris Pastoribus, imò Ecclesiæ toti convenit ex officio, ut sit στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *1. Tim. 3.* eoq; nomine *Athanasium* Nazianz. Orat. 21. & 22. Cyrill. homil. 8. Pasch. τῆς ἐκκλησίας στῦλον, τῆς ὀρθοδόξης πίστεως ἀδιάστροφον κανόνα, τῆς πίστεως ἔρεισμα: *Basilium* Nazianz. Orat. 19. στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, θέλημα Κυρίου, πίστεως ἔρεισμα: *Eusebium Samosa:* idem Epist. 74. κανόνα πίστεως. *Nectarium* idem Epist. 227. ἐκκλησιῶν τὸ κοινὸν στήριγμα vocat: non mirum, si Petrus longè *Athanasio, Basilio &c.* præferendus à Patribus non modò Ecclesiæ ἔρεισμα, & *fundamentum,* super quod fundatur; (sic enim *Cyprianus Epist. 63. Origen. Hom. 5. in Exod. Basil. lib. 1. adversus Eunomium, Hilar. in Matth. 16. Hieronym. in eundem locum. Epiph. in Ancorato. Chrysostom. de verbis Esaiæ,* vidi Dominum &c. *Homil. 4. & in Matth. Homil. 55.* loqvuntur) sed etiam ab Epiphanio, *hær. 59.*

is, in quo ædificata, ἡ ἐυθεμελιώτατ@ πίστις; ab Ambrosio *in Luc. lib.* 5. fidei Princeps, à Paschasino Lilybetano *Concil. Chalcedon. Act.* 3. Andrea Cretensi de *transfig. Dom.* & Michaële Syngelo *in Dionys. encomio*, fidei θεμέλι@; à Chrysostomo *in Ps.* 50. & de laudibus Petri & Pauli, fidei κρηπὶς; à Philippo *Presb. Concil. Ephes. part.* 2. *act.* 3. fidei κιὼν dictus fuerit. Quos titulos ne quis cum Pontificiis ideò à Patribus in Petrum collatos putet, quòd is à CHRISTO Hieromonarcha sit institutus, moneo Paulum ab Origene *advers. Cels. lib.* 1. τὸν μὲν τὸν χριςὸν τῆς ἐκκλησίας πήξαντα, à Chrysostom. *homil. in illud; Salutate Priscillam*, θεμέλιον πίστεως; *Homil.* 2. *in Epist. ad Rom.* Columnam fidei, petram ferro & adamante fortiorem. *Ibid. Homil.* 18. Κορυφαῖον; *Homil. de petitione filiorum Zebed.* τῶν Ἀποςόλων μείζονα; *Homil. de* 12. *Apostolis*: τὸν ἐξ ἐσχάτων πρῶτον; *Homil. de Petro & Paulo*, quo Petrus hoc ipso inferior videatur, quòd Petrus Romam, Paulus mundum erudierit. *Homil. de SS. Apost.* 12. Apostoli omnes ὀρθοδοξίας ἀμετάθετοι ςύλοι, ἐκκλησίας πέτρα &c. Ab eodem *Homil. de S. Ignatio*, Ignatius Ecclesiæ Antioch. præsul; Petro, ἀντίῤῥοπ@; ab Hesychio *in Orat. encomiastica de B. Thoma*, Andreas ὁ πρὸ Πέτρου Πέτρ@ nuncupatur: ut necesse sit, adversarios vel plures Ecclesiæ (CHRISTO secluso) simul eodemq; tempore Monarchas non modò Petro æquiparandos, sed quodammodò præferendos agnoscere; vel eorum omnium argumentorum, quæ ex Petri laudibus ad Hieromonarchiam probandam duxerunt, jacturam facere. *Blondellus l. cit.*

§. 10. Pontifex Romanus exercuit potestatem honorariam, non propriam & suam ex jure perpetuo. Hoc modo in causis civilibus *honorarius* fuit arbiter, hoc modo Papa visitavit Ecclesias, Episcopos confirmavit & deposuit, leges condidit, dispensavit intra provinciam suam, & si quando extra, non ex officio, sed vel *rogatu* & *precibus* aliorum, vel *authoritate Imperatoris*, vel *tyrannicè*. Et judicium, quod ei tribuunt *Veteres*, fuit tantùm *discretivum* & *directivum*, non ex imperio *coactivum*.

§. 11.

§. 11. Appellationes fiebant ad Episcopum Romanum, non tanquam ad judicem, à quo judicium determinativum daretur, sed tanquam ad opitulatorem pro auxilio & levamine malorum, sicut etiam ad alios Episcopos Occidentis, tantùm ad consensum eliciendum & declarandum. *Marcion*, excommunicatus in Ponto, Romam venit, ut absolveretur, sed responsum tale accepit: *Non possumus hoc facere sine permissu venerandi Patris tui.* Epiphan. hæres. 42. *Chrysost. epist. 1. ad Innoc. I. Tomo 5.* petit opem non tantùm ab Innocentio, sed etiam à cæteris Episcopis Occidentis, & proinde ad Synodum appellavit. *Socrat. lib. 6. c. 14.* Chrysostomus autem à Papa responsum accepit, non posse à se juvari, neque ab eo posse concilium convocari. *Basilius ad Athan. epist. 52.* sic consulit Athanasio: *Visum est mihi consentaneum, ut scribatur Episcopo Romæ, ut, quæ hic geruntur, consideret, detq; consilium.*

§. 12. Appellationes etiam istæ fuerunt improbatæ à Veteribus. *Cyprian. lib. 1. epist. 3. ad Cornelium:* Oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Et *epist. 4. ait*, eos, qui cum Basilide communicant, deificam negligere disciplinam. *African. Concil. c. 92.* Quod si & ab iis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana Concilia. Ad transmarina qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem recipiatur. *Concilium Milevitanum Can. 22.* iisdem ferè verbis, omnibus Clericis & Episcopis provocationem ad loca transmarina interdicit.

§. 13. Orientales Episcopi scripserunt Papæ Romano, fas eì non esse, quod ab ipsis actum fuerat, ullo malo dolo vel prætextu provocationum, irritum facere. *Sozom. lib. 3. c. 8. Damasus ep. 79.* apud Ambrosium dicit, post provincialis Concilii judicium, sibi judicandi formam non posse competere. Sic enim ille; Cùm hujusmodi fuerit Concilii apud Capuenses judicium, ut finitimi Bonaso atque ejus accusatoribus judices tribuerentur, & præcipuè Macedones, qui cum Episcopo Thessalonicensi de ejus factis cognoscerent, advertimus, quòd nobis judicandi forma competere non posset. Neque contra sententiam vestram tentandum ali-

quid, ut, quod videretur vobis justitiæ convenire, statueritis, quibus hanc Synodus dederat authoritatem. Ideò primum est, ut ii judicent, quibus judicandi facultas est data. Vos enim totius Synodi vice decernitis. Nos quasi ex Synodi authoritate judicare non convenit. *Justinianus in Authent. col. 9. t. 6. c. 22.* Si quis verò vult ultimam provocationem fieri ad Diœceseos Patriarcham.

§. 14. Dominium Papæ temporale, partim vi, partim fraude, partim aliorum donationibus, paulatim obtinuit. *Ursperg. in an. 753.* Stephanus Papa implorat auxilium Papini contra Regem Longobardorum, & Papinus rex cum exercitu Italiam veniens, eum in Papia obsedit, & ad implenda, quæ promisit, obsidione coegit, redditamq; sibi Ravennam pertinentem sancto Petro dedit, hisq; peractis in Galliam rediit. Rursus, *idem anno 1228.* eo anno & sequenti tractabatur de pace inter Imperatorem & Soldanum, & gentes ipsorum: Papa verò captatâ occasione de absentia Imperatoris copiosum exercitum destinavit in Apulejam, & terras Imperatoris, in servitio CHRISTI demorantis, quod nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit, & cruce signatos ne transfretarent, omni studio prohibuit, tam in Apuleja, quàm in Lombardia. Quis Italiæ facta rectè considerans, non deploret, & detestetur, quæ indicium videntur, & quoddam portentum & prodigium ruentis Ecclesiæ? *Bellarmini* illud notandum, *lib. 5. de Romano Pontifice, c. 4.* CHRISTUS, ut homo, dum in terris vixit, non accepit nec voluit ullum temporale dominium; summus autem Pontifex CHRISTI vicarius est, & CHRISTUM nobis repræsentat, qualis erat, dum hîc inter homines viveret. Igitur summus Pontifex, ut CHRISTI vicarius, atque adeò ut summus Pontifex est, nullum habet temporale dominium.

§. 15. Papæ Romani Monarchia in Ecclesiam, & Concilia generalia, à multis improbata & damnata, & non recepta fuit ab Ecclesia, nisi post ann. 1500. *Krantzius lib. 7. metropolis c. 45.* Nihil tum (*circa ann. 1240.*) opus erat Apostolicâ confirmatione: satis erat, electionem ab Archiepiscopo comprobari: nunc ad se omnia Ecclesiarum jura traxit Romana Ecclesia. *Glaber Rodulphus Hist. lib. 2. c. 4.* Fulco quidam ædificavit Ecclesiam pulcherrimam

rimam in pago Turonico, & expleto opere, misit ad Hugonem Turonorum Archipræsidem, ut illam sacraturus adveniret: qui venire distulit, quòd Ecclesiæ Fulco prædia & mancipia surripuerat non pauca. Fulco igitur copiosa argenti & auri assumptâ pecuniâ, Romam pergens, Joanni Papæ causam profectionis exposuit. Qui protinùs misit cum eodem Fulcone, ad prædictam Basilicam sacrandam, unum ex illis, quos Cardinales vocant, cui etiam præcipit, veluti Romani Pontificis authoritate assumptâ, quicquid agendum Fulconi videbatur, intrepidus expleret. Quod audientes Galliarum quique Præsules, præsumptionem sacrilegam cognoverunt, ex cœca cupiditate processisse, dum videlicet unus rapiens, alter raptum suscipiens, vecors in Ecclesia Romana schisma creâssent. Universi etiam pariter detestantes, quoniam nimirum indecens videbatur, ut is, qui Apostolicam regebat sedem, Apostolicum primitùs ac Canonicum transgrederetur tenorem. Cùm insuper multiplici sit antiquitùs authoritate roboratum, ut non quispiam Episcoporum in alterius Diœcesi istud præsumat exercere, nisi præsule, cujus fuerit, compellente seu permittente. Licèt namq; Pontifex Romanæ Ecclesiæ ob dignitatem Apostolicæ sedis, cæteris in orbe constitutis, *reverentior habeatur*, non tamen ei licet *transgredi in aliquo Canonici moderaminis tenorem.* Sicut enim unusquisque orthodoxæ Ecclesiæ Pontifex ac Sponsus propriæ sedis, uniformiter speciem gerit Salvatoris, ita generaliter nulli convenit quippiam in alterius procaciter patrare Episcopi Diœcesi. Hæc dicta & gesta circa annum à CHRISTO 1000. in *an. 1337.* Omnes Prælati & Principes Alemaniæ in hoc consentiunt, Concilium esse supra Papam, ubi agitur de fide & imperio, & proinde appellationem valere posse, factam ad Concilium, à sententia Papæ, *Nauclerus generat.* 45. Absoluta hæc potestas Papæ primùm approbata fuit & concessa. *Concil. Lateran. II. sub Leone X. circa ann. Domini 1516. Perkinsus.* Plura vide in *J. Usserii libr. de successión. Eccles. in Occident. & Mornæo de myster. iniquit. per totum.* Quibus adde *Catalogum Testium Veritatis.*

§. 16. De Canone n. VI. Concilii Niceni, quia antiquitatem & autoritatem Ecclesiæ gerit, & præsidium Papanis palmarium „ *Canon* „ *Nicenus n. VI.*

 in eo

„ in eo situm est, hæc scitu sunt necessaria. *Primò*, verba Canonis
„ sunt ista: Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν: ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. In Jure Canonico *cap. mos antiquus. dist. 95.* ita translata legas: *Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: Quandoquidem & Episcopo Romano parilis mos est; similiter autem apud Antiochiam cæterasque provincias honor suus unicuique servetur Ecclesiæ.* In Nomocan. Photii ex translat. Herveti, ita habet: *Antiqui mores serventur, qui sunt in Ægypto, Libyæ & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem & Episcopo Romano hoc est consuetum, similiter & in Antiochia & in aliis provinciis sua privilegia ac suæ dignitates & authoritates Ecclesiis serventur.* Sensus hic est: Sicut Romanus Episcopus illas provincias, quas antiquo jure sibi velut Patriarcha ex consensu Episcoporum, ipsum tanquam Principis urbis Episcopum venerantium & comiter observantium, cohærentes & connexas habet, tanquam primus quidam Episcopus gubernat, nec terminos curæ illius Episcopalis quisquam imminuere audet: ita etiam Alexandrino & Antiocheno Episcopo antiqua illa jura, quæ exinde, quia amplissimæ Orientis urbis fuit Episcopus, fuit quisque consecutus, in Ægypto, Libyą & Pentapoli, & per Orientem alibi sunt conservanda, non imminuenda. Comparantur itaque termini antiqui jurisdictionis Episcopalis. Sicut Romano sui, Antiocheno sui, sic & Alexandrino sui conservandi sunt, non mutandi & arctandi. Nota *Cod. Can. Univ. Eccles. Can. 178.* dicitur, τὸ πάλαι ἔθος & τὸ ἔθος ἀρχαῖον, scil. *ut quilibet suam curet Episcopus Ecclesiæ provinciam, p. 136. 157.*

§. 17. Occasio Canonis, cùm ex Epistola Synodica Patrum, tum ex *Socrate lib. 1. c. 6. Sozomeno lib. 1. cap. 23. Theodoreto lib. 1. c. 9.* ut mittamus *Nicephorum*, alios. Nempe Meletii cujusdam,

dam, Episcopi antè Lycopolitani, pòst à Petro Alexandrino moti (sive ob fugam in persecutione, sive etiam, *Socrate* teste, ob idolothysiam) in ejusdem Alexandrini jura, Metropolitani sui, publica invasio: Invasionis ratio, dum neglecto Metropolitano, insensior cum suis Meletius, crearet passim atque ordinaret Episcopos, Presbyteros, Diaconos, idq; in Ægypti Thebaide, provinciâ Alexandrino Episcopo, ex veteri consuetudine, subjectâ. Quâ re ad Concilium delatâ tandem, emanavit hic ipse Canon: Nec mens alia Canonis; quàm ut Alexandrino Episcopo, pro inveterata consuetudine, Metropolitani per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, ut provincias ejus curæ subjectas, (cui accessêre Thebais & Augustanica) conspicua maximè in ordinatione Episcoporum jura serventur deinceps illæsa & illibata; quemadmodum & Antiocheno sua, & Metropolitanis cæteris; idq; ad exemplum & formam Romani Episcopi, cui parilis esset in sua Provincia, & suburbicariis Ecclesiis consuetudo atque prærogativa. *Dorscheus, Spanhemius.*

§. 18. Interpretes Græci & Orientales hoc modo commentantur: *Joh. Antiochenus in NomoCanone Tit. 1.* περὶ τῆς ἱεραθείσης τοῖς Πατριάρχαις, ἐκ τῶν Κανόνων τιμῆς, *de honore Patriarchis ex Canonibus decreto,* primo loco Canonem hunc VI. & VII. profert. *Photius* similiter in Nomocanone, de Patriarchis & Metropolitis, *cap.* θ'. Eandem mentem Canonis refert *Arsenius* Monachus, *in Synopsi Canonum cap.* 74. *Alexius Aristenus* mentem eandem explicans: ἕκαστος τῶν Πατριαρχῶν τοῖς ἰδίοις προνομίοις ἀρκεῖσθαι ὀφείλει. Καὶ μή τινα αὐτῶν ἐπαρχίαν ἑτέραν οὐκ οὖσαν ἄνωθεν, ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα ὑφαρπάζειν; τοῦτο γὰρ τῦφος ἐστὶ κοσμικῆς ἐξουσίας. *Unumquemque Patriarcham propriis privilegiis contentum esse oportet, & neminem ex ipsis Provinciam aliam, quæ anteà à principio non erat sub manu sua, sibi vendicare: hæc enim est mundanæ dominationis superbia.* Zonaras ad Can. VI. N. 99. Βούλεται ὁ Κανὼν τὰ παλαιὰ ἔθη κρατεῖν, ὃ καὶ κανόνες μεταγενέστεροι, καὶ νόμοι πολιτικοὶ διορίζονται. Τῆς Ἀλεξανδρείας οὖν ἐπίσκοπον δεσπόζειν τῶν ἐν Αἰγύ-

πτῳ

πῖῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει περιέχειν, καὶ τὸν Ἀντιοχείας τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων ἐπαρχιῶν. συρίας δηλαδὴ, καὶ κοίλης συρίας, καὶ κιλικίας ἑκατέρας, καὶ Μεσοποταμίας. καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους τὸν ὑπ' αὐτοὺς ἐξουσιάζειν χωρῶν, καθὼς καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ προεδρεύοντι τῶν ἑσπερίων δίκαιον ἐκράτησε. *Antiquas consuetudines, quod aliis quoque posterioribus Canonum legumq; civilium decretis cautum est, retineri vult Canon. Alexandrinum igitur Episcopum iis, qui in Ægypto, Libya ac Pentapoli sunt, præsidere; Antiochenum subjectis sibi provinciis, Syriæ nimirum, Cœlosyriæ, Ciliciæ utrique & Mesopotamiæ; ac alios Episcopos suis quemque regionibus; quemadmodum & Ecclesiæ Romanæ præses in Occidentales Provincias Principatum antiquâ consuetudine obtinet.* Balſamon ad Can. VI. N. 99. Ὁ παρὼν κανὼν, καὶ ὁ ἕβδομος, διορίζονται τοὺς τέσσαρας πατριάρχας, δηλαδὴ τὸν Ῥώμης, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων, κατὰ τὰ παλαιὰ ἔθη τιμᾶσθαι. Καὶ τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας περιέχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει ἐπαρχιῶν. τὸν Ἀντιοχείας ὁμοίως τὸν συρίας, τὸν κοίλης συρίας, τὸν Μεσοποταμίας, καὶ ἑκατέρας κιλικίας, τὸν δὲ Ἱεροσολύμων τῶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐπαρχιῶν, τῶν ἐν Ἀραβίας καὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ, ὅτι, φησὶ, καὶ ὁ ἐπίσκοπος τὸν Ῥώμης περιέχει τῶν ἑσπερίων ἐπαρχιῶν. *Sextus & septimus Canon statuunt, quatuor Patriarchas, videlicet, Romanum, Alexandrinum, Antiochenum & Hierosolymitanum ex antiquis moribus honorari; & Alexandrinum quidem Episcopum præesse Provinciis Libyæ & Ægypti & Pentapolis; Antiochenum similiter Syriæ, Cœlosyriæ, Mesopotamiæ & utrique Ciliciæ; Hierosolymitanum autem Provinciis Palæstinæ, Arabiæ & Phœnices. Quoniam, inquit, & Romanus Episcopus præest Occidentalibus Provinciis.* Nilus Theſſalonicenſis de Prim. Papæ, p. 37. ἀνάγνωθι κανόνα ἕκτον τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου, ἵν' εἰδῇς, ὡς μέρους μὲν ὁ Ἀλεξανδρείας, μέρους δὲ τῆς οἰκουμένης ἄρχειν ὁ Ῥώμης ἐκελεύσθη, μέρους δὲ ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὡς οὐκ ἔξεσιν ἑτέροις

τοῖς

τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιπηδᾶν. *Lege præterea Canonem sextum sanctæ & universalis Synodi primæ; ut videas, decretum fuisse, ut parti orbis terrarum Alexandrinus, parti Romanus, parti verò Antiochenus præsit; neque licere alteri aliena invadere.* Barlaamus de Primatu, cap. 11. Ὅτι δὲ μόνας τὰς δυτικὰς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ Πάπα οἰκονομεῖσθαι οἱ θεῖοι πατέρες διετάξαντο, τῶν δὲ λοιπῶν ἄλλας ὑπ' ἄλλον ἀνάγεσθαι Πατριάρχην, καὶ μὴ ἐξεῖναί τινα ἐπὶ τὴν ἐνορίαν, τὴν μὴ αὐτῷ προσήκουσαν, τί χρὴ καὶ λέγειν τοσούτων κανόνων ταῦτα διοριζομένων; πλὴν τοὺς ἄλλους ἀφεὶς, ἀνάγνωθι τὸν ἕκτον καὶ ἕβδομον κανόνα τῆς πρώτης συνόδου. *Jam verò solas Occidentales Ecclesias Papæ gubernationi à sanctis Patribus fuisse commendatas; reliquas autem Ecclesias alii subjectas Patriarchæ: Eos etiam cavisse insuper, ne quis in finitimam Ecclesiam, quæ ad ipsum minimè spectet, invaderet; quid attinet dicere, cùm tot Canonibus ista sancita sint? Verùm cæteris omissis, sextum, quæso, & septimum Canonem primi Concilii legas.* Socrates Hist. Eccles. l. V. c. 8. Ἐβεβαίωσάν τε αὖθις τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν. καὶ Πατριάρχας κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας. *De integro etiam fidem Concilii Nicæni confirmârunt, & dispartitis provinciis Patriarchas constituerunt.*

§. 19. Certos fuisse Romani Pontificis terminos jurisdictionis sacræ, etiam olim in Ecclesia traditum est. *Clemens Romanus*, uti putatur, *in Constitut. Apostol.* quem librum, Spiritu Apostolico plenissimum, *Stapletonus de f. Eccl. aut l. 2. c. 11.* indubitatum opus *Clementis*, *Bristho. in duplic. adv. Fulc. cap. ult.* summo DEI beneficio ad Magdeburgensium insolentiam reprimendam servatum, *Copus Dial. 3. cap. 2.* tradit. Nullius autem precii esse ostendit *Cocus in Censur. pag. 16. l. 8. c. 13. pag. 314.* Oremus pro omni Episcopatu, qui est sub cœlo, rectè tractantium verbum veritatis: Pro Episcopo nostro Jacobo & Parœciis ipsius: pro Episcopo nostro Clemente & Parœciis ipsius: pro Episcopo nostro Evodio & Parœciis ipsius &c. Ecce Parœcias Jacobi à Clementis Romani parœciis distinctas. Nicæno Canone clariùs deinde rem expedit

Constantinopolitanæ *Synodi Canon. 3.* quem etiam habet Jus Canonicum *cap. Constantinopolitanæ 3. dist. 22.* verba sunt: *Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere oportet Primatum post Romanum Episcopum, propterea, quod sit nova Roma.*

Caput. Mater. §. 20. Nec obstat, quòd vox *Capitis* & *Matris* occurrit tributa sedi Romanæ. Nam & simili titulo mactantur aliæ Sedes. Sic Antiochia apud *Chrysost. Homil. V. ad Antioch.* veteribus est caput Orientis, τ̃ ὑπὸ τὴν ἕω κειμένων κεφαλὴ, urbs prima scilicet & præcipua, non domina. Quo sensu & præcellentiores donis sunt Apostolo κεφαλαὶ, *capita.* Sic Petrus κεφαλὴ τ̃ Ἀποστόλων, *caput Apostolorum*, id est, πρῶτος, primus, *Matth. X. 2.* Sic *Capita* Scholæ, officiorum, collegiorum, Senatûs, pro primis vel primoribus. Nec alio sensu admittunt Legatorum hæc verba Chalcedonenses, quàm eo, quem exhibet *Canon XXVIII.* Imprimis verò *Caput* Ecclesiarum Romana, quia caput urbium vetus Roma, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν, ajunt Chalcedonenses, adeoq; *ab urbis dignitate*, non à CHRISTI institutione, & sequente politicum ordinem Ecclesiastico. Nec aliunde *Concil. Aquilejense Epist. ad Gratianum* vocat Rom. Eccles. totius orbis Romani *Caput.* Quod autem Romani affirmant de *Romana* sede, Græci idem de *Constantinopolitana.* Justinianus *Codic. de Sacros. Eccles. l. 24.* Constantinopolitana Ecclesia omnium aliarum est caput. Repetit *Photius in Nomocanone, Tit. 1. c. 5.* Ὅτι πασῶν τ̃ ἐκκλησιῶν κεφαλή ἐστιν ἡ Κωνσταντινούπολις. Similiter & *Balsamon in Paratitlis, & Græci* passim. *Ex lib. 1. Cod. T. 11. l. 24.* Sic Leo & Zeno Augusti, *Codic. de S. Eccles. l. 16.* vocant Constantinop. Eccles. *matrem nostræ pietatis, & Christianorum orthodoxæ religionis omnium.* Hinc & Constantinopolitanus jam olim à Justiniano insignitus, & à Concilio *Constant. III.* οἰκουμενικὸς πατριάρχης, Patriarcha Oecumenicus, quem in hanc usque diem titulum gessit.

Codices vetusti. §. 21. *Petrus Arcudius in de Consens. Eccl. Orient. lib. 1. c. 12. n. 2. Francisc. Turrianus in Vindic. pro Epist. Pontif. lib. 3. c. 3. Ant. Possevin. in refut. respons. Chytr. sect. 6. & Bellarm. l. 2. de R. P. cap. 18.* ajunt, in libris vulgatis detractum esse Canoni initium;

Eccle-

Ecclesia Romana semper habuit primatum: quod reperiatur in *Concil. Chalced. act.* 16. & in translatione *Dionysii Abbatis*. *Contrà in Latinis & Graecis non comparet.* Neque codex Canonum vetus Romanæ Ecclesiæ, ex antiquissima & probatissima versione *Dionysii Exigui*. Incipit verò *Canon VI.* ut suprà, recensente pridem ex antiquissimo MS. post Conciliorum editores, *Christophoro Justello*, & nuper *Guil. Voello, Theologo Sorbonico, in Bibl. Juris Can. vet. Tom. I.* Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam & Pentapolim &c. *Collectio Canonum*, seu corpus Canonum *Isidori Hispani*, non Hispalensis, vulgò *Mercatoris*, aliis Peccatoris, adornatum Caroli Magni & Hadriani I. temporibus, quod pariter exordium illud atque additamentum nescit. *Epitome Ruffini*, qui *Historiæ suæ Ecclesiasticæ lib.* I. *Can. VI.* ignorato exordio, canonem sic reddidit; *Ut apud Alexandriam, & in urbe Roma vetusta consuetudo servetur; ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Cresconii Episcopi Africani, sub finem *seculi VII.* Canonum collectio Latina, edita nuper ex Biblioth. Collegii Claromontani, quæq; *Tit. XXXVI.* ipsum hunc Canonem, juxta versionem *Dionysii Exigui*, exhibet. *Gratianus* in Decreto, recognito jussu Gregorii XIII. qui, ubi de servando unicuique Ecclesiæ honore proprio, Canonem similiter *Dist. LXV. C. Mos antiq.* exprimit: *Mos antiquus perduret in Ægypto, & Libya & Pentapoli &c.* Nec mutilationem Glossæ observant. *Latinorum Conciliorum Tomi*, in quibus triplici etiam Nicænorum Canonum versione expressâ, veteribus duabus, & novâ *Gentiani Herveti*, respondent omnia Græco & authentico.

§. 22. Pariter apud *Græcos* res se habet, nam in *Concil. Chalcedonensi*, Oecumenico IV. *Actione XVI.* ex dato codice ab Actio Archidiacono Constantinopol. ubi sic lectus & probatus universis Patribus Canon: Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν. *Antiquæ consuetudines teneant in Ægypto; ut Alexandrinus Episcopus omnium habeat potestatem, quoniam & Romano Episcopo hæc consuetudo est, &c.* Eadem lectio in codice Græco Canonum Ecclesiæ Ori-

 entalis,

entalis, quem Parisiis primùm edidit *Joh. Tilius Engolismensis*, superioris seculi anno 40. Eadem & Joh. *Antiocheni*, aliàs Joh. *Scholastici*, pòst Patriarchæ Constantinop. Justiniano imperante, qui in Græca collectione Canonum sic Nicenum hunc citat: Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, &c. Eadem & *Alexii Aristeni*, Diaconi Ecclesiæ Constantinop. Epitomatoris Canonum, sub *Joh. Comneno*, qui Canonem in *Bibl. Jur. Can. vet. T. II.* sic exprimit, ipsi septimum, Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν. Καὶ ὁ Ῥώμης τῶν ὑπὸ Ῥώμην &c. *Alexandrinus Episcopus super Ægyptum, Libyam & Pentapolim potestatem habeat: & Romanus super eos, qui Romæ subditi sunt.* Eadem & Simeonis Magistri, ac Logothetæ, Aristeno posterioris, in *Epitome Nicænorum Canonum*, cujus eądem verba cum Alexianis. Eadem & Constantini *Harmenopuli*, Nomophylacis & Iudicis Thessalonic. *in Epitome Canonum*: Κρατείτω τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῶν ἀρχιεπισκόπων, καὶ τῶν οἰκείων ἐπαρχιῶν ἕκαστος ἐξουσιαζέτω. *Valeant consuetudines Archiepiscoporum antiquæ, & suis in provinciis quisque potestatem habeat.* Eadem & Nili Archiepiscopi Thessalonicensis, sub Andronico seniore Palæalogo, citantis canonem *libro de Primatu*: τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ &c. *& reliqua*, ut in codice Ecclesiæ universæ. *Lib. II. p. 37. ex edit. Salm.* Eadem & Photii & Zonaræ, & Balsamonis, & Græcorum omnium, si quando Canonem vel interpretantur, vel citant contra Latinos: Ita etiam Tractatus penes Spanhemium MS. ex Bibliotheca *Antonii Legeri, viri clariss.* περὶ τῆς διαφορᾶς ἣν ἔχουσιν οἱ ἀνατολικοὶ, μετὰ τῶν δυτικῶν, περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκκλησίας &c. *De dissidio quod intercedit Orientalibus cum Occidentalibus circa Principatum Ecclesiæ*; in quo Canon VI. Nicænus recitatur contra Latinos, ut suprà καθὼς λέγει, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, &c. Eadem & Arabici compilatoris, in latina versione, *Canon VIII. Concil. T. I.* Constitutum est, ut Episcopus Ægypti, id est, Patriarcha Alexandrinus, præsideat & habeat potestatem totius Ægypti, & omnium locorum, civitatum & oppidorum,

Cod MS. Spanhemii.

dorum, quæ ſunt circum eam, quia ſic convenit; *& quia ſimiliter,,*
Epiſcopus Romæ, id eſt, ſucceſſor Petri Apoſtoli, poteſtatem habet ,,
omnium civitatum ac locorum, *quæ ſunt circum eam,* ac *ſimiliter*
Epiſcopus Antiochiæ &c. *Spanhem. Diſſertat. 1. n. 11.*

Parochia.

§. 1. Ex *1. Petr. 1.* 17. voce Παροικίας venit Parœcia. Nomen derivatum ad Eccleſias earumq; Diœceſanas vicinias. Alii malunt, *Parochiæ, Parochi.* Sic legitur *Sulpic. Dialog. 1. §. 4.* Parochia eſt Epiſcopi, qui Hieroſolymam tenet. Erat autem Παροικία certæ Eccleſiæ & penè totius civitatis Diœceſana. Hinc ἐκκλησίαι παροικοῦσαι. *Et:* Πόλις ἐκκλησιῶν παροικουσῶν. Sed non uno modo accipitur. Vel enim *plures minutas Eccleſias* complectebatur, vel *unam Eccleſiam* civitatis in plures minores diviſam ſignificat. Sæpè quoque Eccleſia & Parœcia diſtinguebantur, ut in Africa, & tunc Eccleſia matrem & Principem notabat. Unde adhuc die Mater-Kirch. *Can. XIX. Cod. African.* Tempore, ait, ſanè, quo non communicat, nec in ſua Eccleſia vel Parœcia communicet. Alii hic ἐξηγητικῶς loqui Canonē cenſent.

§. 2. In Occidente Παροικία erat pars Eccleſiæ civitatis, Pfarr-Kirche / cui unus Presbyter præſidebat. Διοίκησις, tota civitas Eccleſiaſtica ſub ſuo Epiſcopo, quæ ex multis Parœciis conſtabat. 2. Et complectebatur plures provincias Metropolitanas, dicebaturq; ἐπαρχία, provincia plurium παροικιῶν, in qua Sedes Epiſcopalis cum ſuis territoriis. *Territoria* dicuntur ἐνορίαι. *Salmaſius* obſervat, infimis Græciæ & Latinitatis temporibus Diœceſin & jam dici, quæ Veteribus Παροικία.

§. 3. *Tituli* dicebantur Eccleſiæ urbium. Sic legimus, Presbyteri ejuſdem *Tituli,* i. e. ejuſdem *Parœciæ.* *Epiſt. Innoc. I. ad Decenn. Epiſc. Engubin.* De fermento, quod die Dominicâ per Titulos mittimus, i. e. per Parœcias.

PASCHA.

§. 1. EX *1. Cor. V. 7.* mos in Ecclesia veteri celebrandi Paschā ortus est. De quo *Epiphan. Hær. LXX.* ait, Constitut. esse Apostolicam talem: Ὑμεῖς ποιεῖτε τὸ Πάσχα ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς. Quod *Audiani* hæretici corripiebant & exponebant, Judaico ritu *h. XIV. Luna* Christianis Pascha celebrandum esse. Contra quos *Epiphan.* illud decretum *h. m.* exponit: Nimirum pacis & concordiæ studio statuisse Apostolos, ut quamdiu οἱ ἐμπερίτομοι Christiani Hierosolymis præsiderent, quod ad Adriani usque tempora duravit, ab iis ne dissentirent cæteri.

§. 2. Adeoq; celebrari Pascha debere à Christianis docet post Æquinoctium, ὃ δύναται ἀχθῆναι ἐὰν μὴ ὑπερβῇ ἰσημερίαν. Et n. XII. μετὰ ἰσημερίαν ποιεῖσθαι. Tum de *Judæis* ait, μία παρ' ἐκείνοις ζητεῖται ἡμέρα, παρ' ἡμῖν ἡ ἐξ, ἑβδομὰς πληρεστάτη. Ideò ait, παρατηρεῖται ἡ ἐκκλησία ἄγειν τὸ Πάσχα ἀπὸ δευτέρας Σαββάτων ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου.

§. 3. *Liber Constitut. Apostol.* qui hodie profertur ab illo Epiphanio, diversus esse videtur. Nam *l. V. c. 16.* de Paschate edicitur, ut post Æquinoctium instauretur, tum ne cum Judæis agatur. οὐδεμία γὰρ κοινωνία ἡμῖν πρὸς αὐτούς. Tamen falsum Epiphanium putat *Petav. de Constitut.* illa Apostolica, quin potius contrarium ab iisdem constet traditum. *Euseb. l. V. Histor. c. XXIII.* meminit hujus rei, ubi cùm dixisset Asianos XIV. Lunâ Judæo more celebrasse ἐκ παραδόσεως ἀρχαίας, ὁποίᾳ δ' ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι, subdit mox; In cæteris omnibus Ecclesiis ἐξ Ἀποστολικῆς παραδόσεως contrarium obtinuisse. *Socrat. v. lib. V. c. XXII.* scribit, Tessaresdecatitas jactare, se suum ritum à Joanne didicisse: Contrà Romanos & Occidentales suam ab Apostolis traditam affirmare, ἀλλ' οὐδεὶς μὲν τούτων ἔγγραφον ἔχει παρασχεῖν τὴν περὶ τούτων ἀπόδειξιν. Quam eandem Petri ac Pauli

ac Pauli traditionem Britanni contra Scotos urgebant. *Beda lib. III. Hist. Angliæ.*

§. 4. *Scaliger* Apostolos & eorum successores centum post eos annis Judaico more celebrasse vult; *Petav.* id negat & docet, PP. omnes & Synodos docere non aliter quàm Dominico die post Lunam XIV. alio, quàm apud Judæos, more, celebrandum esse. *Euseb. l. III. de vit. Constantin. & Socrat. Theodoret. &c. Nicæna Synod. ex Epistola Constant. M.* ita scribit: Ἔξεστι τῆς Ἰουδαίων ἔθνους ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει, ἣν ἐκ πρώτης τῆς πάθους ἡμέρας ἄχρι καὶ τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν &c. Μηδὲν τοίνυν ἔστω κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου· εἰλήφαμεν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ὁδὸν ἑτέραν.

§. 5. *Cyrill. Alex. in Heortastic.* omnibus κατὰ τὰς ἀποστολικὰς παραδόσεις se tradere scribit, ut *Oratione VII. XV. XX. &c. Leo Papa Epist. ad Proter.* scribit, Marcum accepisse à Petro celebrandi Paschatis ritum.

§. 6. Apud *Euseb. l. V. c. 23.* Asiatici XIV. Lunâ Pascha celebrârunt, à quibus Victor Papa dissensit. *Euseb.* addit: Ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην ἐκκλησίαις ἔθος οὐκ ὂν ἄγειν ἐπιτελεῖν τοῦτον τὸν τρόπον.

§. 7. *Can. VI. Apost. l. 2.* Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω.

§. 8. Porrò Hebdomadam Paschalem appellabant Xenophagias, aut Sanctam, aut Pascha. *Epiphan.* Θύμα προβάτου nominat.

§. 9. Depravatio Paschatis apud Christianos erat duplex: Altera *Judaica & Asiaticis propria,* qui XIV. Lunâ Pascha celebrabant: Altera in primi mensis *Neomenia,* contra Canonem committens citiùs antevertebat, adeò ut XIV. Lunâ Æquinoctium præcederet.

§. 10. Veter. Computatores inter Φασὴ & Πάσχα, פסח & פסחא distingvunt, ita ut Φασὴ dicatur Judaicum & νόμιμον Πάσχα.

Πάσχα. Πάσχα autem, quæ vox Ierosolymitana est, τὸ ἀναστάσιμον καὶ τὸ χριστιανόν. Sic & apud Æthiopes obtinet, פסוך est Pascha Dominicum, פשח autem est Πάσχα ἰουδαικόν.

§. 11. Quia resurrexit Dominus die illo, PP. dicitur Κυριακή, ἀναστάσιμος ἡμέρα, μεγάλη ἡμέρα. *Can. V. Ancyran.* Hoc die & seqq. Impp. Christiani testando gaudio è carcere dimiserunt vinctos & captivos. *Concil. Chalced. de die Pasch.* Καθ' ἣν λύεται παρὰ τῶν βασιλευόντων τὰ δεσμὰ τοῖς ὑπευθύνοις.

§. 12. Sacerdotes remittebant peccata, *ibid.* λύεται τοῖς πλείστοις τῶν ἡμαρτηκότων ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τὰ ἐπιτίμια. Extat de priori quoque illo rescriptum Valentiniani, Valentis & Gratian. *L. III. de Indulg. Cod. Theodos.* Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus astringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Et apud *Themist. Orat. V. ad Constantin.* celebrat Imperatorem, διὰ τὸ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης σοῦ τὸ δεσμωτήριον εἰκότως ἀφεῖναι.

§. 13. Hoc Festo solebant etiam Catechumenis extraordinaria quædam Sacramenta permitti, sed qualia, non liquet. In *Carthag. III. Can. V.* mos abrogatur, ut per Paschatos dies Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solitum sal.

§. 14. Veteri Ecclesiæ etiam initium anni fuit à Pascha. Et Pascha dicebatur ANNUS NOVUS, ut & hodiè ab Ecclesia Antiochena. A Constantinopolitana autem dicitur διακαινήσιμος ἑβδομάς. Illius hebdomadis dies omnes VII. erant Feriati, ut *Hieronym.* scribit &c. PP. Hinc obtinuit, ut reliquarum hebdomadum dies etiam vocarentur Feriæ, præcipuo quodam Principis septimanæ Paschalis auspicio.

§. 15. Hoc die Ecclesia vetus non adorabat de geniculis, ut aliàs, idq; à die Paschæ usque ad Pentecosten, loquitur ita *Hieron.* & *Tertull.* de Corona, quæ loca vide *Tit. Oratio Dom.* & *Tit. Dies Dom.* Germanus Episcop. Constantinopol. causam reddit: Τὸ μὴ κλίνειν γόνυ τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας κυριακῆς, σημαίνει τὴν τῆς καταπτώσεως ἡμῶν ἀνόρθωσιν γενομένην διὰ τῆς

τριημέρου

περιμέρει ἡ Χριςῦ ἀναςάσεως, *i. e. notat lapsus nostri erectionem per resurrectionem* CHRISTI. Τὸ δὲ μέχει τῆς πεντηκοςῆς μὴ κλίνειν γόνυ, τὰς ἑπλὰ ἡμέρας μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα ἑπλαπλυμένας χρᾶσιν τῇ διακαινισίμω. *Ambros. Serm. XI.* Ita ut omni hoc tempore (*Pentecostes*) neque ad observandum indicamus jejunia, neque ad exorandum DEUM genibus succidamus, sed sicut Dominicâ solemus facere, erecti & feriati resurrectionem Domini celebramus. Unde liquet, olim post solemnia Pentecostes statim ἀναςάσιμον adorationem desini; Γονυκλισίαν autem in totum annum repeti solitam.

§. 16. Die Paschæ Catechumenis adultis loco Eucharistiæ sal consecratum dabatur, ad significandum, eos debere adhuc in sapientia proficere. *Canon V. Conc. Carthag. III.* Per solemnes Paschæ dies placuit, ut Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solitum sal. *Vid. Cœna Dom.*

§. 17. Ecclesia etiam hoc tempore baptisma exercebat. *Socrat. Eccl. Histor. l. V. c. 21.* scribit, Thessalicas Ecclesias hoc in consuetudine habuisse, ut semel hoc tantùm Paschatis festo baptizarent. Διὸ, *inquit*, σφόδρα πλεῖν ὀλίγων οἱ λοιποὶ μὴ βαπλισθέντες ἀποθνήσκουσιν. *Basil. Exhort. ad Baptism. ait;* Τί δ' ἂν γένοιτο τῆς ἡμέρας ἡ πάσχα συγγενέστερον πρὸς τὸ βάπλισμα; Causam addit, quia ipsa dies Paschæ Μνημόσυνόν ἐστιν ἀναςάσεως. Τὸ δὲ βάπλισμα, *inquit*, δύναμίς ἐςι πρὸς τὴν ἀνάςασιν.

§. 18. Africana Ecclesia etiam in Pasch. & Pentecoste solita est baptisare. *Tertull. c. XXX. de Bapt.* Diem baptismo solemniorem Pascha præstat, cùm & passio Domini, in qua tingimur, adimpleta est. *Leo I. ep 62.* Baptizandi duo tantùm tempora, i. e. Pascha & Pentecoste servabuntur. *Concil. Antissiodorens. ann. 1009. f. MLX. Can. 18.* Non licet absque Paschæ solemnitate ullo tempore baptizare, nisi illos, quibus mors vicina est. *Walafr. Strabo de reb. Eccl. cap. 26.* Tempora baptizandi legitima Pascha & Pentecoste.

§. 19. Paschatis diem in Conciliis singulis annis indicebant civibus per literas, quas vocabant *Formatas*. *Concil. African. c. 64.*

Περὶ τῆς ἡμέραν τοῦ Πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι. Sic & in *Carth V. c. 1. & Bracar. II. c. 9.* In concilio superventurum ipsius anni Pascha, quotâ Calendarum die, vel quotâ Lunâ debeat suscipi, à Metropolitano intimetur.

§. 20. *Conc. Arelat. I. c. 1.* De observatione Paschæ Domini statuimus, ut uno die & tempore per omnem orbem observetur.

§. 21. Post veteres illos, non hæreticos solùm ut Valentinianos, sed etiam Patres, qui anno XXX. ætatis passum Dominum statuunt, unumq; ei prædicationis annum assignant, ut *Tertull. lib. contr. Jud. c. 8. Lactant. l. 4. c. 10. Clem. Alex l. I. & VI. Strom.* quorum opinio cum Joannis & reliquorum Evangelio pugnat, tres sunt præcipuè de numero Paschatum sententiæ. Nam vel tria, vel quatuor, vel quinque statuuntur, quorum postremum illud est, in quo CHRISTUS in cruce suffixus est, quod σαυρώσιμον dicitur. Ex illis *secunda* mediæ vetustatis, *tertia* infimi seculi est. *Prima* Veterum propè omnium est.

§. 22. Plura igitur docet *Joann. c. XII. 13.* tribus: *Primum* Pascha paulò post baptismum & miraculum in cœna. *Secundum c. V. 1.* ubi festum à Judæis celebratum ait, quod de Paschate *Iren. l. 2. c. 39.* accipit. *Tertium* est c. V. 4. post saturata 5000. *Quartum* est, in quo passus est. Cum his conferantur illa *Joan. III. 23. Matt. IV. 11. Marc. I. 14. Marc. II. Luc. VI. Matt. XIV. Marc. VI. Luc. IX.*

§. 23. *Scaliger* quinque Paschata statuit. Præter primum *Joann. II.* Alterum illud ponit *Joann. V.* Cui *tertium* jungit, à quo per sata Apostoli iter habuisse feruntur. *Quartum* Joh. VI. *Quintum* σαυρώσιμον.

§. 24. Veteres autem ad unum omnes, præterquam qui 30. ætatis anno passum putant Dominum, *tria* duntaxat Paschata numerant. Inprimis *Irenæus l. cit. Apollinar. Laodic ap. Hieron. Dan. 9. Origen. l. 2. contr. Cels.* ubi Judam non solidum triennium egisse cum CHRISTO scribit. *Euseb. chronic. ubi post 15.* Tiberii ac Domini baptisma τελετῇ χρόνον τῆς διδασκαλίας διαγενέσθαι ex Joann. Evangelio confirmat. Quibus accedit *Epiphan. Qu. hæres.*

ref. Alogor. n. 25. Primum Pascha festum illud facit, quo clamabat CHRISTUS: Si quis sitit &c. *Joann. VII. 37.* Alterum verò *eod. cap.* quo dixit: Non ascendo ad diem festum istum. Tertium σωρώσιμον. Ubi tria statuit Paschata.

§. 25. *Jul. C. Buleng. contr. Casaubon. Diatrib. 3. Ex. XVI.* sic numerat: Certè Dominus per quatuor Paschata prædicavit, in quinto passus est. *Primum* post baptismum fuit Joann. II. *Secundum* Joann. II. quo tempore Joannes Baptista in carcerem ab Herode conjectus est. *Tertium* à Matth. XII. ad XIV. Marc. VI. 14. Luc. VII. Tum cæsus Joannes, qui duo Paschata exegit in vinculis. *Quintum* est à c. VII. Joh. quo tempore Lazarus suscitatus. Itaque CHRISTUS mortuus anno ætat. XXXV.

§. 26. Duæ sunt opiniones PP. de die ultimi Paschatis Domini. Priores ex *Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. 7.* CHRISTUM volunt celebrasse Pascha eadem die, quâ cæteri Judæi. Posteriores pridie diei, quâ Judæi celebrasse asserunt ex *Joh. c. XVIII. & XIII. 1. & XIX. 14.* Ut *Epiphan. hær. LI. n. 26.* ubi ait, Judæos anticipasse biduo Pascha, quam decebat, ἔφαγον τὸ πάσχα πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ φαγεῖν. Tum Græci cum Latinis certârunt de die. *Cedren. & Nicephor.* statuunt XIII. mensis die (Judæos XIV.) CHRISTUM Pascha celebrasse; *Latini XIV.* Lunâ cum Judæis Dominum egisse Pascha affirmant. Sed Græci meliùs.

§. 27. *Cedrenus,* ὅτι ἦν ὁ κατὰ τὴν ιδʹ ἐπετέλεσε τὸ Πάσχα, ἀλλὰ πρὸ ἰῆτε τὸ μυστικὸν ἐπέλεσε δεῖπνον, ὅτι καὶ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο, εὑρίσκεται τοῖς μαθηταῖς μεταδιδοὺς οὐ θύματος οὐδ' ἀζύμων, ἀλλ' ἄρτου καὶ ποτηρίου. *Epiphan.* & cæteri multi vett. PP. existimant, CHRISTUM Pascha manducâsse, & captum fuisse *Fer. III. Lunâ XI. a. d. XVII. Kal. April.* h. e. XVI. Mart. ita ut ejus passio & XIV. Lunâ in XIX. Mart. conferatur. Quod refutat *Scalig. de Emend. Temp. l. VI. p. CCLXVIII.* & ait, Græcos confundere πρώτην τῶν ἀζύμων cum ἑορτῇ τοῦ Πάσχα. Nam, *inquit,* CHRISTUS ἐν

πρώτῃ τ̃ Ἀζύμων Fer. VI. unà & omnes Judæi immolârunt & manducârunt Agnum, quod dicitur θύειν τὸ Πάσχα. Ead. d. & Fer. nempe luce, quæ eam noctem ſecuta eſt, crucifixus eſt CHRISTUS. Deinde ſtatuit *Joh. XVIII.* Πάσχα dici de XV. noctis Niſan Agno. Nam in προεορτίῳ purè ſe habuerunt, ad ritè operandum illi ſacrificio. Et docet Πάσχα θύειν etiam de ſacrificio XV. noctis dici *Deut. XVI.* Petavius cum Epiphan. præfert priorem ſententiam, cum *Paulo Burgenſi, Paulo Foroſempronienſi, Joanne Lucido, Onufrio, Janſenio &c. q. v. p. 184.*

PATRES.

§. 1. ABſolvitur tota commodè ſcientia hujus tituli quatuor ſequentibus. 1. Horum eſt, *Ratio nominis*. 2. *Catalogus*. 3. *Uſus legitimus*. 4. *Scriptorum genuina diſtinctio*.

§. 2. Dicuntur illo nomine, præcipui à ſucceſſione Apoſtolica Eccleſiæ Doctores, partim ratione *Ætatis*, quâ multis annorum centuriis tempora noſtra præceſſerunt; partim ratione *Doctrinæ*, quam ſuo tempore præſentibus ſedulò inculcarunt, & propagare ad poſteros Scriptis præclaris ſunt conati.

§. 3. Accuratè qui loqvuntur ac ſentiunt, hoc nomine cenſent & appellant propriè Doctores illos in Eccleſia, qui à temporibus Apoſtolorum ad A. C. 1020. vixerunt, aliàs dicti, *Doctores Eccleſiaſtici*. Alij preſſiùs rem examinantes à C. Ann. 600. imperante Phocâ, Patrum catalogo non inſerunt, qui poſt Gregorium I. ejus nominis Epiſcopum Romanum aliquid ſcripſerunt; idq; ideò, quia creſcente Pontificis R. auctoritate, præjudicia veritatem obruerunt, ut patet ex Nicen. II. Synodo Iconolatricâ.

§. 4. Hinc illa Regula: A Patribus, qui exinde Papæ adhæſerunt, nullum argumentum in rebus divinis validum duci poteſt. *Rivet. Critic. Sacr. Prolegomen. cap. 1.*

§. 5. Auctoritas eorum vel nominis tantùm non infringitur dicto CHRISTI *Matth. XXIII. v. 9.* Ne quenquam *Patrem* noſtrum in terris vocemus, quia unus eſt Pater in cœlis. Nec enim abſo-

absolutè ibi Dominus loquitur, sed tantùm comparatè ad DEUM, & ad Pharisæorum deinde usum ambitiosum. DEI quippe comparatione nemo nobis debet esse Pater vel præceptor, neque hi tituli ejus amori & honori ullo modo vel sunt æquandi, vel præferendi. Sic neque quoad hominem ambitiosè nomen istud affectari debet, docente Paulo *I. Cor. III. v.* 4.

§. 6. Consistit porrò eadem in Eminentia. 1. *Officii* ac *Dignitatis*, quòd fuerint in Ecclesia Pastores & Doctores. 2. *Temporis*, quòd Apostolorum ævo viciniores. 3. *Scientiæ*, quòd in multis fortasse doctiores. 4. Et denique *Conscientiæ*, quòd vitæ sanctitate & martyrio CHRISTI doctrinam eximiè exornârint.

§. 7. Usus Patrum varius esse potest. 1. Vel in Philosophiæ dogmatibus confirmandis. 2. Vel in assertionibus fidei aut Theologiæ comprobandis. 3. Vel etiam ad Historiam suorum temporum Ecclesiasticam. Erant enim ex illis quidam non in sacris literis modò eruditi, verùm etiam in his, quæ Philosophi tum de natura, tum de moribus docuêre.

§. 8. Tota argumenti hujus exegesis sic institui potest: *Primò*, circa controversias horum temporum de fide ægrè constare potest, quid circa hásce Patres senserint, ideò, quòd extent pauca illorum scripta, tribus præsertim seculis vetustissimis. *Deinde*, quæ supersunt è tribus prioribus seculis scripta, maximam partem tractant aliena ab iis, quæ hodiè in controversiam vocantur. *Tertiò*, quæ nunc Patrum nomine circumferuntur, verè ac certò non sunt illorum, sed pleraque iis vel olim, vel his demùm postremis seculis affícta sunt ac supposita. *Quartò*, genuina Patrum scripta cùm prioribus tum posterioribus seculis, tempore, ignorantiâ, fraude partim piâ, partim malignâ multis in locis fuerunt adulterata, immutata, corrupta. *Quintò*, non facilè intelliguntur, tum propter linguas & idiotismos, quibus utuntur, tum propter res ipsas explicandas, quas variis Rhetoricæ & Dialecticæ artificiis obscurant & impediunt, adde, quòd plerasque voces alio, quàm qui nunc in usu est, sensu usurpent. *Sextò*, sæpè aliorum sententias tacito nomine referunt, ut in Commentariis sæpè, cùm contra adversarios disputant, promiscua adducunt, quod ad argumentum faciat; sæpè

In Homiliis, ibi ad captum auditorum se accommodant. *Septimò*, non semper perstiterunt in iisdem fidei capitibus, imò nonnunquam recesserunt à suis sententiis, prout exercitatione, vel ætate judicium eorum maturuerat. *Octavò*, difficile est & simul tamen necessarium, ut certò statuamus, quid de suis ipsorum singulis sententiis Patres censuerint, & an eas ut necessarias, an tantùm ut probabiles habuerint, vel haberi voluerint. *Nonò*, necessarium est, ut nobis constet ratio, non solùm de unius aut plurium Patrum, sed potiùs de totius veteris Ecclesiæ sententiâ. Quod pernoscere, laboriosissimum. *Decimò*, ægerrimè sciri potest, num Patrum sententiæ de Controversiis hujus seculi ab universali Ecclesia, an ab ejus parte tantùm fuerint receptæ? Quod scitu tamen pernecessarium, ut locorum ex illis allatorum usus apud nos aliquis esse queat. *Undecimò*, fieri non potest, ut super ullo eorum Capitum, quæ sunt hodiè in controversia, liquidò pernoscamus, quæ totius veteris Ecclesiæ, sive universalis, sive particularis fuerit sententia. *Duodecimò*, Patrum de fide Ecclesiæ testimonia non sunt semper certa ac vera. *Decimò tertiò*, ipsi negant, absolutè standum esse nudis suis assertionibus, in iis, quæ de religione ipsi afferunt. *Decimò quartò*, scripserunt ita, ut non fuerit ipsis propositum inter scribendum, de Religione pronunciare. *Decimò quintò*, sive seorsim singuli, sive conjunctim plures in variis religionis capitibus errârunt. *Decimò sextò*, dissentiunt aliquando inter se, & quidem de rebus non exigui momenti. *Decimò septimò*, Pontificii ipsi nullâ religione respuunt Patres in iis, quæ ad palatum suum non faciunt.

§ 9. Ad *Primum*: Patet inde, quia illorum temporum fideles satis habebant fidem suam fulgore vitæ inculpatæ, & sanguine, quem pro CHRISTO constantissime effundebant, cordibus hominum inscribere; De libris verò scribendis parùm laborabant. Unde illa vox *Euseb. l.* 1. *Hist. cap.* 1. Οἷα ἵνα ἐρήμην κὴ ἀτριβῆ ἰέναι ὁδὸν ἐγχειρῦμεν. Et, si quæ scripserunt, ea temporum injuria ad nos non pervenerunt, ut sunt *Papiæ Episcopi quinque Libri, Quadrati Atheniensis, & Aristidis Apologiæ, Castoris Agrippæ Opus contra Basilidis Hæretici Libros XXIV. Hegesippi libri quinque, Melitonis Sardensis Episcopi, Dionysii Corinthii, Apollinaris Hie-*

ris Hierapolitani opera, Pinyti Cretensis Epistola, Philippi, Musani, Modesti, Pantæni, Rhodonis, Miltiadis, Apollonis, Serapionis, Bacchyli, Polycratis Episcopi Ephesini, Heraclii, Maximi, Ammonii, Hippolyti, Julii Africani, Dionysii Alexandrini, &c.

§. 10. *Ad secundum:* Patet inde, quia pro suorum temporum conditione 1. vel Christianismum à criminibus, quibus per calumniam gravabatur, excusant & purgant. 2. Vel insulsa & impia Gentilium sacra & πλυθείαν exagitant. 3. Vel obduratam Judæorum pervicaciam coarguunt. 4. Vel portentosa Hæreticorum sui temporis deliria confutant. 5. Vel fideles ad patientiam & crucem CHRISTI fortiter perferendam cohortantur. 6. Vel denique quosdam Scripturæ locos interpretantur. Talia sunt Justini & Tertulliani, Arnobii, Lactantii, Clementis Alexandrini, Irenæi scripta, ut legentibus apparet.

§. 11. *Ad Tertium:* Patet inde, quia I. Hæretici ad conciliandam suis somniis auctoritatem, celeberrimi cujusque Doctoris nomen inscribere audebant. Quâ de re olim scripserat Commentarium ad Basilium Magnum Amphilochius Episcopus Iconiensis, ex quo *Concil. 7. Act. 5. Tom. III.* locum allegant. Vid. supr. *Tit. Apostoli.* Sic *Concil. 5. Tom. 2. Collat. 5.* Nestoriani Epistolam sub nomine Cyrilli Alexandrini ediderunt apologeticam pro Theodoro Mopsuesteno, Hæresis eorum primo auctore cum patrono. Sic librum sub rubrica: Ἡ κατὰ μέρος πίστις, quem Turrianus, & Vossius & Gregorii NeoCæsar. ultima Editio pro genuino acceptant, Hæreticus Apollinaris scripsit, ut prodit *Leontius in Bibl. PP. Tom. 4. Part. 2.* Sic Monothelitæ *Homiliam Mennæ* Patriarchæ Constantinopolitani ad Vigilium Rom. Ep. confinxerunt. Sic *libros duos* Vigilii ad Justinian. & Theodorum, in quibus docebatur eorum Hæresis, excogitarunt iidem *Tom. 3. Concil. 6. Act. 4. & 14.* II. Librarii hîc quoque in culpa sunt, ut asserit de iis *Hieron. Tom. I, Ep. 28.* inquiens: Scribunt, non quod inveniunt, sed quod intelligunt, & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos. Vendebant quippe luculentiùs, cùm pro vilibus & obscuris nominibus grandia & præclara sufficiebant. Sic liber *Novatiani* de Trinitate *Tertulliano* ascriptus est. Sic *Cypriano* tributus liber

de ope-

de Operibus CHRISTI *Cardinalibus.* Sic Ruffini Opus in *Symbolum Apostolorum* Cypriano ascripserunt Librarii. Sic Pelagiani in XIII. *Pauli Epistolas Commentarium* ediderunt sub nomine Gelasii P. R. ut memorat *Cassiodorus l. de divin. Lect. c. 8.* De quo plura *Sixtus Senens. Præfat. in Bibliothecam S.* III. Incerti auctores sæpè bini, terni præfixi Operibus incognitis. Sic *Homiliæ in Leviticum* modò *Origeni*, modò *Cyrilli* nomine evulgatæ sunt; Sic *Paraphrasis in Ecclesiasten* modò Gregorio NeoCæsariensi, modò Nazianzeno ascribuntur. Sic *Commentarii in Proverbia* primò *Bedæ*, posteà *Hieronymo* sunt insigniti. Sic *Commentarius in Jobum* modò Philippi Presbyteri, modò Bedæ nomen præfert. Sic *Collectanea in Hexaemeron* tum *Bedæ*, tum *Junilii Afri* appellatione comparent. Sic *Explanatio in Psalmos* priùs Hugoni Carensi, posteà Alexandro Halensi ascripta legitur. Cui audaciæ ansam non exiguam dedit plerumque inscitia, ut existimat *Dallæus.* IV. *Studium Partium* non parùm contulit ad hanc corruptionem. Nam cùm essent, qui vel hominum, vel sententiarum studio vehementer tenerentur, sub nomine illustrium virorum scribere de iis occœperunt, ut auctoritatem istis suis fœtibus conciliarent. Sic *Presbyter quidam* tempore Joannis Evangelistæ *Pauli & Theclæ περιόδους* in lucem edidit, de quo mox convictus confessionem spontè addidit. Sic *Ruffinus Aquilejensis*, ut Origenis honori consuleret, sub nomine *Martyris Pamphili* Apologiam pro eo scripsit. *Hieron. l. 2. Apol. contr. Ruffin. Tom. 2.* Sic idem Sixti Pythagorici librum sub nomine *Sixti Martyris* in lucem emisit, ut gratior & fide dignior esset. Sic sub nomine *Hieronymi* quidam Epistolam confinxit, quasi ab Ebræis seductus Versionem suam Bibliorum adortus esset, cujus nunc pœniteret. *Hieron. loco citato.* Sic *Andreas Monachus Græcus* sub nomine *Gregorii Magni* Sermones conscripsit, teste *Gregor. Epist. l. X. n. 69.* Sic *Concilii Niceni I.* acta quoad primatum Pontif. Romani corrupta & adulterata habemus. *Concil. Florentin. Session. XX. & Concil. African. VI. c. 3.* Sic Adrianus I. P. R. ut suam de Sabbati jejunio traditionem Hispanis commendaret, *Ambrosium* prætendit *Epist. XCV.* Quod tamen falsi coarguit *Augustini Epistola ad Casulanum n. 86.* Sic sub

nomine

nomine Athanasii in *Concil. VII. Act.* 4. *Tom.* 3. Narratio extat, de miraculo ab imagine CHRISTI patrato in urbe Beryto, quicquid contrà laborent *Bellarmin. l.* 2. *Imagin. c.* 10. *Nannius* & *Possevinus*, alii. Sic *Donatio* sub nomine Constantini M. irrepsit in Ecclesiam, uti agnoscunt ipsimet Pontificii *Augustinus Steuchus* & *Laur. Valla. Melch. Canus. Loc. Theol. l. XI.* Sic Antiocheni Concilii Canones, ut vetustissimi, imò Apostolici memorati *Baronio ad A. C.* 57. *Tom.* I. & à *Binio* inserti *Tomo* I. *Concil. p.* 23. suppositi sunt & inventi à Fr. Turriano Jesuita. Sic *Acta Silvestri P. R.* fabulis referta & mendaciis ab ipso *Baronio* deteguntur *A. C.* 315. *n.* 12. Sic nuper *Lucii Dextri & Maximi* Barcinone ab Hispanis edita sunt, ut suas de Jacobo fabellas antiquitate commendarent; sicut agnoscit ipse *Aub. Miræus Scoliis ad Hieron. de Script. Eccl. c.* 132. V. *Monachi indocti.* Huic morbo incrementum dederunt ab *A. C.* 800. ad *A. C.* 1500. quo intervallō in Occidente vix quàm Monachi & Clerici rem literariam & sacram tractâsse leguntur, homines incredibile quantum superstitiosi, ut & putarent, sibi licere quidvis fingere, dum religioni inserviat. Ita Hildwinus Abbas sub Ludovico Pio, paulò post Seculi IX. initia, primus finxit *Dionysium*, qui Parisiensis Episcopus fuerat, fuisse Atheniensem, & Pauli discipulum, edito, præter Veterum fidem, *opere Artopagiticon*, prout evincunt *J. Sirmondus & Petrus Lanojus lib. de duobus Dionys. & Judic. de Areop. Discuss. contr. Millet. Dissert.*

§. 12. Sic Abbas alius Lemovicensis *A. C.* 1024. finxit, Martialem Apostolis coævum & Gallianum Apostolum esse. Sic Fulco Bernensis ArchiEpiscopus Sixtum suum Petri discipulum asseruit, Remorum Apostolum constituit & totius Galliæ Primatem. Sic Hispani *Jacobum* pari vanitate sibi vindicant, ut ipse *Baronius* assentitur. *Not. in Martyrol. a. d. XXV. Julii.* Quod argumentum fusiùs & ex professo tractant, *Possevinus in Apparatu Sacro, Bellarminus in Catalogo Script. Eccles. Scultetus in Medulla Patrum, Rivetus in Critico Sacro, & Robertus Cocus in Censura Patrum, ac Labbéus*, aliiq;. Huc pertinent illa vulgò nota Sibyllarum Oracula, à *Justino* & *Clem. Alex.* ac plerisque vett. Christianorum pro veris ac genuinis habita, constat demùm A. C. 130. fuisse

confictа, ut demonstrat *D. Blondellus Tractat. Gallico de Sibyllis.*

§. 13. *Ad Quartum.* Mutatio in Scriptis Veterum non ex uno principio oritur. 1. Quædam ab animo non malo profecta est. 2. Alia ad fraudem & fucum comparata. 3. Alia jam vetustioribus seculis facta. 4. Denique alia recentior & nostro ævo propria. 5. Sunt quoque, qui *de suo* aliquid, & quod non habebant, attexuerunt. 6. Alii truncaverunt Scripta, tollentes, quæ ad palatum suum non facerent. Sic *Lucæ* Evangelium Marcion olim & Pauli Epistolas depravavit, apud *Tertull.* & *Epiphanium*. Sic editio Concil. Rom. Tom. I. Præfat. ann. 1608. conqueritur, temporis injuriâ & hæreticorum fraudibus factum esse, ne Acta integra Conciliorum generalium habeamus, nevè, quæ ex iis supersunt, pura atque sincera sint. *Epiphan. Ancoral. Tom. II.* refert, Catholicos timore quodam inductos, cùm legerent in bonis & emendatis Exemplaribus, CHRISTUM flevisse, vocem hanc sustulisse, ne eâ Hæretici abuterentur. Ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν φοβηθέντες καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος καὶ τὸ ἰσχυρότατον. Ruffinus in Scriptis Origenis, Eusebii & aliorum, quæ de Græcis Latina fecit, ita versatus est, ut nulla in ejus interpretationibus pagina occurrat, in qua non aliquid truncârit, vel addiderit, *Hieron. ep. 62. ad Theophil. Alex. Tom. II.* Hinc in PP. libris Notæ illæ Marginales: *Hic videtur aliquis assuisse suas nugas.* Tom. 4. Ambros. lib. 1. de Abrahamo. Sicut de aliis testantur Lud. Vives Annotat. in c. 24 de C. D Augustin. & Luc. Holsten. in Præfat. Oper. Athanas. sic scribit: *Neque solius Athanasii ea fortuna, ut ineptissimorum interpolatorum manus subiret, cùm Chrysostomi, Procli, aliorumq́; Homilias similibus sequiorum seculorum ineptiis fœdatas in Cod Regiis invenerim.* Quod prolixè asserit etiam Andr. Masius Præfat. in Liturg. Syram S. Basilii, inquiens: *Pro temporis tractu ad illas pro vario antistitum pietatis affectu alia atque alia addita.* Adde Cassandr. cap. 2. in Liturg. Sirmondum l. 1. Antirrhet. & l. 2. c. 8. qui id per Concilia plurima probat, Carthaginense, Arausicanum, Milevitanum &c. Sic in Cod. Gr. VII. Canonum Concil. Constantinop. I. Dionysius Exiguus in Codice Latino *tres ultimos* Canones omisit, tanquam Monarchiæ Papali

pali minus faventes. Etiam in Concil. Ephesin. Universal. Canones VIII. seqvuntur post Canones Constantinopol. quos Dionysius idem denuò neglexit, eandem, ut patet, ob causam, decernunt quippe inibi Græci, ut Cyprii Episcopi suas ipsi ordinationes faciant sine Patriarcha Antiocheno, & ut idem in aliis provinciis observetur, Can. 178. in Cod. Can. Univ. Eccl. extat: Ἵνα τῶν πατέρων οἱ κανόνες παραβαίνωνται, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας κοσμικῆς τῦφος παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Idem attentavit Dionysius iste in Canon. XXVIII. Concilii Chalcedon. qui in Cod. univ. Can. est 206. ejusdem cum præcedente argumenti. Nam cùm ille Canon extet in omnibus Græcis Canonistis, Dionysius Latinus eum reticuit, quòd Romano Primatui obesse videret. Sic in Synod. *Florentina Act. VIII. Tom. 4. Concil.* Marcus Ephesinus Episcopus ad objecta loca ex Epiphanii Ancorato & Basilio *contr. Eunom.* respondet: Τοῦτο βιβλίον ἐστὶ διεφθαρμένον πρὸ πολλῶν χρόνων. Sic *Anastasius Bibl. Concil. VIII. ad Adrian. P. R. Præfat.* affirmat, omnia Concilia nullo nisi primo excepto, à Græcis esse depravata. Ita *J. Sirmondus Præfat. in Alcimum Avitum & Not. p. 62.* observat *Gagnejum Theol. Paris.* cùm Aviti Carmina ederet *A. C. 1556.* multa pro arbitrio immutâsse, & 500. propè versibus præter librorum fidem inaudito atque incredibili facinore interpolâsse, quæ sunt ipsissima *Sirmondi* verba. Sic *Cypriani* Tractatus de unitate Ecclesiæ corruptus passim legitur. Et *Manutius Edit. Cypr. Roman.* integram Epistolam Firmiliani Cappadocis omisit, quoniam nimia, ut ipsi certe visum fuit, libertate Papam tractârit. *Chrysostomo, Ambrosio, Isidoro* idem fatum obtigit, cujus rei luculentum testimonium exhibet Fr. Junius Edit. Expurg. Ind. Præfat. A. C. 1586. & multis exemplis longâ serie repetitis declarat *Jo. Dallæus in Tract. de PP. lib. 1. c. 4. p. 80. 81. & seqq.*

§. 14. *Ad Qvintum*: Probatur, doctissimi namq; Interpretes sæpè mentem PP. genuinam non sunt assecuti. *Ruffinus Version. Euseb. Hist. Eccl. lib. 5. c. 1.* cùm in Græco legeret, πῶς αὐ-

πυχδία φάγοιεν οἱ παῖδες, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἔξον; sic reddidit: *Multum erratis, ò Viri, putantes humanis visceribus vesci eos, qui ne multorum quidem animalium carnibus utuntur;* cùm tamen in Græco αἷμα *Sangvinem* scripserit *Eusebius.* Ex quo deinde *Pamelius* voluit demonstrare, jam ætate Irenæi in Galliis usitatum fuisse, *carnibus* abstinere. Sic in Origene *contr. Cels. Præfat.* cùm Græcè legeretur: Πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν καὶ πᾶσαν προσευχὴν καὶ ἔντευξιν καὶ ευχαριστίαν ἀναπεμπτέον ἐστὶ τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων Ἀρχιερέως ἐμψύχου λόγου καὶ Θεοῦ. Christoforsonus sic vertit: *Vota & preces omnes, & gratiarum actiones ad DEUM sunt transmittendæ per Angelum, qui per Pontificem & vivens verbum ac DEUM Angelis præfectus est.* At juxtà textum Græcum contrà sic sonant: *Ad DEUM, qui est super omnia, per summum Pontificem, qui est verbum vivum & Deus supra omnes Angelos.* Facilè autem apparet Versionem ita adornatam esse ad stabiliendam inde Invocationem Sanctorum. Eadem occurrunt in Christoforsoni Versione *Eusebii Hist. l. 5. c. 17.* de Chrismate *in Gr. Euseb. c. 23.* & *lib. 5. cap. 24.* & *lib. 4. c. 14.* ubi de *Martyribus* agebat, & *Jejunio.* Similiter tractavit *Sozomenum l. 4. c. 14.* de Liberio P. R. ubi ait Gr. Sozom. quòd cum Constantius ἐβιάζετο coëgit ad Arrianismum, at Christoph. Interpr. vertit: *Compellere tentavit*, scil. ne Pontifex fieret Hæreticus. *Joann. Portesius Interpr. Euseb. l. 3. de vit. Const M. A. C. 1559. edit. Basil.* cum Euseb. ageret de templo Hierosolymitano, à Const. M. exornato donariis aureis & argenteis, & sic loqueretur: Ἐκόσμει δ' αὐτὸν ἀδιηγήτοις κάλλεσι πλείστων ὅσων ἀναθημάτων, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ λίθων πολυτελῶν ἐν διαφόροις ὕλαις, ipse, ut statuminaret antiquitatem imaginum, sic reddidit: *Sed huc accessit aurearum imaginum argentearumq; vis infinita.* Cùm tamen Ἀναθήματα non sint Imagines, sed Donaria, sicut & *Luc. XXI. v. 5.* vox eadem usurpata est. Sic *Bellarmin. l. 3. de Pœnit. c. 8. §. 6.* ad confirmandam antiquitatem *Confessionis suæ*, cùm legeretur in *Greg. Nysseni Epistol. ad Leto-*

jum

jum Tom. II. Hodierno die adducamus baptizatos, & τῶν διὰ μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἔργων εἰς τὴν ζωὴν ὁδὸν πάλιν ἐπανιόντας, sic vertit: *Qui per pœnitentiam & confessionem ad vitam ascendunt*, pro, *Conversionem*. Notabile cumprimis est, Patres Synodi Florentinæ *Session. 5.* in enucleandis pauculis vel Ephesinæ Synodi, vel Epiphanii, vel Basilii voculis desudare, *Session. 18. 21.* donec tandem Latini victoriam sibi arrogarent. Factum inde rati sunt Eruditi, quoniam PP. vetustis temporibus nondum natis tot controversiis securiùs scripserunt, ita ut sæpè contra mentem & studia eorum exciderint dicta, quæ ad varios fines referri possint. Sic ante Arrium pauca de æternitate D. N. JESU CHRISTI occurrunt, imò quæ extant, ambigua satis & obscura sint. Quale est illud *Justini contr. Tryphon.* οὐδεὶς ἀνθρώπων εἶδε τὸν πατέρα καὶ ἄρρητον Κύριον τῶν πάντων, ἁπλῶς καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου καὶ Θεὸν ὄντα υἱὸν αὐτοῦ, καὶ Ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ. Quæ verba resolvi vix possunt, quin diversitas naturæ in Patre & Filio ponatur, quod Arianum est. Simile est illud *Tertull. l. 2. contr. Marcion. cap. 27.* Patrem ex semetipso proferendo Filium fecisse, & Patrem esse totam Substantiam, Filium verò derivationem totius & portionem. Sic *Dionys. Alex.* apud *Athanas. de Fide Tom. 1.* Filium vocat. Ποίημα τοῦ Θεοῦ. De quo Hieronymus jam olim Apol. 2. contr. Ruffin. Tom. 2. ait: *Sæpè minùs cautè locutos esse, & quæ non possint calumniam declinare*; & *Dion. Petavius in Epiphan. Hæres. 69.* scribit: *Quædam scriptis suis aspersisse; quæ cum orthodoxæ fidei regula minimè consentiant.* Deinde, quoniam datâ operâ obscuri esse voluerunt, & ænigmaticè significare nonnulla, prout clarè *Clem. Alex. Strom. l. 1.* ἔστι δὲ ἃ καὶ αἰνίξεταί μοι γραφὴ, καὶ τὰ μὲν παραστήσεται, τὰ δὲ μόνον ἐρεῖ. Et jam pridem annotavit *Casaubon. in Exercit. Baronian. n. XVI. p. 560. & seqq.* *Tertiò*, quoniam plerique Grammaticæ & Rhetoricæ rudes fuerunt, quales sunt, *Epiphanius, Victorinus*, alii. De quo *Hieron. Ep. 84. Tom. 2.* Victorino Martyri in libris suis licèt desit eruditio, tamen non deest eruditionis voluntas. Ruffinus ab

Hieron. Apol. I. itidem huc refertur. Alios *Stylus* & *Dictio*, alios nimia *Rhetorices*, alios *Philosophiæ Gentilis* recens, adhuc cognitio & studium ambiguos reddit & intellectu difficiles, quales sunt, *Clemens Alexandr. Tertullianus, Hilarius*, alii. Hinc ipsi sæpè conquesti leguntur, tractandi rationem à veteri desciviſſe, & antiquam simplicitatem non esse ampliùs in usu aut pretio, ut Methodius apud *Epiphan. Hæres.* 64. Τὸ μὲν ἦν παλαιὸν βραχὺ παντελῶς τὸ περὶ τὴν ἐξήγησιν ἦν, φιλοτιμουμένων μὴ τέρπειν, ἀλλὰ ὠφελεῖν. Et *Greg. Nazianz. Enchir. Athan.* vocat illud τὸ μὲν περιττὸν καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ εὐτυχνον. Et *Hieron. Tom. II. ep.* 50. haud obscurè innuit, *erudito Lectore opus habere sua scripta.* Quod ipsum verum est in *Lactantio, Cypriano, Origene, Methodio, Eusebio, Apollinare, Minutio, Victorino &c. Athanas. Ep. de fid Dion. Alex. Tom. I.* appellat talia in Antiquis, κατ' οἰκονομίαν γεγραμμένα, quæ non deceat κακοτρόπως δέχεσθαι καὶ εἰς ἰδίαν βούλησιν ἕκαστον ἕλκειν. *Basil. M. Ep.* 64. *Tom.* 2. distinguit inter Patrum τὰ δογματικῶς λεγόμενα & τὰ ἀγωνιστικῶς. *Postremò* consuetudinum tum secularium, tum Ecclesiasticarum mutatio difficile hoc negotium haud paulò minùs efficit, ut & vocabulorum significationis variatio. Sic Disciplina non semper una, severitas & Canones antiqui subinde mutati, cærimoniæ baptismi, Eucharistiæ, ritus Ordinationum. Unaquæque ætas ferè suum vindicat sibi. Vocum quotuplex significatio? pro ævi successione, Papæ, Patriarchæ, Missæ, Oblationis, Stationum, Processionis, Peccati mortalis, Pœnitentiæ, Confessionis, Satisfactionis, Indulgentiæ, Meriti &c. de quo *in ipso Tractatu* Loco competente.

§. 15. *Ad sextum.* Scripta Patrum pleraque sunt III. generum: *Commentaria, Homiliæ, Disputationes.* De duobus posterioribus §. *præced.* egit. Nunc de Commentariis eorumque ingenio sic *Hieronymus ad Pamm & Marc. Apolog. adv. Ruffin. Tom. I.* censet: Commentarii quid operis habent? Alterius dicta edisserunt, quæ obscurè dicta sunt, plano sermone manifestant, multorum sententias replicant, & dicunt: Hunc locum quidam sic

ſic ediſſerunt; alii ſic interpretantur; illi ſenſum ſuum his teſtimoniis, & hac nituntur ratione armare, ut prudens Lector judicet, quid verius ſit, & quaſi bonus Trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet. *Sic ille;* Unde patet, quàm incerta ibi omnia veritatis ſtudioſo Lectori ſint expectanda. Ita idem de Origene ait *Comm. 5. in Eſai. Præfat. Tom. 4.* Ingenium ſuum facit Eccleſiæ Sacramenta. Sic *Epiſt. 89. ad Auguſt. Tom.* cùm ille reprehendiſſet Hieronymum, poſt indicata *Origenis, Didymi, Apollinaris, Emiſſeni* ſcripta, ſubdit: *Itaque, ut ſimpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente mea plurima coacervans, accito Notario vel mea vel aliena dictavi, nec ordinis, nec verborum interdum, nec ſenſuum memor.* Unde *Bellarmin. l. de gratia primi Hom. c. 11.* ad locum quendam ſibi ex *Hieronymo* objectum reſpondet: *Hieronymus ex aliorum ſententia locutus eſt, ut ſæpè facit in Commentariis Epiſtolæ ad Epheſios, & in aliis locis.* Sed hoc effugio ſalvo, quàm incerta & inutilia erunt Patrum ſcripta! Porrò, *Homiliarum* non eſt alia apud ipſos ratio, in quibus ita ſæpè rhetoricantur, ut *Sixt. Senenſis* ipſe fateatur, cautè eſſe ibi legendos Patres, *lib. 6. Bibl. Annotat. 152.* Quemadmodum in argumento Laudum Martyrum & Invocationis Sanctorum ex *Nazianzeno, Baſilio, Chryſoſtomo,* aliisq; Poetis, *Prudentio, Paulino, Venantio &c.* fit evidens. De quo adi *Voſſium in Diſput. Theol. n. XI. §. 2. 3. 4. & ſeqq.* Denique quod ſpectat *Controverſias*, quo hic ingenio uſi ſæpe ſint PP. ex uno loco *Hieronymi ad Pammach. Tom. II.* facilè conſtat, ubi ita ſcribit:

» Plura ſunt genera dicendi, & inter cætera aliud eſt γυμναστικῶς ſcribere, aliud δογματικῶς. In priori vaga eſt Diſputatio, & adverſario reſpondens nunc hæc, nunc illa proponit, argumentatur, ut liber, aliud loquitur, aliud agit: In ſequenti aperta frons, & ingenuitas neceſſaria eſt. Aliud eſt quærere, aliud definire, in altero pugnandum, in altero docendum eſt. Origenes, Methodius, Euſebius, Apollinaris multis verſuum millibus ſcribunt adverſus Celſum & Porphyrium. Conſiderate, quibus argumentis, & quam lubricis problematibus Diaboli Spiritu contexta ſubvertant, & quia interdum coguntur loqui, non quod ſentiunt, ſed quod neceſſe eſt, dicunt adverſus ea, quæ dicunt gentiles. Taceo de Latinis Scripto-

„ Scriptoribus, Tertulliano, Cypriano, Minutio, Victorino, Lactan-
„ tio, Hilario, ne non tam me defendisse, quàm alios videar accu-
„ sâsse. *Hæc ille.*

§. 16. *Ad septimum.* Hujus luculentum exemplum dedit *Augustinus*, qui, quæ tota vita scripserat, in senectute excussit, & *Libros Retractationum* posteris reliquit. Sic & *Hieronym. Ep. 65.* testatur, Origenem jam provectiorem Epistolam scripsisse ad Flavianum P. R. in qua professus sit, pœnitere se multorum, quæ olim docuerat. Hinc illud *Vincent. Lerin. Commonit. c. 39.* Eorum
„ duntaxat Patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide & commu-
„ nione Catholica sanctè, sapienter, constanter viventes, docentes &
„ permanentes, vel mori in CHRISTO fideliter, vel occidi pro
„ CHRISTO feliciter meruerunt.

§. 17. *Ad octavum.* Unica ad hoc cynosura est, Symbolorum auctoritas, & Expositionum Fidei publica approbatio. Verissimum quippe est, eos pro necessariis habuisse illa Capitula, quæ ejusmodi monimentis consignarunt, & quorum contraria Anathemate percusserunt. De sex Synodis Oecumenicis in Concil. VII. Act. 6. Tom. III. sic legimus: Πάντα τὰ παραδοθέντα ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως ἐκ τῶν ἀρχῆθεν χρόνων αὐτῇ καὶ ἐβεβαίωσαν καὶ ἐστήριξαν.

§. 18. *Ad Nonum.* *Vincent. l. cit. cap. XXXIX.* Qui-
„ bus tamen hac lege credendum est, ut quicquid vel omnes vel plu-
„ res uno eodemq; sensu manifestè, frequenter, perseveranter, velut
„ quodam consentiente sibi Magistrorum Concilio, accipiendo, te-
„ nendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certoq; ac rato ha-
„ beatur; Quicquid verò, quamvis ille sanctus & doctus, quamvis
„ Episcopus, quamvis Confessor & Martyr, præter omnes, aut etiam
„ contra omnes senserit, id inter *proprias* & *privatas opiniunculas* à
„ communis publicæ ac generalis sententiæ auctoritate secretum sit.

§. 19. *Ad Decimum.* Sic Victor P. R. ob diei Paschæ celebrationem Asiam excommunicabat. Cùm tamen ea sententia non esset universalis Ecclesiæ, sed alterius tantùm partis. *Euseb. l. V. c. XXIII. Hist. Eccl.* Sic ubi maxima pars Christianorum existimabat valere Baptismum Hæreticum, neque reversos ex hæresi

resi rebaptizare solebat, *Cyprian. ep. 71.* Tamen ex omni ætatum memoria Cappadocum Ecclesias aliter sensisse testatur *Firmilianus ep. 75. ad Cyprianum.* Sic superstite adhuc Tertulliano, scortatores & adulteri pœnitentes ad Ecclesiæ communionem admittebantur; Mox ubi *Tertullianus* Montanista factus esset, librum edidit, quo contrarium defendit, quem legens aliquis facilè induci posset, ut crederet, apud omnes tum Catholicos ita fuisse usitatum. Sic in *Concil. Laodicen. Can. 59.* A. C. 364. definitum est, ut in Ecclesia Libri non-Canonici non legantur, deinde recensentur Canonici *numero XXII.* suppressis Syracide, Sapientia, Maccabæorum, Judith & Tobia. Atque is Canon insertus est Codici universalis Ecclesiæ n. 163. ita ut ab omnibus Christianis tum temporis recepta esse videatur illa Canonis declaratio. Sed tamen aliter visum fuit Patribus Africanis, in *Synodo Carthagin. III. Can. 47.* A. C. 397. Ubi inter libros, quos in Ecclesia legi concedunt, numerant Maccabæos, Judith, Tobiam, Syracidem & Sapientiam. Sic notissima illa controversia est Ecclesiarum Orientis & Occidentis de Jejunio Sabbati. *Canon Trullan. Synod. Constantinop. Quinisext. Can. 55.* Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν τοὺς ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ἐν ταῖς ἁγίαις τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέραις καὶ νηστείαις τοῖς ταύτης σάββασι νηστεύειν παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ὥστε κρατεῖν, καὶ ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἀπαρασαλεύτως τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ Κυριακῇ νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Et quàm diversa fuerit apud multas olim Ecclesias Jejunii Ante-Paschalis ratio, constat vel ex una Epistola Irenæi ad Victorem P. R. apud *Euseb. Hist. l. 5. c. 26.* Et quod concernit disciplinam Ecclesiasticam, non alia est ratio, quemadmodum exposuit Anastas. Bibl. ad Canon. VI. Concil. VII. general. Tom. III. *Non te moveat, si hanc definitionem (de annuis synodis) minimè nos habeamus, cùm inter earum nonnullas, quas inter Canones habemus, in auctoritatem non recipiamus, sicut quasdam ex Conciliis. Aliæ namq; apud Græcos tantùm, aliæ verò apud certas tantùm provincias in observantiam Ecclesiarum assu-*

mutur. Sicut Laodicens. Concil. Can. 16. & 17. quæ apud Græcos tantùm servantur, & Africani Concil. Can. 6. & 8. quæ nulla provincia servare, nisi Africana, dignoscitur. Unde patet, non statim pro lege universali habenda, quæcunque constat de sententia aut disciplina veteris Ecclesiæ fuisse. Reverentia tamen Majorum multa admisit, ut cum *Hieronym. Tom. I. ep. 28.* ait: Unaquæque provincia abundet in suo sensu, & præcepta Majorum leges Apostolicas arbitretur.

§. 20. *Ad Undecimum.* Ecclesiæ vox dupliciter sumitur in Antiquis. 1. Nam vel intelligunt omnes illos, qui se in Ecclesiæ communione vivere profitentur, cujuscunque sint conditionis. 2. Vel eos certè, qui Ecclesiæ præsunt, i. e. Clerum. Unde & *Ecclesiastici* vocabantur omnes Christiani, qui in Catholicorum communione vivebant. Ubi notabilis vox est *Ambros. Serm. 17. Tom. IV.* Plerumque Clerum erravisse; Sacerdotes mutavisse sententiam; Divites cum seculi istius terreno regno sensisse; Populum fidem propriam reservasse. E. gr. *Epiphanius in Panar. Hæres. 75.* refert Aërium in numerum Hæresiarcharum, & docet, Episcopum Presbytero antecellere ex sententia Pauli; At *Hieronym. Ep. 83. Tom. II.* Epiphanii æqualis & intimus docet, apud Veteres eosdem fuisse Episcopos & Presbyteros, quia illud dignitatis, hoc ætatis nomen erat. Idq; fusè inculcat *ep. 85. ad Evagr. Comm. in Hagg. Tom. 5. Comm. in Tit. cap. 6.*

§. 21. *Ad Duodecimum.* Tenendum, duo esse Patrum genera: 1. Nam vel ut testes narrant, quæ in sui seculi Ecclesia credebantur aut gerebantur. 2. Vel ut Doctores, quid ipsi sentiant, exponant. Testes sunt, cùm Ecclesiam sui temporis in hac vel illâ sententia fuisse simpliciter affirmant; Doctores sunt, cùm suggestum conscendentes sententias suas ipsi edisserunt, easq; Scripturâ confirmant. Interdum alicujus sententiæ studio tenebantur, interdum & ab alia abhorrebant, atque ita facilè inducebantur, ut Ecclesiam ita statuere affirmarent. Sic Philastrius Brixiensis multa in Hæreticorum censum refert, quæ non sunt, & ab Ecclesia damnata asserit, quod tamen non factum. *Vid. l. de Hæres. c. 41. Tom. 4. Bibl. PP. Part. I.* de Epistola ad Ebræos, c. 79. de Psalmis, c. 82. de

Stellis.

Stellis. Sic de ortu animarum *Hieron. Ep. 61. Tom. II.* scribit, Ecclesiæ dogma esse, quòd anima immediatè à DEO creetur, cùm eam in corpus infundit; Atqui *Augustinus* ambigit de eo, & palàm propendet in contrarium, animam cum corpore simul fieri, & de patre in filium transire. *Prudentius Tricassinus l. de Prædestin. contr. Erigenam cap. 16.* Utrum anima de anima, ut caro de carne, nascatur, magna quæstio est, à Patribus diu multùmq; discussa, *sed absque certa definitione relicta.* Huc pertinet, quod *Joann. Thessalon. Episcopus in Concil. 7. Act. 5. Tom. III.* ait, Ecclesiam censere, ἡ καθολικὴ ἐκκλησία γινώσκει, Angelos non omninò esse incorporeos & invisibiles, sed habere corpora minuta & tenuia, ac quasi aeria & ignea. In margine tamen legitur: *Loquitur ex propria sententia.* Sic *Epiphanius* tradit, Ecclesiam ab Apostolis habere, quòd ter in hebdomade conveniret ad sacram Synaxin. Quod tamen *Betavius* negat. Sic *Augustinus l. 1. de bapt. contr. Donat. cap. 18.* scribit, universæ Ecclesiæ consuetudinem fuisse ante *Cyprianum*, ut venientes ab Hæreticis baptisatos reciperet absque novo baptismo. At *Firmilianus* docet, in Ecclesia Cilicum & Cappadocum alium ab omni memoria morem fuisse. Sic *Fulgentius* suum & *Augustini* dogma, de parvulis sine baptismo defunctis eorumq; damnatione, proponit velut certum fidei Articulum, & cui qui contradixerit, Hæreticus haberi debeat. *De fid. ad P. Diacon. c. 27.*

§. 22. *Ad Decimum-Tertium.* Ita Augustin. Ep. 19. ad Hieron. Tom. 2. *Ego fateor caritati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, didici hunc honorem timoremq; deferre, ut nullum eorum Auctorem scribendo aliquid errâsse firmissimè credam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinâq; præpolleant, non ideo verum putem, quia ita ipsi censuerunt, sed quia mihi vel per illos Canonicos auctores, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persvadere potuerunt.* Quod ipsum repetit l. 2. contr. Faust. cap. 5. Tom. 6. Et iterum l. 2. de Bapt. contr. Donat. cap. 3. Et Hieron. ep. 62. Tom. II. scribit: *Scio me aliter habere Apostolos, aliter reliquos Tractatores, illos semper vera dicere, istos in quibusdam, ut homines, errare.* Et l. 2.

 Apolog.

Apolog. contr. Ruffin. Tom. 2. concisè, at graviter censet: *Fieri potest, ut vel simpliciter erraverint, vel alio sensu scripserint, vel à librariis imperitis eorum paulatim scripta corrupta sint; vel certè, antequam in Alexandria, quasi dæmonium meridianum, Arrius nasceretur, innocenter quædam & minùs cautè locuti sint, & quæ non possint perversorum hominum calumniam declinare.* Ambros. l. 7. ep. 47. Tom. III. Ego beneficio annumero, si quis mea legens scripta, dicat mihi, quo videatur moveri. Primum, quia in iis, quæ scio falli possum, multa autem prætereunt, multa quibusdam aliter sonant. Cyrill. Hierosol. Catech. 4. *Μηδὲ ἐμοὶ τῷ ταῦτά σοι λέγοντι ἁπλῶς πιστεύσῃς, ἐὰν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καταγγελλομένων ἀπὸ τῶν θείων μὴ λάβῃς γραφῶν. Ἡ σωτηρία γὰρ τῆς πίστεως ἡμῶν οὐκ ἐξ εὑρεσιλογίας, ἀλλὰ ἐξ ἀποδείξεώς ἐστι τῶν θείων γραφῶν.*

§. 23. *Ad Decimum Quartum.* Inter Patrum opera alia sunt 1. raptim scripta. 2. Quædam ex tempore effusa, emendanda procul dubio, si vita suppetisset. Sic *Hieron. Prolog. in Josuam* testatur, quasdam Homilias ab Origene in Ecclesia ex tempore habitas. Et *Hieron. Præfat. in Salomon. Proverb. Tom. III.* ait: Trium Salomonis voluminum, Proverbiorum, Ecclesiastis & Canticorum interpretationem *tridui opus* esse. Id. ep. 47. Tom. I. de alio suo fœtu inquit: Extemporalis est dictatio, & tantâ ad lucernulæ lumen facilitate profusa, ut Notariorum manus lingua præcurreret. Idem statuit de suis in Matth. Commentariis, *Tom. 6.* Unde mox accidit, ut ipsis exciderint crebri ac frequentes in Historicis, Grammaticis, Philosophicis, leviusculi sæpè errores. E. gr. *Justin. Apol. 2.* statuit, Davidem 1500. annis vixisse ante C. N. cùm tamen vix sint 1025. anni. Sic *Epiphanius in Ancorato Tom. II. n. 112.* scribit: Mosen anno ætatis tricesimo ex Ægypto profectum transisse mare rubrum. At S. S. annos habet 80. Sic *Chrysostom. Hom. 37. ad popul. Antioch.* ait; Ab excidio Solymorum ultimo ad suam ætatem jam agi annum 500. cùm trecentesimus esset, & paulò ampliùs. Et *Homil. 2. in Ps. 50.* scribit, à Davide ad Hiskiam mille annos fluxisse, qui 400. vix fuerunt. Sic *Justin.*

Mart.

Mart. Apolog. 2. censet, Ptolemæum Regem Ægypti super Versione LXX. Interprett. misisse Legatos ad Herodem Jud. regem, cùm tamen 200. & amplius antè annis id factum sit. Sic *Epiphan. in Panar. Tom. I.* aliquoties ait, eandem fuisse Sectam Pythagoreorum & Peripateticorum, quod tamen planè falsum. *Augustinus l. 22. de C. D. c. 11.* ait, Aristotelem tradere, animam esse quintum corpus. Quod itidem nihil est. *Epiphanius adv. Hæres. Tom. I.* Nebucadnezarem captis Hierosolymis Coloniam in Samariam deduxisse, cùm longè anteà tempore Salmanasseris ea deportatio facta fuisset. *Id. Hær. 69. n. 10. 11.* scribit, Arrium esse mortuum ante Concil. Nicenum. *Augustin. l. 3. contr. Crescon. c. 34.* scribit, Sardicense Concil. fuisse Arianum & contra Athanasium, cùm tamen tota Historia fateatur, pro Athanasio stetisse. *Idem lib. 1. contr. Julian. cap. 5.* Basilium & Nazianzenum fratres esse asserit, fallò tamen, nam Basilii frater erat non Nazianzenus, sed Gregorius Nyssenus. Sic *Justin. M. Apol. 2.* ut rem certissimam narrat, sub Claudio Cæsare Simoni Mago erectam fuisse statuam cum inscriptione: SIMONI DEO SANCTO. Falsò tamen, cùm sic legendum ex genio Romæ: *Semoni Sanco Deo.* Justinus recitat & legit: Σίμωνι δέῳ Σάγκτῳ. *Vid. Herald. in Apologet. Tertull.* *Eusebius* & *Hieronymus*, ille *Demonstr. Evangel. l. 8.* hic *ep. 150. Tom. III.* referunt, Josephum scribere, tempore Crucis Domini ex adytis templi erupisse vocem: *Migremus hinc.* Cùm tamen Josephus ista referat ad ultima obsidionis tempora, 40. ann. post mortem Servatoris. *Epiphanius in Ancorat.* docet, fluvium Pison in horto Eden esse Gangem Indorum & Æthiopum, Græcis *Indum* nuncupatum, cùm tamen integro fermè Hæmisphærio distent. Cujus generis & illud est, quod omnes ferè PP. Nilum volunt esse unum ex Paradisi fluviis Gihon, contrà quàm docet *Scaliger* & *Petavius.* Sic *Tertullian. c. 19. de Anima* docet, Plantas sensu & intelligentiâ præditas esse. *Epiphanius in Ancorat.* Vitam hominis mortui instaurari sine anima posse. *Ambrosius l. 2. cap. 2. Hexaem.* Solem alimentum aquarum sibi sumere, atque inde fieri, ut eum nonnunquam madidum & rorantem videamus. Sic *Chrysostom. Homil. 14. in Epist. Hebr.* negat, cœlum esse rotundum.

dum. Sic *Lactant. l 3. c. 23. Institut.* negat, Antipodes dari. Sic *Gregor. l. 4. Dialog. cap. 35.* statuit, in Ætna monte & similibus tormentorum inferni ollas fervere. Sic in Grammaticis *Optatus l. 2. contr. Donat.* & alii nomen *Cephas* deducunt à Græca voce κεφαλὴ. *Isidor. Etymol l. 7. c. 9.* contrà quam Joann. c. 1. v. 42. indicaverat. Ita *Lactantius & Ambrosius l. 1. de Pasch. c. 1. Tom. 2.* vocem Pascha, quæ *Transitum* notat, derivant à Græco πάσχειν, pati. *Gregorius M. in Job. c. 5.* de Scientia Grammatica ita hallucinatur: Se artem loquendi servare despexisse, non devitare barbarismos, situs motusq; præpositionum casusq; servare contemnere, quia indignum vehementer existimo, *(inquit)* ut verba cœlestis oraculi restringam sub regulas Donati. Sic ineptissimè apud *Iren. contr. Hæres. l. 2. c. 41.* de nomine JESU legimus: JESUS nomen secundum propriam Ebræorum linguam est literarum duarum & dimidiæ --- & secundum antiquam Ebraicam linguam cœlum est. Similes errores leges apud eundem l. 2. c. 66. de nomine Adonai, Sabaoth & Jaoth. Sic *Clem. Alexandr. l. 4. Stromat.* de voce Abraham ait: *Exponitur Pater electus soni.* Et de Rebecca: *Eponitur DEI Gloria.* Ῥεβέκκα ἣ ἑρμηνεύεται Θεοῦ δόξα, Ἀβραάμ, πατὴρ ἐκλεκτὸς ἤχους. Sic *Ambros in Ps 119. Tom. 4.* valde absurda adducit, exponens nomina Hebræorum Elementorum, à quibus sumunt Ogdoades versuum sua initia. Et in *de Incarn. Dom. c. 9. Tom. II.* vocem Græcam οὐσία componit ex ἀεὶ & οὖσα. *P. Chrysolog.* ait, *Mariam* Hebr. *Dominam* sonare. *Philastrius Hæres. c. 2. T. 4. Bibl. PP.* ex Hesiodo vult confirmare, *Paganos* ita dici à *Pagano* rege, Deucalionis & Pyrrhæ filio. Fallissimè. In allegandis Scripturis itidem sæpe errarunt: E. gr. *Justin. M. Apol. 2.* citat locum è Zephania, qui apud Zachariam exstat. *Hilar. in Ps. 2.* ait, Paulum *Actor. XIII.* quædam verba ex Ps. I. afferre, quæ tamen in secundo reperiuntur, contra verò in textu de Ps. I. nihil dicitur. *Epiphan. in Ancorato, & Panar. Tom 2. l. 3. Hær. 80. ex Actor. c. 27. v. 37.* refert, in navi cum Paulo fuisse aliquando 70. alibi 80. animas; at 276. habet Textus. Et *l. cit Panar* refert ex Evangelio, CHRISTUM dixisse matri suæ, *noli me tangere*; cùm tamen Textus

Textus id habeat de *Maria Magdalena.* *Hieron. Comm. in Abacuc* putat, Paulum in N. T. allegâsse sic: *Justus ex fide mea vivet;* cùm contrà se res habeat *Rom. c. I.* Athanas. in Synops. *Librum III. Esdræ* Apocryphum numerat pro *primo Canonico.* Memoriæ lapsus superant numerum: De quibus sequentes Aphorismos collegit, & locis citatis roboravit *Joannes Crojus Not. in N. T. c. 18, 19.* *Aphorismus I.* Aliquando Patres voces, quæ idem prorsus valent, in earum locum reponunt, quæ in Textu sacro leguntur, idq; ideò nonnunquam, quòd voces in N. T. non semper sint *Atticæ*, sed ab Hellenismi puritate alienæ; E. gr. *αἰχμάλωτον ποιεῖν* in *Rom. 7. v. 23.* substituit *Gr. Nyssenus* pro *αἰχμαλωτίζειν*, *Epist. ad Flavianum.* *Aphorismus II.* Aliquando Patres οἴκοθεν quædam afferunt, & Scripturæ verbis superaddunt, ut ea, de quibus agunt, aut illustrare, aut probare possint. Sic *Nazianz. Rom. c. 12. v. 1.* locum sic citat: Παραστήσωμεν καὶ αὐτοὶ τὰ σώματα ἡμῶν καὶ τὰς ψυχὰς, θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ταύτην καὶ ἔντευξιν ἡμῶν. Sic *Basil. in Moral. regul. XXXVIII.* loca Joann. 6. & Luc. 10. tractat. *Aphorismus III.* Aliquando quædam extrinsecus assumunt, ad augendam & tollendam verbis causam, quam susceperunt. Sic *Justin. M. Apol. 2.* locum Matth. 7. v. 22. sic allegat: οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν, καὶ ἐπίομεν, καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν. &c. *Aphorismus IV.* Aliquando voces quasdam, quæ in memoria hærerent, & adorationis facerent lumen, ex aliis locis in unum certum assumunt. E. gr. Locum *Philipp. 2. v. 11.* auget *Gr. Nyssen. epist. ad Theophil. Alex.* verbis, πᾶσα σὰρξ desumtis ex Esai. 49. v. 26. Sic *Cyrill. Alex. Hom. I. Pasch.* loco Pauli Ebr. XIII. v. 8. addit μένει è loco Davidis adducto *Ebr. c. 1. v. 11. Coloss. 1. v. 24. &c.* *Aphorismus V.* Aliquando verbis textus Pronomina quædam addunt, ut probent id, quod tractant, & quæ in genere Apostoli dixerunt, ad solos Christianos accommodent, ad refutandam Hæreticorum audaciam & impietatem. E. gr. *I. Tim. c. IV. v. 3.* Epiphan. Hæres. 67. pro ἔκτισεν scribit ἐποίησεν, alibi contra Montanistas

-tanistas adjicit Pronomen ἡμῖν, sic: Εἰς μετάληψιν ἡμῖν τῆς πιστῆς, ut locum de solis orthodoxis interpretari posset. *Aphorismus VI.* Aliquando quædam mutuantur ex Historia, quam describere non lubet, neque per scopum, ad quem tendunt, licet, eaq; adhibent materiæ, de qua agunt, vel probandæ, vel exornandæ. Sic *Joann. III. v. 28.* Jul. Firmicus c. 20. addit ad illa textus: ὅτι εἶπον, illa, *eis, qui missi sunt ad me ab Hierosolymis.* Et *cap. 21. v. 9. Apocalyps.* adjicit, *novam*, Gr. νύμφην, è *cap. 21. v. 11.* & quædam omittit, tanquam aliena à scopo suæ narrationis. *Aphorismus VII.* Aliquando ea, quæ vel subaudienda esse, vel aliunde assumenda videntur, addunt, ut faciliùs illa, quæ adducunt, loca possint intelligi. E. gr. Locum *I. Cor. V. v. 7. Greg. Nyssen. in Epist. de Pers. Christ.* citans, addit: ἀληθῶς, ἐτύθη. *I. Cor. IX. v. 24. Paulinus Epist. II.* addit vocem, *Omnes.* Primasius; sic currite *omnes*, ut comprehendatis. *II. Cor. XI. v. 11.* Origenes addit, τοὺ πάντας, ad vocem in textu ὑμᾶς. *Gal. c. V. v. 16.* Marcus Eremita addit, ποτὲ ad vocem textus πλέονη. *Gregor. Nyssen. Epist. contr. Apollin.* I. Joann. V. v. 19. addit, πα ad vocem textus ὅλος κόσμος, ille legit, ὅλον τὸν κόσμον. *Ambros. l. 3. de Virgin.* loco *Joann. 20. v. 16.* ad vocem Maria, addit, *respice ad me.* *Aphorismus VIII.* Aliquando plura loca simul jungunt, & ita è duobus, tribus locis sententiam unam efficiunt; ut patet è *Gr. Nazianzen. Orat. 7. Gr. NeoCæsariens. Homil. in s. Theophania: Epiphan. Hæres. Alegor. sect. XX.* *Aphorismus IX.* Aliquando loca ex utroque Testamento miscent & conjungunt, ita ut ea, quæ à Prophetis sunt prolata, Apostolis tribuant, aut, quæ à CHRISTO & Apostolis sunt dicta, ad Vet. Test. historias referant. Fecerunt id *Chrysost. Hom. 2.* de Anna, ubi ait, illam implevisse mandatum Apostoli *Rom. c. 12. v. 17.* *Homil. III.* de Davide ait, Davidem implevisse legem Apostolicam Pauli, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Sæpè etiam duo loca V. T. conjungunt, ut *Deut. c. 32. v. 39.* & *Malach. III. v. 6.* *Athanasius* combinat in *Epist. ad Epictet. Corinth. Episcopum*, agens de CHRISTO apparente

rente è mortuis & dicente, ἴδετέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι. In textu Luc. 24. & Johann. 20. aliter verba sonant. *Athanasius* addit, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι ex *Malachiæ III. v. 6.* Orat. III, contr. Arrianos. Et *Tertull. de Resurr. Carnis*, jungit loca *Johann. 5. v. 29.* & *Esai. c. 66. v. ult.* *Aphorismus X.* Aliquando in sententiis Scripturæ, quas allegant, quædam addunt ad verba textus sacri, velut Interpretes. Sic *Rom. III. v. 21.* Origenes, ut probaret vocem Legis duplici sensu sumi, locum ita adducit *Tom. IX. in Epist. ad Rom.* οὕτω δὲ νῦν χωρὶς μὲν νόμου τοῦ τῆς φύσεως δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη δὲ ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν Προφητῶν. Sic & *Rom. c. 4. v. 22. 23.* Gregor. Nyssen. Orat. 12. contr. Eunom. sic citat: οὐκ ἐγράφη δὲ δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ὅτι τὴν πίστιν οὐχὶ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς λογίζεται εἰς δικαιοσύνην, λογίζεται τοῖς ἀνθρώποις. Et *Orat. 2. de Resurr. Christi*, citans verba ex *Johann. c. 20. v. 17.* sic scribit, addens κατά σε, καὶ νῦν μήμου ἅπτου, εἰ μὴ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας, τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἀναβῆναι νομίζεις ἐλλείπειν μοι. οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα κατά σε πρὸς τὸν πατέρα μου. *Aphorismus XI.* Quædam aliquando omittunt è textu sacro, quæ ad rem, de qua agunt, non visa sunt necessaria. E. gr. *Rom. I. v. 21.* Athanas. Orat. contra Gentes omittit *v. 24. 25.* in Epist. Tit. 2. v. 8. Nyssenus *l. de vit. Mos.* omittit, περὶ ἡμῶν φαῦλον. *Matth. c. 25. v. 34.* Idem Homil. 7. in Eccles. omittit, τοῦ πατρός μου & ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. *Aphorismus XII.* Aliquando voces, numeros, casus, tempora & verborum modos mutant, ut Scripturæ sensus ad suum scopum possint accommodare. Sic *Philipp. III. v. 1.* citans *Chrysost. Homil. in Cruc.* pro γράφειν substituit λέγειν. *Phil. 2. v. 12. 13.* Fulgentius allegans ad Gallum sic effert: Scito ergò, DEUM in te operari & velle & perficere, pro bona voluntate. Idem facit *Clem. Alex. Pædagog. l. 2. c. 1.* alii. *Aphorismus XIII.* Aliquando vel Librariorum, vel Interpretum errorem, vel Hæreticorum lectionem seqvuntur. Sic e. gr. *1. Cor. 14. v. 19.* Paulinus ep. 4. sic refert: Malo quinque verba loqui in lege, quàm multa mil-

 lia in

ſtū in lingua: legens, pro τοῦ νοός μου verba διὰ τοῦ νόμου; vel ex codicibus Marcioniſtarum, vel ex abbreviatura Librarii hauriens errorem. De quo *Epiphan. Hæreſ.* 42. *Aphoriſmus XIV.* Lapſu memoriæ hiſtoriam ſæpè ſacram ita confundunt, ut de altero allegent, quod de altero dicitur, & ſic verba alterius alteri tribuant. E. gr. *Nyſſenus l. de Virgin.* dicit, Apoſtolum ſtatuere, communi vitæ impendere, multos περισπασμούς, cùm tamen in textu nuſpiam hæc vox occurrat. Occurrit autem in LXX. Interpret. *c.* 1. *Eccleſ. v.* 13. *cap.* 5. *v.* 11. Et Orat. contr. Eunom. ait: Cùm Dominus *Joann.* 20. *v.* 22. ſuis Apoſtolis per afflatum dediſſet Spiritum Sanctum, φησὶν ὁ Ἰωάννης, ex plenitudine ejus omnes accepimus. Quæ tamen verba cap 1. v. 16. Joannes ſcripſerat, alteram rem geſtam *cap.* 20. *v.* 22. demùm ſubjungens. Sic Paſch. Ratbertus in c. 26. Matth. tribuit Paulo ea, quæ dixit CHRISTUS: Caro nihil prodeſt. *Johann.* 6. Talia occurrunt in *Epiphan. Hæreſ. Montan. & Maſſalian.* in Ancorat. Section. 100. & aliis. *Aphoriſmus XV.* Quaſdam ſententias proferunt, tanquam è Scriptura, quæ tamen in illa non inveniuntur. E. gr. *Juſtin. M. Dial. Tryph.* ex libb. Esdr. refert, quæ non extant, & reperit *Lactant. l.* 4. *c.* 18. Hoc Paſcha Salvator noſter eſt & refugium noſtrum &c. Id è Pſ. 96. & *Tertull. adv. Jud.* allegant: *DEUS regnavit à ligno;* quod tamen Textùs neſcit. Sic *Clem. Alex. l.* 6. *Strom.* ſcribit: *unus eſt reverà DEUS, qui fecit principium univerſorum, ſignificans, primogenitum Filium, ut ſcribit Petrus.* Cùm tamen in Scriptis Petri hoc nuſpiam extet, ſed *Clemens* procul dubio hauſerit ex Apocryphis, vel ex *Apocalypſi*, vel ex *Periodo* Petri. Plura vid. in *Crojo l. cit. p.* 205. 206. 207. *& ſeqq.* & *Jo. Dallæo Tract. de uſu Patrum l.* 2. *c.* 3.

§. 24. *Ad Decimum Quinctum.* Juſtinus M. in *Tryphon.* Chiliaſmum fovet, ex malè intellectis locis Ezechielis & Eſaiæ, & Apocalypſis, docens, antequam reſurrectio penitùs abſolvatur, Hieroſolymis fideles mille annos regnaturos. Χίλια ἔτη ποιήσειν ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς τῷ Χριστῷ ἡμετέρῳ πιστεύσαντας, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν καθολικὴν ἀνάστασιν γενήσεσθαι καὶ κρίσιν. *Idem Apolog.*

log. ad senat. de Angelis multa absurda habet: Τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. Οἱ δ᾽ ἄγγελοι παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν. Οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Δαίμονες. *Id. contr. Tryphon.* putat, omnes animas justorum & Prophetarum sub potestatem Dæmonum cadere, atque idcircò DOMINUM in cruce Spiritum suum Patri tradidisse. Φαίνεται, *inquiens*, ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων καὶ Προφητῶν ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων. *Id. Apolog. II.* statuit, omnes, qui cum ratione vixerunt, esse in salvo, inquiens: Καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, quales in Gentibus fuére Socrates, Heraclitus; in Judæis autem, Abraham, Ananias, Azarias &c. *Irenæus l. 5. adv. Hæres. c. 26.* de statu animarum sentit, *Apostolorum animas & fidelium abire in locum invisibilem à DEO eis definitum, ubi usque ad resurrectionem commorantur, sustinentes resurrectionem.* Id. l. 2. c. 39. docet, CHRISTUM, cùm mortem subiret, 40. aut 50. annos natum fuisse. L. 2. c. 36. statuit, *Animas characterem corporis, licèt solutus eo, custodire, & habere hominis figuram, ut etiam cognoscantur.* Clem. Alex. Strom. l. 1. docet, Gentiles ante C. N. justificatos fuisse per Philosophiam, εἰς δικαιοσύνην Ἕλλησιν ἀναγκαία φιλοσοφία, νῦν δὲ χρησίμη πρὸς θεοσέβειαν γίνεται. De quo plura *Casaubon. in Exercit. n. 1.* ibid. ait: Καθ᾽ ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ ἡ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας. Et *l. 6.* ait, datam Gentibus εἶον διαθήκην οἰκείαν ὑποβάθρον οὖσαν τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας. Et *ibidem* nimis longè evagatus ait: Καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς τοὺς προφήτας διδοὺς, οὕτω καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας. Hinc deinceps affirmat, necesse fuisse, ut omnium tam Judæorum, quàm Gentilium animæ CHRISTI prædicationem audirent, loco *Petri 1. c. 3.* huc ascito, *l. 6. Strom.* ὁ Κύριος Εὐαγγελίσατο καὶ τοῖς ἐν ᾅδου. Quod & de Apostolis affirmat, καὶ οἱ Ἀπόστολοι (*apud inferos*) τοὺς τῶν ἐθνῶν ἐπι-

ἐπιτηδείως εἰς ἐπιστροφὴν ἐνηγγελίσαντο. *Idem* statuit, inferorum pœnas omnes esse purgatorias, neque æternas, sed aliquando desituras. *Idem* statuit, Angelos amore mulierum correptos arcana iis multa revelâsse. *L. 5. Stromat.* Οἱ δὲ Ἄγγελοι ἐκεῖνοι τὴν ἄνω κλῆρον εἰληχότες, κατολισθήσαντες εἰς ἡδονὰς ἐξεῖπον τὰ ἀπόρρητα ταῖς γυναιξίν. *Idem* putat, CHRISTUM tantùm annum unum in carne prædicâsse, & *ann. ætatis XXXI.* fuisse crucifixum, ὅτω πληρῶται τὰ τριάκοντα ἔτη ἕως ὃ ἔπαθε.

§. 25. De *Tertulliano*, notissimum est, factum fuisse Montanistam. Is *l. 2. contr. Marc. cap. 16.* & alibi de natura DEI absurdè docet, eam esse affectibus humanis, iræ, odio, dolori obnoxiam. Substantiam ejus esse corpoream, *adv. Hermog. c. 35.* Angelos esse illos desertores DEI, amatores fœminarum. *Lib. de Anima*: Corporalem esse, ait, animam, DEI flatu natam, immortalem effigiatam, ex una redundantem. De statu separatæ docet, eam subterraneo carcere includi. *Ibid c 55. 56. 57. 58.* De solis Martyribus concedit, *eorum animas Paradisum ingredi.* Lib. 3. adv. Marc. c. 24. Chiliastarum errorem tuetur: *Confitemur in terra nobis regnum repromissum, sed ante cœlum, sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos, in civitate divini operis Hierusalem cœlo delata &c. Intra quam ætatem concluditur Sanctorum resurrectio, pro meritis maturiùs vel tardiùs resurgentium. Id.* damnat nuptias secundas ex Montani sententia. De *Bapt. c. XV.* de *Pudicit. c. 19.* statuit, Hæreticorum baptismum nullum esse, & qui ab iis baptizati, eos rebaptizandos esse ante conversionem. *Ibid. c. 18.* Pædobaptismum non censet æquè utilem, ac si pueri pro cujusque conditione ac dispositione etiam ætate cunctentur Baptismum accipere. *Id. de Idol. c. 17. c. 19.* statuit, Christiano non licere ullum judiciarium munus exercere. *L. de Coron. Milit. c. 11. Idem adv. Jud. c 8.* censet, CHRISTUM obiisse anno ætatis XXX. *Id. de Bapt. c. 10.* arbitratur, in Joanne Baptista munus Propheticæ defecisse.

§. 26. Hos passim ejus Errores, sequitur *Cyprianus*; e. gr. de rebaptizandis Hæreticis. *Ep. 74.* Et in *Ep. 75.* putat, omnibus bapti-

baptizatis, ne pueris quidem exceptis, Cœnam S. ad salutem esse necessariam. *Epist.* 59. Videtur etiam in *Ep.* 63. statuisse, pendere efficaciam Sacramenti ex sanctitate ministri, quando ait: *Nec oblatio sanctificari illic potest, ubi Spir. S. non est, nec cuiquam Dominus per ejus Orationes & preces prodest, qui Dominum ipse violavit.*

§. 27. *Origenis* error fuit, omnes malos tam dœmones, quàm homines tandem salvandos ex inferno. Synod. V. c. 11. dicit anathema Origeni, sicut Arrio & Nestorio. *Hieron. Epist. ad Minerium:* Ego & in adolescentia & in extrema ætate profiteor, Origenem & Eusebium Cæsariensem viros esse doctissimos, *sed errâsse in Dogmatum veritate.*

§. 28. *Methodius* apud Epiphan. in Panario docet, Angelos esse amatores mulierum. Homines post resurrectionem in terra æternùm habitaturos more Angelorum. DEI providentiam causas tantùm universales curare, particularia Angelis committere. Ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ ἄγευστοι λύπης κατοικήσομεν. Ὁ Θεὸς τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γεννητικὴν ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, τὴν δὲ κατὰ μέρος οἱ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες Ἄγγελοι.

§. 29. *Lactantius.* Hujus novissima *Editio Thysiana* congessit labore non inutili *Loca*, quæ aut erronea planè, aut aliàs scrupulosa videri queant, & sunt ista: *Ex Cap.* 7. *l.* 1. *Institut.* (1) Verum esse, quod Seneca dixit, genuisse regni sui ministros, DEUM, per ministros regni nuncios seu Angelos intelligens. (2) Fieri non posse, quin id, quod est, quandoque esse cœperit, DEUM ergo ipsum, quoniam nihil ante illum fuit, ante omnia ex seipso esse procreatum.

§. 30. *Ex cap.* 8. *l.* 2. *Institut.* DEUM ante mundi fabricam duos Spiritus produxisse, alterum, quem DEI Filium dicit, dein alterum, in quo divinæ stirpis indoles non permanserit, (hunc vocat Diabolum) sed qui suopte libero arbitrio ex bono ad malum transcenderit, antecessori illi suo invidens, qui DEO Patri perseverando tum probatus sit, tum etiam charus. (*Quod Dogma sapit blasphemum Manichæismum.*)

§. 31. *Ex Cap.* 9. Orientem & diem DEO, Occidentem

 verò

verò & noctem DEI æmulo & antitheo esse attributa. Cœlum stelliferum esse habitaculum DEI, superorum & vitæ perpetuæ. Substantiam ignis calorem esse; aquæ, humorem.

§. 32. *Ex Cap. 10.* Rebus omnibus DEUS mirabili descriptione dispositis, regnum sibi æternum parare constituit, & innumerabiles animas procreare, quibus immortalitatem daret. (Haud obscurè innuens, *Animas esse simul procreatas.*)

§. 33. *Ex Cap. 12.* Ficto DEUS hominis corpore, spiravit ei animam de vitali fonte spiritus sui. Si de substantia DEUM id fecisse vult, ut nonnulli sensere, error est. Ex rebus diversis ac repugnantibus (corpus intelligit & animam) hominem factum esse, sicut ipse mundus ex luce & tenebris, ex vita & morte; quæ duo inter se pugnare in homine præcepit DEUS, ut, si anima superaverit, quæ ex DEO oritur, sit immortalis, & in perpetua luce versetur; si autem corpus vicerit animam, ditioniq; subjecerit, sit in tenebris sempiternis & in morte. In hac igitur societate cœli & terræ, quorum effigies in homine expressa est, superiorem partem tenet, ea quæ sunt DEI, anima, scilicet quæ dominium corporis habet: inferiorem autem (corpus intelligit) ea, quæ sunt Diaboli. Utriusque officia sunt, ut hoc, quod est ex cœlo & DEO, imperet; illud verò, quod est è terra, Diabolo serviat.

§. 34. *Ex Cap. 14.* Ab initio DEUM Diabolo terræ dedisse potestatem. Increscente hominum numero missos esse Angelos ad hominum tutelam, dato præcepto, ne terræ contagione contaminarentur. Quòd Angelos, cum hominibus commorantes, dominator terræ Diabolus consuetudine ipsa paulatim ad vitia pellexerit, & mulierum congressibus inquinaverit. Et ob id in cœlum non receptos, Diabolus ex Angelis DEI suos fecerit ministros & satellites. Quòd ex his procreati mediam quandam naturam gerentes, neque Angeli, neque homines fuerint, & ad inferos non recepti, terrenum quoddam Dæmonum genus constituerint, cùm alterum esset cœleste. Dœmones esse spiritus tenues & incomprehensibiles. Ubi videtur quasi tenuis auræ substantiam ipsis tribuere.

§. 35. *Ex Cap. 15.* Dœmones justis mentiri non posse.

§. 36. *Ex Cap. 17.* Credere, DEUM affectibus, qui sunt perturba-

turbationes animi, non esse subjectum, est, veritatem & religionem funditùs tollere. Idem tractat in *lib de Ira DEI.*

§. 37. *Ex Cap. 12. lib. 3.* Corpus hominis solidum est & comprehensibile. Animus tenuis & invisibilis. Ubi substantiam tenuem animo videtur attribuere, ceù tenuis auræ, quemadmodum & infrà *lib. 17 cap. 20.*

§. 38. *Ex Cap. 23.* Antipodas esse, falso persuasum haberi.

§. 39. *Ex Cap. 6. lib. 4.* DEUS, antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur, sanctum, incorruptibilem & incomprehensibilem Spiritum genuit, quem Filium nuncuparet. Et quamvis alia posteà innumerabiles creâsset per ipsum, quos Angelos vocamus, hunc tamen solum primogenitum divini nominis appellatus est. Quasi verò dignatione tantùm & filius sit & DEUS, non autem natura.

§. 40. *Ex Cap. 8.* Filius DEI spiritus est, itemq; Angeli cæteri spiritus sunt DEI. Sed hi ex DEO taciti spiritus exierant, cùm ille de ore Patris (quia sermo est ejus & verbum) vocalis spiritus processerit; quem non utero, sed mente conceptum, inexcogitabili virtutis suæ majestate, in effigiem, quæ proprio sensu & sapientiâ vigeat, comprehendit. Nostræ voces, licèt auræ misceantur & evanescant, manent tamen plerumque literis comprehensæ: Quantò magis DEI vocem credendum manere in æternum, & sensu & virtute comitari, quam de DEO Patre tanquam rivus de fonte produxit. DEUM de DEO prolatione vocis ac spiritus generatum esse, idq; docere Scripturis Prophetarum nititur.

§. 41. *Ex Cap. 11.* DEUS Filium suum jussit descendere in terram, ut religionem sanctam transferret ad gentes, qui DEUM ignorabant: doceretq; justitiam, quam perfidus populus abjecerat. Noluit autem eum in claritate cœlesti mittere, ut ingratus in DEUM populus in errorem maximum duceretur, & pœnas pro facinoribus suis lueret, qui Dominum suum non recepisset.

§. 42. *Ex Cap. 12.* CHRISTUS, cùm rursus advenerit in claritate, judicaturus omnem animam, tunc verè totius terræ regionem obtinebit: & sublato de rebus humanis omni malo, aureum seculum orietur.

§. 43.

§. 43. *Ex Cap. 15.* CHRISTUS, cùm primùm cœpit adolescere, tinctus est à Joanne Propheta in Jordane flumine.

§. 44. *Ex Cap. 17.* CHRISTUM solvisse legem; sed ex voluntate DEI, contra Matth. 5.

§. 45. *Ex Cap. 18.* Pilatus ipse sententiam non protulit, sed tradidit eum Judæis, ut ipsi de eo secundum legem judicarent, contra Luc. 23.

§. 46. *Ex Cap. 20.* CHRISTUS post resurrectionem noluit se Judæis ostendere, ne abduceret eos in pœnitentiam, atque impios reservaret, atque ob id profectus est in Galilæam.

§. 47. *Ex Cap. 26.* CHRISTI corpus integrum patibulo detractum est, ne læsum atque diminutum corpus ad resurgendum inhabile redderetur.

§. 48. *Ex Cap. 20. lib. 6.* Militare justo non licebit, neque accusare crimine capitali. In præcepto; Ne occide; nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem semper sit nefas.

§. 49. *Ex Cap. 2. libri septimi.* Injustum hoc seculum terminum sumat & extinctâ omni malitiâ, & piorum animis ad vitam revocatis, aureum seculum, DEO ipso regnante, florescet scilicet in terra.

§. 50. *Ex Cap. 5.* Excogitavit DEUS inenarrabile opus, quemadmodum infinitam multitudinem animarum crearet. Si intelligi vult autor, simul eas creasse DEUM, lapsus est. *Idem lib. 2. Cap. 11.* Nulla virtus esse poterat, nisi diversa fecisset sc. DEUS. Adeò malum nihil est, nisi boni interpretatio. Sublato igitur malo, etiam bonum tolli necesse est. *Vid. in Notis.*

§. 51. *Ex Cap. duodecimo.* Anima æterna est, quia ex DEI Spiritu, qui æternus est, originem cœpit.

§. 52. *Ex Cap. 14.* Sex millibus annorum mundi expletis, consummationem fieri necesse est, sicut DEUS sex diebus expletis cessavit ab opere. Sicut mortalis atque imperfectus homo è terra fictus est sexto die, ut mille annis viveret in hoc mundo, ita ex hoc terrestri seculo fingitur homo perfectus ut vivificatus à DEO in hoc sexto die magno, in hoc eodem mundo per mille annos dominetur.

§. 53.

§. 53. *Ex Cap.* 17. Propheta quidam magnus à DEO missus, (Heliam fortasse intelligit) ab Antichristo pugnâ victus & occisus, tertiâ die redivivus inspectantibus cunctis & mirantibus, rapietur in cœlum.

§. 54. *Ex Cap.* 19. CHRISTUS intempestâ nocte, cum maximo fulgore descendit in terram, justos à tyrannide & exercitu Antichristi liberaturus. Cujus deletis copiis ipse renovato sæpè exercitu, quarto demùm prælio debellatus & captus scelerum suorum pœnas luet.

§. 55. *Ex Cap.* 20. Post hæc aperientur inferi, & resurgent mortui, de quibus idem Rex & DEUS judicium faciet, cui summus Pater judicandi & regnandi maximam potestatem faciet. Nec tamen universi tunc à DEO judicabuntur, sed hi tantùm, qui sunt in DEI religione versati. Anima, cùm divortium fecerit à corpore, est par levibus ventis. Cave hic animam, tenuem auræ substantiam aut illius similem intelligas.

§. 56. *Ex Cap.* 21. Sed & justos cùm judicaverit DEUS, etiam igni eos examinabit. Et quos plena justitia & maturitas virtutis incoxerit, illum ignem non sentient. Nec tamen quisquam putet, animas post mortem protinùs judicari. Nam omnes in unâ communiq; custodiâ detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus judex meritorum faciet examen.

§. 57. *Ex Cap* 22. Resurgent defuncti, ut restituti rursus in vitam mille annis cum DEO regnent.

§. 58. *Ex Cap.* 24. DEI Filius, cùm judicium maximum fecerit, ac justos, qui à principio fuerunt, ad vitam restauraverit, mille annis inter homines versabitur, eosq; justissimo imperio reget. Tum, qui erunt in corporibus vivi, non morientur, sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt, & erit eorum soboles sancta, & DEO chara. Qui autem ab inferis suscitabuntur, hi præerunt viventibus velut judices. Gentes non exstinguentur omninò; sed quædam relinquentur in victoriam & triumphum DEI, ac subjugabuntur perpetuæ servituti. Princeps Dæmonum vincietur catenis, & erit in custodia mille annis cœlestis imperii, quo justitia in orbe regnabit. Congregabuntur justi ex omni

terra, peractoq; judicio civitas sancta constituetur in medio terræ, in qua ipse conditor DEUS cum justis dominantibus commoretur. Tunc ultrà nullæ erunt tenebræ. Terra spontè uberrimas fruges generabit. Rupes montium sudabunt melle. Per rivos vina decurrent: & flumina lacte abundabunt. Bestiæ & animalia omnia erunt innoxia. Reges gentium venient à finibus terræ cum donis & muneribus, ut adorent ac honorificent Regem magnum.

§. 59. *Ex Cap. 25.* Non videntur restare ad renovationem rerum, nisi ducenti anni.

§. 60. *Ex Cap. 26.* Princeps Dœmoniorum, cùm illi mille anni cœperint terminari, solvetur denuò, & concitabit gentes ad unum. Nec erit ultrà natio ampliùs in mundo, præter solam gentem DEI. Cùm completi fuerint mille anni, renovabitur mundus à DEO, & cœlum complicabitur, & terra mutabitur. Et transformabit DEUS homines in similitudinem Angelorum. Et versabuntur semper in conspectu DEI omnipotentis, cui sacrificabunt, & servient in æternum. Eodem tempore fiet secunda illa & publica omnium resurrectio, in qua exterminabuntur impii ad cruciatus & ignes sempiternos cum Principe Diabolo & ministris ejus, in conspectu Justorum & Angelorum omnium.

Ex Libro de Ira DEI.

§. 61. In hoc libro tractat autor, DEUM ferè quibusdam affectibus moveri: id quod cum recepta Theologorum sententiâ pugnat.

§. 62. *Ex Cap. 2.* DEO figuram & formam esse. Idem infrà *Cap. 18.* innuit.

§. 63. *Ex Cap. 15.* DEUS ideò malum permisit, ut bonum emicaret, quòd alterum sine altero constare non possit.

Ex Libro de Opificio DEI.

§. 64. *Ex capite penultimo:* DEUS, quoniam virtutem dedit homini, statuit è contrario inimicum, ne virtus otio torpens naturam suam perdat. Daturus ergò virtutem, dedit hostem priùs, qui animis hominum cupiditates & vitia immitteret, qui esset autor errorum malorumq; omnium. Notabilis quoque locus est *cap. 10. de opificio DEI*, cùm dicit: Sicut in ipso mundo summa rerum vel

vel de simplici duplex, vel de duplici simplex & gubernat & continet totum.

§. 65. *Hilarius de Trinit. l. 10.* statuit: Humanam CHRISTI Naturam nullo dolorum vel cruciatuum sensu affectam fuisse. Quod & repetit *Comment. in Ps. 53.* ubi ait: Putatur dolere, quia patitur, caret verò doloribus ipse, quia DEUS est. *Comment. in Matth. Can. XXXI.* illa verba Domini: *Transeat à me Calix iste*: ita accipit, non ut à se Dominus passionem deprecetur, sed ut optet discipulos, postquam ipse passus fuerit, eadem quoque ratione similia pati. *Idem in Matth. Can. 5.* statuit, animas esse corporeas. *In Ps. 119.* censet, Baptismum ab omnibus peccatis nos minimè mundare, sed omnibus in die novissimo per ignem transeundum esse docet.

§. 66. *Basilius Epist. ad Amphiloch. Can. I.* vult, ut, qui ab Hæresi ad Ecclesiam veniunt, rebaptizentur. Δεκτὸν ἔςω, inquit, *esto receptum.* Unde *Dionys. Petavius Notis in Epiphan.* censet, in illa Epistola *multa mirifica & parùm Catholica contineri.* Bellarmin. l. 2. de V. D. cap. 2. §. 2. scribit, Basilium sensisse, Scripturam sacram universam periisse tempore Babylonicæ captivitatis, ac deinde ab Esdra rursus reparatam.

§. 67. *Gregorius Nyssenus l. de iis, qui præmaturè abripiuntur,* peccatum originis negat, inquiens: Parvulos non indigere sanitate, quæ fit per purgationem, ὅτι μηδὲ τὴν ἀρχὴν νόσον τῇ ψυχῇ παρεδέξαντο. *Idem Tom. II. contr. Apollinar.* Mediatoris CHRISTI necessitatem tollit, negans, ejus incarnatione opus futurum fuisse, si omnes Eliæ, Esaiæ similes forent. *Possevinus in Appar. sacro* observat, Nyssenum in *cap. 1. Genes.* statuere: Si Adam non peccâsset, non futurum fuisse coitum. *Lorin. in cap. 13. Actor. v. 30.* annotat, Nyssenum auspicari Triduum mortis Domini ab Eucharistia, *l. 1. de resurr. CHRISTI,* ita ut mortuus fuerit Feriâ quintâ in Cœna, dum instituit eandem discipulis, licèt non apparuerit tunc mortuus. *Orat. I. Tom. III.*

§. 68. *Ambrosius in Ps. 119. Serm. III. Tom. 4.* censet, omnes in universum ignis examen subituros, ita, ut Justi ex eo liberentur, infideles in eo æternùm maneant. *Ibid. Serm. XX.* nullum nisi

CHRISTUM ab isto examine eximit, inquiens: *Omnes oportet per ignem probari, qvicunqve ad Paradisum redire desiderant.* *Idem l. 1. de fide resurr. Tom. III.* arbitratur, Resurrectionem non simul & semel futuram, sed paullatim longo & statuto ordine, ita ut, qui crediderunt, primi resurgant, pro ratione meritorum, dicens: *Licèt in monimento resuscitentur omnes, omnes tamen meritorum ordine suscitantur.* Lib. de Abraham c. 4. Tom. 4. docet, Adulterium, antequam lex Mosis promulgaretur, non fuisse illicitum, quando sic scribit: *Pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit, nec ante legem ulla rei damnatio est, sed ex lege.* Lib. 1. de Spir. S. cap. III. Tom. II. censet, plenum esse Baptismatis Sacramentum, nuncupato tantùm Filio, vel Spiritu Sancto, omissis SS. Trinitatis Personis reliquis.

§. 69. *Epiphanius*, ut annotat Bellarmin. l. de Sanct. cap. 6. sensit, Dœmones ignoràsse suam damnationem, & speràsse salutem per CHRISTI adventum; at cùm viderent, nihil à CHRISTO pro Dœmonibus fieri, tum demùm de salute desperasse, & cœpisse per Hæreticos DEUM blasphemare. In *Panario cap. 1. Tom. 2. Hæres. 39.* verba ipsa sunt: Ἤκουε γὰρ ἀεὶ τῶν Προφητῶν καταγγελλόντων τῆς Χριστοῦ παρουσίας λύτρωσιν ἐσομένην τῶν ἁμαρτησάντων, καὶ διὰ Χριστοῦ μετανοούντων, ἐνόμιζε τετεύξεσθαί τινος ἐλέους, ὅτε δὲ εἶδεν, τὸν Χριστὸν μὴ δεξάμενον αὐτοῦ τὴν περὶ σωτηρίας ἐπιστροφὴν, ἀνοίξας τὸ στόμα τὴν βλασφημίαν ἐξήμεσε &c. Contra *Sethianos* scribens.

§. 70. *Joannes Chrysostomus Homil. II. in Ps. 50.* censet, Davidem Spiritu S. vacuum scripsisse Psalmos, qui proximè consequuntur quinquagesimum, ἁπλῶς συνέσει ἀνθρωπίνῃ. Ἔρημος γὰρ ἦν ἁγίου πνεύματος. Quod tamen est falsissimum, ut patet è *II. Sam. XXIII. v. 1. 2.* Peccatum originale videtur non agnovisse, utpote quod natura inesse negat *l. 3. contr. vitup. vit. Monast. Tom. 4.* & parvulos peccato carere affirmat *Homil. IX. in Matth.* Locum porrò Pauli *Rom. V. v. 19.* interpretatur prave, ac si Apostolus vellet, homines Adæ lapsu non peccato quidem ipsi, at morti tamen esse subjectos, πᾶσαν, inquiens, ἀκολουθίαν ἔχειν, ἐκ τοῦ

προγ-

παρακοῆς ἐκείνου ἕτερον ἁμαρτωλὸν γενέσθαι. *Homil. 10. in c. 1. Rom.* Naturæ & liberi arbitrii viribus sæpè nimium tribuit, ut agnoscunt *Maldonat. c. 6. Joann.* ubi ait: Caveat Lector, si Chrysostomum h. l. legat, ne in Pelagianorum hæresin incidat. *Perevius Disput. XXII. in Rom. &c.* Animas Justorum cœlo ante supremum resurrectionis diem excludit. *Homil. 39. in Epist. I. Corinth.* Preces pro ipsis damnatis approbat, & velut utiles commendat. *Homil. 62. in Joann.*

§. 71. *Hieronymus in c. 4. Amos Tom. 6.* scribit, Hæreticos & omnes peccatores à pœnis damnatorum liberatum iri, ut torrem raptum de incendio, postquam extrema ignis medicina fuerint exusti atque purgati. Idem providentiam DEI in dubium vocat. *Comment. in Habac. Tom. 5.* ubi ait: Absurdum est, ad hoc deducere Majestatem, ut sciat, quot per momenta singula nascantur culices, quotve moriantur, quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus majorum prædæ cedere debeant. *Non simus tam fatui adulatores DEI, ut, dum potentiam ejus ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eandem rationabilium, quàm irrationabilium providentiam esse dicentes.* Contrà quàm Servator docuit *Matth. c. 10. v. 29.* *Idem* de Conjugio iniquè sentit *ep. 10. ad Furiam & alibi,* ut *Lud. Vives* non malè annotavit in *Augustin. de C. D. l. 16. Cap. 34.* sic scribens: Hieronymus non modò secundas nuptias abominatur, sed primas etiam parùm probat, contra Jovinianum disputans, homo cœlebs & conjugio parùm æqvus. *Baronius Tom. I. Annal. A. C. 69.* de tempore Martyrii Petri & Pauli Hieronymum in manifestum errorem lapsum esse *ait.* Quod & *A. C. 62. n. 52.* repetit, de receptione Epistolæ ad Ebræos à Latina Ecclesia. *Lib. 1. adv. Jovin. Tom. 2.* carnium edendarum usum à Christo sublatum esse affirmat, & eundem à DEO post diluvium sic concessum esse, prout divortium in populo Judaico. Quod Manichæismum sapit. *Commentar. I. in Matth. Tom. 6.* Juramentum omne in N. T. reprobare videtur, inquiens: *Hoc quasi parvulis Judæis fuerat lege concessum, ut quomodo victimas immolabant DEO, ne eas idolis immolarent, sic & jurare permitterentur in DEUM, non quod rectè hoc facerent, sed quòd melius esset DEO id*

 exhi-

exhibere, qvàm Dœmonibus. Evangelica autem Veritas non recipit juramentum. Commentar. in Sophoniam Tom. 5. manifestè requirit ad efficaciam Sacramentorum vitam Sacerdotum, quando ait: *Impiè agunt in legem CHRISTI Sacerdotes, putantes, Eucharistiam imprecantis facere verba, non vitam, & necessariam esse tantùm solennem Orationem, & non Sacerdotum merita.* D. Pauli stylum subinde accusat atque exagitat, *Comm. III. in Galat.* tribuens ei, *solœcismos in verbis, & qvi nesciat Hyperbaton reddere, aut sententiam concludere.*

§. 72. *Augustinus Serm. 14. de Verb. Apost. c. 3.* Infantes ante baptismum morientes, non solùm visione DEI privat, sed & statuit, igne infernali cruciari. *Domin. à Soto l. 1. c. 14. de N. & Gratia ait:* Augustinus plus justo videtur torquere parvulos; unde, qui ejus sententiæ subscribunt, nuncupantur *Tortores parvulorum. Bellarmin. l. 1. c. 10. de R. Pont.* asserit, eum ex ignorantia Linguæ Ebrææ esse deceptum. Statuit, parvulis Eucharistiam esse necessariam, Angelorum naturam esse corpoream, *l. 1. contr. Academ. c. 7.* Igne novissimo omnium etiam Sanctissimorum corpora esse lustranda, *l. 20. de C. D. c. 26.* Dubitat, annon & Sol & Luna & sidera cuncta ad corpus Ecclesiæ pertineant. *Enchirid. ad Laurent. c. 5.* Septuaginta Interpretes fuisse Prophetas, Spiritu DEI plenos, *l. 18. de C. D. cap. 43.* Plura vide in Confess. Catholica D. Gerhardi *Tom. 1. l. 1. Part. 2. cap. 13.*

§. 73. *Ad Decimum-sextum.* Bellarmin. l. 4. c. 10. de Euchar. ait: Non obstat, quòd aliqui Patres verba illa Matth. 26. *Non bibam de genimine Vitis &c.* de Calice Eucharistiæ exposuerint. Nam alii, qui magis ex professo rem tractârunt, contrarium docuerunt. Non possumus autem ex Patrum sententiis aliquid certi colligere, quando inter se non conveniunt. *Idem l. 1. de V. D. cap. 5.* sic: *Hieronymus statuit, Salomonem egisse pœnitentiam, Augustinus verò eum à DEO esse reprobatum asserit.* Quod ipsum de expositionibus illorum in Script. sacram *l. 4. c. 5. de CHRISTO* confirmat. Sic Justino, Irenæo, Tertulliano Chiliastis contrarii sunt, Dionysius Alexandrinus, Nazianzenus & Hieronymus. Sententiæ de origine animæ ex traduce Tertulliani & Augustini refragatur

gatur Hieronymus *ep. 82. Tom. 2.* censetq;, *immediatè* à DEO creari, & in corpus eodem tempore infundi. Sententiæ Justini, Origenis, Sulpitii de *Anima Samuelis* verè evocata per Pythonissam, contradicunt Tertullianus, Nyssenus, Hieronymus & alii. Nonnulli Sabbato jejunandum esse censent, *Socrat. l. 5. c. 22. Augustin. Ep. 86.* Alii eum, qui Sabbato jejunet, χριστοκτόνον nominant. *Ignat. Ep. 4. ad Philipp. Canon Apostol. c. 68.* Latini de solo Filio dicunt, quòd sit Imago Patris; Græci etiam sic dici volunt Spiritum Sanctum. Basilius M. vocem γέννημα de Filio non tolerat; alii liberè usurpant. Plura habet *Joann. Dallæus Tract. de Usu Patrum. l. 2. c. 6. & J. Gerard. l. cit. Conf. Cathol.*

§. 74. *Ad Decimum-septimum.* Prolixè & multis exemplis id demonstrat *Joan. Hülsemann. in Manual. Aug. Confess. & J. Gerard. Confess. Cathol. l. 1. Part. 2. c. 13. Rivetus l. 1. Critic. Sacr. Melchior Canus l. 7. Loc. Theol. cap. 3. n. 4.* Legentur à nobis Patres veteres cum reverentia quidem, sed ut homines cum delectu & judicio. *Et mox:* Sequamur Veteres, benè habet, sed ut Duces, non ut Dominos. Jesuita *Dion. Petavius Not. in Epiphan. p. 205.* sic ait: Nos eâ, qua par est, moderatione in divinorum hominum, sed hominum, errores ac lapsus, non tam inquirimus, quàm oblatos ultrò ac vel invitis occurrentes, ne cui fraudi sint, patefacimus. *Gregorius Valentinianus Part. 8. Analys.* inquit: Patres scripserunt ut homines, errare interdum potuerunt. Plura habet *Sixtus Senens. Præfat. l. 5. Bibl. S.* omninò legendus. Quomodo *C. Baronius* in suis Annalibus passim Patres tractet, legenti apparebit, & multis exemplis luculenter demonstrat *Cl. Dall. l. 2. c. 6.* Nicolaus Caussinus Jesuita *Aul. Sanct. Tom. III. Max. 6. n. 2.* de Patribus sic rhetoricatur: Sunt magna maria; nam sicut Oceanus exæstuans mox paulatim in alveos sibi à DEO definitos redit: Ita nostri illi, ubi in Spiritus rebelles effusi longius excurrerunt, mox sese recolligunt, seq; ad eum placidæ æqualitatis modum referunt, qui domum DEI ædificet. Scilicet, *hisce figuris innuens, Patres inæquali motu ferri, interdum vera, interdum aliena scribere, mox tamen ad se redire.* Brisacerius Jesuita Blesensis in *Jansenismo Part. II.* ait; Omnes Patrum & Conciliorum allega-

tiones

tiones regulas esse mortuas, quæ nullum alium vigorem habent, quàm quem iis dat præsentis Ecclesiæ (*i. e. Pont. Rom.*) vel approbatio vel interpretatio. Quæ omnia *Cornelius Mussus Bitontinus in cap. 14. ad Roman.* sic explicat: Ego, ut ingenuè fatear, plus uni summo Pontifici crederem, in his, quæ fidei mysteria tangunt, quàm mille Augustinis, Hieronymis, Gregoriis, ne dicam, Ricardis, Scotis, Guilielmis. Credo enim & scio, quòd Pontifex R. in his, quæ fidei sunt, errare non potest, quoniam autoritas determinandi, quæ ad fidem spectant, in Pontifice residet.

§. 75. Porrò Notitiam Patrum, ne iste Locus excrescat nimium, Lector inveniet infrà in Titulo: *Scriptores Ecclesiastici.*

PECCATUM.

§. 1. PEccatum definit *August. Retract. l. 13. c. 15.* Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi, quod justitia vetat, & unde liberum est abstinere.

§. 2. *Idem de Bapt. Parv. l. 1. c. 15.* duo facit: Originale & voluntarium. *Et Hom. XXIV. in Joann.* Veniale & mortale.

§. 3. Alii in *Levia s. Quotidiana & Capitalia.* Et in voluntaria & à nolentibus perpetrata.

§. 4. *Hieron. Ep. ad Ocean.* ait: Res contra naturam penè est, ut sine peccato aliquis sit.

§. 5. *Beda in Ep. Jacob. 5.* Quotidiana leviaq; peccata alterutrum æqualibus confiteantur, eorumq; quotidianâ oratione credamus salvari. Porrò gravioris lepræ immunditiem juxta legem Sacerdoti pandamus, & purificare curemus. Hæc Capitalia vocârunt, & pœnitentiâ publicâ eluenda, quod satisfacere & Satisfactionem dicebant, sc. Ecclesiæ, quæ scandalo erat offensa.

§. 6. *Gratian. d XXV. c. 11.* Peccata ex ignorantia & infirmitate per confessionem privatam dimitti censet: Quæcunque verò, *inquit,* fiunt ex deliberatione, non nisi per pœnitentiam.

§. 7. Ubi duo facit: Alterum ex ignorantia & infirmitate, & 2. ex deliberatione.

§. 8

§. 8. *Id. ex Aug. cit.* Nullum est adeò veniale Peccatum, quod non fiat criminale, dum placet.

§. 9. Unde duo alia elicio: *Veniale* & *Criminale*. Sed Gloss. ordin. in *Cap. II. Cor. I.* Veniale & Mortale legit.

§. 10. *Capitalia* & *Minuta*, illa vocat *Gratian.* etiam ib. *Mortifera*.

§. 11. Hinc crimen, apud *Gloss. ordin. in Titum I. & Aug. Tr. 81. c. 4. Joann.* dicitur peccatum accusatione & damnatione dignum.

§. 12. Aliàs, *ait ib. Gratian.* Criminis appellatio complectitur omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Aliàs autem ea demùm significat, quæ semel commissa ad damnationem sufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedunt, quæ nisi sæpiùs iterata, & in consuetudinem fuerint deducta, quamvis gravent post mortem, non tamen æternaliter perdunt. Quia etsi quadam ratione *Crimina* appellantur, *Mortifera* & *Capitalia* tamen non sunt.

§. 13. Quæ autem sint *Capitalia* & *Mortifera*, Aug. *serm.* 41. 54. *de Anim. defunct.* & Minuta seu Crimina ex sent. *Gratiani*, sic docet *ibid.* Sacrilegium, homicidium, furtum, adulterium, fornicatio, rapina, falsum testimonium, superbia, invidia, avaritia, &c, si longo tempore teneatur, iracundia, & ebrietas, si assidua sit.

§. 14. Hæc qui commiserit sine pœnitentia, *ait*, Purgatorio igne purgari non posse, sed æterna illum flamma sine ullo remedio cruciabit.

§. 15. Quæ autem (*pergit ib.*) sunt minuta peccata, licèt nota sint, ex eis aliqua nominemus: 1. Quoties aliquis in cibo ac potu plus accipit, quàm necesse sit. 2. Quoties plus loquitur, quàm oportet, aut tacet, quàm expedit. 3. Pauperes importunè petentes exasperat. 4. Cùm sit sanus aliis jejunantibus prandere voluerit. 5. Somno deditus tardiùs ad Ecclesiam surgit. 6. Excepto desiderio filiorum, uxorem cognoverit. 7. In carcere clausos tardiùs requisiverit. 8. Ægrotos tardiùs visitaverit. 9. Si discordes ad concordiam revocare neglexerit. 10. Si plus proximum, aut uxorem, filium, servum exasperaverit, quàm oportet. 11. Si ampliùs fuerit blanditus, quàm expedit. 12. Si cui-

cunque majori personæ au ex voluntate, aut necessitate adulari vcẽ lucerit. 13. Si paupeributs esurientibus præsentibus convivia lautiora sibi præparaverit. 14. In aut extra Ecclesiam fabulis otiosis occupaverit. 15. Si dum incautè juramus, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus. 16. Cum omni facilitate vel temeritate maledicimus. *Hæc ille*, qui Augustin. esse creditur.

§. 16. *Gregor. Dial. l. IV. c. 39.* Leves culpas & parva peccata nominat, & recenset assiduum otiosum sermonem, immoderatum usum curæ familiaris peccatum, errorem ignorantiæ in rebus non gravibus.

§. 17. *Ambros. Tr. 1.* diei in Hex. alia voluntatis, alia infirmitatis facit.

§. 18. *Gratian. Caus. XV. q. 1. c. 1.* ait: Peccata alia sunt penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatem. Ex voluntate peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio & delinquentis proposito committuntur. Infirmitas alia est animi, alia carnis: Infirmitas animi est ignorantia; carnis, est concupiscentia. Ex utraque quæ procedunt, imputantur ad pœnam.

§. 19. Cui contrarium videtur id *Augustini de ver. Rel. cap.* 14. Nullo modo peccatum est, si non sit voluntarium. Sed hoc non generaliter de omnibus peccatis intelligendum esse, *idem* docet *l. Retract. 1. c. 13.* Quæ non immeritò non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur, non omninò possunt non voluntaria dici. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodò peccatum est, non quod est etiam pœna peccati. *Aug. l. IV. Quæst. XXIV. ad C. XV. Numeror.* Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium, quæ discernuntur à peccatis volentium.

§. 20. Sed pergit *Gratian. c. 2.* Carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Est enim languor naturæ, qui carnis concupiscentia nuncupatur. Et alia est infirmitas, quæ propriè carnis dicitur, quâ humorum concordiâ turbatâ ipsa caro afficitur & tandem dissolvitur.

§. 21. Sic & animi infirmitas duplex est: Una, quæ *Vitium* appella-

appellatur, ut ira, odium &c. Alia, quæ, cùm ipsa non sit peccatum, est tamen *pœna & causa peccati*, ut oblivio, ignorantia &c. Furor autem, cùm non sit peccatum, est tamen pœna peccati, ut febris &c.

§. 22. De his *Qu. V. & N. Test. q. 2. in fin.* Aliquos scimus subitò dementes factos quosdam occidisse, captos autem minimè reos factos, eò quòd non voluntate, sed impellente vi, nescio quâ, hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur, qui nescit, quid faciat?

§. 23. Sic & *Ambros. Hexaem. Tract. 1. diei.* Neque enim, si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est.

§. 24. Dividitur à *PP.* etiam in *Originale* & *Personale*, ap. *Cyprian. serm. de Tent. Christi. Tertull. de Pat.* Traducem mali vocat.

§. 25. *Beda in III. Ps.* Peccata criminalia & leviora seu venialia facit. Et in *Ps.* 77. Originale & actuale vitium. Et *Præfat. Cantic. Cant.* Crimina seminum vocat Originalia.

§. 26. *Tertull. de Pœn.* Carnale in facto, & Spirituale in animo facit. Et *de Pud.* Remissibile & Irremissibile. *Ibid.* quæ alii Minuta, Levia, Quotidiana, ille quotidiè incursantia nominat & recenset: Irasci, facilè maledicere, temerè jurare, verecundiâ aut necessitate mentiri, quæ si non remittantur, nemini salus competat. *Origen. Hom. 10. in Exod.* Peccatum Πορνείας & Ἀγνοίας nominat, quod Lat. Voluntatis & Infirmitatis.

§. 27. Duo prætereà occurrunt in PP. Peccatum ad mortem, & peccatum in Spiritum S. *Primas. l. 3. in Apocal. c. 12.* Originale vocat peccatum libidinis.

§. 28. *August. Ep. 50. ad Bonifac.* Peccatum in Spir. S. dicit esse duritiem cordis usque ad finem vitæ, quâ homo recusat in unitate corporis CHRISTI, quod vivificat Sp. S. remissionem accipere peccatorum. *Leo Serm. 1. de Pentec.* de eodem sic: Qui dixerit contra Spir. S. permanens in hac impietate, sine venia est. *Gregor. in Ps. Pœnit.* Quis est, qui peccat in Spir. S. nisi qui non credit remissionem peccatorum.

§. 29. Sic & *Anselm. in cap. XII. Matth.* Cognitâ veritate

bonitati DEI resistere, & bonum odio habere, ut Judas & Pharisæi, peccatum est irremissibile, & hoc vocatur, *ait*, peccare in Sp. S. Nam Spiritus S. est bonitas DEI, & qui ita resistit bonitati DEI, contra Spiritum S. peccat. Sed &, *ait*, aliter solet exponi: Dicitur enim peccare in Sp. S. esse impœnitentem. Remissio enim peccatorum propriè Sp. S. attribuitur. *Hæc ille.*

§. 30. *Giselbert. l. 6. c. 13. Apocal.* Ille dicit in Spirit. S. blasphemiam, qui cor impœnitens gerens, remissionem peccatorum in Sp. S. se accipere posse desperat.

§. 31. Peccatum ad mortem. *Gregor. c. 14. Job. lib. 16. c. 28.* Peccatum ad mortem est peccatum usque ad mortem, quia peccatum, quod hîc non corrigitur, ejus venia frustrà postulatur. *Beda Hom. Fer. VI. post Cin. & l. 2. in Luc. cap. 6.* Peccatum ad mortem puto esse, cùm post agnitionem DEI oppugnat quis fraternitatem, & adversus ipsam gratiam, quâ reconciliatus est DEO, invidentiæ facib. agitur.

§. 32. *Anshelmus in c. V. Matth.* eodem modo: Peccatum ad mortem est, cùm post agnitionem veritatis perversus tamen oppugnat fraternitatem, & homini bono invidet, & in malo suo omninò obstinatus est. Quod peccatum Obstinatio vel Impœnitentia vocatur.

§. 33. *Athanas.* Βλασφημίαν εἰς τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ definit. *Basil. Quæst. 273.* Τὰς ἐνεργείας καὶ καρποὺς Spirit. S. τῷ ἀντιδίκῳ adscribere. *Thom. in Apocal. cap. XVIII.* In mortali peccato quatuor est attendere: 1. Actum malum interiorem. 2. Delectationem actus. 3. Injuriam seu offensam per præmissa contra DEUM commissam. 4. Finalem impœnitentiam.

§. 34. *Alex. Part. III. Qu. 109. m. 4. artic. 1.* Peccatum in Spir. S. dicitur peccatum ex certâ malitiâ.

§. 35. *Bonav. in 1. Dist. c. 4.* Sex sunt peccata in Spirit. S. Invidentia fraternæ gratiæ, Impugnatio veritatis agnitæ, Præsumtio de impunitate, Obstinatio mentis, Desperatio, & finalis Impœnitentia.

§. 36. Sic & *Thom. de Mod. Confit. c. 28. Albert. in Matth. c. XVI.* Divina natura in CHRISTO manifestatur actionibus potentiæ

tentiæ, & sapientiæ, & bonitatis, & hos actus cognoscens esse proprios Spiritui S. & tribuens Spiritui immundo, peccat contra conscientiam ex certa malitia. Et hoc peccatum vocatur, Impugnatio veritatis agnitæ.

§. 37. Et hi faciunt peccatum originale, veniale, actuale, mortale in Spiritum S. ad mortem.

§. 38. *Hieron. 2. Ephes.* distinguit inter παράπτωμα & ἁμαρτίαν, quòd illud, cùm cogitatio tacita surrepit, hoc, peccatum cum opere consummatum. *Beda in VI. C. Levit.*

§. 39. Inter *Delictum* & *Peccatum* distinguit, ut delictum sit leviùs. Nam dicit Scriptura, quòd sit peccatum ad mortem; de delicto non dicit.

§. 40. *Ansbelm. l. 2. Cur DEUS homo. c. 15.* facit quadruplex scienter factum, quod per ignorantiam fit, veniale & infinitum, cui nulla alia comparari possunt.

§. 41. Et de *Conc. Virg. & Pecc. Orig. c. 22.* Peccatum naturale & personale nominat, quod alii originale & actuale.

§. 42. Tres gradus peccati facit *August. l. 1. de Serm. Dom. c. 21.* Suggestionem, delectationem, consensionem.

§. 43. Et *Tr.* 4. peccati differentias: In corde, in facto, in consuetudine.

§. 44. *Gregor. l. 25. Moral. cap. 16.* tribus modis peccatum committi docet; Ignorantiâ, infirmitate, studio. Et *ait:* Graviùs infirmitate, quàm ignorantiâ, sed multò graviùs studio, quam infirmitate peccatur.

§. 45. *Beda in Prov. Salom. c. 26.* Reatum incurrimus 1. per ignorantiam. 2. Per oblivionem. 3. Per cogitationem. 4. Per sermonem. 5. Per surreptionem. 6. Per necessitatem. 7. Per fragilitatem carnis.

§. 46. *Id. in Samuel. c. 10.* Capitalium criminum incendia & parva quæque, quæ hominibus extrema vel levia fortè peccata videntur, districti judicis sententia reprobans damnat.

§. 47. *Peccator* & *Impius* differunt, *Beda lib. 5. Prov. c. 5.* Quia peccator dicitur omnis, qui vel in magnis, vel in parvis sceleribus

ribus decidit; Impius autem, qui vel nunquam fidem recipit, vel enormitate scelerum ab ea, quam accepit, anathema factus est.

PRIMATUS PETRI.

§. 1. EX *Matth. XVI. 18.* docent Patres, Προστασίαν datam esse Petro. *Hieron. l. 1. cont. Jovin.* Cur non Johannes electus est? Ætati delatum, quia Petrus senior erat. Hinc κορυφαῖον *Chrysost.* κορυφαιότατον *Epiphan. Ancor.* ἔξαρχον *Theophyl. Luc. 22.* ἀρχηγὸν *Epiphan. August.* Primum ordine. *Hieron.* Principem Apostolorum. *Balaamus:* Ἀπόστολοι τὰ μὲν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἰσότιμοι πάντες ἐτύγχανον. Τῆς δὲ ἱερᾶς αὐτῶν δωδεκάδος ὁ μακάριος Πέτρος ἐξήρχετο τοῦ πλέον τῶν ἄλλων ἔχων, τὸ τῶν ἄλλων προέχειν, αὐτὸν τῆς διδασκαλίας ἡγεῖσθαι καὶ πρωτοκαθεδρίας ἴσως ἀξιοῦσθαι. Dubitanter addit, ἴσως *fortassè. Cassian. de Incarnat. Domin.* Primùm docuit respondere, ut idem esset ordo responsionis, qui erat honoris, & ipse antecederet confessione, qui antecedebat ætate. *Chrysost.* Παῤῥησία & ἀγάπη tribuit subitum Petri responsum. *Theophyl.* φιλόστοργος ὢν ὁ Πέτρος καὶ φιλάδελφος ὑπὲρ παντὸς ἀπολογεῖται τοῦ χοροῦ. *Chrysost. in Act. I.* Τοῦ χοροῦ πρῶτον nominat. *Id.* exponit, quid sit Προστασία illa, οὐ τιμὴ, *inquiens*, ἀλλὰ πρόνοια τῶν ἀρχομένων. *Oecum.* dicit, Petrum fecisse nihil ἀρχοντικῶς οὐδὲ μετ' ἐξουσίας. *Chrysost.* apertè inquit: ὅλως οὐκ ἀπῄτει Petrus τὴν μείζονα τιμήν. *Basil. Seleuc.* arbitratur, Petro soli revelationem hanc factam, οὐδὲ τῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς ἀγνοίας ἐλεύθερος ἔμενε, igitur ὑποβάλλει τῷ Πέτρῳ θείκως τὴν ἀπόκρισιν. Sed *Chrysost.* contrà ait: Τοῦτο αὐτοὺς (N.B.) εἰσάγων ὁμολογῆσαι. Notandum *Ambros.* illud *Comm. l. VI. in Luc.* Qui carnem vicerit, Ecclesiæ fundamentum est, & si æquari Petro non potest, imitari potest. *Nyssen.* Πέτρα καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, μιμούμενοι καθώς ἐστι δυνατὸν, ἐν τῇ τρεπτῇ φύσει τὸ ἄτρεπτον

ἄτρεπτον κ̀ ἀμετάθετον. *Chryfoſt.* ἐπὶ ταύτῃ τῇ Πέτρᾳ, τυτέστι, τῇ πίστει τῆς ὁμολογίας. *Baſil. Seleu.* Τὴν ὁμολογίαν ταύτην καλέσας Πέτραν ὁ χριστὸς, Πέτρον ὀνομάζει τὸν πρώτως ταύτην ὁμολογήσαντα. Γνώρισμα τῆς ὁμολογίας τὴν προσηγορίαν δωρέμενος, αὕτη γὰρ ἀληθῶς εὐσεβείας ἡ Πέτρα, αὕτη ἡ σωτηρίας κρηπὶς, τῦτο τῆς πίστεως τεῖχος. ὅτος ὁ τῆς ἀληθείας θεμέλιος, θεμέλιον γὰρ ἄλλον ὐδεὶς δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησ. Χρ. Ex his igitur explicandi Patres, quando Petrum τὴν μετὰ χριστὸν Πέτραν ἀῤῥαγῆ dicunt, ubi πίστιν intelligunt. *Hilar. l. 6.* felix Eccleſiæ fundamentum appellat, & ſe ſic expl. Hæc fides Eccleſiæ fundamentum eſt. *Et*: Petrus Filium DEI confeſſus ob hoc beatus eſt. Hæc revelatio Patris eſt, hæc fundamentum Eccleſiæ, hæc ſecuritas æternitatis.

§. 2. *Theophyl.* ἐπεὶ ὡμολόγησεν αὐτὸν ὑὸν Θεῦ ὁ Πέτρος Φησὶν ὑπ' αὐτῦ, ἡ ὁμολογία ἣν ὡμολόγησας θεμέλιον μέλλει εἶναι τῶν Πιστευόντων. ὥστε πάντα ἄνθρωπον μέλλοντα κτίζειν τὸν τῆς πίστεως οἶκον, ταύτην τὴν ὁμολογίαν ὑποτιθέναι θεμέλιον. *Sufficit unus pro omnibus.* Hinc illæ locutiones Patrum: Συ ἔστηκας ἐπὶ τὴν Πέτραν πίστεως. *Cyrill. Hier. Catech. 14.* στῶμεν ἐν τῇ Πέτρᾳ τῆς πίστεως. *Damaſcen. de imagin.* Τὴν ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσαν ἐπὶ τὴν Πέτραν τῆς πίστεως. *Liturg. Jacob.* ἔστησαν ἐπὶ τῆς πέτρας ἀκίνητοι. *De Martyrib. Chryſoſt.* στήσον ἐπὶ πέτρας τὺς πόδας. *Cyrill. contr. Neſt. l. 2.* Hinc illud *Chryſoſt.* Τῇ πίστει πετρώμενοι.

§. 3. *Theophyl.* Οὐ γὰρ κ̀ πρὸς Πέτρον μόνον εἴρηται τὸ δώσω σοι, ἀλλὰ κ̀ πᾶσι τοῖς Ἀποστόλοις δέδοται πότε; ὅτε εἶπεν, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται, κ̀ γὰρ τὸ δώσω μέλλοντα χρόνον σημαίνει, τυτέστι, τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν. *Hieron.* Ideò Petrus ſpecialiter accepit, ut omnes intelligant, quòd quicunque ab unitate fidei & ſocietatis ejus ſeparaverint ſe, nec à peccatis ſolvi nec cœlum ingredi poſſe. *Et*: Habent eandem judiciariam poteſtatem alii Apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem dictum eſt: Accipite

cipite Spir. S. *Idem* docet *Augustin. Tract. 50. in Job. & l. 1. de Doctr. Christ. c. XIIX. & Fulgent. l. de fid. ad Petrum Diacon. c. 3.* Ecclesiæ DEUS in persona Petri ligandi solvendiq; potestatem tribuit.

§. 4. Locus est egregius in *Cyprian. de simpl. Prælat.* Loquitur Dominus ad Petrum: Tibi dabo &c. Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem potestatem tribuat, & dicat: (*Joh. XX. &c.*) tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem suâ autoritate disposuit. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis.

§. 5. *Ambros.* de loco *Joh. XXI.* dicit: Non solùm tunc B. Petrus accepit, sed & nobiscum suscepit eas (sc. oves.) *Basil. M. Monastic. 22.* Πᾶσι τοῖς ἐφεξῆς ποιμέσι καὶ διδασκάλοις τὴν ἴσην ἐξουσίαν παρέχοντας. Vides ἴσην ἐξουσίαν!

§. 6. *Areopagit. de Hierarch. c. 5. ait:* αὐτὸς ὁ κορυφαῖος τῶν Μαθητῶν μετὰ τῆς ὁμοταγοῦς αὐτῷ καὶ ἱεραρχικῆς δεκάδος. Nota ὁμοταγοῦς. *Oecumen. in h. l.* postquam dixisset, Petrum surrexisse tanquam ἐγκεχειρισμένον τὴν προστασίαν, statim addit; ὅρα δὲ πάντα κατὰ κοινῆς αὐτὸν γνώμης ποιοῦντα καὶ οὐκ ἀρχικῶς οὐδὲ μετ' ἐξουσίας.

PURGATORIUM.

§. 1. Purgatorius *Ignis* nomen habet à *purgando* peccata, idq; post animæ à corpore separationem, loco inter *pœnam* & *prœmium*, *cœlum* & *infernum* intermedio. Prout hodiè Romanenses tractant, ita se habet:

§. 2. *Eugenius Quartus* Papa Romanus primus in *Concilio Florentino*, Anno Christi 1439. statuit: Si verè pœnitentes in DEI charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis Purgatoriis post mortem purgari; & ut à pœnis ejusmodi releventur, prodesse

prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta. Repetiit eadem *Synodus Trident. seß. 25.* his verbis: Cùm Catholica Ecclesia Spiritu Sancto edocta ex sacris literis, & antiquâ " Patrum traditione in sacris Conciliis, & novissimè in hac Oecumenicâ Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragiis, potissimùm verò acceptabili altaris sacrificio juvari: Præcipit Synodus Episcopis, ut sanam de purgatorio doctrinam, à sanctis Patribus & sacris Conciliis traditam, à CHRISTI fidelibus credi, teneri, doceri & ubique prædicari diligenter studeant. Apud rudem verò plebem difficiliores & subtiliores quæstiones, quæq; ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, popularibus concionibus secludantur: Incerta item, vel quæ specie falsi laborant, evulgari & tractari non permittant. Ea verò, quæ ad curiositatem quandam aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Episcopi, ut fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaq; pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta piè & devotè fiant: & quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel aliâ ratione debentur, non persunctoriè, sed à Sacerdotibus & Ecclesiæ ministris, & aliis, qui hoc præstare tenentur, diligenter & accuratè persolvantur. "

§. 2. Docent prætereà, peccatum *actuale* duplex esse, aliud *mortale*, aliud *veniale*: *Mortale* id vocant, cui pœna mortis æternæ debetur; *Veniale*, cui debetur pœna temporalis. *Alexand. Hales in 2. sent. dist. 42. Bonaventura in 2. sent. dist. 42. Thomas Aquinas in sent. 2. dist. 42.* dicit, rationem peccati imperfectè & secundum quid esse in veniali.

§. 3. In peccato insuper duo observant, videlicet *actum culpæ* & *maculam sequentem.* Thomas Primar. art. 4. quæst. 87. Bonaventura in 2. sent. dist. 42. ait, quòd tria sunt in peccato, scilicet actus peccandi, pronitas seu macula peccati, & defectus seu boni privatio.

§. 4. Reatus, qui culpam ſequitur, iterùm diſpeſcitur ſecundum genera pœnarum, vel apud inferos, vel in purgatorio, vel in terris. *Albertus in 4. ſent. diſt. 16.*

§. 5. Peccata igitur venialia in purgatorio remitti, & pœnæ pro mortalibus debitæ ibi ſatisfieri, animasq; defunctorum miſſis & fidelium ſuffragiis adjuvari credunt. *Bonaventura in 4. ſent. diſt. 21. Thomas Aqvinas in ſecunda 2. Lombardus lib. 4. ſent. diſt. 21. Biel ad diſt. 45. lib. 4. magiſt. ſent.*

§. 6. Tria peccata expiare credunt: CHRISTUM, tribulationes hujus vitæ & purgatorium. *Bellarm. l. 1. de purgat. c. 1.*

Summa. §. 7. Summa itaque doctrinæ Romanenſium eſt; *Purgatorium eſſe carcerem ſubterraneum, inferno damnatorum proximum, ubi electorum animæ à corporibus ſeparatæ, ob peccata venialia, quibus pollutæ hinc exeunt, vel ad ſatisfactionem DEO perſolvendam temporalis pœnæ debitæ & in hac vita non expletæ pro peccato mortali remiſſo, qvoad culpam & qvoad reatum pœnæ æternæ, & qvoad partem etiam pœnæ temporalis, cruciantur, & purgantur igne infernali, antequam in Paradiſum cœleſtem transferantur. Thomas in 4. ſent. diſt. 21. qvæſt. 1. art. 1.* Quo etiam citato loco diſtinguit inter locum purgatorii *ſecundùm legem communem*, quem ajunt eſſe locum infernalem, inferno damnatorum conjunctum; & locum purgatorii *ſecundùm diſpenſationem*, ſecundùm quam poſſe *ajunt* in diverſis locis animas puniri, vel ad vivorum inſtructionem, vel ad mortuorum ſubventionem, ut viventibus eorum pœna innoteſcens, per ſuffragia Eccleſiæ mitigetur.

§. 8. Originem procul dubio traxit ab Homero, *Odyſſ. 11.* qui de Ulyſſis ad inferos deſcenſu, & animarum mortuarum allocutione multa eſt fabulatus. Deinde ſacrificiorum pro mortuis, & fluviorum infernalium & judiciorum mentionem fecit. Quasdam tandem animas ſupplicio affectas, & quasdam per infernum oberrantes & dolentes introduxit. Quod nonnullis anſam præbuit, ut animarum pœnas & ab inferis liberationem, & ſacrificia pro mortuis facienda eſſe, & mortuorum animas res humanas intelligere ſomniârint.

§. 9. Hanc ſententiam *Plato* ſecutus eſt, & fuſiùs de *Purgatorio*

torio differere cœpit: Imò ab *Homero* mutuatur exempla & argumenta, atque sic denique integram fabulam descripsit. Animas scilicet purgandorum à Dœmonibus in loca sua deferri; purgari præterea eos, qui nec valdè fuerunt boni, nec valdè mali, sed medio modo se habentes cum venialibus, vel, ut ipse loquitur, sanabilibus peccatis exierunt. *Plato lib. de anima. Eusebius lib. II. de Præparat. Evangel. c. ult.* Idipsum apertiùs explanavit *Hermagoras, Philosophus Platonicus*, in somnium Scipionis, *lib. 2. in fine.*

§. 10. Idem error à Græcis ad Romanos translatus est; etenim eandem purgationem credidisse videtur *M. Cicero, in somnio Scipion. Virg. Æneid. 6. Claudianus lib. 2. in Ruffinum in fine.* Quorum loca vide apud *Sutlivium c. 1. & Forbes. l. 13. c. 2.*

§. 11. Ab Ethnicis & præprimis *Platonicis* hanc de purgatione animarum post mortem fabulam ortam esse, probat etiam *Augustinus lib. 21. de civit. DEI, cap. 13.* Platonici, *inquit*, quam- „
vis impunita nulla velint esse peccata, tamen emendationi adhiberi „
putant (per pœnas) vel humanis inflictas legibus, vel divinis, sive „
in hac vita, sive post mortem. „

§. 12. Hanc Platonicam Philosophiam in CHRISTI scholam introduxit *Clemens Alexandrinus, lib. 6. & lib. 4. Stromat.* Iste enim Philosophos ex CHRISTI & Apostolorum prædicatione apud inferos conversos putavit, eamq; suam opinionem ex Apocryphis quibusdam scripturis probare voluit. De quo adi *Casaubon. Exercit. I. & Bulengerum cap. 1.*

§. 13. *Origenes* non solùm mediocriter malos, sed sceleratissimos quosque, imò Diabolos à peccatis repurgandos esse docuit; cui quoque assentiuntur *Epiphanius in Epist. ad Joann. Hierosol.* & *Augustinus de civit. DEI l. 21. c 17. & de hæres.* Imò hic ut pessimos, sic optimos quosque igne excoquendos & expurgandos credidit. *August. in Exod. Homil. 6. & Homil. 8. in Levit. Homil. 25. in Num. & in Ps. 38. Ambros. Serm. 20. in Ps. 118. & in Ps. 36. Hieronym. in Ezechiel. c. 46.*

§. 14. Mox tamen rem altiùs pensitans, nihil certi potuit statuere de purgatione animarum post hanc vitam contra Manichæos, *in lib. 2. c. 10. de Genes. it. lib. 21. de civit. DEI, cap. 26.*

lib. de fide & operib. c. 16. lib. de civit. DEI *21. cap. 27.* uti prolixè oſtendit *Forbeſ. l. XIII. cap. 5. 6.* & *Dallæus de Pœnis l. 4.* ubi viſe.

§. 15. Patres igitur de purgatorio nihil ſolidi ac certi concluſerunt uſque ad *Gregorii* illius tempora, qui *Dialogos*, (qui Operibus Gregorii Magni vulgò annumerantur) conſignavit: Nam à plerisque pro adulterinis propter nimis fabuloſum argumentum & ſtylum nimis barbarum atque inſulſum habentur. Hic *author*, quisquis jam ſit, non ſolùm ignem purgatorium eſſe poſt hanc vitam ſtatuit, ſed etiam quasdam culpas eo purgari, & parva ſeu potiùs minima peccata deleri credidit. *Gregorius M. Dial. l. 4. c. 39.*

§. 16. Brevi tempore pòſt ortus eſt in Arabia impiiſſimæ ſectæ author *Mahometus*, qui expreſsè in ſuo *Alcorano* purgatorium credendum eſſe docuit.

I. Cor. III. 15. §. 17. Fundamentum Gregorius non quærit, ut alii, ex verbis Pauli *1. Cor. 3.* ubi dicit, *quosdam ſalvos fieri quaſi per ignem*; Per ignem enim tribulationes præſentis vitæ intelligi poſſe fatetur: Sed à mortuis veritatem exquirit, & ex ſpectrorum & animarum ex terra prodeuntium reſponſis purgatorium ſuum defendit. Vide *Dial. lib. 4. cap. 39. & Dial. lib. 4. c. 55. & 40. per totum ferè.*

§. 18. Prætereà author ille ſub nomine *Damaſceni* docet, precibus vivorum multum juvari defunctos, multasq; hoc nomine de *Falconilla, Trajano* & Cranio loquente enarrat fabulas, *in Orat. de dormientibus.*

§. 19. Faſtigium denique impoſuerunt *Scholaſtici*: Etenim quod *Gregorius* prætererat, hoc illi effutiunt, multaq; de *loco* purgatorii, & *ignis genere, & pœnarum miniſtris*, & *ſatisfactionum meritis*, multa etiam de *Pontificis Rom.* in purgatorio *poteſtate*, Miſſarumq; & indulgentiarum valore, animarumq; in purgatorio meritis & demeritis, & aliis ſpinoſis quæſtionibus diſceptant.

§. 20. Hæc omnia miris ex ſuis legendis mendaciis confirmant. *In vita Hieronymi*, quam à Cyrillo Hieroſolymitano deſcriptam eſſe tradunt, & ipſum *Hieronymum* jam mortuum apparuiſſe cuidam *Euſebio* referunt, & ei mandâſſe, ut ſaccum ſuum tribus mortuis imponeret, quò reſuſcitati hæreſin Græcorum negantem purgatorium extirparent. Illos & purgatorii pœnas vidiſſe,

disse, & magnitudinem cognovisse, & *Cyrillo* omnia revelasse.

§. 21. Posteà fabulantur sanctos quosdam viros in ecstasin raptos vidisse purgatorii terrores & pœnas. *In specul. exemplor. dist. 3. exemplo 3. item in Stephano.*

§. 22. *Tertiò* fingunt, alios sine ecstasi mira de purgatorio vidisse. In aurea Legenda. In vita Conradi & Udalrici.

§. 23. *Quartò* fingunt per insomnium omnes purgatorii cavernas, pœnas & terriculamenta fuisse revelata. *In Joanne.*

§. 24. *Quintò* in antro Patricii & Æthnæ incendiis memorant plura purgatorii tormenta visa. *In Legend. Patricii.*

§. 25. *Sextò* multa ex relatione Angelorum somniant. Nam Angelum custodi Ecclesiæ sancti Petri narrasse, animas, pro quibus Missæ haberentur, in stratis aureis jacentes deliciis abundâsse, reliquas velut mendicas & dolentes, tristes oberrâsse. *In Legenda aur. 157.*

§. 26. *Denique* Diaboli testimonio purgatorium confirmant: Nam Odilonem, cùm ululatus Dœmonum audivisset plangentium, quòd animæ defunctorum ex purgatorio eriperentur, per orationes, eleemosynas & Missas, instituisse *Festum commemorationis defunctorum.* Adi *Lombard. hist. 158. In Stephano & Joanne.*

§. 27. Etsi verò *Origenes* fundamenta jaciens Pontificii Purgatorii ex dogmate *Platonis*, à *Virgilio* quoque *VI. Æneid.* expresso, primus in Ecclesiam invexit ignem, quo animæ post hanc vitam à peccatis purgarentur.

§. 28. Deinde Origenem in hac re secuti *Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, Ruffinus & Gregorius Nyssenus*, quod prolixè ostendit *l. IV. de Pœnis. Dallæus cap. 6. 7. 8. p. m. 370. 377. 380.*

§. 29. Tamen Origenicum hoc Purgatorium trifariàm discrepat à Pontificio. Differt enim ratione personarum, quia juxta *Pontificios* duntaxat igni purgantur, quorum animæ alicujus temporalis pœnæ reatu obstrictæ, vel cum aliquibus peccatis venialibus migrant de hac vita: at juxta Origenem & alios, qui *Augustinum* præcesserunt, mortales omnes, uno CHRISTO excepto, ignem hunc subibunt. *Præterea* discrepat ratione temporis, *Differentia triplex.*

quia Pontificii animas statim ab excessu, veteres illi non nisi extremo judicii die igni hoc purgandas docent. Denique quod caput est, Pontificii censent tolli vel mitigari posse pœnas purgatoriales per orationes & oblationes vivorum, quale nihil sensit aut dixit Origenes, vel quos eum secutos dicebamus. *Roffensis apud Polyd. l. 8. c. 1. cit.* Nemo nunc dubitat Orthodoxus, an Purgatorium sit, de quo tamen apud priscos vel nulla, vel quàm rarissima fiebat mentio. Sed & Græcis ad hunc usque diem non est creditum. Quamdiu enim nulla esset cura de purgatorio, nemo quæsivit indulgentias.

§. 30. *Purgatorium* igitur, quale tradunt Pontificii, ante *Augustini* tempora ignotum fuit. At *Augustino* illud dubium visum: ab *Gregorii* verò ætate in Romana Ecclesia ex mendacibus revelationibus ac visionibus habitum est certum. *Vossius Disput. V. Qv. III. p. m. 99.*

§. 31. Orta est tota illa opinio ex malè intellecto loco Pauli *I. Cor. III.* De quo prolixè adi *M. Anton. de Domin. l. V. c. VIII. §. CXXXIV. & seqq. Sutlivium Cap. 1. Dalleum de Pœn. l. IV. Forbes. l. XIII.* Et quia jucundum est, verba ipsa inspicere, præstantiorum nonnulla adducemus.

§. 32. *Lactant. l. 7. divinarum Institutionum cap. 21.* Sed *(inqvit)* & justos cùm judicaverit, etiam igne eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere vel numero prævaluerint, perstringentur igne, atque amburentur; quos autem plena justitia & maturitas virtutis incoxerit, ignem illum non sentient.

§. 33. *Hilarius Pictaviensis in Ps. 118.* (seu 119.) *in Gimel,* in illa verba, *concupivit anima mea, ut desiderem judicia tua in omni tempore.* Arduum *(inqvit)* & naturæ humanæ periculosissimum, DEI desiderare judicia. Cùm enim nemo vivens in conspectu ipsius mundus sit; quomodo desiderabile ejus potest esse judicium? An, cùm ex omni otioso verbo rationem simus præstituri, diem judicii concupiscimus, in quo nobis est ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt gravia illa expiandæ à peccatis animæ supplicia?

§. 34. *Ambrosius in Ps. 36.* (seu 37.) in illa verba, *Framea*

peccato-

peccatorum intret in corda ipsorum. Omnes (*inquit*) igne examinabimur. Igne purgabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi, etsi per ignem examinabuntur, dicent tamen; *Transivimus per ignem & aquam.* Alii in igne remanebunt. *Idem* etiam *Ambrosius in Ps. 118. (seu 119.) in Resch.* in illa verba, *vide humilitatem meam, & erue me.* Omnes oportet per ignem probari, quicunque ad Paradisum redire desiderant. Non enim otiosè scriptum, quòd, ejectis Adam & Eva de Paradisi sede, posuit DEUS in exitu Paradisi gladium igneum versatilem. Omnes oportet transire per flammas, sive ille Johannes Evangelista sit, sive sit Petrus. Teneamus hic positi humilitatem, ut cùm unusquisque nostrûm venerit ad judicium DEI, ad illos ignes, quos transituri sumus, dicat; vide humilitatem meam, & erue me.

§. 35. *Hieronymus in suo Commentario in cap. 66. Esaiæ. Idem* etiam *in suo Commentario in Daniel. 7. 9. 10.* in illa verba; *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit &c.* Thronus (*inquit*) ejus flammæ ignis, ut peccatores tormentorum magnitudinem pertimescant, & justi salventur: sic tamen, quasi per ignem. Rotæ ejus ignis accensus, sive currus ejus. Et in Ezechiel, quadrigæ sedens inducitur DEUS, & omnia DEI flammea sunt. De quo & alibi dicitur; DEUS ignis consumens est, ut lignum, fœnum, stipulam, arsura in die judicii noverimus.

§. 36. *Augustinus lib. 20. de Civit. DEI, cap. 25.* Judicium (*inquit*) novissimum prophetavit Propheta Malachias, dicens: *Ecce venit, dicit Dominus omnipotens. Et quis sustinebit diem introitus ejus, aut quis ferre poterit, ut aspiciat eum: quia ipse ingredietur quasi ignis conflatorii, & quasi herba lavantium; & sedebit conflans, & mundans sicut aurum, & sicut argentum, & emundabit filios Levi, &c.* Ex his, quæ dicta sunt, videtur evidentiùs apparere, in illo judicio quasdam quorundam purgatorias pœnas futuras.

§. 37. *Sedulius* & *Primasius* in suis Commentariis im *I. Corinth. Cap. III.* exponentes verba illa Apostoli, *& uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit.* Per ignem intelligi ajunt examinationem judicii, vel præsentem tribulationem.

§. 38.

§. 38. *Basilius Magnus lib. de Spiritu Sancto, cap. 15.* exponens verba illa Johannis Baptistæ; *ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne*: Ignis baptismum (*inquit*) vocans explorationem, quæ fiet in judicio, (*τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν.*) *Gregorius Nazianzenus* sub initium *Orationis 26.* *δηλώσει σαφῶς ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ἡμέρα, καὶ τὸ τελευταῖον πῦρ, ᾧ πάντα κρίνεται, ἢ καθαίρεται τὰ ἡμέτερα, id est;* perspicuè declarabit dies revelationis, ignisq; ille postremus, quo nostra omnia dijudicantur aut purgantur. *Johannes Chrysostomus* prope finem *Homiliæ quartæ in Evangelium Matthæi*; Sanctos in die judicii ambulaturos per fluvium ignis (*διὰ τοῦ ποταμοῦ τοῦ πυρὸς*) illæsos: at ignem absorpturum impios; Idem de acri & vehementi examine per ignem futuro in die judicii, scripsit *Theodoretus in I. Corinth. III. 13. 14. 15.*

Veterum sententia. „ §. 39. *Purgatorium* nullum in veteris Ecclesiæ fide locum „ habuisse, constat ex eo, *quod neque in Symbolis, neque in Conciliis* „ *Veterum apparet, & quod à Græcis semper fuit oppugnatum.* Non est enim verisimile tam insigne, tamq; mirabile dogma in hujusmodi locis prætermissuros fuisse, si id cognitum, & ab Apostolis traditum atque acceptum habuissent. Quod patet ex *Epiphanio lib. 3. Tom. 2. expos. fid. p. 1101.* ubi in *Panario* extremo fidei Christianæ prolixam sanè habet expositionem; quàm ille velut Ecclesiæ peculium hæreticorum omnium deliriis atque erroribus opponit; quam *ἡμετέρας ζωῆς πραγματείαν, vitæ nostræ opus*, quam *ἔρεισμα τῆς ἀληθείας, ζωῆς τ' ἐλπίδα, βεβαίωσιν ἀφθαρσίας, veritatis munimentum, vitæ spem & firmamentum immortalitatis* vocat. Quis putet istum tali loco purgatorii mentionem omissurum fuisse, si id scivisset? Atqui nullus ejus meminit. Sub finem Seculi sexti *Gregorius lib. 4. Dial. c. 39.* primus apud Latinos purgatorii, ut videtur, artifex, *Petrum Diaconum*, quem secum in Dialogis facit colloquentem, sic inducit rogantem; *Doceri vellem, si post mortem purgatorius ignis esse credendus est*: quod magno argumento est eo tempore, ne apud Latinos quidem adhuc publicè receptum fuisse purgatorium. Eò etiam pertinet, quòd post

A. D. 681.

A. D. 681. *Julianus Toletanus, lib. 2. Progn. c. 19. Bibl. PP. T. 9. p. 858. D.* dum de statu animæ ante judicium disputat, ait, *se cognovisse purgatorium ignem multorum tractatorum sententiis definitum esse*; neque alios, quàm *Augustinum* & *Gregorium* laudat; protectò diceret non à multis constitutum; sed ab Apostolis traditum, sed ab Ecclesia tota creditum, si jam tum fuisset in publica & universali Christianorum fide. Neque ullum eà de re publicum ac generale decretum invenitur ante *Concilium Florentinum*, quod in ultima seculorum fœce Ann. 1500. sub *Eugenio IV.* habitum est. De Græcis quidem res clara est. Nam Thomas in *Opusculo*, quod *contra eos* scripsit, probat esse Purgatorium, & refellit id negantes; stultè, si tum à Græcis receptum fuit. Cardinalis verò *Aureolus in 4. d 21. art. 1. p. 151.* refert dicere Græcos, Purgatorium à Latinis inventum fuisse ob lucrum. *Guido Carmelita summ. de haret. Bell de purg. l. 1. c. 2.* teste Bellarmino, Armenis & Græcis hunc errorem tribuit, quòd negant Purgatorium; & in Concilio Florentino Seff. ult. in quo soli Græcorum errores damnati sunt, eadem sententia, quæ scilicet purgatorium negat, disertè rejicitur, contrariaq; (ut diximus) decernitur. Sed quid opus est testibus, cùm *Nili Thessalonicensis* Episcopi libellus *p. 167.* extet de hoc ipso argumento, in quo tum ipse, tum cæteri Græci acerrimè contra Purgatorium disputant, & quæ pro eo vel ex Scripturis, vel ex Patribus afferuntur, sigillatim refellunt; tandemq; Purgatorium *ex Ecclesia exterminandum* concludunt?

§. 40. *Nullam Veteres iis locis mentionem faciunt, quibus omninò commemorandum veniebat, si & creditum fuisset*, ut patet ex Euseb. l. II. de Præp. Evangel. ubi agit de Purgatione Platonica, sed de hoc nihil. *Epiphanius Hær. 75.* idem tacet. *Dionysius Areopagita Hier. Eccl. c. 7. p 146.* Nec est (inquit *Augustinus l. 1. de pecc. mer. & remiss. c. 28. T. 7.*) ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum Diabolo, qui non est cum CHRISTO. *Quis Purgatorii dogma credens, sic loquatur? Idem alibi Serm 14. de verb. Apt. c. 3. T. 10.* non minùs disertè: Quisquis ad regnum non pertinet, eum ad damnationem sine dubio pertinere. *Alibi*; Non est locus medius, ubi non sit in supplicio, qui illo constitutus non

 fuerit

fuerit in regno. *l. 21. de Civit. c. 25.* Item *Serm. 23. 21. de temp. T. 10.* Nemo se decipiat, fratres; Duo enim loca sunt, & tertius non est ullus. Qui cum CHRISTO regnare non meruerit, cum Diabolo absque dubitatione ulla peribit. *Isaac Syrus l. 1. de cont. mund. c. 17. Bibl. P. T. 5. p. 496.* quem ante Gregorium Magnum vixisse tradunt adversarii; Evitare gehennam (*inquit*) nihil aliud est, quàm intrare regnum, sicut & à regno excidere est intrare gehennam. Non enim nos docuit Scriptura tres regiones.

§. 41. *Ea Scripturæ loca, quibus Purgatorium suum niti volunt adversarii, veteres Patres nunquam eo, sed alio planè sensu retulisse cernuntur; & quædam, quibus eam opinionem oppugnamus, nobiscum interpretantur:* ut sunt XIII. loca adversariorum, *Ps. 6. 65. Esai. cap. 4. 4. c. 9. 18. Mich. 7. 8. Zach. 9. 11. Mal. 3. Matth. 5. 26. Matth. 12. 32. Act. 2. 24. 1. Cor. 3. 15. c. 15. 29. & Phil. 2.* καταχθονίων, ut latè *Joh. Dallæus de Pœn. l. 6. c. 4.*

§. 42. *Patres spei, fidei, caritatis operibus, aut meritis nullum post fidelium mortem locum esse statuunt.* Gregorius Nazianzenus *Orat. 15. T. 1. p. 229.* οὐκ (inquit) ἔστιν ἐν ᾅδῃ τοῖς ἀπελθοῦσιν ἐξομολόγησις, καὶ διόρθωσις. συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς ἐνταῦθα μὲν καὶ βίον καὶ πρᾶξιν. ἐκεῖ δὲ τῶν πεπραγμένων ἐξέτασιν. *His, qui è vita discesserint, non est in inferno confessio, nec correctio. Hic enim DEUS vitam & actionem; illic rerum gestarum censuram conclusit.* Basilius *Mor. reg. 1. c. 5. T. 2.* Epiphanius *hær. 59. p. 501.* Chrysostomus *Hom. 56. in Joa. T. 2. in N. T. p. 352.* Et alibi *Hom. 36.* (lat. 37.) *in Matth. T. 1. in N. T. p. 431.* ὁ μὲν γὰρ παρὼν βίος πολιτείας ἐστὶ καιρός· μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν κρίσις, καὶ κόλασις. *Præsens hæc vita conversationis tempus est; post decessum verò judicium & pœna consequetur.*

§. 43. *Pœnitentiæ vel remissioni peccatorum nullum veteres hominibus relicturn post mortem locum definiunt.* Basilius; Ὅτι τῆς μετανοίας, καὶ τῆς ἀφέσεως, τῶν ἁμαρτημάτων ὁ παρὼν ἐστὶ καιρός· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἡ δικαία κρίσις τῆς ἀνταποδόσεως.

δόσεως. *Quod tempus vitæ hujus pœnitentiæ tempus est, & remissionis peccatorum; in futuro verò retributionis judicium.* Cyrillus Hierosolymitanus *Catech. 18.* *Item in Ps. 9. T. 3. in V. T. p. 113.* ἐκεῖ δὲ ἀπελθόντες ἀνήνυτα οἰμώξομεν. *Postquam autem illuc discesserimus, frustrà lacrymabimur.* Fulgentius *l. 1. de fid. ad Petr. Diac. p. 346.* Tempus acquirendi vitam æternam in ista tantùm vita DEUS hominibus dedit; ubi voluit esse etiam pœnitentiam fructuosam. Augustinus *Enchir. ad Laur. c. 115. T. 3.* Idem *Serm. 29. de verbo Ap. c. 6. extr. T. 10.* Non hîc sumus sine peccato; sed exibimus hinc sine peccato; quia nimirum in exitu peccata nobis remittuntur. *Ibidem cap. 5.* Cùm de corpore (inquit) exierit unusquisque, dimittuntur ei peccata.

§. 44. *Affirmant Veteres, omnes pios secundum ea ultimo die judicatum iri, in quibus erat, cùm ex hac vita migravit; vel ibi æternùm mansuros, quo morientes inciderint.* Ambrosius de bon. mort. *cap. 4.* Mors *(inquit)* deteriorem statum non efficit, sed qualem in singulis invenerit, talem futuro judicio reservat, & quiete ipsa fovet, & præsentium invidiæ subducit, & futurorum expectatione componit. *Augustinus in Ps. 36. Conc. 1.* Qualis exieris de hac vita, talis redderis illi vitæ.

§. 45. *Veteres crediderunt, nulla pios morte semel functos manere supplicia vel tormenta.* Chrysostomus *Hom. 5. in Gen. T. 2. in V. T. p. 249.* οὗτος ἐστὶν *(inquit)* ὁ τῶν σκαμμάτων καιρὸς, καὶ τῶν ἀγώνων, καὶ τῶν παλαισμάτων. ἐκεῖνος δὲ τῶν στεφάνων, καὶ τῶν ἀμοιβῶν, καὶ τῶν βραβείων. *Hoc est stadiorum tempus & certaminum & luctarum; illud verò coronarum, & retributionum & præmiorum.* Epiphanius *Hær. 59. p. 502.* Augustinus *lib. 21. de civit. DEI, cap. 13.* Non autem omnes venient in sempiternas pœnas, quæ post illud judicium (novissimum autem intelligit) his sunt futuræ, qui post mortem sustinent temporales. Ubi *Augustinus* vocat *temporales*, quæ post mortem illo tempore sustinentur, quod ad judicium extremum superest.

§. 46. *Piorum animas post mortem purgari negant Patres.* Gregorius Nazianzenus *Orat. 15. T. 1. p. 229.* Ἐῶ γὰρ λέγειν

(inquit) τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια, οἷς ἡ ἐν τούτῳ φειδὼ παραδίδωσιν, ὡς βέλτιον εἶναι νῦν παιδευθῆναι καὶ καθαρθῆναι, ἢ τῇ ἐκεῖθεν βασάνῳ παραπεμφθῆναι, ἡνίκα κολάσεως καιρὸς, οὐ καθάρσεως. *Mitto enim dicere ea tribunalia, quæ illic* (id est, post mortem) *sunt, quibus hujusce vitæ indulgentia & impunitas eos tradit; ita ut satiùs sit nunc castigari & purgari, quàm ad cruciatum illum transmitti, cùm jam pœnæ tempus erit, non purgationis.* Τὴν ἐκεῖθεν βάσανον, cruciatus illic futuros opponit τῇ νῦν παιδεύσει καὶ καθάρσει, *ei castigationi & purgationi, quæ nunc fit.* Chrysostomus *Hom. 8. de pœnit. quæ est 56. T. 1 in V. T. p. 616.* Τὴν μὲν γὰρ (ψυχὴν) ἐντεῦθεν ἀπελθοῦσαν καθαρὰν οὐδὲν ἐκεῖνο βλάψει τὸ πῦρ. *Nam animam hinc puram sive purgatam abeuntem ille non lædet ignis.*

§. 47. *Veteres passim amicos in fide Domini recens mortuos quiescere, felicitateq; frui affirmare non dubitant; neque de iis aliter loquuntur,* ut latè ostensum est L. de statu animarum separatarum, *quò revise.* Clemens in Epistola ad Corinthios p. 8. μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως (*inquit*) ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη; factò sub Imperatoribus, vel præfectis & judicibus martyrio *sic è mundo migravit, & in locum sanctum abiit.* Gregorius quidem *Basilium* nuper mortuum, ejus funus oratione celebrans, *in cœlis* esse affirmat. *Orat. 20. T. 1. p. 372.* De Gregorio parente suo, *Nazianzi Episcopo*, cùm in eum funebrem Orationem diceret, similia habet *Orat. 19. ibid.* De sorore Gorgonia idem sentit *Orat. 11.* ut & de fratre Cæsareo *Orat. 10.* Gregorius Nyssenus *Orat. de Ephremo Tom. 3.* Ambrosius *Orat. de obitu* Valentinian. *Tom. 3.* Tuæ ascendenti animæ Gratianus frater occurrit & complexus eam dicit: Veni in gremium Jacobi, ut sicut Lazarus pauper in Abrahæ sinu; ita etiam tu in Jacobi Patriarchæ tranquillitate quiescas. Sinus enim Patriarcharum recessus quidam est quietis æternæ. *Hieronymus Epist. 3.* Scimus, Nepotianum nostrum esse cum CHRISTO, & Sanctorum mixtum choris. Et de Lea nuper mortua *Epist. 24.* ait, calcato

Diabolo.

Diabolo, coronam jam securitatis accepit. Quod & Augustinus de Verecundo & Nebridio censet Confess. lib. 9. c. 3. *Quicquid illud est, quod illo significatur sinu, ibi Nebridius meus vivit.*

§. 48. *Omnis vetus Ecclesia fideles omnes mortuos quiescere constanter affirmat.* Ambrosius l. de fid. resurr. p. 26. Ergò si mors carnis & seculi nos absolvit ærumnis, utique malum non est, quæ libertatem restituit, excludit dolorem. *Chrysostomus T. 1. Hom. 51. de Ber. & Prosol. p. 663.* Ὁρᾷς (*inquit*) εὐεργεσίαν τὸν θάνατον, καὶ ἀνάπαυσιν. *Vides mortem beneficium esse ac requiem?* Hieronymus *in Os. Com. 3.* Mors est, quâ anima separatur à corpore. Infernus locus, in quo animæ recluduntur, sive in refrigerio, sive in pœnis, pro qualitate meritorum. *Augustinus Epist. 28. quæ est ad Hieron. p. 38.* Requiem post mortem corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc sunt, quæ de anima firmissimè teneo. *Paulinus* Pammachium de uxoris obitu consolans, omnes pios ad locum refrigerii ex hac vita decedentes, transferri docet: Neque tibi, (*inquit*) sancte frater, hinc acrior doloris stimulus ingeratur, quod primæva decessit: quoniam huic ipsi casui solatium præbet sermo divinus: *Justus enim,* inquit, *si morte præventus fuerit, in refrigerio erit.* Intelligit autem haut dubie *Abrahæ sinum,* de quo alibi sic canit:

Hos inter alto in Abrahæ sinu,
Secretum ab igne divitum, &
Refrigerantem roribus vitæ locum
DEUS vivorum præparat.

Alibi verò omnes in DEO mortuos quiescere affirmat;

Sic & eos, qvicunqve fide vivente qviescunt,
Adducet CHRISTO cum remeante Pater.

Missa Latina: Memento etiam Domine famulorum famularumq; tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & *dormiunt in somno pacis.* Ipsis, Domine, & omnibus in Christo quiescentibus *locum refrigerii,* lucis & pacis indulgeas deprecamur.

§. 49. *Veteres non pauci, & quidem nobilissimi, omnes defunctorum in Christi fide hominum animas summâ felicitate, imo ipso etiam cœlo frui, scribunt.* Athenagoras, Legat. pro Christ.

T. I. Bibl. Patr. Græc. Lat. p. 77. qui anno centesimo & septuagesimo floruit; Πεπείσμεθα (*inquit*) ἡμεῖς ἐν ταῦθα ἀπαλλαγέντες βίου βίον ἕτερον βιώσεσθαι ἀμείνονα, ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε, καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον, ὡς ἂν μετὰ Θεοῦ, καὶ σὺν Θεῷ ἀκλινεῖς, καὶ ἀπαθεῖς τὴν ψυχὴν, οὐχ ὡς σάρκες, κἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ὡς ἐπουράνιον πνεῦμα μενοῦμεν. *Persuasi sumus nos hac mortali defunctos vitâ, alteram hac terrestri longè meliorem, nempe cœlestem victuros, ut apud DEUM, & cum ipso, jam immutabiles, & impassibili animâ, non tanquam caro, etiamsi eam circumferamus, sed tanquam spiritus cœlestis mansamus.* Cypriani *de mortalitate* aureolus extat *libellus*; in quo, cùm Christianam plebem contra grassantem tunc temporis Carthagine pestem consoletur, multis de morte fidelium sapientissimè philosophatur; ubique autem hoc ponit nos, quotquot in Christi communione vivimus, è terra discedentes optimi Domini sinu excipi. *Ejus est* (inquit) *mortem timere, qui ad Christum nolit ire; ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credit cum Christo incipere regnare.* Methodius *Biblioth. Cod 234. p. 487. ver. 23. apud Photium*; Τῆς ζωῆς (*inquit*) καταλυθείσης τῆς ὠκυμόρου τὴν πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἕξομεν οἴκησιν παρὰ τῷ Θεῷ, ἕως ἂν ἀνακαινοποιηθεῖσαν ἡμῖν ἄπτωτον ἀναλάβωμεν τὴν οἰκίαν. *Fluxa hac breviq; vitâ dissoluta habebimus apud DEUM habitationem ante resurrectionem; tantisper dum receperimus nostram domum innovatam, stabilem, neque unquam casuram.* Nazianzenus *Orat. 10. T. I.* Chrysostomus *T. I. in V. T. Hom. 51.* Τὸ μὲν πρότερον ὁ θάνατος εἰς τὴν ᾅδην κατῆγεν, νυνὶ δὲ ὁ θάνατος πρὸς τὸν Χριστὸν παραπέμπει. *Olim quidem ad infernum mors deducebat; nunc autem ad Christum mors transmittit.* Nyssenus *L. de virg. c. 3. T. 2.* Ὅταν ἀναλύσῃ τότε σὺν Χριστῷ γίνεται, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος. *Cùm dissoluta fuerit, tunc cum Christo est, ut inquit Apostolus.* Ambrosius *de bono mortis c. 3. T. I.* Solutio autem ista quid aliud agit, nisi ut corpus resolvatur, & *quiescat*; anima autem

 tem

tem convertatur in *requiem* suam, & sit libera, quæ si pia est, cum Christo futura sit? *Hieronymus Ep.* 25. his verbis docet in Blæsillæ epitaphio; *Lugeatur mortuus; sed ille, quem gehenna suscipit; quem Tartarus devorat; in cujus pœnam æternus ignis æstuat. Nos, quorum exitum Angelorum turba comitatur, quibus obviam Christus occurrit, gravemur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus.*

R.

Romana Ecclesia.

§. I.

DUO ei, qualis hodiè extat, imputantur: 1. *Novitas.* 2. *Hæresis.* Utrumque probatur ex sequentibus. Et quidem primò *Novitas*, tum in Fide, tum in Ritibus.

Novitas in Fide est, quòd docet 1. Scriptura Sacra, nisi accedat auctoritas Ecclesiæ, non plùs valitura est, quàm Æsopi fabulæ: *Eccius Enchirid. cap. 1. de Eccles. p. 28. 29. Hosius lib. 3. de authoritat. Sacræ Script. p. 562.* Olim veteres Papæ præcipiunt, Evangelia sacra in summa veneratione haberi. *De Consecrat. Dist. 1. c. 68. Apostolica.*

2. Editiones Bibliorum, Hebræa in Veteri, & Græca in Novo Testamento, non sunt authenticæ, corruptæ per Judæorum impietatem, aliamq; hominum operam. *Bellarm. lib. 2. de Verbo DEI. cap. 2. §. Sequitur. Stapleton. Relect. Contr. 5. Quæst. 3. Articul. 2. p. 523.* Latina autem vulgata est authentica. *Concilium Trident. Seß. 4. Sixtus Senensis lib. 8 Biblioth. hæres. 13. p 653.* Olim aliter docebant Pontifices, *Distinct. 87. c. 7. & Dist. 9. c. 6.*

3. Scri-

3. Scripturæ interpretatio non est petenda ex ipsa Scriptura. *Gretser. Tractat. de agnoscend. Scripturæ sensu c. 2. pag. 1954. a. seq. Hosius de expresso DEI verbo p. 686. l. c.* Aliter olim docuit Clemens I. Episcopus Roman. *dist. 37. c. 14.* Pontifices subsecuti sunt, *Caus. 24. Quæst. 3. Cap. 27.*

4. Scriptura Sacra non est norma Christianæ doctrinæ: *Staplet. Relect. Contr. 4. Quæst. 1. art. 3. p. 445. 447. 462. Gregor. de Valent. Anal. l. 5. c. 2.* Quia imperfecta. *Staplet. Relect. Contr. 4. Quæst. 1. art. 3. p. 143. Coster. part. 2. Apolog. p. 136.* Fallibilis. *Gregor de Valent. Anal. l 5 c. 2. pag. 24. fac. 1. Tanner. Apologet. cap. 5. p. 92.* Olim Pontifices docuerunt, Scripturam commendantes 1. ceu normam salutaris doctrinæ & divinam stateram, cui, quod in doctrina grave est, appendendum. *Caus 24. Quæst. 1 c. 21.* 2. Ut normam perfectam. *Caus. 31. Quæst. 1. c 13.* 3. Ut normam firmam & tutam. *Dist 9. cap 5.* 4. Ut verbum validum & forte, durabile, immutabile, perseverabile. *Caus. 35. q 10. c. 1.*

5. Scriptura Sacra est litera mortua, scripta atramento in membrana seu charta. *Coster. Enchirid. c. 1. de sacr. scriptur. p. 44.* Est vox fictitia. *Hosius l. 3. de autorit. sacr. Script p. 550.* Est testis mortuus. *Less. de Antichr. dem. 15. p. 124.* Non est verbum DEI, nisi improprie & analogicè. *Tanner. part. 2. Anal. demonst 4. § 11.* Est litera muta, ad docendum inepta. *Stapleton. Triplic. c. 23. p. 312* Refugium hæreticorum. *Becan. de Jud. Controv. §. 11. Gretser. defens 1. l 4. c. 4. p. 1561.* Hanc doctrinam tota antiquitas detestandæ Novitatis ream agit, teste Rom. Pontif. de veneratione Scripturarum, *de Consecr. dist. 1. c. 68. Apostolica.*

§. II.

Romana Ecclesia nova, olim incognita, doctrinæ salvificæ media Christianis obtrudit: Sunt autem

1. Visiones, in quibus apparent, CHRISTUS, Angeli aut Sancti, homines de rebus salutem concernentibus informantes. Vide 3. *decret. tit. 32. de conversat. conjug. c. 14.* ex parte. Ur-

banus

banus Papa II. legem privatam dicit: *Cauſ. 19. quæſt. 2. cap. 2.*

Hoc doctrinæ medium *Novitatis* arguit *Baronius Ann. 101. §. 3. 4. Ann. 604. §. 5. Ann. 853. §. 61. Ann. 867. §. 78.* & alibi.

2. Pontificis Romani pronunciatum: quod, tanquam cœleſte & prorſus infallibile, abſolutâ fide & obſequio acceptandum eſſe, omnes Pontificii, ceu primum ſuæ fidei principium credunt. Inventum Novum eſt; nam longè diverſum olim in Eccleſia valuiſſe, Pontifex *diſt. 9. c. 11.* Ipſum Jus Canonicum, in quo ſolo Papa ſubditis loquitur tanquam Pontifex & ex cathedra, novum eſt, originem ducens ab *anno 865.* teſte Baronio *anno 865. §. 5. ſeq.* Porrò inter illa Juris Canonici decreta quædam conſtitutiones confictæ ſunt, *diſt. 19. c. 9. Anaſtaſ.*

3. Scripta ſacra Patrum: *Jacob. Hack. qv. 1. c. 2. 3. 4. 6. 11.* & alios. At antiqua Eccleſia ſecùs docuit, dicente *Auguſtino*, & calculum addente Rom. Pontifice, *diſt. 9. c. 3.* Noli, noli meis literis. *C. 9.* Noli frater, hoc genus literarum &c.

4. Decreta Conciliorum: ſunt illa ſupremum Eccleſiæ tribunal, & abſolutum medium docendi Eccleſiam. *Bellarm. l. 2. de Concil. c. 2. ſeq. & cap. 11. Tannerus part. 2. Anat. dem. 10. §. 222. ſeq. Caniſius Oper. Catechiſt. p. 182.* Doctrina hæc nova eſt, decedentibus enim Apoſtolis, Concilia demùm quarto ſeculo, imperante Conſtantino Magno celebrari cœperunt, *Inſtit. Juris Canon. lib. 1. tit. §. 3.* Concilia Evangeliis æquiparanda, *teſt. c. 8.* Sancta Romana *Diſt. 15.*

§. III.

Media ſalutis, primitivæ Eccleſiæ occulta, in cœtum fidelium introduxit.

Media ſalutis ſunt, per quæ DEUS tanquam per ordinaria media, hominibus gratiam, remiſſionem peccatorum, à ſpiritualibus hoſtibus ſecuritatem, & tandem æternam beatitudinem confert.

(1) Bona opera, quæ quisque ſive juxta præcepta divina, ſive per electionem propriam, ex bona intentione operatur. Bona opera ſunt ad ſalutem neceſſaria, *Staplet. Promptuar. Cathol.*

Dom. 17. post Pentecost. §. 3. *Dom. 19.* §. 1. Disponunt ad gratiam, *Theod Peltan. de Satisfact Sect. 7.* §. 83. Merentur vitam æternam, *Bellarm. l. 4. de Pœnitent. c. 8.* In forma absolutionis vi bonorum operum peccata remittuntur, *Tolet. Instr. Sacerd. l. 3. c. 11. p. 424.* Olim Ecclesia aliter docuit, testis Pontifex: Creatura non habet, quod pro meritis respondeat Creatori. *3. decret. tit. 41. de celebration. Missar. c. 11. Caus. XXXIII. q. 3. dist. 3. c. 48.*

(2) Publica pœnitentia & peccatorum confessio. Quæstio hic non est de pœnitentia nobis in Scripturis commendatâ, *Matth. 3. v. 2. Luc. 24. v 47.* Sed ea, quæ in Romana Ecclesia censetur Sacramentum, *Bellar. l. 1. de pœn. c. 8. seq.* includit Confessionem, *Caus. 33. quæst. 3. dist. 1 cap. 38. & 41.* Satisfactionem, *Caus. 33 quæst. 3. dist. 1. c. 54.* & Manus Impositionem, *Caus. 26. qu. 6. c. 8.* Quæ Romana Ecclesia adeò necessaria censet, ut omnia peccata deleat, *Bellarm. l. 2. de Contrit cap. 15. 16.* Olim aliter docuerunt, ut ostensum *Tit. de Confessione.* suprà.

(3) Jejunium, quod delet & expiat peccata: *Azor. Tom. I. moral. lib. 7. c. 22. p. 596.* Recuperat homini gratiam amissam, *Tolet instruct. sacerd. lib. 6. c. 2. p. 739.* Est utile ad satisfaciendum DEO & placandum eum, *Bellarm. l. 2. de bon. operib. in partic c. 11.* §. Ad acquirendam sanctitatem, *ibid. c. 8.* §. Ad merendum beneficia DEI temporaria & sempiterna, *ibid. c. 11.* Olim aliter docuerunt. Vide *sequent. Titul. de cultu.* & suprà *Tit. Jejunii.*

(4) Corporis flagellatio. *Gretser. lib. 3. de disciplin. cap. 1. Id lib. 2. c. 3. p. 113. l. 2. c. 5. p. 124.* Atqui per annos mille hoc medium salutis Ecclesiæ veteri fuit incognitum. Vide prolixè *Joa. Davenant. in Coloss. 11. v. 23.*

(5) Monachatus, seu Votum Religionis. *Caus. 33. quæst. 5. c. 9.* Professio Monastica delet peccata, *Zwing. Theatr. p. 1366. b. 1390.* Est singularis gloriæ meritoria, *Bellar lib 2. de Monach. c. 9.* §. Res nova est: Vid. infr. *Titul. Regiminis Ecclesiastici* §. 119. & suprà *Tit. Monachi.*

(6) Sacrificium Missaticum: quod expiatorium peccatorum

catorum Romana jactat Ecclesia, *Bellarm. lib. 1. de Missa, cap. 6. seq. lib. 2. c. 1. sequ.* Christiani sexcentis annis post Christum natum hoc salutis medio caruerunt.

(7) Aqua lustralis, egregium salutis medium auferens impedimenta gratiæ: *Marsil. Columna hydragiolog. sect. 3. c. 2. §. 2.* delens peccata venialia, *Gregor. de Valent. Tom. 4. disp. 7. qu. 4. punct. 1. pag. 1544.* fugans dæmonem, *Baron. ann. 389. §. 180.* pellens ac solvens incantationes & præstigias Satanæ, *Bellarm. lib. 3. de cultu sanct. c. 7. Marsil. Columna hydrag. sect. 3. c. 5. 6.* Origo refertur ad Alex. I. P. R. A. C. 121. *Platina.*

(8) Orationes vivorum pro mortuis, censentur insigne adjumentum, animabus in purgatorio constitutis subveniens, *Bellarm. lib. 1. de Purgat. c. 9. seq.* Olim docuerunt aliter, teste Papâ *Caus. 13. quæst. 2. c. 20. in præfat.*

(9) Indulgentiæ: sunt medium liberationis à peccato, meritorium & satisfactorium pro vivis pariter ac defunctis, *Bellarm. lib. 1. de Indulg c. 10. Benzonius de Jubilæo lib. 2. cap. 31. 38. Lancellotus Quare 66. §. 5. seq.* Olim ignorârunt. Nam *Polyd. Verg. lib. 8. c. 1.* publicam illam indulgentiarum nundinationem refert ad tempora Sixti IV. & *Ann. 1475.* de prima illarum origine sic differens: Ego originem, quod mei est muneris, quæritans, non invenio antè fuisse &c.

(10) Sepultura in locis consecratis, ubi Sancti seu Martyres quiescunt: prodest animabus, *Lancell. Quare. 100. §. 6.* Defuncti precibus Martyrum adjuvantur, *Baron. Ann. 236, §. 12.* Dæmones pelluntur, *Tanner. Part. 2. Anatom. dem. 9. §. 131.* Olim docebatur in Ecclesia, ipso Pontifice dicente, nobilitate loci gratiam DEI non comparari, *dist. 10. cap. 9.*

(11) Pecuniæ, quæ putantur medium remissionis peccatorum ac vitæ æternæ ac salutis impetrandæ: supra modum commendantur *1. decretal. tit. 2. de foro compet. cap. 16. 3. decret. tit. 19. de rerum permutat. c. 2.*

(12) Invita debiti conjugalis redditio & necessarii conjugii deploratio: Sunt & hæc media salutis, *Caus. 33. qu. 5. c. 1.*

(13) Conjugium cum meretrice publica. *Instit. Juris Canon. lib. 2. tit. 12. Quæ matrim. imped. §. Quia potius.* Innocentius III. concessit peccatorum veniam meretrices ducentibus, *Bzov. ann.* 1198. §. 7.

§. IV.

Regimen Ecclesiasticum per omnia novum constituit: *1. In genere. 2. In specie.*

In genere, primò:

Ea, quæ Romana Ecclesia tenet, ceu toti ordini Ecclesiastico communia, nova sunt, & Apostolicæ Ecclesiæ incognita, sunt ferè sequentia:

(1) Omnium personarum Ecclesiasticarum sit definita ætas. *Dist. 78. c. 2. Polyd. Verg. l. 4. de invent. cap. 8.* testatur, ortum esse ex constitutione Bonifacii I. qui circa annum 420. Sedi Romanæ præfuit.

(2) Personæ Ecclesiasticæ non laborent notabili membrorum defectu. Novitas hæc est ab Athanasio I. circa annum 400. Idem testatur *Polydor. Vergil. l. 4. de invent. c. 8.*

(3) Personæ Ecclesiasticæ sint cœlibes. *Distinct. 81. c. 19.* Ministri. *dist. 82. c. 3.* Olim aliter docuerunt, prout dedimus supr. *Tit. de Clericis.*

(4) Digami sint ab officiis Ecclesiasticis penitùs prohibiti. *Dist. 34. c. 14. dist. 39. c. 2.* Quidam Tertullianum illius aliquam fecisse mentionem dicunt: *Baron. ann. 58.* Alii referunt ad Concilium Nicenum, *Ann. 325.* celebratum. *Polydor. Vergil. l. 4. de invent. c. 6.* Vid. supr. *Tit. Clerici.*

(5) Personæ Ecclesiasticæ peculiari ipsis assignato vestitu utantur. *Dist. 23. c. 9. Ecclesiastica. 3. Decret. tit. 1. de vita & honest. Cleric. c. 15.* Novitatem confitetur *Polyd. Vergil.* hujus statuti primum authorem faciens Stephanum primum, qui sedit circa annum 260. *l. 6. de invent. c. 12.*

(6) Per-

(6) Personæ Ecclesiasticæ gestent in capite coronam, seu rasum verticem, *Dist. 23. 3. Decret. tit. 3. de Clericor. Conjug. c. 7.* Primus autor censetur *Anacletus quintus* à Petro, Pontifex circa annum 103. *Polyd. Verg. l. 4. de invent. c. 8.* aliis *Anicetus*, (qui præfuit ann. 175.) *Baron. ann. 175. §. 3. Polydor. Vergil. l. 4. c. 8.*

(7) Personæ Ecclesiasticæ ab omni Jurisdictione ac potestate Magistratus secularis sint exemptæ, *1. Decret. tit. 33. de Majorit. & obed. c. 6. Solicitæ. 2. Decret. tit. 2. de foro compet. c. 2.* Olim aliter docuerunt. Vid. Tit. *Magistratus.*

(8) Ecclesiasticæ personæ vivant liberaliter sine labore, ex aliorum opibus, *Caus. 12. quæst. 2. cap. 75.* Aliter *Nannetense Concilium dist. 93. c. 2.* Itemq; *Carthaginense ibid cap. 5. 4.* Hieronymus & postmodum Pontifices Rom. *de Consecrat. dist. 2. c. 33.*

(9) Clerici ex omnibus bonis decimas captent. *3. Decret. tit. 30. de decimis. cap. 19. 22.* Olim aliter docuit *Tertullianus* apud *Baron. Ann. 57. §. 77.*

(10) Clericis cedant primitiæ. *3. Decr. tit. 30. de decimis. cap. 1.* *Polydorus Vergil.* hujus Novitatis authorem facit *Eutychianum*, Episcopum Romanum, qui *circa annum 280.* jusserit frugum primitias in altari consecrari, *lib. 9. de invent. c. 24.*

In Specie, secundò:

Quicquid Ecclesia Romana docet de summo suo Pontifice, id totum novum & Apostolicæ Ecclesiæ incognitum.

(1) Nomina Romani Pontificis nova sunt. Nomen *Pontifex maximus* sive *summus* Episcopo Romano competit; siquidem verò nec Petrus, nec quisquam inter primos Rom. Episcopos hunc titulum usurpavit, non diffitebitur Romana Ecclesia, rem esse novam; quippe cujus indicium ante *Tertullianum* invenire non potuit *Baronius Ann. 142. § 4.* Imperatores Christiani

 gesse-

gesserunt olim hunc titulum, A. C. 360. Constantin. Magnus, *Euseb. l. 8 c. 29.* Gratianus, Valens, alii. De quo adi *Cl. Selden de synedr. l 1, c. 10.* ubi docet, rejectum hunc titulum posteà à Cæs. Christianis fuisse, ob superstitionem Ethnicam. Sanè si Cæsares rejecerunt tali de causa, quomodo verisimile fuerit, assumtum à piis tunc Romæ Episcopis.

(2) Titulus *Patriarcha* olim competebat Romano Episcopo: Sed non ab Apostolis Episcopi, Antiochenus, Alexandrinus, Jerosolymitanus & Constantinopolitanus olim dicebantur Patriarchæ, *1. Decret. tit. 33. de Majorit. & obed cap. 8.*

(3) Episcopus Romanus nomen *Papa* sibi peculiare possidet præ omnibus orbis Episcopis: Erat olim nomen hoc quibuscunque Episcopis commune, *dist. 18. cap. 15. Baron. ann. 165. §. 10.* Sibi autem novo ausu proprium fecit *Gregorius VII.* in Synodo Romana *Anno* 1073. teste *Lorino in Act. 1. v. 16. p. 56. fac. 2. & in cap. 10. v. 17. p. 746. fac id.* Adde *Savaron. in Sidonium.*

(4) Episcopus Romanus ornandus est titulo *universalis* & Oecumenici Episcopi. Hunc titulum nemo ante Gregorium acceptare voluit, *Dist. 99. c. 3. Baron. ann. 451. §. 150. & ann. 595. §. 52.* Olim contradixerunt sancti Patres, *dist. 40. c. 12.* Papa Pelagius II. *dist. 99. cap. 4.* Gregorius Magnus *ibid. cap. 5.*

(5) Modus, eligendi Romanum Pontificem, novus est. Electio hæc unicè sita est in potestate & suffragiis Cardinalium, præter quos nemo vel tantillum habet juris & potestatis. *Bellarm. lib. 1. de Cleric. c. 9.* Olim Clerus Romanus, populo petente, Senatu consentiente, Romanum Episcopum eligebat, *Baron. ann. 419. §. 8. Ann. 590. § 5. Ann. 686. §. 3. Ann. 885.* Jus eligendi Rom. Pontific. in perpetuum fuit confirmatum ab Hadriano I. circa annum 774. *dist. 63. cap. 22.* Auxerunt deinceps Leo III. Adrianus II. & Nicolaus II. A. C. 1059. *Baronius.* De Electione P. R. adi *Herm. Conringium & P. Molin. de Monarchia Pontificis.*

(6) Potestas Papæ nova est, & quidem gemina, *spiritualis & secularis.* Bellarm. *l 4 & 5. de Rom. Pontif. Extravag. Comm. lib. 1. tit. 8. c. 1.* Olim aliter docuerunt: *Sixt. lib. 1.*

tit. 6.

tit. 6. elect. cap. 17. Papa Nicolaus Caus. 33. quest. 2. cap. 6. Innocent. III, 1. Decret. tit. 6. de election. cap. 34.

(7) Pontifici Romano competit summa & universalis potestas super omnes Ecclesias totius orbis, imò super omnes omninò Christianos. *1. Decretal. tit. 6. de elect. cap. 19.* Caput est omnium Episcoporum. *2. Decret. tit. 26 cap. 17.* Pastor omnium fidelium. *3. Decret. tit. 19. de rer. permut. cap. 8.* Olim aliter docuerunt: *Francis. Coster. Enchirid cap. 3. de summo Pontifice, pag 167. Gregor. de Valent. Anal. l. 7. c. 6. §.* Hæc ita ordine. In Concilio Niceno anno 325. confirmata fuit Romano Episcopo cura & inspectio Ecclesiarum suburbanarum: *Baron. ann 325. §. 124. seq.* In Concilio Chalcedonensi Episcopatum universalem Rom. Pontif. oblatum, sed ab eo recusatum fuisse, ait *Gregorius Magnus dist. 99. pag. 5.* & *dist. 93. cap. 24.* Romanus & Constantinopolitanus Episcopi contenderunt de primatu, *Baron. ann. 472. §. 2. seq. ann. 595. §. 27. seq.*

(8) Omnes Christianos sub periculo salutis oportet subesse Romano Pontifici. *Extrav. Comm. lib tit. 8. de Majorit. & obed. cap. 1.* Olim docuer. aliter. Papa: *Dist. 21. cap. 2. In novo caus. 24. quest. 1. c. 18. & Caus. 33. quest. 7. cap. 33. Baron. ann. 708. § 2.*

(9) Solius Romani Pontificis est, Episcopos electos confirmare ac investire. *Dist 63. c. 18.* Olim hæc dignitas Imperatori competebat, *Dist. 63. cap. 22. Hadrian. cap. 23 in Synodo.*

(10) Solus Pontifex jus & potestatem obtinet convocandi Concilia, *Bellarm lib 1. de Concil. c. 12.* Imperatore atque Regibus prorsus exclusis, *Baron. ann. 869 §. 51. ann. 1137. § 19* Olim ab Imperatoribus & Regibus congregata sunt Concilia, & quidem quatuor generalia, *dist. 15. c. 3.* & alia plura. Patres sine Pontificis autoritate convocarunt Concilia, *Cyprian. Ann. 257. §. 12. ann. 258. §. 5. 27.* Osius *Ann. 318. §. 22.* Athanasius *Ann. 363. §. 132.* Meletius *ann. 363. §. 130.* aliiq; complures. Vide Titulum *Concilia,* & Titulum. *Magistratus.*

(11) Papa Romanus obtinet potestatem civilem supra omnes Magistratus Politicos orbis Christiani, imò & supra Christianismi hostes. *Dist. 96. c. 1. 5. decret. tit. 39. cap. 53. gravem:* Romanum

Impe-

Imperium sibi fecit feudum, *Extrav. Joh. 22. tit. 5. cap. 1.* Poscit ab Imperatore juramentum fidelitatis, *Clem. 2. tit. 9. cap. 1. Romani. 2. decret. tit. 2. 4. cap. 22.* Regum titulo ornat; terras & regionibus aliorum populorum donat Magnatibus Christianis. *Bzov. ann 1220. §. 5. &c.* Olim non fuit sic. Baronius antiquiorem originem invenire non potuit. *Ann. 314. §. 56. 57. Bellarm. lib. 5. de Rom. Pontif. c. 8.*

(12) Papa merè civile dominium obtinet super quasdam provincias& regna. Pontifex enim jactat dominum se Siciliæ. *Baron. ann. 1193. §. 16.* Apuliæ, *Ann. 1128. §. 1. Ann. 1137. § 7. seq.* Exarchatum sibi arrogavit, *Baron Ann. 772. §. 8. Ann. 774. §. 6.* Alpes Cottias. *Bar. Ann. 712. §. 9.* Tannerus *Diopt. lib. 3. quæst. 2. cap. 8. pag. 863* tantùm ex donatione Cæsaris hæc repetit.

Fastus & superbia Romani Pontificis nova est.

(1) Aula Romana majore mundi gloriâ splendet, quàm ullius Regis. *Baron. ann. 593. §. 60.* Vide *J. Hornbeckii Examen Bullæ Innocent. X. P. R. & Savedra Symbol. 100.* *Baronius* in quintum seculum crescentem illam superbiam referens, duas illius reddit causas: unam urbis Romæ magnificentiam, *ann. 402. §. 45.* alteram opum & divitiarum incrementum. §. 47.

(2) Romanus Pontifex postulat à summis Impp. atque Regibus pedum suorum oscula. Imperator coronationem petens à Pontifice, illius pedes publicè osculetur. *Liber Ceremon lib. 1. sect. 5.* Exemplo novo & à S. Petro *Actor. 10. v. 25. 26* cæterisq; Romanis Episcopis antiquioribus, alienissimo. Ante Sylvestrum I. neminem nobis monstrabit Rom. Eccles. qui honorem istum vel ambierit, vel acceptârit. Initium istius rei fecisse videtur Imperator Justinianus, qui Papæ Constantino obviam factus cum corona se prostravit, pedes osculatus Pontificis. *Baron ann. 710. §. 2.* Id postea in consuetudinem abiit. Vid. *Lindebrogium in Ammianum Marcellinum.*

(3) Papa in publicum processurus humeris ministrorum etiam Magnatum gestatur. *Novam* hanc originem refert ad tempora Stephani II. cujus Pontificatus incidit in *Annum Christi 752.*

Polyd.

Polyd. Vergil. lib. 4. de Invent. cap. 10. (4) Papa vestitu peculiari ornatus incedit: Purpurâ, triplici coronâ & Pedo. Res nova: Purpuram primus sumsisse putatur Paschalis 2. *circa annum 1099.* Coronam ex auro & gemmis pretiosis confectam ab Imperatore Constantino oblatam, Silvester primus *circa annum* 314. recusavit, cujus loco sumsit phrygium candido nitore splendidum. *Dist. 96. c. 15.*

Quicquid Ecclesia Romana docet de Ordinibus Ecclesiasticis, illud totum novum est, & Apostolicæ Ecclesiæ incognitum.

I.
Cardinales novi sunt.

(1) Cardinales constituunt supremum Romani Pontificis, ejusq; Ecclesiæ Senatum. Triplex est illorum officium: *Primum* est commune cum Episcopis, Presbyteris & Clericis: *Secundum* est eligere Pontificem. *Tertium*, Pontificem in regenda Ecclesia adjuvare. *Bell. lib. 1. de Clericis. cap. 16. §. Jam de officio. Baron. ann. 882. §. 8.* Hanc originem circa annum 112. sub Evaristo cœpisse, existimat *Baron. ann. 112. §. 9.* Alii Marcellum primum circa ann. 305. autorem faciunt. *Polyd. Vergil. lib. 1. c. 9. p. 337. 339. seq.* Vide Titulum supr. *Cardinales.*

(2) Habitu peculiari insignes sunt, galero rubro & purpurâ. Innocentius IV. ann. 1245. galero rubente illos exornavit. *Bzovius ann. 1245. §. 1.* post annos 52. Bonifacius purpuram addidit, *Bzov. ann. 1297. §. 9.* unde postmodùm Cardinales *Patres purpurati* dici consueverunt, *Bzov. ann. 1334. §. 4. ann. 1348. §. 6. ann. 1552. §. 8.*

(3) Ordines, Episcopi & Presbyteri ipso officio sunt distincti. *Bellar. l. 1. de Cleric. c. 14. seq. Staplet. Relect. Contr. 2. quæst. 3. art. 3.* Aliter olim. Presbyterium, quod *1. Tim. 4. v. 14.* dicitur, *Lessius* ipse *Consider. 9. rat. 2.* interpretatur *Cœtum Episcoporum. Bellarm. l. 4 de not. Eccles. c. 8. §. Quantum.* Hinc Episcopus, Presbyter & Doctor, promiscuè in Scriptura dicuntur.

Staplet. Relect. Contr. 2. quæst. 3. art. 3. p. 113. Ipseq; Pontifex *Distinct 93. c. 24.* expresse ait: Legimus per &c. It. *Dist. 95. c. 5.* & cum hoc Pontifice D. Hieronymus. *Baron. ann. 58. §. 11.* Vide Titulum *Episcopi, Clerici,* suprà.

(4) Electio Episcopi est penes Clerum, seu Collegium Canonicorum, Confirmatio penes Papam, exclusis quibuscunque Laicis, *Bellarm. lib. 1 de Cleric cap. 7, 8.* Olim Episcopi omnium voluntate & consensu eligebantur, constituente Papâ Gelasio, (anno 492.) *Dist. 63. Cap 11. Plebs.* Communi suffragio Cleri ac plebis, decernente *Gregorio Magno* circa ann. 600. *Dist. 61. c. 16.* *Seculo sexto* decernebant Imperatores, quid facto opus esset circa electionem Episcopi. *Baron. ann. 528. §. 12.* Tempore Caroli Magni adhuc nono seculo, id observabatur. *Baron. ann. 813. §. 21. 22.* Quamvis autem Pontifex subindè moliretur ab hoc jure Imperatores depellere, factum tamen anno 1122. ut Callistus II. Papa Imperatori Henrico IV. idem jus de novo cederet, teste *Baron. ann. 1122. §. 7.* Vide suprà Tit. *Clerici.*

(5) Potestas Episcopi est simul Ecclesiastica & Politica. *Distinct. 39. Præfat.* Olim judicabatur alienum. *Dist. 88. cap. 4.* In Concilio Carthaginensi IV. circa annum 418. prohibentur Episcopi à tuitione Testamentorum. *Dist. 88. c. 5.* In Concilio Agathensi anno 506. (*Baron. ann. 506. §. 2.*) in universum à cognitione causarum secularium. *Caus. 11. quæst. 1. c. 47.*

(6) Pallium Episcopale traditur recens electo Episcopo in signum confirmationis & introductionis ad plenam usurpationem omnium partium sui officii. *Baron. 601. §. 22. Ann. 933. §. 57. ann. 743. §. 5. 1. Decret. tit. 6. de elect. c. 4. signific. tit. 8. de auct. & usu pallii. c. 3.* *Novitas* hæc est & ad capturam auri & argenti inventa: *Polydor. Vergil. l. 4. de invent. c. 12.*

(7) Officium Episcopi hodiè non est, tantùm lectioni, orationi ac prædicationi vocare, & ægrotos visitare, potiùs more mundano provincias gubernare. Olim aliter docuerunt: *Dist. 93. c. 11. dist. 25. c. 2. dist 88 c. 6 dist 95. c. 3.*

(8) Clerici septem ordinibus distingvuntur: Sunt enim Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius.

rius. *Bellarm. lib. 1. de Cleric. cap.* 11. Olim aliter docuerunt. *Dist. 60. c. 4. 1. Decret. tit. 14. de ætate &c. c. 9. Baron. ann.* 44. §. 77. conjicit originem in annum 284. à C. N.

(9) Ordo, sive Status Monasticus novus: Sunt illic nova:

Ipsum Institutum: *Caus. 11. quæst. 3. c. 24.* Quidam censent cœpisse mox post Apostolorum tempora. *Bejer. Conc. Select.* 37. Alii fundationem attribuunt Pio I. circa ann. 170. *Polydor. Vergil. lib. 4. cap. 13.* Quidam Basilio, qui vixit anno 383. inventum adscribunt. *Polyd. Vergil. lib. 7. cap. 2.* Cœteris contradicentibus, *Baron. ann. 328.* § 19. *Ann.* 361. §. 50. 51. qui Antonium circa ann. 360. primum authorem Monachatus substituunt: *Bellarm. lib. 2. de Monach. c. 5. §. nunc quod attinet*: Nonnulli putant Benedictum Nursinum fundâsse Monasticam vitam in Occidente, Basilium in Oriente circa ann. 216. & 380. *Polyd. Vergil. l. 7. c. 2. p. 565.* Baronius Romæ prima Monasteria condita memorat *Ann. 328. §. 21.* Vide Titulum: *Monachi.* suprà.

Monachi tenentur præstare votum paupertatis. *Bellarm. lib. 2. de Monachis. c. 5. § Essentia c. 20. 3. Decret. tit. 35. de Statu Monach. c. 2.* Hanc *Novitatem* Basilio autore introductam existimat *Polyd. Verg. l. 7. c. 2. p. 565.* Alii ab Urbano primo Episcopo Romano introductam statuunt: sederat ille ann. 230.

Monachi tenentur præstare votum continentiæ. *Caus. 27. quæst. 1. c. 20. nubendi. c. 22. si quæ virgo. Caus. 32. qu. 8. c. 1.* non solùm, ut illius etiam *velle nubere* damnabile sit. *Caus. 27. quæst. 1. c. 2. de voventibus. c. 3. Ananias. dist. 27. cap. 4. voventibus.*

Monachi tenentur præstare votum obedientiæ. *Bellarm. l. 2. de Monach. c. 21. Tanner. part. 1. Anat. Demonst. 1. §. 1. 1. Decret. tit. 31. de regularibus &c. c. 16. sicut nobis. c. 24. Ne religiosi.* Olim aliter fuisse docet *Polydor Vergil l. 7. c. 1. de invent.*

Monachorum sunt diversi Ordines, fermè absque numero. *Bellarm. l. 2. de Monach c. 3.* Vide Titul: *Ordines* suprà.

Eremitarum ordo sanctus, perfectus & DEO

gratus est ob solitudinem & asperitatem vitæ. *Bellarm. l. 2. de Monach. c. 39. §. Ad vitam.* *Novum* institutum est, *Baron. ann.* 253. §. 108. Primus autor Eremitici Ordinis perhibetur fuisse quidam, Paulus nomine, anno 250. dicente *Baron. ann.* 253. §. 111. *sequ.*

Monachis, qui voto parentum in infantia ordini fuerunt traditi, perpetuò illic permanendum est, ut aditus ad mundum revertendi penitus intercludatur. *Caus.* 20. *quæst.* 1. *c.* 3. *c.* 4. 5. *&* 6. Hoc novum inventum in Concilio Toletano II. *anno* 531. *Baron. ann.* 531. §. 12. fuit reprobatum.

Monachi jubentur à sectanda scientia artium & studiis abstinere, nisi peculiari indultu ipsis permittatur: Statutum est Bonifacii octavi, qui sedit anno 1294. *Sext. l.* 3. *tit.* 24. *c.* 2. Alexander III. prohibuit, qui vixit *anno* 1160. 3. *Decret. tit.* 50 *ne Clerici &c. c.* 3. Johannes XXII. circa annum 1361. *Extrav. Commun. l.* 3. *tit.* 1. *de vita & honesta Cleric. c.* 1. Olim aliter docuerunt. *Dist* 37. *c.* 14.

Monachis de victu necessario & honesto prospiciendum est, sic tamen, ut sine suo labore, ex aliorum liberalitate abundent. *Caus.* 19. *quæst.* 2. *c.* 7. *Caus.* 12. *quæst.* 1. *c.* 16. *quæst.* 2. *cap.* 75. Olim aliter docuerunt. *Bellarmin. l.* 2. *de Monachis. cap.* 42. §. *Ad argumentum tertium. Papæ de Consecrat. Distinct.* 5. *c.* 33. *Tanner. part.* 2. *Anat. dem.* 8. §. 26. 28.

§. V.

Cultum novum & in Ecclesia verà inauditum usurpat.

Cultus Ecclesiæ Romanæ aut verus aut falsus est:

Verum & antiqvum veteri Ecclesiæ solennem Ecclesia Romana suis additionibus maculavit, detractionibus corrupit, mutationibus pervertit, ut sub antiquo nomine cultus antiqvus non superfit, totus autem in alium & novum degenerârit.

Falsum, & Ecclesiæ antiquæ prorsus ignotum, introduxit, & vero transfigurato conjunxit. Patet ex sequentibus:

(1) FESTA suis additionibus maculavit. Sic Festum Paschatos sub necessitate & anathemate die Dominicâ celebrandum est. *Colloq. Ratispon. Sess. 10. p. 300. seq. Bellarm. l. 3. de cultu sanct. c. 16.* §. Quomodo Victor I. Episcopus Romanus circa annum 200. constituit. *Baronius* contradicit *anno* 159. §. 1. *Polydor. Vergil. l. 6. de invent. c. 7. p.* 507. Vide *Titulum de Festis.*

(2) SACRAMENTA mutilatione, immutatione & abusu corrupit. Sic

(3) BAPTISMUM in Campanas transtulit. *Tanner. diopt. l. 2. quæst. 4. c. 20. p. 496. 497. Bellarm. l. 4. de Rom. Pontif. c. 12. §. Vel igitur. Hosius l. 4. de Cathol. Eccles. p. 649. a.* Aliter originem Novitatis hujus quærit *Durandus de rit. Eccles. lib* 1. *c.* 22. §. 6. *in libro Ordinis Rom. & Alcuino*, hoc est, ad minimum in seculo octavo, & *Beyerlinck. Conc. Sect.* 44. *p.* 799. ex Baronio refert, Johanhem XIV. ann. 868. primariam Lateranensis Ecclesiæ campanam ad honorem S. Johannis consecrâsse & hoc nomine idcircò vocari cœpisse: Atque hunc Johannem istius benedictionis auctorem fuisse non inficiatur. *Bell. l. 4. de Rom. Pontif. c.* 12. §. *Vel igitur.* Vide Titulum: *Sacramenta.*

In Eucharistia panem azymum necessariò adhibendum statuit. *Durandus rational. l. 4. c. 41. §. 9. Bellarm. l. 4. de Euchar. c. 7.* Novum institutum est sancitum ab Alexandro I. qui vixit anno 121. seq. Posteà res ipsa in disceptationem venit inter Ecclesias Græcas & Latinas; Tandem seculo 12. in *Concilio Florentino* antiqua libertas revocata fuit, ut quævis Ecclesia sive azymo sive fermento pane libere uteretur, teste *Durando l. 2. de ritib. Eccles. c. 38.* §. 5. Ab eo tempore Græci panis fermentati, Latini verò azymi usum ceu necessarium reduxerunt.

In calice Eucharistico non tantùm vinum adhibet, sed etiam illi admixtam aquam. *Durandus Rational. l. 4. c. 30. §. 18. 19. It. l. 2 de rit. Eccl. c. 27. §. 1. seq. Bellarm. l. 4. de Eucharist. c. 10.* Autorem novæ sanctionis

 esse

esse Alexandrum I. qui post annum 120. hanc ediderit constitutionem, omnes fatentur: *Platina in ejus vita. Polydor. Verg. l. 5. c. 10. Durandus l. 2. de ritib. Eccles. c. 27. §. 1. Concilium Tridentin. Sess. 22. c. 7.* præceptum esse, *ait,* ab Ecclesia Sacerdotibus &c.

Eucharistia (hoc est, panis consecratus) asservanda est in usum Ecclesiæ. *Bellarm. l. 4. Euchariſt. c. 1. seq.* Olim aliter docuit Episcopus Romanus Clemens *de Consecr. dist. 2. c. 23. Concilium Toletanum I.* sub Anastasio Papâ circa annum 400. *Canone* 14. ita sanxit: Si quis acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumserit, velut Sacrilegus propellatur. *Tom. 1. Concil.* Et *Concilium Cæsar-Augustanum Can. 3.* huic asservationi grande opposuit anathema: Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumsisse, anathema sit in perpetuum. *Tom. 1. Concil. p. 1049. b.*

Communio Eucharistica gemina est; Laica & Sacerdotalis. Distinctio fundatur in *Dist. 50. c. 7. si Episcopus. c. 8. Quis viduam. Bellarm. l. 4. de Eucharist. c. 24. §. quintus. Durandus lib. 2. de ritib. Eccles. cap. 55. §. 5. seq.* Cùm verò neque Christi institutio, neque Apostolica praxis tale quid habeat, Novitatis rea arguitur, originem sumens ex fundatione Missæ, de quâ pòst *Bellarm. loc. dicto. §. quintus.*

Communio Laicis tantùm sub una specie administratur: *Bellarm. l. 4. de Euchar. c. 20. seq.* Olim aliter docuerunt. Vid. Tit. *Cœna* suprà.

Communio non sumenda, nisi à Jejunis. *De Consecr. dist. 1. c. 49. Sanctum. Durant. de rit. Eccles. l. 2. c. 55. §. 12. Durand. rational. l. 4. c. 54. §. 15.* post sumtum cibum communicans excommunicatur. *Caus. 7. quæst. 1. c. 16. Nihil contra. Bellarm. l. 2. de Missa. c. 14. §. Lutherani.* excipit necessitatis casum, quo etiam permittatur, Communionem post cibum sumere. Novum institutum est. In libero usu Ecclesiæ fuisse, ut Christiani veteres ob reverentiam Sacramenti, jejuni communicarent, libenter concedimus. *Baron. anno 325. §. 160.* ad tertium

Con-

Concilium Carthaginense, sub Siricio Papâ ann. 397. (*Baronius ann. 397. §. 44.*) provocat & originem quæritat.

Eadem ratio est mandati Jejunii post sumtam Eucharistiam. *De Consecr. dist. 2. c. 23. Tribus.* Item præceptæ abstinentiæ ab actu conjugali per aliquot dies ante sumtionem Eucharistiæ. *De Consecr. dist. 2. c. 21. Omnis homo. Durandus de ritib. Eccles. l. 2. c. 55. §. 13.* At olim reverentiæ causâ, ex mera tamen libertate, recte observabantur, non aliter atque solebant veteres ante sumtionem Sacramenti & pedes lavare. *Durand. ibid. §. 14.* Qui tamen mos in legem non abiit: Non igitur hinc probatur antiquitas legis & statuti. Similiter olim nemo definivit, quoties singulis annis communicare oporteat. Zephyrinus anno 203 minimum *semel.* Fabianus ann. 239. *ter.* Innocentius III. ann. 1198. *semel in anno* communicandum decreverunt. *Polydor. Verg. l. 5. c. 10. p. 448.*

Nomen Missa rem planè diversam ab Eucharistiæ Sacramento designat. *Bellarm. l. 1. de Missa. c. 1. §. Sed quarta. Durand. Rational. l. 4. c. 1. §. 49.* Nomen novum est, testante *Bellarm. l. 1. de Missa. §. Sed non.* MISSA.

Missa est actio, quâ corpus & sanguis Domini JESU CHRISTI offertur in sacrificium expiatorium ac propitiatorium. Novum id esse confitetur *Bellarminus l. 2. de Missa. c. 10. §. Respondeo Veteribus. & cap. 9. §. tertio probatur.* Fundamentum ejus rei quærit in *Concilio Nannetensi,* Anno 900. celebrato: & *Toletano XII.* quod Bellarminus in annum 900. *ibid.* rejicit.

Missæ Canon tribuitur Autori Clementi, *Hack. quæst. 1. c. 17. p. 124.* Jacobo Apostolo & Basilio, *de Consecr. dist. 1. c. 47.* At Missæ Canonem in antiqua Ecclesia non fuisse integrum ante Gregorium Magnum, hoc est, ante annum 600. rum incrementum ejus successivum probat latè *P. Morn. l. 1. de Missa.*

Missa latino sermone peragenda est. *Concil. Trid. Sess. 22.*

Seß. 22. c. 8. Bellarm. l. 2. de ſacr. c. 31. §. nota tertio. Sed novum eſt inſtitutum. Vid. Titulum: *Eccleſia. Cantus. Lingua.*

Miſſa celebratur in honorem ſanctorum defunctorum & Angelorum. *Concil. Trident. Seß. 22. c. 3. Canon. 3. Bellarm. l. 2. de Miſſa. c. 8. Durand. l. 4. Rational. c. 1.* §. 28. 31. Sed novum inſtitutum eſt, uti videbis Titulo: *Sancti.*

§. VI.

Orationem pesſimè depravavit.

Docendo:

(1) Non tantùm pro vivis orandum, ſed etiam pro mortuis. *Bellarm. l. 1. de Purgator. c. 9. ſeq.* Exemplum in univerſa Scriptura nullum legitur; nullum etiam præceptum, nulla promiſſio. Eſt igitur res nova. Quòd verò jam ante annos 1500. preces pro defunctis, (tanquam totius Eccleſiæ ſtatutum & ordinarium medium) factæ fuerint, ut hodiè fit in Rom. Eccleſia, id tacet prima antiquitas. Vide Titulum: *Oratio & Purgatorium.*

(2) Orantes convertantur ad Orientem. *Bellarm. l. 3. de cultu. c. 3. §. Alterum.* Ut, qui templum ædificare velit, fronte verſus Occidentem converſâ, in deſpectum traditionis hujus Apoſtolicæ, eum in Spiritum Sanctum peccare, certum ſit, dicente *Hoſto l. 4. de tradition. p. 614. 615.* Quamvis autem antiqui Chriſtiani ſine ſuperſtitione olim ad Orientem ſe converterint, forſan quia CHRISTUS è monte Oliveti, qui Jeruſalem verſùs Orientem ſitus eſt, in cœlum aſcenderit. *Lorin. in Act. 1. v. 9. p. 24. fac. 2. d. e.* Aut propter alia myſteria, *Durand. de ritib. Eccleſ. l. 1. c. 3. §. 3. 4.* Liberè tamen id fecerunt, ſine ullâ neceſſitatis lege, quòd *Job. 4. v. 21. 23. 1. Timoth. 2. v. 8.* omnis locus piè precanti ſacer ſit, ideò quivis etiam corporis ſitus. Lex igitur neceſſitatis nova eſt. In Eccleſia ſancti Petri Principis Apoſt. Altaria non tantùm ad Orientem, ſed etiam in alias partes diſtributa ſunt. *Walfrid. Strabo l. de reb. Eccl. c. 4. Socrat. l. 1. c. 21. Caſſiod. l. 9. tripart. c. 38. Nicephor. l. 12. c. 34.*

(3) Pre-

(3) Preces fiant solennes & publicæ in processionibus, quæ ideò Rogationes vocari solent. Tertullianum hujusmodi *Processionum* meminisse, ad uxorem scribentem, volunt nonnulli. De *Basilio* res certior, illius ætate, quæ incidit in annum 370. supplicationes & Litanias institutas fuisse. *Gretserus lib. de Sacr. Proceß. c. 2. p. 7. seq.* ex unico Tertulliano antiquitatem processionum obtinere laborat: Ast Gelasius Papa in Concilio Romano *circa annum* 492. opuscula Tertulliani Apocrypha pronunciavit, *dist. 15. c. 3. Sancta Romana.* Certè, contra seipsum Gretserus testimonium dicit & refutat, *p. 10.* *Nicephorus* processiones cœptas & introductas esse tempore S. Sancti Chrysostomi, qui vixit *anno* 398. affirmare videtur. *Baronius* originem rejicit in S. Mamercum, Viennensem Episcopum, qui *anno* 475. processiones instituit. *Durand. Rational. l. 6. c. 102. §. 2.* geminam dicit processionem solemnem: Majorem, authore *Gregorio Magno*, circa annum 600. & Minorem à *Mamerco* fundatam. *Gregorius IX.* docuit, ut nudis pedibus processio fieret, ann. 1239. *Bzovius ibid. §. 7.*

(4) Modus orandi per Calculos, & ad numerum, Ecclesiæ Romanæ est approbatus. Testatur luculenta & quotidiana praxis. Rem ipsam ejusq; *novam* originem prolixè & accuratè exponit *Polyd. Vergil. l. 5. de invent. c. 9.* Ejus rei author fertur *Petrus* Eremita, homo Gallus, civis Ambianensis, qui abhinc annos CCCCXXX. h.e. circiter annum salutis humanæ MXC. sanctitate floruit egitq; cum Urbano, Romano Pontifice, ut bellum Asiaticum à nostris susceptum fuerit, quo Hierosolyma recuperaretur.

(5) Orationem certis & Canonicis horis dicere oportet præsertim Clericos, idq; non tantùm in honorem DEI, sed etiam B. Virginis. *Bellarmin. l. 2. de bon. oper. in particul. c. 10. seq.* Non est in controversia, an liceat certas horas precum definire? Id enim est Christianæ libertatis; & hactenus salutaris instituti: Hoc autem quæritur: 1. An præcisè oporteat definire septem horas? 2. An illæ preces dicendæ

 etiam

etiam in laudem Sanctorum, præsertim virginis Mariæ? 3. An illa orandi ratio propriè sit Clericorum? Adi *Polydor. Vergil. l. 6. de Invent. cap. 2.*

(6) Ecclesia Romana removet ac instituit varia precum impedimenta. 1. Oratio non intellecta DEO grata est. *Bellarm. l. 2. de Verbo DEI. c. 16. §. neque solùm. Lancelott. Quare 20. §. 5. Bejerlinck Conc. select. 19. p. 367.* 2. Oratio impeditur per actum conjugii, ab eo igitur abstineat oraturus. *Caus. 33. quæst. 4. c. 1. & dist. 31. c. 7.* 3. Vis precum magnam partem consistit in multiloquio. Innocentius III. autoribus cœdis Conradi Episcopi Herbipolensis, inter alias partes pœnitentiæ & expiationis sui peccati hanc dictat: *ut Orationem Dominicam decantent centies inter diem & noctem. Bzovius anno 1204. §. 11.* Militi regulari imponitur, ut singulis diebus dicat 150. Pater noster. *Pontificial. Fol. 85. fac. 2.* 4. Orationi est necessaria vox clara. *Marsilius Columna sect. 2. c. 7. §. 5.* 5. Oratio in templis est efficacior. *Bejerlinck Conc. select. 40. p. 745.*

§. VII.

SACRAMENTA. Cultus Romanæ Ecclesiæ proprius fuit antiquæ Ecclesiæ Christianæ prorsus incognitus. Partes quædam illius sunt hæ:

SACRAMENTA quædam olim incognita confinxit Romana Ecclesia.

(1) Sacramentum confirmationis: quod perficit gratiam Baptismi & dat Spiritum Sanctum: *de Consecrat. Distinct. 4. c. 119. Presbyteris. Polydor. Vergil. de invent. l. 5. c. 3. p. 395.* Tria requiruntur, ait *Bellarm. l. 2. de Confirm. c. 2.* 1. Promissio gratiæ. 2. Signum sensibile cum verbo. 3. Mandatum divinum. Hinc facilè est *Novitatem* instituti deprehendere. *Bellarmin. l. d.* non potest aliud verbum monstrare, nisi promissionem Spiritus Sancti, quæ generalis est, neque confirmationi, ut Sacramento connexa: Vid. suprà Tit. *Baptismus. Polydor. Vergil. l. 5. de invent. c. 3. p. 394.* Primum autorem nominat Clementem I. Episcop.

Episcop. Rom. anno Christi 93. sequ. præsidentem. *Durandus de rit. Eccles. l. 1. c. 20. §. 11.* materiam esse ait Chrisma ex oleo & balsamo, formam: *Consigno te crucis & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, Filii & Spiritus S.* Materiæ primum testem laudat *Cyprianum*, circa annum 250. formam semper in usu fuisse affirmat. Prolixè hoc refutat & persequitur *J. Dalleus* Opere de *Confirmatione*.

(2) Sacramentum Pœnitentiæ: quod est altera tabula spiritualis naufragii, per quod peccatores salvantur. Pœnitentiam veram & seriam esse peccatori utilem ac necessariam, inter Christianos nullum est dubium: an verò illam *Sacramentis* connumerari oporteat, id in quæstione est: Originem illius doctrinæ in nullo verè antiquo autore ostendunt Pontificii: *Bellarm. l. 2. de Sacram. c. 24. §. Joann. 20. & lib. 1. de pœnitent. c. 10. §. accedant seq.* antiquitatis testimonium producturus, allegat *Tertullianum, Cyprianum & alios*, pœnitentiæ fructus ac necessitatem commendantes, at Sacramentum appellari, nullo documento ostendit. *l. d. §. accedat &c.* (in expressam *Novitatis* confessionem erumpit.)

(3) Extrema Unctio: tollens peccati reliquias: *Concil. Tridentinum Sess. 14. c. 1. & 2. Durand. de rit. Eccl. l. 1. c. 20. §. 25.* esse hanc *Novitatem* expressam, inde probatur: Quia apud *Durandum l. 1. c. 8. in A. C. 526.* refertur: *V. Polydor. l. 5. c. 4.* Ex professo scripsit de hac materia *Joannes Dalleus*.

(4) Ordo s. inauguratio Ministrorum Ecclesiæ: quæ numerantur inter Sacramenta: *Bellarm. l. 1. de Sacram. Ordin. c. 2. 3.* Ordinatio actio fuit & ritus Apostolicus, quòd autem Sacramentis annumeranda, probandum incumbit adversariis. *Bellarm. c. 3.* ex antiquitate unicum Dionysium Areopagitam producit, cujus scripta vel ideò non sunt certæ fidei, quia loqvuntur de *Sacramento*, cujus antiqui Patres non meminerunt: Sed multo aliter dicunt *Innocentius I.* ab anno 402. *Leo I.* ab anno 440. *Anastasius II.* ab anno 497. & *Gregorius Magnus* ab anno 600. qui omnes manifesta *Novitatis* testimonia dicunt. It. Patres, *Martyrius, Chrysostomus, Cyprianus, Ambrosius &c.*

(5) Matrimonium est Sacramentum largiens ejusmodi gratiam, sine qua spiritualem unionem cum CHRISTO non haberent: *Bellarm. l. 2. de Matrim. Sacram. c. 2. §. ac primum.* Matrimonium ipsum à DEO fundatum, bonam ac sanctam ordinationem esse, nemo ambigit: quòd illud sit Sacramentum, lato sensu, h. e. mysterium, significans mysticam Christi & Ecclesiæ conjunctionem, quemadmodum in vinea, agro &c. verum esse Sacramentum strictè dictum, probandum illis est. Ex professo adi *D. Gerard. T. III. Conf. Catholic.*

§. VIII.
Festa magno abusu & magno numero fuere introducta.

(1) Festa non tantùm in DEI, sed etiam Sanctorum gloriam & memoriam instituta sunt. *Bellarm. l. 3. de cultu Sanctor. c. 16. Biel lect. 32. lit. Y. de Can. Missæ.* Aliter *Polyd. Verg. l. 6. de invent. c. 8. p. 510.* revocans originem ad Concilium quoddam Lugdunense, & in A. C. 600. sub tempora Gregorii.

(2) Speciatim: per integrum annum Sanctis varia festa celebrare oportet. *Bellarmin. l. 3. de cult. Sanct. c. 16.* Novitatem testatur Concil. Lugdunense, quod festa complura fundavit, ut habet de *Consecr. dist. 3. c. 1.* His alia fuerunt addita, referente *Polydor. Vergil. l. 6. c. 8. p. 510. 511.* Festum corporis CHRISTI Clemens V. (qui anno 1305. præfuit) ex quorundam Catholicorum revelatione instituit, testè *l. 3. Clem. tit. 16. de Reliq. & ven. sanct. cap. un. si dominum.* Festum purificationis Sergius I. Papa (circa annum 690.) instituisse perhibetur. *Jacob. de Vorag. Legend de Festo Purif.*

(3) Vigilias oportet agere pridie festorum. *Bellarm. l. 3. de cultu Sanct. c. 17. §. De vigiliis. Durand. de rit. Eccl. l. 3. c. 4. §. 10.* Olim tempore persecutionum equidem Christiani antelucano tempore DEO servierunt in Ecclesia; sed abusum

abusum recitat *Novitatis*. *Polydor. Vergil. l. 6. de Invent. c. 4.* Vid. *Davenant. Coloß. c. 4.*

(4) Encœnia quotannis celebranda. Sunt autem Encœnia Festum anniversarium dedicationis templi: & quia templa tantùm non omnia per Ecclesiam Roman. Sanctis aut Angelis sunt dedicata, Encœnia in Divorum honorem convertuntur. *Polydor. Verg. l. 6. c. 8. de invent.* refert in A. C. 273.

(5) JEJUNIA partem cultus festis proximam constituunt, quæ & ipsa inter festa censentur. Illa vero maximè probari DEO, quæ scil. sobrietatis sunt, *Rom. 13. v. 13. Ephes. 5. v. 18.* & abstinentiæ à peccatis, *de Consecr. distinct. 5. c. 25. Jejunium.* Nemini est dubium, ut vero Jejunium, quod corpus affligat. *Matth. 6. v. 16. c. 9. v. 14. seq. Es. 58. v. 6. 1. Tim. 4. v. 3.* Christianis observandum aliquâ necessitate incumbat, tanquam cultus DEI, satisfactio pro peccatis, reconciliatio cum DEO, remissionis peccatorum, nec non aliorum beneficiorum DEI, temporalium & sempiternorum, meritoria impetratio. *Bellarm. l. 2. de bonis oper. in partic. c. 11. & l. 3. de Rom Pont. c. 23. §. Alterum est.* Id institutum omninò recens ac *novum* esse dicimus.

(6) Jejunia sub necessitate observanda sunt: *Bellarm. l. 2. de bon. oper. in partic. c. 6. & 7. §. Eadem sententia, c. 11. §. Porrò.* Olim aliter docuerunt, Jejuniorum observationem liberam fuisse. Vid. supra Titulum: *Jejunium*, ex professo. De Jejunio & ejus doctrina, Historiâ, speciebus edidit peculiarem librum doctissimus *J. Dallæus*.

(7) Abstinentia à certo cibi genere est de ratione jejunii. *Bellarm. l. 2. de bon oper. in part. c. 5.* Novitatis testis est *Polydor. Vergil.* qui *l. 6 de invent. c. 6.* autorem illius censet *Gregorium Magnum circa annum 600.* quamvis observatio libera prius in usu fuerit.

(8) Jejunium quadragesimale tanquam Apostolica traditio, sine bono & salutari Christianis observandum incumbit, *Bellarm. l. 2. de bon. oper. in part. c. 16.*

Baronius Anno 57. §. 193. seq. ex Apostolica traditione cupit deductum, testimonio *Hieronymi*, cujus hæc sunt verba: Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus: fuisse verò tunc observationem liberam, verba toto anno, item tempore nobis congruo, manifestè ostendunt. Rem *novam* Sixtus I. fundâsse, creditur, *Baron. ann. 136. §. 1.* *Platina* in vita Telesphori, & cum eo alii plerique, autorem facit Telesphorum (circa annum 142.) Verum Jejunium quadragesimale ab omnibus Christianis observandum, sed & Jejunium quinquagesimale à solis Clericis observandum, cujus *Decret. dist. 4. Statuimus.* extat. Abstinentiam carnis in Quadragesimâ præcipit *Concilium Toletanum VIII.* ann 653. celebratum, cujus hoc decret. apud *Baron. ann. 653. §. 3.* legitur.

(9) Jejunium Sabbathi perpetuo statuto observandum est. *De Consecr. dist. 3. c. 13. Sabbatho.* Memorat hoc *Bellarminus l. 2 de bon. oper. in part. c. 18.* in disceptationem fuisse vocatum, ut *Ambrosius* & *Augustinus* congruentius putarent, non jejunare Sabbatho. Olim libera ejus observatio fuit, dicente *Bellarm. l. 2. de bon. oper. in part. c. 2. §. Deinde addimus.* Apud Veteres in quibusdam locis Sabbatho jejunabatur, in aliis prandebatur. Legitur etiam institutum à Gregorio VIII. *ann. 1187. Baron. ann. eod. §. 17.* non ut perpetuum esset, sed tantùm quinquennale.

(10) Jejunium quatuor temporum itidem præcepto Ecclesiæ observare oportet. *Bellarm. l. 2. de bon. oper in part. c. 19.* Ait ille *ibid §. Originem*: istud Jejunium ex Apostolica traditione deduci. Si autem Historiæ consulantur, hanc illius originem, Jejunium quatuor temporum Papa Calistus fertur instituisse *ann. 226. Baron. §. 6.* Platina in ejus vita Calistus Pontifex. Ante Calistum verò Jejunium illud tantùm fuisse trium temporum. *Distinct. 76. c. 1 Jejunium.* Quam verò mutationem & rotationem illa quatuor temporum Jejunia fuerint passa, ex *dist. 76. c. 2. & 3. Constituimus.* legenti patescit. Sic ergò demùm

Concil.

Concil. Salegunstense, *anno 1078.* celebratum, certitudinem huic observationi dedit.

(11) Cœtera JEJUNIA, quæ Ecclesia observari jussit, sub pœna anathematis non sunt negligenda. *Dist. 30. c. 8. Si quis eorum.* Illa verò recentia esse, res ipsa clamitat. Jejunium *Feriæ sextæ* originem trahere ex Triburiensi Concilio, anno 1030. celebrato, *Joban. Wolfius* ex Vincentio & Antonio probat, *Lection. Memor. Cent. 11. pag. 278.* Jejunium adventus confirmat *Bellarm. l. 2. de bonis Oper. in part. c. 20.*

§. IX.

(12) Invocatio Sanctorum defunctorum & Angelorum. *Bellarm. l. 1. de sanct. beatitud. c. 19. seq.* Novitatem testatur *Eccius Enchirid. c. 15. de veneration. Sanctor. Bellarm. l. 1. de sanct. Beat. c. 8.* Cœpisse autem invocationis cultum à *Petro Gnapheo,* Hæretico, circa annum 470. qui in Concilio universali V. damnatus fuerat, tanquam Hæreticus, ex Nicephoro aliisq; autoribus *Hospinianus de templis p. 358. 359.* docet. INVOCATIO SANCTORUM.

(13) Canonizatio Sanctorum: (ex introductâ invocatione nata) *Bellarm. l. 1. de sanct. Beatit. c. 7. seq. Bejerlinck Conc. select. 49. p. 879. Est illa testimonium &c.* Novum est inventum: quod tacitâ confessione *Bellarm. l. d. Lancellottus Quare 88.* exprimunt, dum aliquam speciem erroris in antiquitate ne quidem quærere laborant, certi, se nec illam inventuros. Primum initium *Novitatis* satis clarè *Bell. l. d. c. 8. §. dices.* exprimit. Primus Pontifex &c. Vide infrà Titulum: *Sancti.*

(14) Reliquiarum cultus & veneratio. *Bellarm. l. 2. de cultu reliqviar. c. 1. seqv. Lancellottus Qvare 31. §. 2.* Olim aliter docuerunt, nim. Martyrum & Sanctorum reliquias honoravit Sepultura. *Baron. Anno 69. §. 21. Anno 169. §. 1. &c.* Vide Titulum: *SANCTI. RELIQUIÆ. MARTYRES.*

(15) Imagines religioso cultu afficiendæ. Vide Titulum: *Idola. Imagines.*

(16) TEMPLA. Quamvis Templa causâ commoditatis

tatis in peragendo cultu extruere, sit Christianæ libertatis; Israelitæ etiam templum divino cultui dicandum extruxerint, mandato DEI cultum istum exigere: Attamen Novi Testamenti Ecclesia omnia templa nescit, præter spirituale, *1. Cor. 3. v. 16. 17. c. 6. v. 19. 2. Cor. 6. v. 16. Act. 7. v. 48. c. 17. v. 24.* Occurrunt hîc ergò quædam nova in Ecclesia Romana. Vid: Titulum: *Templum Ecclesiæ.*

Ut sunt 1. Templa construere in gloriam DEI, ac si tale opus esset pars divini cultus, etiam in honorem Sanctorum & Angelorum, ceu partem religiosæ venerationis: *Bellarm. l. 3. de cultu Sanctor. c. 4. §. Quarta propositio. c. 6. §. sit igitur. Durand. l. 1. de rit. Eccl. c. 12. §. 1.* Originem refert *Polydor. Vergil. l. 8. de invent. c. 1.* ad Calixtum I. qui sedit Romæ anno 221. Videtur res orta ab Alexandro Severo Imperatore, moris Ethnici nimium adhuc observante, qui Mariæ trans Tiberim templum erexit. *Baron. ann. 224. §. 5.* Hoc autem opus alii Calixto I. Episcopo Romano, illorum temporum tribuunt. *Durand. l. 1. de ritib. Eccl. c. 2. §. 4.*

2. Templa solenni ritu consecranda sunt. *Bellarm. l. 3. de cult. sanct. c. 5.* Neque hoc est illicitum, quatenus templum unius DEI cultui solenniter, ac piis precibus atque votis traditur: Si autem ritus Ethnici & Judaici s. Levitici adhibeantur aliæq; superstitiones admisceantur, quæ Papatus agit, & opinio cultus accedat, novitas est & ea quidem irreligiosa. *Pontificial. fol. 75. 89. seq. Hospinian. de templis l. 4. c. 1. p. 447.* Quod posterius fatetur *Bejerlinck Conc. select. 40. p. 742.* originem consecrationis templorum in finem V. seculi rejiciens.

3. Templa Christianorum sint imaginibus illustria. *Bellarm. l. de imagin. sanct.* Ut veteres Christiani caruerunt templis, sic & imaginibus, tanquam ornatu templorum. Et quamvis imaginum usum ad memoriam, ad informationem simplicium, & competentem ornatum, habere liceat, idq; ex libertate Christiana, nemo inficiatur. *Baron. ann. 599. §. 16. 17.* Ad

cultum

cultum tamen imagines collocare in templis, idololatricum est, & institutum novum. *Baron. Anno* 211. §. 5.

(17) ALTARIA. Et circa hæc non pauca nova habet Ecclesia Romana.

1. Altaria Christianorum sunt loca cultui & Sacrificiis offerendis dicata. Altare dicitur quasi alta ara, soletq; Sacrificii locus erigi in altum tum propter reverentiam, tum propter significationem, tum propter commoditatem sacrificantis. *Bejerlinck Conc. select.* 42. *p.* 775. *Durandus l.* 1. *de rit. Ecclesiæ. c.* 25. §. 5. allegat *Optatum* dicentem: *Quid est altare? nisi sedes corporis & sangvinis Domini.* Certum tamen est, altaria externa & propriè dicta ad cultum erecta, (*Durand. l.* 1. *de ritib. Eccles. c.* 25. §. 6.) & sacrificiis propriè appellatis servientia *ibid.* §. 1. in Ecclesia veteri prorsus fuisse incognita: De quo plura vide suprà Titulo: *Altaria.*

2. Altaria oportet esse lapidea. *De Consecr. Dist.* 1. *c.* 31. Altaria, si non fuerint lapidea, chrismatis unctione non consecrantur, in *Epaunensi Concilio Baron. ann.* 509. §. 13.

3. Altaria certo & solenni ritu consecranda sunt. *De Consecrat. dist.* 1. *c.* 32. Altaria consecrantur vario ritu, bonam partem Levitico. *Pontifical. fol.* 117. *f. Bejerlinck Conc. select.* 42. Res *nova* est: teste *Bellarm. lib.* 4. *de verbo DEI. c.* 3. §. *Octavum.* ubi conjicit originem in *A. C.* 314.

4. Altaria non consecrantur, nisi superstructa sunt reliquiis Sanctorum: *De Consecr. dist.* 1. *c.* 26. *Placuit &c. Durand. l.* 1. *de rit. Eccles. c.* 25. §§. 4. 5. De ortu hujus ritus adi Titulum: *Sancti.* & *Martyres.* & *Reliquiæ.*

(18) LUMINARIA, sive Cerei ac Lampades in templis accendi solitæ. Necessitatis & commoditatis etiam ornatus aut significationis mysticæ causâ, lucernas in templis accendere nemo prohibet: Cultus autem gratiâ id facere, præsertim in honorem & venerationem imaginum, *novum* est & illicitum. *Bellarm. l.* 2. *de Reliqv. Sanct. c.* 3. §. *Nono.* §. *Ad illud seq.* Olim aliter docuerunt: *Concilium Eliberinum* (*anno* 305.)

 Canon.

Canon. 34. prohibet cereos per diem in cœmiteriis accendi; comminatione additâ; *qui hæc non observârint, arceantur ab Ecclesiæ Communione.* Vide *Dallæum in de objecto cultus religiosi l.* 1.

(19) VOTA & hinc secuta DONARIA. *Vota DEO facere* voluntati ejus congrua, pium & Christianum est. At vovere 1. ex proprio suo ingenio. 2. Sanctis, *Bellarm. l.* 3. *de Cultu sanct. c.* 9. *Novum* est, Apostolos nil tale egisse, nec Apostolicam Ecclesiam, nec primitivam illi propinquam, non inviti nobis dabunt adversarii, quod instituto præsenti sufficit. *Bellarm. l.* 3. *de Cult. sanct. c.* 9. nullam ejus antiquitatem invenire potest, quàm in IV. demùm seculo: quos enim legat, vixerunt, *Eusebius* anno 326. *Theodoretus* anno 430. *Palladius* & *Prudentius* anno 390. aliiq; recentius.

(20) PEREGRINATIONES ad certa loca sancta, ad reliquias Sanctorum &c. cultus & religiosæ venerationis ergo institutæ. In Ecclesia Apostolica & hanc secuta, nullam Peregrinationum factam fuisse mentionem, planum est. An aliqui accesserint Jerosolymam religionis ergò, non quæritur: quia Christianismus ibi florebat antiquis temporibus, illuc confluxisse causâ Christianismi plurimos, extra dubium est. *Gretserus l.* 2. *de Peregrinat. c.* 1. *p.* 181. *& l.* 3. *de Peregrinat. c.* 5. *Baronius* Seculo demùm quarto invaluisse scribit, *ann.* 380. §. 39. 40. *& anno* 451. §. 38. *Ann.* 575. §. 6. *Ann.* 592. §. 19. *& Anno* 672. §. 1.

§. X.

VARIAS CONSUETUDINES cultui connexas affinxit.

RITUS ACCESSORII.

(1) TEMPLA sunt asyla sceleratorum. *Caus.* 36. *quæst.* 1 *c.* 5. *de raptoribus.* Olim templa nulla erant, ergò nec scelerum nec sceleratorum asyla erant. Estq; lex *nova*, cujus invenire originem licet in Papa Bonifacio V. apud *Platinam*: Sedit autem Bonifac. V. *ann.* 618. Confitetur *Baronius*, Episcopos aliosq; Clericos fuisse quidem conatos, in *seculo quarto*, Templis ea privilegia

vilegia arrogare & de facto usurpare, ut debitores, servos, ancillas, murilegulos & quoslibet publicis privatisq; rationibus involutos; è potestate Magistratus subducerent, at Theodosium *anno* 392. & Arcadium *anno* 398. severis edictis sese opposuisse, *Baron. ann.* 392. §. 29. *ann.* 398. §. 88. 91.

(2) Templi Suppellex Varia.

1. Calices Eucharisticæ actioni destinati sint aurei, argentei, vel stannei. Usus adiaphorus; at necessitatem induxit Ecclesia Romana. *Polyd. Vergil. l. 6. de invent. c.* 12. putat, pauperes Apostolos calices habuisse ligneos, posteà *Zepherinum, circa annum* 203. mandâsse, ut in vitreo vase, non in ligneo, *ut anteà*, sacrificaretur: sed hoc etiam antiquato, constitutum, ut calices vel aurei sint, vel argentei, vel stannei; quod Urbano I. (anno 227.) nonnulli assignent. Non invenitur hac de re antiquius decretum, quàm quod è *Concilio Triburiensi Baron. ann.* 895. §. 1. & *Rhemensi* (nulla verò Synodus Rhemensis celebrata fuit ante X. Seculum) Papa ipse utrumque ratum habuit: *De Consecrat. d* 57. 1. *c.* 44. *Vasa, in quibus &c.* & *c.* 45. *Ut Calix &c.*

2. Corporale sit ex ligno puro confectum. *Polyd. Vergil. l. 6. de Invent. c.* 12. *Platina in Vita Sixti I.* originem conjiciunt in *ann.* 132. Jus Canonicum inventum hoc facit adhuc recentius, *de Consecrat. distinct.* 1. *c* 46. *Consulto.* Ex Epistola Eusebii Papæ (*Anno* 309.) & Sylvestri (*Anno* 314.) decretum hoc producens: Consulto omnium statuimus, ut sacrificium &c. *Durand. de ritib. Eccles. Cath. l.* 1. *c.* 12. §. 3. in tempora refer *Eusebii Papæ.*

3. Altarium tegumenta necessaria sunt. *Durandus Rational. l. 6. c.* 85. §. 1. Instituto novo: cujus inventionem *Polydor. Vergil.* tribuit Stephano I. *l. 6. de Invent. c.* 12. vixit autem ille anno 257. apertius autem Bonifacio III. (*circa annum* 606.) *l. 5. c.* 6.

4. Vestes sacræ, sine quibus cultum peragens, sub maledicto est. *De Consecr. dist. 1. c. 57. Nullus &c. Durand. Rational. l.* 3. *c.* 1. § 1. *seq* *Novum* inventum: cujus

 vesti-

vestigium in antiquitate non extat. *Polydor. Vergil. l. 6. c. 12.* Stephanum I. (*circa annum 257.*) invenisse ait.

5. Sacræ vestes non tangantur à viris non consecratis, sed ne quidem ab omnibus consecratis: in genere autem nulla mulier, licet sacrata, eadem attingat. *Dist. 23. c. 25. Sacratus. c. 26. Non oportet. c. 30. Non oportet.* Res *nova* est: *Platina in vita Xysti I.* originem ascribit *anno 132.* Bonifacius I. anno 419. mandatum repetiit: dicente *Platinâ in vita illius*: *Durandus Rational. l. 4. c. 29. §. 6.* statuit autorem Papam Soterem. Sedit autem Soter *anno 175.*

6. Sacræ vestes ne laventur extra sacrarium, nec nisi à personis sacris, nec nisi è vasis sacris. *De Consecr. Dist. 1. c. 40. nemo palla & vela sanctuarii &c.* Origo hujus statuti refertur ad Clementem Papam I. qui *anno 93.* præsederit: at isti antiquitati penitus fuit incognita. *Bellarm. de Scriptor. Eccles. p. 57.* istam Clementis ad Jacobum epistolam planè repudiat.

§. XI.

Sacramentorum Ritus.

(1) Sacram Eucharistiam percepturi, prius peccata sua confiteantur; & quidem ad numerum; ne vel unum omittatur, vel circumstantia quæpiam desit. *L. 5. Decretal. tit. 38. de pœnit. & remiss. c. 12.* Vide suprà Titulum: *Confessio.* ex professo.

(2) Incensum thuris fiat sub Missâ. *Durand. rational. l. 5. c. 9. §. 5. Bellarm. l. 2. de Missa. c. 15. §. secunda Cerem. communis. Polydor. Vergil. l. 5. c. 11. de Invent.* in Leonis III. ætatem refert A. C. 796.

(3) In celebratione Missæ quisque donarium aliquod offerat. *Durand. l. 2. de rit. Eccles. c. 26. §. 4.* Etsi verò jam olim oblationes in publico Ecclesiæ conventu fuerint collatæ, de quibus *Baronius anno 57. §. 147.* præsertim in usum pauperum, ut verò sic Clericorum non tam necessitati, quam abun-

abundantiæ & luxuriei consuleretur, antiqua Ecclesia nunquam statuit.

§. XII.

BENEDICTIONES.

Benedicendæ sunt altari novæ fruges. Benedictione opus esse, Paulus docet 1. *Tim.* 4. *v.* 4. & CHRISTI exemplum *Matth.* 14. *v.* 19. *Marc.* 8. *v.* 6. *&c.* Id verò *novum* est, Eutychiano Papâ autore, qui anno 275. Romæ sedit, & de quo *Platina in illius vita:* Eutychianus instituit, ut in altari fruges benedicerentur. Idem concedit *Marsilius Columna hydragiol. sect.* 2. *c.* 2. §. 14. qui etiam benedictionem lactis & mellis refert ad Concilium Africanum, *anno* 254. celebratum.

Benedicenda sunt templa, altaria, vasa sacra, vestes sacræ, cœmiteria, cingula, arma, enses, vexilla, &c. *Pontificale lib.* 1. *&* 2. *Marsilius Columna hydragiol. Sect.* 2. *c.* 2. §. 21. *sequ.* Ejus verò benedictionis non meminit vetus Ecclesia, estq. *Novum* quid ortum progressu temporis ex benedictione frugum, cujus modò facta est mentio: Origine sine dubio posterius isto Eutychiani invento.

Cineris aspersio: Ritum ejus describit *Polydor. Vergil. l.* 6. *de invent. c.* 5. *Ante initium Missæ factum cineres consecrantur &c* Ritus & significationes hujus rei enarrat *Durandus Rational. l.* 6. *c.* 28 §. 18. Utique res *nova* est, cujus competentem vetustatem & Apostolicam originem nemo novit.

Cereus Agni Paschalis, cujus virtus ab ipso Pontifice Urbano V. describitur, hæc referente *Bzovio anno* 1367. §. 9. *Scriptor Ceremoniarum S. R. Ecclesiæ l.* 1. *sect.* 7. auctor est. Urbanum Pontificem tres particulas ceræ benedictæ, *Agnos DEI* communiter nominant, Palæologo Imperatori misisse, hosq; versus addidisse, quibus efficacia ejus ceræ explicatur:

Balsamus & munda cera, cum Chrismatis unda,
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum;
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum;

Fulgura deſurſum depellit, & omne malignum:
Peccatum frangit, ut Chriſti ſanguis, & angit.
Prægnans ſervatur, ſimul & partus liberatur:
Dona confert dignis, virtutem deſtruit ignis:
Portatus munde, de fluctibus eripit undæ.

Inſtitutum planè *novum*. *Polydor. Vergil. l. 6. de invent. c. 7.* Zozymus auctor fuit, qui regnavit anno 4.7. Idq; *Platina* in illius vita annotat. *Wilhelm. Durandus Rational. divin. offic. lib. 6. c. 80 §. 2.* Alii ad Concilium Toletanum IV. referunt, ita per annos ſexcentos in Eccleſia veteri fuiſſet ignotum.

Jubilæus: qui quàm ſolennis exiſtat Roman. Eccleſiæ feſtivitas, toti orbi notum eſt, vide *Extrav. Comm. l. 5. tit. 9. de pœnitent. & remiſſ. c. 1. & 2. & 5.* Ea verò res *nova* eſt, totiq; Chriſtiano orbi uſque ad *Annum Chriſti 1300.* incognita, quo primum Jubilæum, futuris temporibus quovis centeſimo anno celebrandum, indixit Bonifacius VIII. *Bzovius Annal. Eccleſ. anno 1300. §. 1. Bellarm. parte 2. Chronolog. p. 109.* Quem Clemens V. anno 1342. ad quinquageſimum reduxit, *Bzovius anno 1342. §. 6.* & ann. 1350. primus celebravit. *Bzovius anno 1350. §. 1.*

Supplicium hæreticorum. *Bellarmin. l. 3. de Laicis. c. 21. ſeq. Cauſ. 23. Quæſt. 5 c. 44. & c. 32.* Originem rei *novæ* deſcribit *Polydor. Vergil. l. 8 de Invent. c. 4.* quod in Nicena Synodo ann. 324. 325. Ario dicta fuerit pœna exilii, & ſubjungit: *poſthac circiter annum 388 Theodoſius, Valentinianus mulctandos decreverunt Hæreticos damnis, ignominiis & morte.* Pœnam ignis refert *id* ibidem in *A. C. 1180.* ſub ævum Frid. I. Imperat. *Bellarminus* nullum Eccleſiæ decretum ante Innocentium III. invenire poteſt, qui ſedit anno 1200. Certe Urbanus Papa II. adhuc ſuo tempore, anno ſcilicet 1087 improbavit, vi hæreticos extirpare velle, ut ex ejus literis *Cauſ. 24. quæſt. 2. c. 37.* conſpicitur.

§. XIV.

MORTUORUM curam agit, modo antiquitati incognito.

Fundamentum omnis pro mortuis eſt ignis purgato-

gatorius, præcipua columna totius Regni Pontificii. Vid. Tit. *Purgatorium* & *Oratio.*

Sepulturæ locus cedit in commodum defuncti: *Institut. Juris Canon. l. 2. tit. 24. de sepult. §. sepulturæ quidem, &c.* Exordium *novæ* consuetudinis *Baronius* ad ea tempora refert, quibus Christiani pacem aliquatenus adepti (in Seculo aut IV. aut V.) martyrum corpora in templa collocare cœperunt, *anno 226. §. 12. Accidit.*

Suffragia viventium, quibus docet Romana Ecclesia defunctorum animas juvari. *Bellarm. lib. 2. de Purgator. c. 16.* numerat tria genera suffragiorum: 1. Sacrificium Missæ. 2. Orationem. 3. Opera pœnalia, Jejunium, Eleemosynas, Peregrinationes. *Bellarm. ibid. Benzon. de Jubil. l. 2. c. 47. p. 286. Baron. anno 392. §. 13.* Vide Titulum: *Purgatorium.*

Sacrificium Missæ pro defunctis offerendum. *Tridentinum Concilium seß. 22. c. 2. Bellarm. l. 2. de Missa c. 7. Durandus Rational. l. 4. c. 1. §. 36.* *Novum* statutum, cujus antiquitatem probaturi confugiunt ad *Basilium,* qui vixit anno 370. *Chrysostomum,* anno 398. *Clementis Constitutiones,* & *Liturgiam Jacobi,* vide *Durandum de rit. Eccles. l. 2. c. 43. §. 1.* Hæc certè suspecta sunt, de illa re testificantia, quæ in prima Ecclesia perpetuo silentio jacuit sepulta. *Baronius* paulò antiquiora quærit testimonia ex *Augustino, anno 389 §. 5.* ubi tamen manifestum est, iis commemorationibus Ecclesiam nihil egisse aliud, quàm quod fuit testificata, defunctos virtute corporis & sanguinis Christi pro se traditi & fusi, de hostibus spiritualibus triumphasse. Vide suprà *Titulos citatos.*

Ad hoc genus suffragii pertinent septendialia Sacrificia, quæ septimo à funere die instituuntur, & describit *Polydor. Vergil. l. 6. c. 10. Bejerlinck Conc. select. 27. p. 505.*

Eleemosynæ pro defunctis factæ, illis in Purgatorio existentibus subveniunt. *Bellarm. l. 2. de Purgator c. 16.* Illis enim velut precioso Balsamo animæ irrigantur, ac DEUS propitius redditur. *Bejerlinck Conc. select. 26.* Apostolos

ſtolos tale quid docuiſſe, aut Eccleſiam primitivam uſurpaſſe, non legitur.

Jejunia pro mortuis inſtituta ſunt iisdem ſalutaria. *Bellarm. l. 1. de Purgat. c. 3. §. Tertius.* Inſtitutum novum eſſe, tam profundum ſilentium adverſæ partis plus ſatis arguit, quo illa uſque adeò compeſcitur, ut ne mutire audeat de vera antiquitate ſuffragii hujus, ad ſuccurrendum in purgatorio laborantibus inventi.

Indulgentiæ fiunt animabus defunctorum ſalutares. *Bellarm. l. 2. de Purgat. c. 16. §. Ad hæc juvantur. Bejerlinck Conc. ſelect. 25.* ante Paſchalem I. h. e. ante finem IX. Seculi neminem nominari poſſe confitetur, qui indulgentiis ſubvenerit defunctorum animabus. *Hunnius.* Adde *Molinæum de Novitate Papiſmi.*

SECTIO SECUNDA.

HÆRESIS. Quàm multa ſint, in quibus Romanenſes concordent cum antiquis Hæreticis, ex Parallelismo ſubnexo apud *A. Rivetum Cathol. Orthodox. Tom. I.* patet.

§. 1. Samaritani, teſte *Epiphanio*, ſi quis ipſis diceret de David, Eſaia, & ſequentibus poſt Moſen, non ſuſcipiebant, ſed immorabantur traditioni, à propriis ipſorum Patribus invectæ.

Papiſtæ communiter docent, Scripturas non eſſe neceſſarias, & Eccleſiam iis poſſe carere: neceſſitatem verò traditionum à Patribus invectarum mirè prædicant.

§. 2. Simoniani, referente *Irenæo*, gloriabantur de iis, quæ non ſunt ſcripta, ſed vivâ ſolum voce tradita. Iidem inenarrabilem Apocrypharum Scripturarum multitudinem, quas ipſi finxerant, adferebant ad ſtuporem inſenſatorum, & quæ ſunt veritatis, non ſcientium literas.

Hoc idem *Papiſtæ* faciunt, traditiones non ſcriptas non ſolùm æquant, & pari pietatis affectu cum Scripturis recipiunt, ſed præferunt, & ab iis omnem Scripturarum autoritatem pendere volunt.

Apud

Apud eos insuper plena sunt omnia legendis Apocryphis, & confictis Scripturis.

§. 3. Carpocratiani, apud *Irenæum*, commenta sua hoc prætextu defendebant, Dominum JESUM Apostolis talia privatim in mysterio locutum esse, Apostolis autem non omnibus, sed dignis solummodò ista tradidisse.

Papistæ universi, cùm disputant de Scripturarum insufficientiâ, abutuntur hoc dicto Christi; *Adhuc multa habeo, quæ vobis dicam, sed nunc non potestis portare*: quo omnes insipientissimos hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maxime exhorret sensus humanus, colorare voluisse testatur Augustin. Ledesma Jesuita Apostoli secreta quædam esse voluerunt. Consentaneum enim erat, mysteria quædam, præsertim sacra, clam populo rudi habere.

§. 4. Nazaræi confitebantur quidem, Mosen legem accepisse, sed dicebant, fictos esse hos libros.

Inter *Papistas* sic loquitur *Albertus Pighius*: Unde nobis certum est, hæc esse Mosis scripta, quæ sub ejus nomine legimus, ut qui autographa ejus non vidimus: Et si videremus, quis certos nos redderet, Moysis tam multis seculis mortui scripta manu? Deinde, ut hoc nobis constaret, quis securos reddidit, vera esse, quæ scribit, omnia? Et de Evangelistis: Tametsi credamus, quòd dictis & actis Christi interfuerunt, potuerunt tamen *labi* memoriâ & *mentiri*, ut omnis homo falli potest & fallere. Unde insuper certum, hæc, quæ leguntur, illorum esse germana, non falsata, non subdititia. His interrogationibus atheis conveniunt propositiones *Bailii*, in impietatis suæ demonstratione. Scriptura, *inquit*, potest in dubium vocari. Quis vobis dixit, quòd sit divina, eiq; potiùs credendum esse, quàm historiis profanis & fabulis?

§. 5. Basilidiani & Carpocratiani, referentibus *Irenæo* & *Epiphanio*, doctrinas suas abscondebant. Nos homines sumus, *inquiebat Basilides*, cæteri omnes canes sunt & sues: nolite ergò margaritas projicere porcis, & dare sanctum canibus. Cùm ex Scripturis arguerentur, in accusationem convertebantur Scripturarum,

 rarum,

rarum, quasi non rectè haberent, neque sint ex autoritate, & quia variæ sint dictæ, & quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciunt traditionem. Non enim per literas traditam illam, sed per vivam vocem. Ob quam causam Paulum dixisse; Sapientiam loquimur inter perfectos.

Eadem dicunt *Papistæ*. Non videtur, *ait Albertus Pius Carpensis*, Scripturarum genus universum vulgo disseminandum esse, nec margaritas porcis spargendum, nec sanctum, ut Dominus ait, dandum canibus. Cui concinnè respondebat *Erasmus*; Malè sentis de populo Christiano, si dignum judicas, qui porcis & canibus conferatur. Tale fuit tamen judicium Jesuitæ *Jacobi Ledesmæ*, ut enim hanc suam propositionem *Basilidianam* fundaret; Non decet, ut divina & sacrosancta fidei mysteria in ore omnium hominum promiscuè versentur: quibusdam enim verborum involucris pleraque sunt obtegenda, ne ab imperitissimo quoque passim intellecta, facilè quoque contemnantur: hanc affert rationem: Tandem hoc ipsum docuit Servator noster, Matth. 7. Nolite Sanctum dare canibus &c. Item: Consentaneum erat, mysteria quædam, præsertim sacra, clam populo rudi habere. Non judicavi, inquit Paulus 1. Cor. 2. me scire aliquid inter vos, nisi JESUM CHRISTUM, & hunc crucifixum: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Ita cum *Carpocrate* corrumpit Pauli sensum. Idem fecit *Costerus* Jesuita; A Christo videtur cautum, ne omnia fidei dogmata commendarentur scriptis, dum ait, nolite sanctum dare canibus. *Chartonæ* Scriptura tantùm est particula veritatis revelatæ, quæ neque in toto suo, neque in aliqua parte potest à seipsa valorem & autoritatem habere. *Cardinali Baronio*, Traditiones excellunt supra Scripturas, quòd Scripturæ non subsistant, nisi traditione firmentur; traditiones autem sine scriptis suam retineant firmitatem.

§. 6. Gnolimachi, apud *Damascenum* & *Nicætam*, cuivis Christianismi cognitioni & scientiæ resistebant, illosq; frustrà laborare asserebant, qui in sacris Scripturis scientiam ullam aut cognitionem investigabant, cùm præsertim à Christianis DEUS nihil præter bona opera requirat. Itaque aliquem simplici rudiq; animo insti-

institutum suum persequi melius esse, quàm multam curam in cognoscendis decretis & scientiis ponere.

Papistæ lectioni Scripturarum populo interdicunt Christiano. *Hosius Cardinalis* commendat doctum quendam, qui, sicut audierat à Carbonario, non aliò sibi confugiendum esse duxit, quàm ad fidem Ecclesiæ Catholicæ, tanquam ad asylum unum omnium tutissimum; & in ea tempore mortis plus præsidii invenit, quàm in omni Scripturarum exercitatione, quas totâ vitâ suâ meditatus erat diligenter. *Ibidem ait*; pietatem divinam non attendere, quantâ cognitione credatur, sed magis quantâ devotione, quod creditur, diligatur. Sed ignoti nulla cupido, nedum dilectio. Tandem fratrum ignorantium ordinem instituerunt, quem reliquis frequentiorem reddere conantur. Doctor *Colus* in Consessu Ordinum Angliæ; Edico vobis, *inqviebat*, ignorantia est mater pietatis.

§. 7. Simon Magus, qvùm inspexisset, per impositionem manuum Apostolorum dari Sp. Sanctum, obtulit eis pecunias, dicens; Date etiam mihi potestatem istam &c. ut posteà eandem aliis vendere posset. Hinc *simonia* activa & passiva, tam eorum, qui emunt, quàm eorum, qui vendunt rem spiritualem.

At in Ecclesia Romana *simoniam* regnare, ac si nullum esset peccatum, conqueritur *Durandus Speculator*. Et Baptista *Mantuanus* de eadem: - - - Venalia nobis

Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Coronæ,
Ignis, thura preces, cœlum est venale, DEUSq;.

De Alexandro VI. Pontifice, qui *Rodericus Borgia* anteà dictus fuit, testatur *Gvicciardinus*, Cardinales ei vendidisse potestatem exercendi *mercimoniam* sacrorum thesaurorum in editissima & principali parte Templi. *Alvarus Pelagius*, pro pecuniis celebrar[illegible] corpus Christi pro pecunia vendunt cum Juda: consecran[illegible] ordinant, & pro pecunia conferunt omnia Sacramenta: se[illegible]atiam non conferunt, quam non habent. Nihil accipitur [illegible]is, nihil datur gratis. Hinc illud *Sannazarii* de Leone X.

Sacra sub extremâ, si fortè requiritis, ho[illegible] *[illegible]iderat.*
Cur Leo non poterat sumere [illegible]

Nihil

Nihil hodie datur gratis, quia nec aliquid recipitur gratis, quia dicunt collatores, quod comparavimus, vendimus; ait idem *Alvarus*.

§. 8. Idem Simon post corruptionem & interitum carnis tradebat animarum purificationem, ψυχῶν κάθαρσιν.

Papistæ post mortem & corruptionem corporis docent purificationem animarum futuram in loco imaginario, quem *Purgatorium* appellant.

§. 9. Montani Paracletus hoc sæpè commendavit, nempe animam aliquid pensare penes inferos, usque ad resurrectionis plenitudinem, modicum quodque delictum luens, morâ resurrectionis, donec solverit ad ultimum quadrantem.

Idem fundamentum habent *Papistæ* pro satisfactionibus, quas post hanc vitam necessarias esse contendunt.

§. 10. Marcion utramque mercedem creatoris, sive tormenti, sive refrigerii apud inferos determinabat, ei positam, qui legi & Prophetis obedierant.

Hanc eandem imbiberunt doctrinam *Pontificii*, nempe Patres omnes, qui Legi & Prophetis obediverunt, usque ad ascensionem Christi detentos fuisse in aliqua parte inferni, quam *Limbum* appellant, in qua finxerunt locum refrigerii & consolationis.

§. 11. Elxai, qui *Ossenorum* fuit Patriarcha, coegit non solùm per DEUM jurare, sed etiam per salem & aquam, per æthera & ventum, per terram atque cœlum.

Pontificii per creaturas jurant, per Sanctos & Sanctas, & eorum reliquias.

§. 12. Marcellina Sectæ *Carpocratis* fuisse traditur socia, quæ colebat imagines JESU, Pauli, Homeri & Pythagoræ adorando, incensumq; ponendo, teste *Augustino*. Carpocratis etiam discipuli imagines quasdam depictas, quasdam autem & de reliqua materia fabricatas habebant, dicentes, formam Christi factam à Pilato, illo tempore, quo fuit JESUS cum hominibus. Testibus *Irenæo* & *Epiphanio*.

His autoribus *Papistæ* didicerunt, Christi & Sanctorum imagines exsculpere, pingere & variis modis efformare, in eum finem, ut eas

ut eas adorent, vestiant, in incensum adoleant, & in publicis supplicationibus deferant, fingentes etiam imagines Christi, dum in carne conversaretur, à Luca fuisse depictas, quas ad hoc usque tempus conservatas fuisse, & Romæ asservatas gloriantur.

§. 13. Audiani cogitatione carnali DEUM fingebant in similitudinem hominis corruptibilis, ait *August.* Armenii & Jacobitæ, teste *Nicephoro, Callisto,* imagines Patris, Filii & Spiritus Sancti, effigiabant, quod perquam est absurdum. Crucem non prius honore debito prosequebantur, quàm perinde atque hominem baptisavissent.

Papistæ DEUM Patrem pingunt facie senili, promissa barbâ, & Spiritum S. in specie columbæ, quidam etiam Trinitatem in tricipitis hominis specie. Res etiam inanimatas baptisant, ad usus, ut vocant, sacros. Hinc Baptismus campanarum. Pontifex ipse imagunculas agni cereas baptisat. Sic enim autor ceremoniarum: omnibus agnus DEI baptisatis per Pontificem, vel per ejus Prælatos, surgens Pontifex &c.

§. 14. Chatzinzarii & Staurolatræ dicebantur, qui crucem adorabant. , Χάτζας γὰρ ὁ σταυρὸς παρ' αὐτοῖς: Chatzus namq; crux ab iis dicitur, ait *Nicephorus,* propterea, quòd crucem tantùm adorare & colere dicantur.

Papistæ negare non possunt, se Staurolatras esse, crucem enim adorant adoratione Latriæ. In Pontificali post novæ crucis benedictionem. Tum Pontifex flexis ante crucem genibus, eam devotè adorat & osculatur, idem faciunt, quicunque alii voluerint. Thomas expresse: Illi exhibemus Latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis: Cantat enim Ecclesia; O ave spes unica hoc passionis tempore, auge piis justitiam, reisq; dona veniam. Ergò crux Christi est adoranda adoratione Latriæ.

§. 15. Angelici in Angelorum cultu inclinati fuerunt, ait *August.* Quod etiam *Epiphanius* tribuit Cainianis.

Papistæ omnes Angelos bonos universos colunt religioso cultu, & quisque suum Angelum custodem religiose colit & invocat, ut suo loco videbitur.

tatis in peragendo cultu extruere, sit Christianæ libertatis; Israelitæ etiam templum divino cultui dicandum extruxerint, mandato DEI cultum istum exigere: Attamen Novi Testamenti Ecclesia omnia templa nescit, præter spirituale, *1. Cor. 3. v. 16. 17. c. 6. v. 19. 2. Cor. 6. v. 16. Act. 7. v. 48. c. 17. v. 24.* Occurrunt hîc ergò quædam nova in Ecclesia Romana. Vide Titulum: *Templum Ecclesia.*

Ut sunt 1. Templa construere in gloriam DEI, ac si tale opus esset pars divini cultus, etiam in honorem Sanctorum & Angelorum, ceu partem religiosæ venerationis: *Bellarm. l. 3. de cultu Sanctor. c. 4. §. Quarta propositio. c. 6. §. sit igitur. Durand. l. 1. de rit. Eccl. c. 12. §. 1.* Originem refert *Polydor. Vergil. l. 8. de invent. c. 1.* ad Calixtum I. qui sedit Romæ anno 221. Videtur res orta ab Alexandro Severo Imperatore, moris Ethnici nimium adhuc observante, qui Mariæ trans Tiberim templum erexit. *Baron. ann. 224. §. 5.* Hoc autem opus alii Calixto I. Episcopo Romano, illorum temporum tribuunt. *Durand. l. 1. de ritib. Eccl. c. 2. §. 4.*

2. Templa solenni ritu consecranda sunt. *Bellarm. l. 3. de cult. sanct. c. 5.* Neque hoc est illicitum, quatenus templum unius DEI cultui solenniter, ac piis precibus atque votis traditur: Si autem ritus Ethnici & Judaici s. Levitici adhibeantur aliæq; superstitiones admisceantur, quæ Papatus agit, & opinio cultus accedat, novitas est & ea quidem irreligiosa. *Pontificial. fol. 75. 89. seq. Hospinian. de templis l. 4. c. 1. p. 447.* Quod posterius fatetur *Bejerlinck Conc. select. 40. p. 742.* originem consecrationis templorum in finem V. seculi rejiciens.

3. Templa Christianorum sint imaginibus illustria. *Bellarm. l. de imagin. sanct.* Ut veteres Christiani caruerunt templis, sic & imaginibus, tanquam ornatu templorum. Et quamvis imaginum usum ad memoriam, ad informationem simplicium, & competentem ornatum, habere liceat, idq; ex libertate Christiana, nemo inficiatur. *Baron. ann. 599. §. 16. 17.* Ad

cultum

cultum tamen imagines collocare in templis, idololatricum est, & institutum novum. *Baron. Anno* 211. §. 5.

(17) ALTARIA. Et circa hæc non pauca nova habet Ecclesia Romana.

1. Altaria Christianorum sunt loca cultui & Sacrificiis offerendis dicata. Altare dicitur quasi alta ara, soletq; Sacrificii locus erigi in altum tum propter reverentiam, tum propter significationem, tum propter commoditatem sacrificantis. *Bejerlinck Conc. select.* 42. *p.* 775. *Durandus l.* 1. *de rit. Ecclesiæ. c.* 25. §. 5. allegat *Optatum* dicentem: *Qvid est altare? nisi sedes corporis & sangvinis Domini.* Certum tamen est, altaria externa & propriè dicta ad cultum erecta, (*Durand. l.* 1. *de ritib. Eccles. c.* 25. §. 6.) & sacrificiis propriè appellatis servientia *ibid.* §. 1. in Ecclesia veteri prorsus fuisse incognita: De quo plura vide suprà Titulo: *Altaria.*

2. Altaria oportet esse lapidea. *De Consecr. Dist.* 1. *c.* 31. Altaria, si non fuerint lapidea, chrismatis unctione non consecrantur, in *Epaunensi Concilio Baron. ann.* 509. §. 13.

3. Altaria certo & solenni ritu consecranda sunt. *De Consecrat. dist.* 1. *c.* 32. Altaria consecrantur vario ritu, bonam partem Levitico. *Pontifical. fol.* 117. *f. Bejerlinck Conc. select.* 42. Res *nova* est: teste *Bellarm. lib.* 4. *de verbo DEI. c.* 3. §. *Octavium.* ubi conjicit originem in *A. C.* 314.

4. Altaria non consecrantur, nisi superstructa sunt reliquiis Sanctorum: *De Consecr. dist.* 1. *c.* 26. *Placuit &c. Durand. l.* 1. *de rit. Eccles. c.* 25. §§. 4. 5. De ortu hujus ritus adi Titulum: *Sancti.* & *Martyres.* & *Reliqviæ.*

(18) LUMINARIA, sive Cerei ac Lampades in templis accendi solitæ. Necessitatis & commoditatis etiam ornatus aut significationis mysticæ causâ, lucernas in templis accendere nemo prohibet: Cultus autem gratiâ id facere, præsertim in honorem & venerationem imaginum, *novum* est & illicitum. *Bellarm. l.* 2. *de Reliqv. Sanct. c.* 3. §. *Nono.* §. *Ad illud seq.* Olim aliter docuerunt: *Concilium Eliberinum* (*anno* 305.)

 Canon.

Canon. 34. prohibet cereos per diem in cœmiteriis accendi; comminatione additâ; *qui hæc non observârint, arceantur ab Ecclesiæ Communione.* Vide *Dallæum in de objecto cultus religiosi l.* 1.

(19) VOTA & hinc secuta DONARIA. *Vota* DEO *facere* voluntati ejus congrua, pium & Christianum est. At vovere 1. ex proprio suo ingenio. 2. Sanctis, *Bellarm. l.* 3. *de Cultu Sanct. c.* 9. *Novum* est, Apostolos nil tale egisse, nec Apostolicam Ecclesiam, nec primitivam illi propinquam, non inviti nobis dabunt adversarii, quod instituto præsenti sufficit. *Bellarm. L.* 3. *de Cult. Sanct. c.* 9. nullam ejus antiquitatem invenire potest, quàm in IV. demùm seculo: quos enim legat, vixerunt, *Eusebius* anno 326. *Theodoretus* anno 430. *Palladius* & *Prudentius* anno 390. aliiq; recentius.

(20) PEREGRINATIONES ad certa loca sancta, ad reliquias Sanctorum &c. cultus & religiosæ venerationis ergo institutæ. In Ecclesia Apostolica & hanc secuta, nullam Peregrinationum factam fuisse mentionem, planum est. An aliqui accesserint Jerosolymam religionis ergò, non quæritur: quia Christianismus ibi florebat antiquis temporibus, illuc confluxisse causâ Christianismi plurimos, extra dubium est. *Gretserus l.* 2. *de Peregrinat. c.* 1. *p.* 181. *& l.* 3. *de Peregrinat. c.* 5. *Baronius* Seculo demùm quarto invaluisse scribit, *ann.* 380. §. 39. 40. *& anno* 451. §. 38. *Ann.* 575. §. 6. *Ann.* 592. §. 19. *& Anno* 672. §. 1.

§. X.

RITUS ACCESSORII.

VARIAS CONSUETUDINES cultui connexas affinxit.

(1) TEMPLA sunt asyla sceleratorum. *Caus.* 36. *quæst.* 1 *c.* 5. *de raptoribus.* Olim templa nulla erant, ergò nec scelerum nec sceleratorum asyla erant. Estq; lex *nova*, cujus invenire originem licet in Papa Bonifacio V. apud *Platinam*: Sedit autem Bonifac. V. *ann.* 618. Confitetur *Baronius*, Episcopos aliosq; Clericos fuisse quidem conatos, in *seculo quarto*, Templis ea privilegia

vilegia arrogare & de facto usurpare, ut debitores, servos, ancillas, murilegulos & quoslibet publicis privatisq; rationibus involutos; è potestate Magistratus subducerent, at Theodosium *anno* 392. & Arcadium *anno* 398. severis edictis sese opposuisse, *Baron. ann.* 392. §. 29. *ann.* 398. §. 88. 91.

(2) TEMPLI SUPPELLEX VARIA.

1. Calices Eucharisticæ actioni destinati sint aurei, argentei, vel stannei. Usus adiaphorus; at necessitatem induxit Ecclesia Romana. *Polyd. Vergil. l. 6. de invent. c.* 12. putat, pauperes Apostolos calices habuisse ligneos, posteà *Zepherinum, circa annum* 203. mandâsse, ut in vitreo vase, non in ligneo, *ut anteà*, sacrificaretur: sed hoc etiam antiquato, constitutum, ut calices vel aurei sint, vel argentei, vel stannei; quod Urbano I. (anno 227.) nonnulli assignent. Non invenitur hac de re antiquius decretum, quàm quod è *Concilio Triburiensi Baron. ann.* 895. §. 1. & *Rhemensi* (nulla verò Synodus Rhemensis celebrata fuit ante X. Seculum) Papa ipse utrumque ratum habuit: *De Consecrat. d.* 57. 1. *c.* 44. *Vasa, in quibus &c.* & *c.* 45. *Ut Calix &c.*

2. Corporale sit ex ligno puro confectum. *Polyd. Vergil. l. 6. de Invent. c.* 12. *Platina in Vita Sixti I.* originem conjiciunt in *ann.* 132. Jus Canonicum inventum hoc facit adhuc recentius, *de Consecrat. distinct.* 1. *c* 46. *Consulto.* Ex Epistola Eusebii Papæ (*Anno* 309.) & Sylvestri (*Anno* 314.) decretum hoc producens: Consulto omnium statuimus, ut sacrificium &c. *Durand. de ritib. Eccles. Cath. l.* 1. *c.* 12. §. 3. in tempora refer *Eusebii Papæ.*

3. Altarium tegumenta necessaria sunt. *Durandus Rational. l. 6. c.* 85. §. 1. Instituto novo: cujus inventionem *Polydor. Vergil.* tribuit Stephano I. *l. 6. de Invent. c.* 12. vixit autem ille anno 257. apertius autem Bonifacio III. (*circa annum* 606.) *l.* 5. *c.* 6.

4. Vestes sacræ, sine quibus cultum peragens, sub maledicto est. *De Consecr. dist. 1. c. 57. Nullus &c. Durand. Rational. l.* 3. *c.* 1. §. 1. *seq* *Novum* inventum: cujus

veſtigium in antiquitate non extat. *Polydor. Vergil. l. 6. c. 12.* Stephanum I. (*circa annum 257.*) inveniſſe ait.

5. Sacræ veſtes non tangantur à viris non conſecratis, ſed ne quidem ab omnibus conſecratis: in genere autem nulla mulier, licet ſacrata, eadem attingat. *Diſt. 23. c. 25. Sacratus. c. 26. Non oportet. c. 30. Non oportet.* Res *nova* eſt: *Platina in vita Xyſti I.* originem aſcribit *anno 132.* Bonifacius I. anno 419. mandatum repetiit: dicente *Platinâ in vita illius*: *Durandus Rational. l. 4. c. 29. §. 6.* ſtatuit autorem Papam Soterem. Sedit autem Soter *anno 175.*

6. Sacræ veſtes ne laventur extra ſacrarium, nec niſi à perſonis ſacris, nec niſi è vaſis ſacris. *De Conſecr. Diſt. 1. c. 40. nemo palla & vela ſanctuarii &c.* Origo hujus ſtatuti refertur ad Clementem Papam I. qui *anno 93.* præſederit: at iſti antiquitati penitus fuit incognita. *Bellarm. de Scriptor. Eccleſ. p. 57.* iſtam Clementis ad Jacobum epiſtolam planè repudiat.

§. XI.

SACRAMENTORUM RITUS.

(1) Sacram Euchariſtiam percepturi, prius peccata ſua confiteantur; & quidem ad numerum; ne vel unum omittatur, vel circumſtantia quæpiam deſit. *L. 5. Decretal. tit. 38. de pœnit. & remiſſ. c. 12.* Vide ſuprà Titulum: *Confeſſio.* ex profeſſo.

(2) Incenſum thuris fiat ſub Miſsâ. *Durand. rational. l. 5. c. 9. §. 5. Bellarm. l. 2. de Miſſa. c. 15. §. ſecunda Cerem. communis. Polydor. Vergil. l. 5. c. 11. de Invent.* in Leonis III, ætatem refert A. C. 796.

(3) In celebratione Miſſæ quisque donarium aliquod offerat. *Durand. l. 2. de rit. Eccleſ. c. 26. §. 4.* Etſi verò jam olim oblationes in publico Eccleſiæ conventu fuerint collatæ, de quibus *Baronius anno 57. §. 147.* præſertim in uſum pauperum, ut verò ſic Clericorum non tam neceſſitati, quam abun-

abundantiæ & luxuriei consuleretur, antiqua Ecclesia nunquam statuit.

§. XII.

BENEDICTIONES.

Benedicendæ sunt altari novæ fruges. Benedictione opus esse, Paulus docet 1. *Tim.* 4. *v.* 4. & CHRISTI exemplum *Matth.* 14. *v.* 19. *Marc.* 8. *v.* 6. *&c.* Id verò *novum* est, Eutychiano Papâ autore, qui anno 275. Romæ sedit, & de quo *Platina in illius vita*: Eutychianus instituit, ut in altari fruges benedicerentur. Idem concedit *Marsilius Columna hydragiol. sect.* 2. *c.* 2. §. 14. qui etiam benedictionem lactis & mellis refert ad Concilium Africanum, *anno* 254. celebratum.

Benedicenda sunt templa, altaria, vasa sacra, vestes sacræ, cœmiteria, cingula, arma, enses, vexilla, &c. *Pontificale lib.* 1. *&* 2. *Marsilius Columna hydragiol. sect.* 2. *c.* 2. §. 21. *sequ.* Ejus verò benedictionis non meminit vetus Ecclesia, estq; *Novum* quid ortum progressu temporis ex benedictione frugum, cujus modò facta est mentio: Origine sine dubio posterius isto Eutychiani invento.

Cineris aspersio: Ritum ejus describit *Polydor. Vergil. l.* 6. *de invent. c.* 5. *Ante initium Missæ factum cineres consecrantur &c* Ritus & significationes hujus rei enarrat *Durandus Rational. l.* 6. *c.* 28 §. 18. Utique res *nova* est, cujus competentem vetustatem & Apostolicam originem nemo novit.

Cereus Agni Paschalis, cujus virtus ab ipso Pontifice, Urbano V. describitur, hæc referente *Bzovio anno* 1367. §. 9. *Scriptor Ceremoniarum S. R. Ecclesiæ l.* 1. *sect.* 7. auctor est. Urbanum Pontificem tres particulas ceræ benedictæ, *Agnos DEI* communiter nominant, Palæologo Imperatori misisse, hosq; versus addidisse, quibus efficacia ejus ceræ explicatur:

Balsamus & munda cera, cum Chrismatis unda,
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum;
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum;

Fulgura desursum depellit, & omne malignum;
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.
Prægnans servatur, simul & partus liberatur:
Dona confert dignis, virtutem destruit ignis:
Portatus munde, de fluctibus eripit undæ.

Institutum planè *novum*. *Polydor. Vergil. l. 6. de invent. c. 7.* Zozymus auctor fuit, qui regnavit anno 417. Idq; *Platina* in illius vita annotat. Wilhelm. *Durandus Rational. div. offic. lib. 6. c. 80 §. 2.* Alii ad Concilium Toletanum IV. referunt, ita per annos sexcentos in Ecclesia veteri fuisset ignotum.

Jubilæus: qui quàm solennis exstat Roman. Ecclesiæ festivitas, toti orbi notum est, vide *Extrav. Comm. L. 5. tit. 9. de pœnitent. & remiss. c. 1. & 2. & 5.* Ea verò res *nova* est, totiq; Christiano orbi usque ad *Annum Christi 1300.* incognita, quo primum Jubilæum, futuris temporibus quovis centesimo anno celebrandum, indixit Bonifacius VIII. *Bzovius Annal. Eccles. anno 1300. §. 1. Bellarm. parte 2. Chronolog. p. 109.* Quem Clemens V. anno 1342. ad quinquagesimum reduxit, *Bzovius anno 1342. §. 6.* & ann. 1350. primus celebravit. *Bzovius anno 1350. §. 1.*

Supplicium hæreticorum. *Bellarmin. l. 3. de Laicis. c. 21. seq. Caus. 23. Quæst. 5. c. 44. & c. 32.* Originem rei *novæ* describit *Polydor. Vergil. l. 8. de Invent. c. 4.* quod in Nicena Synodo ann. 324. 325. Ario dicta fuerit pœna exilii, & subjungit: *posthac circiter annum 388. Theodosius, Valentinianus mulctandos decreverunt Hæreticos damnis, ignominiis & morte.* Pœnam ignis refert *id* ibidem in *A. C. 1180.* sub ævum Frid. I. Imperat. *Bellarminus* nullum Ecclesiæ decretum ante Innocentium III. invenire potest, qui sedit anno 1200. Certe Urbanus Papa II. adhuc suo tempore, anno scilicet 1087. improbavit, vi hæreticos extirpare velle, ut ex ejus literis *Caus. 24. quæst. 2. c. 37.* conspicitur.

§. XIV.

Mortuorum curam agit, modo antiquitati incognito.

Fundamentum omnis pro mortuis est ignis purgato-

gatorius, præcipua columna totius Regni Pontificii. Vid. Tit. *Purgatorium* & *Oratio*.

Sepulturæ locus cedit in commodum defuncti: *Institut. Juris Canon. l. 2. tit. 24. de sepult. §. sepulturæ quidem, &c.* Exordium *novæ* consuetudinis *Baronius* ad ea tempora refert, quibus Christiani pacem aliquatenus adepti (in Seculo aut IV. aut V.) martyrum corpora in templa collocare cœperunt, *anno 226. §. 12. Accidit.*

Suffragia viventium, quibus docet Romana Ecclesia defunctorum animas juvari. *Bellarm. lib. 2. de Purgator. c. 16.* numerat tria genera suffragiorum: 1. Sacrificium Missæ. 2. Orationem. 3. Opera pœnalia, Jejunium, Eleemosynas, Peregrinationes. *Bellarm. ibid. Benzon. de Jubil. l. 2. c. 47. p. 286. Baron. anno 392. §. 13.* Vide Titulum: *Purgatorium.*

Sacrificium Missæ pro defunctis offerendum. *Tridentinum Concilium Sess. 22. c. 2. Bellarm. l. 2. de Missa c. 7. Durandus Rational. l. 4. c. 1. §. 36.* *Novum* statutum, cujus antiquitatem probaturi confugiunt ad *Basilium*, qui vixit anno 370. *Chrysostomum*, anno 398. *Clementis Constitutiones*, & *Liturgiam Jacobi*, vide *Durandum de rit. Eccles. l. 2. c. 43. §. 1.* Hæc certè suspecta sunt, de illa re testificantia, quæ in prima Ecclesia perpetuo silentio jacuit sepulta. *Baronius* paulò antiquiora quærit testimonia ex *Augustino, anno 389 §. 5.* ubi tamen manifestum est, iis commemorationibus Ecclesiam nihil egisse aliud, quàm quod fuit testificata, defunctos virtute corporis & sanguinis Christi pro se traditi & fusi, de hostibus spiritualibus triumphasse. Vide suprà *Titulos citatos.*

Ad hoc genus suffragii pertinent septendialia Sacrificia, quæ septimo à funere die instituuntur, & describit *Polydor. Vergil. l. 6. c. 10. Bejerlinck Conc. select. 27. p. 505.*

Eleemosynæ pro defunctis factæ, illis in Purgatorio existentibus subveniunt. *Bellarm. l. 2. de Purgator c. 16.* Illis enim velut precioso Balsamo animæ irrigantur, ac DEUS propitius redditur. *Bejerlinck Conc. select. 26.* Apostolos

stolos tale quid docuisse, aut Ecclesiam primitivam usurpasse, non legitur.

Jejunia pro mortuis instituta sunt iisdem saluta-ria. *Bellarm. l. 1. de Purgat. c. 3. §. Tertius.* Institutum *novum* esse, tam profundum silentium adversæ partis plus satis arguit, quo illa usque adeò compescitur, ut ne mutire audeat de vera antiquitate suffragii hujus, ad succurrendum in purgatorio laborantibus inventi.

Indulgentiæ fiunt animabus defunctorum saluta-res. *Bellarm. l. 2. de Purgat. c. 16. §. Ad hæc juvantur. Bejerlinck Conc. select. 25.* ante Paschalem I. h. e. ante finem IX. Seculi neminem nominari posse confitetur, qui indulgentiis subvenerit defunctorum animabus. *Hunnius.* Adde *Molinæum de Novitate Papismi.*

SECTIO SECUNDA.

HÆRESIS. Quàm multa sint, in quibus Romanenses concordent cum antiquis Hæreticis, ex Parallelismo subnexo apud *A. Rivetum Cathol. Orthodox. Tom. I.* patet.

§. 1. Samaritani, teste *Epiphanio*, si quis ipsis diceret de David, Esaia, & sequentibus post Mosen, non suscipiebant, sed immorabantur traditioni, à propriis ipsorum Patribus invectæ.

Papistæ communiter docent, Scripturas non esse necessarias, & Ecclesiam iis posse carere: necessitatem verò traditionum à Patribus invectarum mirè deprædicant.

§. 2. Simoniani, referente *Irenæo*, gloriabantur de iis, quæ non sunt scripta, sed vivâ solum voce tradita. Iidem inenarrabilem Apocrypharum Scripturarum multitudinem, quas ipsi finxerant, adferebant ad stuporem insensatorum, & quæ sunt veritatis, non scientium literas.

Hoc idem *Papistæ* faciunt, traditiones non scriptas non solùm æquant, & pari pietatis affectu cum Scripturis recipiunt, sed præferunt, & ab iis omnem Scripturarum autoritatem pendere volunt.

Apud

Apud eos insuper plena sunt omnia legendis Apocryphis, & confictis Scripturis.

§. 3. Carpocratiani, apud *Irenæum*, commenta sua hoc prætextu defendebant, Dominum JESUM Apostolis talia privatim in mysterio locutum esse, Apostolis autem non omnibus, sed dignis solummodò ista tradidisse.

Papistæ universi, cùm disputant de Scripturarum insufficientiâ, abutuntur hoc dicto Christi; *Adhuc multa habeo, quæ vobis dicam, sed nunc non potestis portare*: quo omnes insipientissimos hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maxime exhorret sensus humanus, colorare voluisse testatur Augustin. Ledesma Jesuita Apostoli secreta quædam esse voluerunt. Consentaneum enim erat, mysteria quædam, præsertim sacra, clam populo rudi habere.

§. 4. Nazaræi confitebantur quidem, Mosen legem accepisse, sed dicebant, fictos esse hos libros.

Inter *Papistas* sic loquitur *Albertus Pighius*: Unde nobis certum est, hæc esse Mosis scripta, quæ sub ejus nomine legimus, ut qui autographa ejus non vidimus: Et si videremus, quis certos nos redderet, Moysis tam multis seculis mortui scripta manu? Deinde, ut hoc nobis constaret, quis securos reddidit, vera esse, quæ scribit, omnia? Et de Evangelistis: Tametsi credamus, quòd dictis & actis Christi interfuerunt, potuerunt tamen *labi* memoriâ & *mentiri*, ut omnis homo falli potest & fallere. Unde insuper certum, hæc, quæ leguntur, illorum esse germana, non falsata, non subdititia. His interrogationibus atheis conveniunt propositiones *Bailii*, in impietatis suæ demonstratione. Scriptura, *inquit*, potest in dubium vocari. Quis vobis dixit, quòd sit divina, eiq; potiùs credendum esse, quàm historiis profanis & fabulis?

§. 5. Basilidiani & Carpocratiani, referentibus *Irenæo* & *Epiphanio*, doctrinas suas abscondebant. Nos homines sumus, *inquiebat Basilides*, cæteri omnes canes sunt & sues: nolite ergò margaritas projicere porcis, & dare sanctum canibus. Cùm ex Scripturis arguerentur, in accusationem convertebantur Scripturarum,

rarum, quasi non rectè haberent, neque sint ex autoritate, & quia varia sint dictæ, & quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciunt traditionem. Non enim per literas traditam illam, sed per vivam vocem. Ob quam causam Paulum dixisse; Sapientiam loquimur inter perfectos.

Eadem dicunt *Papistæ*. Non videtur, *ait Albertus Pius Carpensis*, Scripturarum genus universum vulgo disseminandum esse, nec margaritas porcis spargendum, nec sanctum, ut Dominus ait, dandum canibus. Cui concinnè respondebat *Erasmus*; Malè sentis de populo Christiano, si dignum judicas, qui porcis & canibus conferatur. Tale fuit tamen judicium Jesuitæ *Jacobi Ledesmæ*, ut enim hanc suam propositionem *Basilidianam* fundaret; Non decet, ut divina & sacrosancta fidei mysteria in ore omnium hominum promiscuè versentur: quibusdam enim verborum involucris pleraque sunt obtegenda, ne ab imperitissimo quoque passim intellecta, facilè quoque contemnantur: hanc affert rationem: Tandem hoc ipsum docuit Servator noster, Matth. 7. Nolite Sanctum dare canibus &c. Item: Consentaneum erat, mysteria quædam, præsertim sacra, clam populo rudi habere. Non judicavi, inquit Paulus 1. Cor. 2. me scire aliquid inter vos, nisi JESUM CHRISTUM, & hunc crucifixum: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Ita cum *Carpocrate* corrumpit Pauli sensum. Idem fecit *Costerus* Jesuita; A Christo videtur cautum, ne omnia fidei dogmata commendarentur scriptis, dum ait, nolite sanctum dare canibus. *Chartono* Scriptura tantùm est particula veritatis revelatæ, quæ neque in toto suo, neque in aliqua parte potest à seipsa valorem & autoritatem habere. *Cardinali Baronio*, Traditiones excellunt supra Scripturas, quòd Scripturæ non subsistant, nisi traditione firmentur; traditiones autem sine scriptis suam retineant firmitatem.

§. 6. Gnolimachi, apud *Damascenum* & *Nicetam*, cuivis Christianismi cognitioni & scientiæ resistebant, illosq; frustrà laborare afferebant, qui in sacris Scripturis scientiam ullam aut cognitionem investigabant, cùm præsertim à Christianis DEUS nihil præter bona opera requirat. Itaque aliquem simplici rudiq; animo insti-

institutum suum persequi melius esse, quàm multam curam in cognoscendis decretis & scientiis ponere.

Papistæ lectioni Scripturarum populo interdicunt Christiano. *Hosius Cardinalis* commendat doctum quendam, qui, sicut audierat à Carbonario, non aliò sibi confugiendum esse duxit, quàm ad fidem Ecclesiæ Catholicæ, tanquam ad asylum unum omnium tutissimum; & in ea tempore mortis plus præsidii invenit, quàm in omni Scripturarum exercitatione, quas totâ vitâ suâ meditatus erat diligenter. *Ibidem ait*; pietatem divinam non attendere, quantâ cognitione credatur, sed magis quantâ devotione, quod creditur, diligatur. Sed ignoti nulla cupido, nedum dilectio. Tandem fratrum ignorantium ordinem instituerunt, quem reliquis frequentiorem reddere conantur. Doctor *Colus* in Consessu Ordinum Angliæ; Edico vobis, *inquiebat*, ignorantia est mater pietatis.

§. 7. Simon Magus, qvùm inspexisset, per impositionem manuum Apostolorum dari Sp. Sanctum, obtulit eis pecunias, dicens; Date etiam mihi potestatem istam &c. ut posteà eandem aliis vendere posset. Hinc *Simonia* activa & passiva, tam eorum, qui emunt, quàm eorum, qui vendunt rem spiritualem.

At in Ecclesia Romana *Simoniam* regnare, ac si nullum esset peccatum, conqueritur *Durandus Speculator*. Et Baptista *Mantuanus* de eadem: - - - Venalia nobis

Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Coronæ,
Ignis, thura preces, cœlum est venale, DEUSq;.

De Alexandro VI. Pontifice, qui *Rodericus Borgia* anteà dictus fuit, testatur *Gvicciardinus*, Cardinales ei vendidisse potestatem exercendi *mercimoniam* sacrorum thesaurorum in editissima & principali parte Templi. *Alvarus Pelagius*, pro pecuniis celebrant, corpus Christi pro pecunia vendunt cum Juda: consecrant & ordinant, & pro pecunia conferunt omnia Sacramenta: sed gratiam non conferunt, quam non habent. Nihil accipitur gratis, nihil datur gratis. Hinc illud *Sannazarii* de Leone X.

Sacra sub extremâ, si fortè requiritis, horâ
Cur Leo non poterat sumere? vendiderat.

Nihil hodie datur gratis, quia nec aliquid recipitur gratis, quia dicunt collatores, quod comparavimus, vendimus; ait idem *Alvarus*.

§. 8. Idem **Simon** post corruptionem & interitum carnis tradebat animarum purificationem, ψυχῶν κάθαρσιν.

Papistæ post mortem & corruptionem corporis docent purificationem animarum futuram in loco imaginario, quem *Purgatorium* appellant.

§. 9. **Montani** Paracletus hoc sæpè commendavit, nempe animam aliquid pensare penes inferos, usque ad resurrectionis plenitudinem, modicum quodque delictum luens, morâ resurrectionis, donec solverit ad ultimum quadrantem.

Idem fundamentum habent *Papistæ* pro satisfactionibus, quas post hanc vitam necessarias esse contendunt.

§. 10. **Marcion** utramque mercedem creatoris, sive tormenti, sive refrigerii apud inferos determinabat, ei positam, qui legi & Prophetis obedierant.

Hanc eandem imbiberunt doctrinam *Pontificii*, nempe Patres omnes, qui Legi & Prophetis obediverunt, usque ad ascensionem Christi detentos fuisse in aliqua parte inferni, quam *Limbum* appellant, in qua finxerunt locum refrigerii & consolationis.

§. 11. **Elxai**, qui *Ossenorum* fuit Patriarcha, coegit non solùm per DEUM jurare, sed etiam per salem & aquam, per æthera & ventum, per terram atque cœlum.

Pontificii per creaturas jurant, per Sanctos & Sanctas, & eorum reliquias.

§. 12. **Marcellina** Sectæ *Carpocratis* fuisse traditur socia, quæ colebat imagines JESU, Pauli, Homeri & Pythagoræ adorando, incensumq; ponendo, teste *Augustino*. Carpocratis etiam discipuli imagines quasdam depictas, quasdam autem & de reliqua materia fabricatas habebant, dicentes, formam Christi factam à Pilato, illo tempore, quo fuit JESUS cum hominibus. Testibus *Irenæo* & *Epiphanio*.

His autoribus *Papistæ* didicerunt, Christi & Sanctorum imagines exsculpere, pingere & variis modis efformare, in eum finem,

ut eas

ut eas adorent, vestiant, in incensum adoleant, & in publicis supplicationibus deferant, fingentes etiam imagines Christi, dum in carne conversaretur, à Luca fuisse depictas, quas ad hoc usque tempus conservatas fuisse, & Romæ asservatas gloriantur.

§. 13. Audiani cogitatione carnali DEUM fingebant in similitudinem hominis corruptibilis, ait *Augustin.* Armenii & Jacobitæ, teste *Nicephoro, Callisto,* imagines Patris, Filii & Spiritus Sancti, effigiabant, quod perquam est absurdum. Crucem non prius honore debito prosequebantur, quàm perinde atque hominem baptisavissent.

Papistæ DEUM Patrem pingunt facie senili, promissa barbâ, & Spiritum S. in specie columbæ, quidam etiam Trinitatem in tricipitis hominis specie. Res etiam inanimatas baptisant, ad usus, ut vocant, sacros. Hinc Baptismus campanarum. Pontifex ipse imagunculas agni cereas baptisat. Sic enim autor ceremoniarum: omnibus agnus DEI baptisatis per Pontificem, vel per ejus Prælatos, surgens Pontifex &c.

§. 14. Chatzinzarii & Staurolatræ dicebantur, qui crucem adorabant. , Χάτζυς γὰρ ὁ σταυρὸς παρ᾽ αὐτοῖς: Chatzus namq; crux ab iis dicitur, ait *Nicephorus,* propterea, quòd crucem tantùm adorare & colere dicantur.

Papistæ negare non possunt, se Staurolatras esse, crucem enim adorant adoratione Latriæ. In Pontificali post novæ crucis benedictionem. Tum Pontifex flexis ante crucem genibus, eam devotè adorat & osculatur, idem faciunt, quicunque alii voluerint. Thomas expresse: Illi exhibemus Latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis: Cantat enim Ecclesia; O ave spes unica hoc passionis tempore, auge piis justitiam, reisq; dona veniam. Ergò crux Christi est adoranda adoratione Latriæ.

§. 15. Angelici in Angelorum cultu inclinati fuerunt, ait *Augustin.* Quod etiam *Epiphanius* tribuit Cainianis.

Papistæ omnes Angelos bonos universos colunt religioso cultu, & quisque suum Angelum custodem religiosè colit & invocat, ut suo loco videbitur.

§. 16. Collyridiani Virginem Mariam colebant & adorabant, qui propterea ab *Epiphanio* inter hæreticos numerantur, & idololatræ appellantur. *Petrus Gnaphæus* Hæreticus in V. Synodo damnatus, autor fuit, ut in precatione omni DEI genitrix nominaretur, & divinum ejus nomen invocaretur. Καὶ ταύτης τὴν θείαν κλῆσιν ἐπικαλεῖσθαι.

Papistæ hæc omnia faciunt, qui Psalmos omnes ad DEUM pertinentes Mariæ, mutato nomine, applicarunt. Qui eam invocant Deamq; appellant. Ne Deam ipsam inani inutilium lignorum donatione lusisse videamini. Quæ sunt verba Epistolæ Leonis X. P. P. ad Recanatenses, in quibus agebat de Lauretana imagine. Cujus ædes describens *Turselinus* Jesuita, sic præfatur ad Cardinalem *Aldobrandinum*: Matrem suam præpotens ille DEUS *divinæ Majestatis potestatisq́;* sociam, quatenus licuit, adscivit. Huic olim cœlestium mortaliumq; principatum detulit: Ad hujus arbitrium (quoad hominum tutela postulat) terras, maria, cœlum, naturamq; moderatur; hac annuente, & per hanc divinos thesauros & cœlestia dona largitur. At nos cum *Epiphanio* & veteri Ecclesia dicimus: Sit in honore Maria; Pater, Filius & Spiritus Sanctus adoretur, Mariam nemo adoret. Vel potiùs hæc DEI verba opponimus: Gloriam meam alteri non dabo. Itaque cum Apostolo sic DEO laudem tribuimus: Soli DEO honor & gloria: Non cum Bellarmino de Valentia & aliis Jesuitis; Laus DEO & virgini Mariæ, DEO item JESU CHRISTO. Ubi virginem Mariam CHRISTO præponunt in δοξολογίᾳ.

§. 17. Hemerobaptistæ quotidiè lavabantur, teste *Epiphanio*, non corporum ablutionis gratiâ, sed propter peccata.

Papistæ singulis diebus aspergunt se aquâ lustrali, ad purgationem peccatorum, quæ *venialia* appellant.

§. 18. Marcion dabat etiam permissionem mulieribus, ut baptismum darent, ait *Epiphanius*. Pepusiani tantùm dabant mulieribus principatum, ut Sacerdotes apud eos etiam honorarentur, teste *August.*

Papistæ approbant obstetricum & aliarum mulierculārum baptismum, in ficto ab iis necessitatis casu.

§. 19. Marcosii in administratione baptismi Ebraica nomina superfabantur, ait *Irenæus*, ut stupori essent, vel, ut ait *Epiphanius*, quò magis admirationi essent iis, qui initiabantur.

Papistæ usurpant linguam initiatis plerumq; non intellectam, nec testibus assistentibus, ut majestatem concilient rebus sacris, ut causantur; Et in baptismi administratione verba quædam Ebraica proferunt.

§. 20. Manichæi in administratione cœnæ Domini à calice Sacramenti abstinebant, ut loquitur *Gelasius*, vel ut *Leo* Papa, ore indigno Christi corpus (id est, corporis Christi Sacramentum) accipiebant, sanguinem autem redemptionis haurire omninò declinabant.

Papistæ solum panem consecratum populo permittentes, eum à sacri calicis participatione arcent.

§. 21. Helsesaitæ CHRISTUM non unum dicebant, sed hunc quidem infernè, illum verò supernè, apud *Theodoretum*. Rursus autem eum transire in alia corpora, & in unoquoque tempore diverse ostendi.

Papistæ nobiscum agnoscunt corpus Christi visibile supernè, nempe in cœlo. Addunt autem corpus invisibile & impalpabile infernè, pluribus in terra locis, in unoquoque tempore, in infinitis hostiis.

§. 22. Marcosius pocula vino mixta, simulans, se gratias agere, & diutius extendens sermonem invocationis, purpurea & rubicunda apparere faciebat, ut putaretur gratia ab his, quæ sunt super universa, vel, ut vertit *Petavius*, superna illa cœlestisq; gratia sanguinem suum instillare in illud poculum, per invocationem ipsius, Φασὶ μεταβάλλεσθαι δ' αὐτὸ τὸ μὲν ἐρυθρὸν ὡς αἷμα.

Papistæ etiam finxerunt transubstantiationem panis & vini, & gratiam alligârunt Sacramentis.

§. 23. Acephali, apud *Nicephorum*, communionem à plurimo tempore asservatam habentes, feriis Paschalibus in minutissimas

tissimas incisam partes, convenientibus ad se hominibus dederunt.

Ab istis didicerunt *Pontificii* Eucharistiam diu asservare, & communionem semel in anno tantùm, & populo communiter exhibere feriis Paschalibus.

§. 24. Eutyches corpori DOMINI nostri JESU CHRISTI veri corporis naturam detrahebat, quia, ut refert Leo Papa, corpus ei tribuebat sine forma, dimensionibus & circumscriptione. Contra quem disputans *Vigilius*, vel, ut alii volunt, *Gelasius*; Quando in terra fuit, *inquit*, non fuit utique in cœlo, & nunc, quia in cœlo est, non est utiqne in terra.

Papistæ corpus Christi sub panis accidentibus includunt, sine modo, ut loqvuntur, quantitativo, ita ut non occupet locum, nec circumscribatur loco. Imò affirmant, oculum Christi non videre suum corpus, quatenus est in Eucharistia, propterea quòd est inextensivum.

§. 25. Pharisæi asseres sibi parabant dodrantis latitudine, & in has se ad vesperam locabant, ut, si quis dormiisset, in terram decideret, & rursus excitaretur ad orationem. Alii lapillos ex aquis collectos sibi ipsis substernebant, ut, dum his pungerentur, non in profundum somnum deferrentur. Jejunabant bis in Sabbatho, secundâ & quintâ die. Χαμευνίας suas, id est, humi dormitiones, jejunia stata & similia ex Pharisæorum institutis mutuati sunt quidam monachi austeriores in Papatu. Capucini sanctitatem in eo constituunt, si pro cubili sarmentis utantur.

Papistæ omnes meritum quærunt in jejunando bis in hebdomade, die sexto & septimo.

§. 26. Messaliani Ecclesias & adoratorias sibi ipsis fecerunt, & ad vesperam & manè multis lucernis & luminibus incensis congregabantur &c. extendebant manum, ac petebant velut victu carentes & nihil possidentes. Item, Sacco conspicuo induti incedebant.

Papistæ omnes in matutinis, quas vocant, & vesperis cum lucernis & luminibus incensis congregantur, imo pleno die. Omnes Monachi profitentur, se nihil possidere, mendicantes omnes petunt ostiatim, tanquam victu carentes. Capucini, Recollecti & simi-

& similes cum sacco conspicuo incedunt, & manum etiam extendunt, ut petant, in eumq; finem manticam humeris gestant.

§. 27. Encratitæ, qui etiam Tacianitæ, aut *Taciani* appellati sunt, continentiam prædicarunt, nuptias scortationem esse putantes. Esu inanimatorum interdixerunt. Conjugio utentem in suorum numerum non receperunt, sive marem, sive fœminam. Non vescebantur carnibus, easq; abominabantur.

Apud *Papistas* eos ad sacra officia non est fas admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum est; Sancti estote, quia ego sum sanctus &c. Neque integros corpore non admisit, qui ait, vellem autem omnes esse, sicut & ego. Quod apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, DEO placere non possunt. Hinc Pontifici Innocentio, post Syricium, qui cum uxore exercent carnale commercium, in carne sunt, & DEO placere non possunt; Sancti esse non possunt; Qui à consortio uxorum non abstinent, contaminati sunt carnali concupiscentiâ, nec possunt credere, se exaudiri, cùm dictum sit; Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, sed coinquinata est eorum mens & conscientia. Quid unquam *Encratitæ* fœdius in sanctum conjugium potuerunt evomere? *Bellarminus*, Sanctorum matrimonium, *inqvit*, sine pollutione & turpitudine non exercetur. Quod tamen Apostolo est κοίτη ἀμίαντος; cubile impollutum. De quo nihilominùs idem Cardinalis: 1. Impedit munus sacrificandi. 2. Impedit studium orationis. 3. Impedit efficaciam prædicationis. 4. Impedit curam pauperum. 5. Impedit curam pastoralem. 6. Impedit Sacramentorum administrationem. At, inquit *Espensæus*, quid stolidius, vel divinæ maledictionis obligatius, quàm si Episcopi vel Archidiaconi sic in libidinem præcipites, ut nec adulteria, nec incestus, nec turpes marium amplexus horreant, casta Clericorum conjugia sibi fœtere, nec veræ justitiæ compassione eos, ut conservos continere rogent, aut moneant, sed ut servos cogant & jubeant; addentes huic imperio, non consilio, suggestionem adhuc turpiorem, magisq; fatuam, honestius pluribus occultè implicari, quàm apertè in hominum vultu & conscientia cum una ligari &c. Hic est autem totius

Fulgura desursum depellit, & omne malignum:
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.
Prægnans servatur, simul & partus liberatur:
Dona confert dignis, virtutem destruit ignis:
Portatus mundè, de fluctibus eripit undæ.

Institutum planè *novum*. *Polydor. Vergil. l. 6. de invent. c. 7.* Zozymus auctor fuit, qui regnavit anno 47. Idq; *Platina* in illius vita annotat. *Wilhelm. Durandus Rational. div. offic. lib. 6. c. 80 §. 2.* Alii ad Concilium Toletanum IV. referunt, ita per annos sexcentos in Ecclesia veteri fuisse ignotum.

Jubilæus: qui quàm solennis exultat Roman. Ecclesiæ festivitas, toti orbi notum est, vide *Extrav. Comm. l. 5. tit. 9. de pœnitent. & remiß. c. 1. & 2. & 5.* Ea verò res *nova* est, totiq; Christiano orbi usque ad *Annum Christi 1300.* incognita, quo primum Jubilæum, futuris temporibus quovis centesimo anno celebrandum, indixit Bonifacius VIII. *Bzovius Annal. Eccles. anno 1300. §. 1. Bellarm. parte 2. Chronolog. p. 109* Quem Clemens V. anno 1342. ad quinquagesimum reduxit, *Bzovius anno 1342. §. 6.* & ann. 1350. primus celebravit. *Bzovius anno 1350. §. 1.*

Supplicium hæreticorum. *Bellarmin. l. 3. de Laicis. c. 21. seq. Caus. 23. Quæst. 5 c. 44. & c. 32.* Originem rei *novæ* describit *Polydor. Vergil. l. 8 de Invent. c. 1.* quod in Nicena Synodo ann. 324. 325. Ario dicta fuerit pœna exilii, & subjungit: *posthac circiter annum 388 Theodosius, Valentinianus mulctandos decreverunt Hæreticos damnis, ignominiis & morte.* Pœnam ignis refert *id* ibidem in *A. C. 1180.* sub ævum Frid. I. Imperat. *Bellarminus* nullum Ecclesiæ decretum ante Innocentium III. invenire potest, qui sedit anno 1200. Certe Urbanus Papa II. adhuc suo tempore, anno scilicet 1087 improbavit, vi hæreticos extirpare velle, ut ex ejus literis *Caus. 24. quæst. 2. c. 37.* conspicitur.

§. XIV.

Mortuorum curam agit, modo antiquitati incognito.

Fundamentum omnis pro mortuis est ignis purgato-

gatorius, præcipua columna totius Regni Pontificii. Vid. Tit. *Purgatorium* & *Oratio*.

Sepulturæ locus cedit in commodum defuncti: *Institut. Juris Canon. l. 2. tit. 24. de sepult. §. sepulturæ quidem &c.* Exordium *novæ* consuetudinis *Baronius* ad ea tempora refert, quibus Christiani pacem aliquatenus adepti (in Seculo aut IV. aut V.) martyrum corpora in templa collocare cœperunt, *anno 226. §. 12. Accidit.*

Suffragia viventium, quibus docet Romana Ecclesia defunctorum animas juvari. *Bellarm. lib. 2. de Purgator. c. 16.* numerat tria genera suffragiorum: 1. Sacrificium Missæ. 2. Orationem. 3. Opera pœnalia, Jejunium, Eleemosynas, Peregrinationes. *Bellarm. ibid. Benzon. de Jubil. l. 2. c. 47. p. 286. Baron. anno 392. §. 13.* Vide Titulum: *Purgatorium*.

Sacrificium Missæ pro defunctis offerendum. *Tridentinum Concilium sess. 22. c. 2. Bellarm. l. 2. de Missa c. 7. Durandus Rational. l. 4. c. 1. §. 36.* *Novum* statutum, cujus antiquitatem probaturi confugiunt ad *Basilium*, qui vixit anno 370. *Chrysostomum*, anno 398. *Clementis Constitutiones*, & *Liturgiam Jacobi*, vide *Durandum de rit. Eccles. l. 2. c. 43. §. 1.* Hæc certè suspecta sunt, de illa re testificantia, quæ in prima Ecclesia perpetuo silentio jacuit sepulta. *Baronius* paulò antiquiora quærit testimonia ex *Augustino, anno 389 §. 5.* ubi tamen manifestum est, iis commemorationibus Ecclesiam nihil egisse aliud, quàm quod fuit testificata, defunctos virtute corporis & sanguinis Christi pro se traditi & fusi, de hostibus spiritualibus triumphasse. Vide suprà *Titulos citatos*.

Ad hoc genus suffragii pertinent septendialia Sacrificia, quæ septimo à funere die instituuntur, & describit *Polydor. Vergil. l. 6. c. 10. Bejerlinck Conc. select. 27. p. 505.*

Eleemosynæ pro defunctis factæ, illis in Purgatorio existentibus subveniunt. *Bellarm. l. 2. de Purgator c. 16.* Illis enim velut precioso Balsamo animæ irrigantur, ac DEUS propitius redditur. *Bejerlinck Conc. select. 26.* Apostolos

ſtolos tale quid docuiſſe, aut Eccleſiam primitivam uſurpaſſe, non legitur.

Jejunia pro mortuis inſtituta ſunt iisdem ſalutaria. *Bellarm. l. 1. de Purgat. c. 3. §. Tertius.* Inſtitutum *novum* eſſe, tam profundum ſilentium adverſæ partis plus ſatis arguit, quo illa uſque adeò compeſcitur, ut ne mutire audeat de vera antiquitate ſuffragii hujus, ad ſuccurrendum in purgatorio laborantibus inventi.

Indulgentiæ fiunt animabus defunctorum ſalutares. *Bellarm. l. 2. de Purgat. c. 16. §. Ad hæc juvantur. Bejerlinck Conc. ſelect. 26.* ante Paſchalem I. h. e. ante finem IX. Seculi neminem nominari poſſe confitetur, qui indulgentiis ſubvenerit defunctorum animabus. *Hunnius.* Adde *Molinæum de Novitate Papiſmi.*

SECTIO SECUNDA.

HÆRESIS. Quàm multa ſint, in quibus Romanenſes concordent cum antiquis Hæreticis, ex Parallelismo ſubnexo apud *A. Rivetum Cathol. Orthodox. Tom. I.* patet.

§. 1. Samaritani, teſte *Epiphanio*, ſi quis ipſis diceret de David, Eſaia, & ſequentibus poſt Moſen, non ſuſcipiebant, ſed immorabantur traditioni, à propriis ipſorum Patribus invectæ.

Papiſtæ communiter docent, Scripturas non eſſe neceſſarias, & Eccleſiam iis poſſe carere: neceſſitatem verò traditionum à Patribus invectarum mirè deprædicant.

§. 2. Simoniani, referente *Irenæo*, gloriabantur de iis, quæ non ſunt ſcripta, ſed vivâ ſolum voce tradita. Iidem inenarrabilem Apocrypharum Scripturarum multitudinem, quas ipſi finxerant, adferebant ad ſtuporem inſenſatorum, & quæ ſunt veritatis, non ſcientium literas.

Hoc idem *Papiſtæ* faciunt, traditiones non ſcriptas non ſolùm æquant, & pari pietatis affectu cum Scripturis recipiunt, ſed præferunt, & ab iis omnem Scripturarum autoritatem pendere volunt.

Apud

Apud eos insuper plena sunt omnia legendis Apocryphis, & confictis Scripturis.

§. 3. Carpocratiani, apud *Irenaum*, commenta sua hoc prætextu defendebant, Dominum JESUM Apostolis talia privatim in mysterio locutum esse, Apostolis autem non omnibus, sed dignis solummodò ista tradidisse.

Papistæ universi, cùm disputant de Scripturarum insufficientiâ, abutuntur hoc dicto Christi; *Adhuc multa habeo, quæ vobis dicam, sed nunc non potestis portare*: quo omnes insipientissimos hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maxime exhorret sensus humanus, colorare voluisse testatur Augustin. Ledesma Jesuita Apostoli secreta quædam esse voluerunt. Consentaneum enim erat, mysteria quædam, præsertim sacra, clam populo rudi habere.

§. 4. Nazaræi confitebantur quidem, Mosen legem accepisse, sed dicebant, fictos esse hos libros.

Inter *Papistas* sic loquitur *Albertus Pighius*: Unde nobis certum est, hæc esse Mosis scripta, quæ sub ejus nomine legimus, ut qui autographa ejus non vidimus: Et si videremus, quis certos nos redderet, Moysis tam multis seculis mortui scripta manu? Deinde, ut hoc nobis constaret, quis securos reddidit, vera esse, quæ scribit, omnia? Et de Evangelistis: Tametsi credamus, quòd dictis & actis Christi interfuerunt, potuerunt tamen *labi* memoriâ & *mentiri*, ut omnis homo falli potest & fallere. Unde insuper certum, hæc, quæ leguntur, illorum esse germana, non falsata, non subdititia. His interrogationibus atheis conveniunt propositiones *Bailii*, in impietatis suæ demonstratione. Scriptura, *inquit*, potest in dubium vocari. Quis vobis dixit, quòd sit divina, eiq; potiùs credendum esse, quàm historiis profanis & fabulis?

§. 5. Basilidiani & Carpocratiani, referentibus *Irenæo* & *Epiphanio*, doctrinas suas abscondebant. Nos homines sumus, *inquiebat Basilides*, cæteri omnes canes sunt & sues: nolite ergò margaritas projicere porcis, & dare sanctum canibus. Cùm ex Scripturis arguerentur, in accusationem convertebantur Scripturarum,

 rarum,

rarum, quasi non rectè haberent, neque sint ex autoritate, & quia variæ sint dictæ, & quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciunt traditionem. Non enim per literas traditam illam, sed per vivam vocem. Ob quam causam Paulum dixisse; Sapientiam loquimur inter perfectos.

Eadem dicunt *Papistæ*. Non videtur, *ait Albertus Pius Carpensis*, Scripturarum genus universum vulgo disseminandum esse, nec margaritas porcis spargendum, nec sanctum, ut Dominus ait, dandum canibus. Cui concinnè respondebat *Erasmus*; Malè sentis de populo Christiano, si dignum judicas, qui porcis & canibus conferatur. Tale fuit tamen judicium Jesuitæ *Jacobi Ledesmæ*, ut enim hanc suam propositionem *Basilidianam* fundaret; Non decet, ut divina & sacrosancta fidei mysteria in ore omnium hominum promiscuè versentur: quibusdam enim verborum involucris pleraque sunt obtegenda, ne ab imperitissimo quoque passim intellecta, facilè quoque contemnantur: hanc affert rationem: Tandem hoc ipsum docuit Servator noster, Matth. 7. Nolite Sanctum dare canibus &c. Item: Consentaneum erat, mysteria quædam, præsertim sacra, clam populo rudi habere. Non judicavi, inquit Paulus 1. Cor. 2. me scire aliquid inter vos, nisi JESUM CHRISTUM, & hunc crucifixum: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Ita cum *Carpocrate* corrumpit Pauli sensum. Idem fecit *Costerus* Jesuita; A Christo videtur cautum, ne omnia fidei dogmata commendarentur scriptis, dum ait, nolite sanctum dare canibus. *Chartona* Scriptura tantùm est particula veritatis revelatæ, quæ neque in toto suo, neque in aliqua parte potest à seipsa valorem & autoritatem habere. *Cardinali Baronio*; Traditiones excellunt supra Scripturas, quòd Scripturæ non subsistant, nisi traditione firmentur; traditiones autem sine scriptis suam retineant firmitatem.

§. 6. Gnolimachi, apud *Damascenum* & *Nicetam*, cuivis Christianismi cognitioni & scientiæ resistebant, illosq; frustrà laborare asserebant, qui in sacris Scripturis scientiam ullam aut cognitionem investigabant, cùm præsertim à Christianis DEUS nihil præter bona opera requirat. Itaque aliquem simplici rudiq; animo

institutum suum persequi melius esse, quàm multam curam in cognoscendis decretis & scientiis ponere.

Papistæ lectioni Scripturarum populo interdicunt Christiano. *Hosius Cardinalis* commendat doctum quendam, qui, sicut audierat à Carbonario, non aliò sibi confugiendum esse duxit, quàm ad fidem Ecclesiæ Catholicæ, tanquam ad asylum unum omnium tutissimum; & in ea tempore mortis plus præsidii invenit, quàm in omni Scripturarum exercitatione, quas totâ vitâ suâ meditatus erat diligenter. *Ibidem ait*; pietatem divinam non attendere, quantâ cognitione credatur, sed magis quantâ devotione, quod creditur, diligatur. Sed ignoti nulla cupido, nedum dilectio. Tandem fratrum ignorantium ordinem instituerunt, quem reliquis frequentiorem reddere conantur. Doctor *Colus* in Consessu Ordinum Angliæ; Edico vobis, *inqviebat*, ignorantia est mater pietatis.

§. 7. Simon Magus, qvùm inspexisset, per impositionem manuum Apostolorum dari Sp. Sanctum, obtulit eis pecunias, dicens; Date etiam mihi potestatem istam &c. ut posteà eandem aliis vendere posset. Hinc *Simonia* activa & passiva, tam eorum, qui emunt, quàm eorum, qui vendunt rem spiritualem.

At in Ecclesia Romana *Simoniam* regnare, ac si nullum esset peccatum, conqueritur *Durandus Speculator*. Et Baptista *Mantuanus* de eadem: - - - Venalia nobis

Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Coronæ,
Ignis, thura preces, cœlum est venale, DEUSq;.

De Alexandro VI. Pontifice, qui *Rodericus Borgia* anteà dictus fuit, testatur *Gvicciardinus*, Cardinales ei vendidisse potestatem exercendi *mercimoniam* sacrorum thesaurorum in editissima & principali parte Templi. *Alvarus Pelagius*, pro pecuniis celebrant, corpus Christi pro pecunia vendunt cum Juda: consecrant & ordinant, & pro pecunia conferunt omnia Sacramenta: sed gratiam non conferunt, quam non habent. Nihil accipitur gratis, nihil datur gratis. Hinc illud *Sannazarii* de Leone X.

Sacra sub extremâ, si fortè requiritis, horâ
Cur Leo non poterat sumere? *vendiderat*.

Nihil hodie datur gratis, quia nec aliquid recipitur gratis, quia dicunt collatores, quod comparavimus, vendimus; ait idem *Alvarus*.

§. 8. Idem **Simon** post corruptionem & interitum carnis tradebat animarum purificationem, ψυχῶν κάθαρσιν.

Papistæ post mortem & corruptionem corporis docent purificationem animarum futuram in loco imaginario, quem *Purgatorium* appellant.

§. 9. **Montani** Paracletus hoc sæpè commendavit, nempe animam aliquid pensare penes inferos, usque ad resurrectionis plenitudinem, modicum quodque delictum luens, morâ resurrectionis, donec solverit ad ultimum quadrantem.

Idem fundamentum habent *Papistæ* pro satisfactionibus, quas post hanc vitam necessarias esse contendunt.

§. 10. **Marcion** utramque mercedem creatoris, sive tormenti, sive refrigerii apud inferos determinabat, ei positam, qui legi & Prophetis obedierant.

Hanc eandem imbiberunt doctrinam *Pontificii*, nempe Patres omnes, qui Legi & Prophetis obediverunt, usque ad ascensionem Christi detentos fuisse in aliqua parte inferni, quam *Limbum* appellant, in qua finxerunt locum refrigerii & consolationis.

§. 11. **Elxai**, qui *Ossenorum* fuit Patriarcha, coegit non solùm per DEUM jurare, sed etiam per salem & aquam, per æthera & ventum, per terram atque cœlum.

Pontificii per creaturas jurant, per Sanctos & Sanctas, & eorum reliquias.

§. 12. **Marcellina** Sectæ *Carpocratis* fuisse traditur socia, quæ colebat imagines JESU, Pauli, Homeri & Pythagoræ adorando, incensumq; ponendo, teste *Augustino*. Carpocratis etiam discipuli imagines quasdam depictas, quasdam autem & de reliqua materia fabricatas habebant, dicentes, formam Christi factam à Pilato, illo tempore, quo fuit JESUS cum hominibus. Testibus *Irenæo* & *Epiphanio*.

His autoribus *Papistæ* didicerunt, Christi & Sanctorum imagines exsculpere, pingere & variis modis efformare, in eum finem, ut eas

ut eas adorent, vestiant, in incensum adoleant, & in publicis supplicationibus deferant, fingentes etiam imagines Christi, dum in carne conversaretur, à Luca fuisse depictas, quas ad hoc usque tempus conservatas fuisse, & Romæ asservatas gloriantur.

§. 13. Audiani cogitatione carnali DEUM fingebant in similitudinem hominis corruptibilis, ait *August.* Armenii & Jacobitæ, teste *Nicephoro, Callisto,* imagines Patris, Filii & Spiritus Sancti, effigiabant, quod perquam est absurdum. Crucem non prius honore debito prosequebantur, quàm perinde atque hominem baptisavissent.

Papistæ DEUM Patrem pingunt facie senili, promissa barbâ, & Spiritum S. in specie columbæ, quidam etiam Trinitatem in tricipitis hominis specie. Res etiam inanimatas baptisant, ad usus, ut vocant, sacros. Hinc Baptismus campanarum. Pontifex ipse imagunculas agni cereas baptisat. Sic enim autor ceremoniarum: omnibus agnus DEI baptisatis per Pontificem, vel per ejus Prælatos, surgens Pontifex &c.

§. 14. Chatzinzarii & Staurolatræ dicebantur, qui crucem adorabant. , Χάτζυς γὰρ ὁ σαυρὸς παρ᾽ αὐτοῖς: Chatzus namq; crux ab iis dicitur, ait *Nicephorus*, proptereà, quòd crucem tantùm adorare & colere dicantur.

Papistæ negare non possunt, se Staurolatras esse, crucem enim adorant adoratione Latriæ. In Pontificali post novæ crucis benedictionem. Tum Pontifex flexis ante crucem genibus, eam devotè adorat & osculatur, idem faciunt, quicunque alii voluerint. Thomas expresse: Illi exhibemus Latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis: Cantat enim Ecclesia; O ave spes unica hoc passionis tempore, auge piis justitiam, reisq; dona veniam. Ergò crux Christi est adoranda adoratione Latriæ.

§. 15. Angelici in Angelorum cultu inclinati fuerunt, ait *August.* Quod etiam *Epiphanius* tribuit Cainianis.

Papistæ omnes Angelos bonos universos colunt religioso cultu, & quisque suum Angelum custodem religiosè colit & invocat, ut suo loco videbitur.

§. 16. Collyridiani Virginem Mariam colebant & adorabant, qui propterea ab *Epiphanio* inter hæreticos numerantur, & idololatræ appellantur. *Petrus Gnaphæus* Hæreticus in V. Synodo damnatus, autor fuit, ut in precatione omni DEI genitrix nominaretur, & divinum ejus nomen invocaretur. Καὶ ταύτης τὴν θείαν κλῆσιν ἐπικαλεῖσθαι.

Papistæ hæc omnia faciunt, qui Psalmos omnes ad DEUM pertinentes Mariæ, mutato nomine, applicarunt. Qui eam invocant Deamq; appellant. Ne Deam ipsam inani inutilium lignorum donatione lusisse videamini. Quæ sunt verba Epistolæ Leonis X. P. P. ad Recanatenses, in quibus agebat de Lauretana imagine. Cujus ædes describens *Turselinus* Jesuita, sic præfatur ad Cardinalem *Aldobrandinum*: Matrem suam præpotens ille DEUS *divinæ Majestatis potestatisq;* sociam, quatenus licuit, adscivit. Huic olim cœlestium mortaliumq; principatum detulit. Ad hujus arbitrium (quoad hominum tutela postulat) terras, maria, cœlum, naturamq; moderatur; hac annuente, & per hanc divinos thesauros & cœlestia dona largitur. At nos cum *Epiphanio* & veteri Ecclesia dicimus: Sit in honore Maria; Pater, Filius & Spiritus Sanctus adoretur, Mariam nemo adoret. Vel potius hæc DEI verba opponimus: Gloriam meam alteri non dabo. Itaque cum Apostolo sic DEO laudem tribuimus: Soli DEO honor & gloria: Non cum Bellarmino de Valentia & aliis Jesuitis; Laus DEO & virgini Mariæ, DEO item JESU CHRISTO. Ubi virginem Mariam CHRISTO præponunt in δοξολογία.

§. 17. Hemerobaptistæ quotidie lavabantur, teste *Epiphanio*, non corporum ablutionis gratiâ, sed propter peccata.

Papistæ singulis diebus aspergunt se aquâ lustrali, ad purgationem peccatorum, quæ *venialia* appellant.

§. 18. Marcion dabat etiam permissionem mulieribus, ut baptismum darent, ait *Epiphanius*. Pepusiani tantùm dabant mulieribus principatum, ut Sacerdotes apud eos etiam honorarentur, teste *August.*

Papistæ approbant obstetricum & aliarum mulieicularum baptismum, in ficto ab iis necessitatis casu.

§. 19. Marcosii in administratione baptismi Ebraica nomina supersabantur, ait *Irenæus*, ut stupori essent, vel, ut ait *Epiphanius*, quò magis admirationi essent iis, qui initiabantur.

Papistæ usurpant linguam initiatis plerumq; non intellectam, nec testibus assistentibus, ut majestatem concilient rebus sacris, ut causantur; Et in baptismi administratione verba quædam Ebraica proferunt.

§. 20. Manichæi in administratione cœnæ Domini à calice Sacramenti abstinebant, ut loquitur *Gelasius*, vel ut *Leo* Papa, ore indigno Christi corpus (id est, corporis Christi Sacramentum) accipiebant, sanguinem autem redemptionis haurire omninò declinabant.

Papistæ solum panem consecratum populo permittentes, eum à sacri calicis participatione arcent.

§. 21. Helsesaitæ CHRISTUM non unum dicebant, sed hunc quidem infernè, illum verò supernè, apud *Theodoretum*. Rursus autem eum transire in alia corpora, & in unoquoque tempore diverse ostendi.

Papistæ nobiscum agnoscunt corpus Christi visibile supernè, nempe in cœlo. Addunt autem corpus invisibile & impalpabile internè, pluribus in terra locis, in unoquoque tempore, in infinitis hostiis.

§. 22. Marcosius pocula vino mixta, simulans, se gratias agere, & diutius extendens sermonem invocationis, purpurea & rubicunda apparere faciebat, ut putaretur gratia ab his, quæ sunt super universa, vel, ut vertit *Petavius*, superna illa cœlestisq; gratia sanguinem suum instillare in illud poculum, per invocationem ipsius, φασὶ μεταβάλλεσθαι δ᾽ αὐτὸ τὸ μὲν ἐρυθρὸν ὡς αἷμα.

Papistæ etiam finxerunt transubstantiationem panis & vini, & gratiam alligârunt Sacramentis.

§. 23. Acephali, apud *Nicephorum*, communionem à plurimo tempore asservatam habentes, feriis Paschalibus in minutissimas

nissimas incisam partes, convenientibus ad se hominibus dederunt.

Ab istis didicerunt *Pontificii* Eucharistiam diu asservare, & communionem semel in anno tantùm, & populo communiter exhibere feriis Paschalibus.

§. 24. Eutyches corpori DOMINI nostri JESU CHRISTI veri corporis naturam detrahebat, quia, ut refert Leo Papa, corpus ei tribuebat sine forma, dimensionibus & circumscriptione. Contra quem disputans *Vigilius*, vel, ut alii volunt, *Gelasius*; Quando in terra fuit, *inquit*, non fuit utique in cœlo, & nunc, quia in cœlo est, non est utiqne in terra.

Papistæ corpus Christi sub panis accidentibus includunt, sine modo, ut loqvuntur, quantitativo, ita ut non occupet locum, nec circumscribatur loco. Imò affirmant, oculum Christi non videre suum corpus, quatenus est in Eucharistia, propterea quòd est inextensivum.

§. 25. Pharisæi asseres sibi parabant dodrantis latitudine, & in has se ad vesperam locabant, ut, si quis dormiisset, in terram decideret, & rursus excitaretur ad orationem. Alii lapillos ex aquis collectos sibi ipsis substernebant, ut, dum his pungerentur, non in profundum somnum deferrentur. Jejunabant bis in Sabbatho, secundâ & quintâ die. Χαμευνίας suas, id est, humi dormitiones, jejunia stata & similia ex Pharisæorum institutis mutuati sunt quidam monachi austeriores in Papatu. Capucini sanctitatem in eo constituunt, si pro cubili sarmentis utantur.

Papistæ omnes meritum quærunt in jejunando bis in hebdomade, die sexto & septimo.

§. 26. Messaliani Ecclesias & adoratorias sibi ipsis fecerunt, & ad vesperam & mane multis lucernis & luminibus incensis congregabantur &c. extendebant manum, ac petebant velut victu carentes & nihil possidentes. Item, Sacco conspicuo inducti incedebant.

Papistæ omnes in matutinis, quas vocant, & vesperis cum lucernis & luminibus incensis congregantur, imo pleno die. Omnes Monachi profitentur, se nihil possidere, mendicántes omnes petunt ostiatim, tanquam victu carentes. Capucini, Recollecti & simi-

& similes cum sacco conspicuo incedunt, & manum etiam extendunt, ut petant, in eumq; finem manticam humeris gestant.

§. 27. Encratitæ, qui etiam Tacianitæ, aut *Taciani* appellati sunt, continentiam prædicarunt, nuptias scortationem esse putantes. Esu inanimatorum interdixerunt. Conjugio utentem in suorum numerum non receperunt, sive marem, sive fœminam. Non vescebantur carnibus, easq; abominabantur.

Apud *Papistas* eos ad sacra officia non est fas admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum est; Sancti estote, quia ego sum sanctus &c. Neque integros corpore non admisit, qui ait, vellem autem omnes esse, sicut & ego. Quod apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, DEO placere non possunt. Hinc Pontifici Innocentio, post Syricium, qui cum uxore exercent carnale commercium, in carne sunt, & DEO placere non possunt; Sancti esse non possunt; Qui à consortio uxorum non abstinent, contaminati sunt carnali concupiscentiâ, nec possunt credere, se exaudiri, cùm dictum sit; Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, sed coinquinata est eorum mens & conscientia. Quid unquam *Encratitæ* fœdius in sanctum conjugium potuerunt evomere? *Bellarminus*. Sanctorum matrimonium, *inqvit*, sine pollutione & turpitudine non exercetur. Quod tamen Apostolo est κοίτη ἀμίαντος; cubile impollutum. De quo nihilominùs idem Cardinalis: 1. Impedit munus sacrificandi. 2. Impedit studium orationis. 3. Impedit efficaciam prædicationis. 4. Impedit curam pauperum. 5. Impedit curam pastoralem. 6. Impedit Sacramentorum administrationem. At, inquit *Espensæus*, quid stolidius, vel divinæ maledictionis obligatius, quàm si Episcopi vel Archidiaconi sic in libidinem præcipites, ut nec adulteria, nec incestus, nec turpes marium amplexus horreant, casta Clericorum conjugia sibi fœtere, nec veræ justitiæ compassione eos, ut conservos continere rogent, aut moneant, sed ut servos cogant & jubeant; addentes huic imperio, non consilio, suggestionem adhuc turpiorem, magisq; fatuam, honestius pluribus occultè implicari, quàm apertè in hominum vultu & conscientia cum una ligari &c. Hic est autem totius

eorum vesaniæ manipulus, & insaniæ conventus, ut Clerici, licita unius mulieris consortia relinquere coacti, fornicatores, adulteri, & turpes aliarum pravitatum ministri cum eis efficiantur. Hæc Sorbonicus Doctor, qui rectè alibi notat, contra Pontificum Innocentii & Syricii Tacinianismum. Quod innupta dicit, ut sit sancta corpore & spiritu, non esse accipiendum, quasi nupta fidelis & casta, & viro subdita, spiritu tantùm, non etiam corpore sancta sit; non enim sanctum corpus esse potest, quo Sanctificator utitur Spiritus. Sed & Petrus ibidem conjugatas sanctas mulieres, & Paulus utriusque sexus fidelium corpora, Christi membra, DEI templa vocat, 1. Cor. 3, 6. 2. Cor. 6. Aude dicere, Christi membra sancta non esse, & coujugatorū corpora à Christi corpore separare.

Ad carnium abstinentiam quod spectat, *Carthusiani*, *Fulienses*, & alii quidam Monachi eam profitentur omni tempore; Alii *Papistæ* in Quadragesima, vigiliis, quatuor temporum jejuniis, &c. qui etiam *Tacianitica*, imò & Satanica ratione utuntur, quòd Deus maledixit terræ in operibus humanis, non aquæ, inde est, ait *Durandus*, quòd omne genus carnis, quod in terra versatur, tam quadrupedia, quàm aves, in Jejuniis non licet comedere. Itaque cùm accidisset *Francisco Assisiati* infirmo, ut gustaret laridum & carnem, coram toto populo hujus facti magnam testatus est pœnitentiam. Quam ut non abs re fuisse susceptam, probet defensor ineptiarum & blasphemiarum sui Francisci *Hinricus Sedulius*, Antverpiensis Franciscanus, ex carnibus alimentum ferinum esse, & bestiis conveniens, probat ex *Musonio* apud *Stobæum Serm. 17.*

§. 28. Manichæi auditoribus suis permittebant, carnibus vesci, agros colere, & si vellent, uxores habere, quorum nihil faciebant, qui apud eos vocabantur *Electi*.

Papistæ in Clericis suis & Monachis matrimonium damnant, quod in aliis tolerant.

§. 29. Novatiani eos, qui secundum matrimonium coiissent, à sacris mysteriis arcebant, ut testatur *Theodoretus*.

Papistæ à Mysteriorum administratione arcent omnes conjugatos, & eos, qui secundo matrimonio juncti fuerunt, etsi post uxorum obitum cœlibes vivant, ad ordines Ecclesiasticos non admittunt.

sunt. Cujus decreti occasione hæc habet Glossa Juris Canonici: Non mirabile, quod cum eo, qui peccat, dispensatur, nempe cum scortatore, cum autem illo, qui non peccat, id est, digamo successivo, non dispensatur.

§. 30. Apud eosdem Manichæos, à regula sanctitatis non videbatur excidisse homo, boletos, orizam, tubera, placentas, piper, laser, distento ventre cum gratulatione ructans. At certo supplicio addicebatur homo parcus & frugi, cui cœnanti oluscula cum exiguo lardo apponebantur.

Apud *Pontificios* idem observatur durante Quadragesimâ, tunc enim, qui piscibus exquisitis in vino coctis, & aromatibus calidissimis conditis, qui sumptuosis acetariis variorum generum, crustulis, dulciariis, libis, salgamis, moretis, & similibus, ventrem habebit distentum, non propterea ei lis intenditur. Sed si quis post longam abstinentiam vitellum ovi sorbet, aut laridi rancidi buccellam, pœnis inferni adjudicatur, & ubi inquisitio viget, etiam igni temporali.

§. 31. Montanus ὁ νηστείας νομοθετήσας, qui leges Jejuniorum condidit, eo nomine hæreticus est habitus à veteri Ecclesia. Quem insecutus *Tertullianus* commendavit ξηροφαγίας, id est, siccas epulas, sive aridiores cibos certis temporibus. Orthodoxos autem, qui huic superstitioni reluctabantur, psychicos quasi animales & carnales appellavit.

Ab his Patriarchis habent *Papistæ* stata sua jejunia, & leges de ciborum delectu, qui etiam, exemplo *Tertulliani*, helluones & intemperantes appellant, qui omni tempore sobriè viventes, utuntur omnibus, aut quibusvis cibis à DEO permissis.

§. 32. Marcion copias maris, hoc est, pisces, sanctiorem cibum deputabat.

Papistæ in suis Jejuniis piscibus vescuntur, non carne; Imò Renatus Laurentius Papista, quasi voluisset Marcionis causam agere, scribens in illum Tertulliani locum, Animalia terrestria, inquit, plus habent maledictionis, quàm aquatilia, quia plus nutriuntur terrâ, cujus de fructu cùm manducâsset Adam, maledicta fuit, non autem aqua. Quid igitur, ô insane Papista, fiet herbis, legu-

minibus, orizæ & fructus arborum, quibus liberè utimini omni tempore.

§. 33. Priscillianus conjuges, quibus hoc malum poterat persuadere, disjungebat, & viros à nolentibus fœminis, & fœminas à nolentibus viris. *Augustino* teste, *Papistæ* docent, matrimonium ratum, non consummatum, per solennem religionis professionem alterius conjugum dirimi, & contrarium sentientes anathemate feriunt Tridentini. *Bellarminus* autem alterum conjugem repugnantem posse cogi, ut faciat, quod tenetur facere, id est, ut liberam dimittat partem, quæ solemniter vovit. Ita disjungunt à legitimis conjugibus eos, quibus hoc malum possunt persuadere, ut Monachi fiant, & cum Priscilliano auferunt viros nolentibus fœminis.

§. 34. Apostolici, qui arrogantissimè se isto nomine vocaverunt, ait *August.* in suam communionem non recipiebant utentes conjugio, & res proprias possidentes; Nullam spem putabant eos habere, qui utuntur rebus, quibus ipsi carebant.

Monachi omnes *Pontificii* arrogantissimè commendant vitæ genus suum, tanquam Apostolicum, imò & Angelicum. Sed omnium arrogantiam superant, qui non Apostolicos, sed Apostolos seipsos nominârunt in Lusitania, & ubique se Jesuitas appellant, quasi JESU ipsius socios. Quod nomen meritò, tanquam arrogantiæ plenum improbavit Eusthatius Bellajus, Episcopus Parisiensis. Nullum conjugatum etiam in consortio suo admittunt Monachi. Franciscus Assisias noluit dici Sanctus, inquiens, quia uxorem & filios habere possem. Quasi sanctitati repugnaret, filios & filias habere. Bruno instituti Carthusiani primus inventor, ideò animum applicuit ad istud Monachismi genus, quia existimavit, nullam esse spem salutis iis, qui urbes incolerent, in populi frequentia. Profectò, inquiebat, non est locus salutis, nisi mundum relinquamus. Si in viridi hoc factum est, quid in arido fiet? Omnes Monachi, qui se mundo mortuos dicunt, alios homines seculares, & mundanos appellant. Cùm autem regnum Christi non sit de hoc mundo, inde colligi potest, quid judicent de reliquis, quos Laicos dicunt.

§. 35.

§. 35. Nudipedales, apud *August.* nudis pedibus semper ambulabant, male intelligentes quædam Scripturæ testimonia, in quibus de solvendis calceamentis agitur. Monachi ex ordine Minorum, Recollecti & Capucini eos imitantur, sed alio prætextu, quibus melius competit, quod de aliis dicebat *Hieronymus*; Viros fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei contra Apostolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi patientiâ frigoris pedes. Fuerunt etiam apud Judæos sacra nudipedalia, testibus *Hegesippo* & *Josepho*. Ubi & Berenicæ astabat nudis pedibus religioni inserviens. Unde *Juvenalis* de Judæa:

Observant, ubi mero pede Sabbatha reges.

Meminit etiam *Tertull. in Apologetico* Nudipedalium, apud Ethnicos. Et adversus Psychicos, ubi etiam Montanista hæreticus factus, illud institutum laudat. Sed & omnem πεπεισφρόνησιν Ethnici agnoscunt, quum stupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retrò avertunt &c. Istis magistris didicerunt nudipedes fratres abjicere calceos, nisi sint fenestrati.

§. 36. Messaliani, εὐχῖται, ab orando sic appellati, tantum enim orant, ut eis, qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur. Iidem dicebant, baptismum novaculam imitari, quæ præcesserunt peccata auferentem. At non hoc solùm pollicetur baptismus, inquit *Theodoretus*.

Primam *Messalianorum* hæresin imitantur *Papistæ*, & præsertim Monachi, professi - - - Relligionem,

Quæ filo insertis numerat sua murmura baccis,

ut loquitur *Mantuanus*. Alteram autem de baptismo renovant, qui docent, baptismum peccata omnia, ac præsertim quod origine contractum est, delere, sed alio opus esse Sacramento, quod tollat peccata omnia post baptismum voluntate & actione suscepta.

§. 37. Circumcelliones horrendis armati cujusque generis telis terribiliter vagando, non dico Ecclesiasticos, sed ipsam humanam quietem pacemq; perturbant, &c. Novo & antea inaudito sceleris genere, calcem aceto permixtam oculis infundentes.

Quid à *Papistis* in Italia, Hispania & aliis locis, operâ Inquisi-

 torum,

rorum fiat omnibus notum est, ibi eqvulei, ignes, rotæ, laquei, gladii sunt argumenta adversus eos, qui deprehenduntur, contra errores Pontificios vel obloqui, vel etiam sentire. Quantum & qualem Albigensium & aliorum fidelium numerum suis cruciatis deleverint, testantur historiæ, & cùm terra reddet mortuos suos, illud etiam testabitur coram justo judice. Recentia sunt, quæ Patrum nostrorum memoriâ patrata sunt in Gallia, Anglia, Belgio. Nec dum finis est; usque quo Domine? A Circumcellionibus Pontificiis non ipsi Reges tuti sunt, Loyolitarum præsertim discipulis. Quid, quòd etiam fraterno maduerint sanguine muri? Legatur Historia Joannis Diasii apud Sleidanum.

§. 38. Osseni & Elcezaitæ linguâ incognitâ orabant; Nemo, inquiebat Elzai, quærat interpretationem, sed solummodò in oratione hæc dicat.

Inter *Papistas* vulgus ordinariè incognitâ sibi linguâ preces suas demurmurat. Cultus publicus fit linguâ incognitâ maximæ parti populi, imò plerisque Sacerdotibus.

§. 39. Sampsæi studiosè asservabant pulverem pedum duarum mulierculárum, quas adorabant, quæ Martha & Marthana dicebantur, vel, ut est apud Nicetam, Maltho & Malthano; quarum etiam sputa & reliquas corporis sordes auferebant, in auxilium videlicet morborum.

Similiter *Papistæ*, & in eundem finem abutuntur calceis, pectinibus, braccis &c. Sanctorum suorum. Ungues Francisci, si fides sit Sedulio, tentationes propellunt, sputo puellam illuminavit; Lotura pedum & manuum morti proxima animalia vivificavit.

§. 40. Pepuziani, Pepuzam aliquid divinum esse arbitrantes, Hierusalem vocabant. *Donatistæ* Ecclesiam alligabant parti Donati, ad exclusionem reliquorum omnium cœtuum.

Papistæ Romam admirantur tanquam civitatem sanctam, Ecclesiæ Romanæ tribuentes, cœlestis Jerusalem proprietates rejicientes ab Ecclesiæ communione, alios omnes cœtus Christianos, in Europa, Asia & Africa, soli parti Pontificis Romani nomen & rem alligantes.

§. 41. Marcosii baptisatos inungebant oppobalsamo, &

hoc

hoc unguentum typum esse dicebant ejus suavitatis, quæ sit super universa.

§. 42. Heracleonitæ duos discipulos morientes ungebant oleo & balsamo, & per certas quasdam invocationes illos ab æterna morte redimi putabant. Similes Hæretici apud Irenæum, mortuos redimebant ad finem defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum & aquam.

Sic *Papistæ* morientes suos ungunt oleo, & per certas invocationes putant eos redimi ab æterna morte, per remissionem peccatorum suorum, vi unctionis illius.

§. 43. Cathari gloriantes de suis meritis mundiores se cæteris prædicant.

Papistæ præsumunt, se posse vitam æternam mereri de condigno, & per opera supererogationis acquirere posse in ea gradum aliquem supra alios.

§. 44. Pelagiani docebant, hominem justum in hac vita nullum habere omninò peccatum. 2. Etiamsi parvuli non baptisentur, promittebant eis extra regnum quidem DEI, sed tamen æternam & beatam quandam vitam suam. 3. Dicebant, ipsum Adam, etsi non peccasset, fuisse moriturum conditione naturæ, non merito culpæ.

Tales & similes hæreses in Papatu vigent. Omnes docent, posse hominem in hac vita perfectè legem implere: unde sequitur, eum esse sine peccato. Ambrosius Catharinus & Albertus Pighius, secundi erroris, qui infantium in peccato originali morientium beatitudinem spectat, fautores fuerunt. Natura in recens editis (sunt verba Pighii) nihil in se habet, quod DEUM autorem non habet; Item: Hujusmodi statum aliquem ego imaginor, hinc decedentium in statu innocentiæ, per regenerationis gratiam nondum adscriptorum, in regno Christi & supernaturalis beatitudinis, in quo, quantum per humanam naturam, etiam liberatam à corporis hujus mortalis sarcina, fieri potest, velut in Paradiso quodam terrestri, feliciter victuri sint, de sorte sua benè contenti. Thomas Aquinas & alii Scholastici plurimi eximunt eos omni dolore, sive interno, sive externo, quod agnoscit Bellarm. Hic autem

tem postremus cum Pelagianis contendit, ante peccatum immortalitatem non fuisse homini naturalem.

§. 45. Faustus Regiensis Episcopus, in veteri Ecclesia hæreticus habitus fuit, & libri ejus de gratia & libero arbitrio à B. Fulgentio refutati fuerunt, ut qui continerent errores Pelagianos. Sic enim Isidorus Hispal. Legimus de gratia DEI & libero arbitrio libros responsionum septem, in quibus Fausto, Galliæ Regiensis urbis Episcopo, pravitati Pelagiani consentienti, respondens, obnititur ejus profundam destruere calliditatem. Qui libri hactenus pressi, fortè eorum operâ, qui veneno Pelagianismi imbuti sunt, omnibus Orthodoxis magnum sui desiderium relinqvunt. At non Papistis illis, qui Faustum istum hæreticum Sanctorum adscripserunt Catalogo. Quem etiam Bellarminus enumerat inter autores Catholicos, qui pro defensione liberi arbitrii scripserunt.

§. 46. Pelagiani iidem dicebant, gratiam, quâ liberamur, secundum merita nostra dari, id est, hominem mereri gratiam per opera naturæ, aut bonum liberi arbitrii usum.

Eadem fuit multorum Scholasticorum sententia, inter quos sic loquitur Gabriel Biel: Anima, inquit, obicis remotione, & bono motu in DEUM, ex liberi arbitrii libertate elicito, gratiam mereri potest de congruo.

§. 47. Eunomius dicebat, nihil cuiquam obesse quorumlibet perpetrationem peccatorum, si hujus, quæ ab illo docebatur, fidei particeps esset. Bellarm. docet, hypocrisin, infidelitatem occultam, & crimina cujusvis generis, non impedire, quo minus aliquis sit membrum verum Christi, & Ecclesiæ Catholicæ, dummodò maneat in externa Pontificis communione.

§. 48. Christiano-Categori dicti fuerunt hæretici, qui cùm Christiani essent, & unum DEUM verum & vivum venerarentur, ipsi venerandas imagines Domini nostri JESU CHRISTI, Dominæq; nostræ sanctæ Mariæ, quæ DEUM sustulit & peperit, sanctorum Angelorum, atque ejus Sanctorum, ita coluerunt, ut Deos, more Græcorum, teste Damasceno.

Papistæ profitentur, se imagines Christi colere latria, aliorum autem omnium cultu religioso, etsi alio nomine. Sed & eorum

ritus,

ritus gestus & verba, circa imagines, Angelos & Sanctos cum ritibus Ethnicorum circa Deos suos, examussim conveniunt, & Judæis & Turcis nomen Christianum blasphemandi occasionem præbent.

§. 49. Ethnophrones apud *Damascenum* & *Nicetam* habentur hæretici, quia cùm gentium instituta sequerentur, in aliis erant Christiani: Erant, inquit *Nicetas*, gentilium, rituum & superstitionum imitatores.

Papistæ ferè in omnibus suis ceremoniis sunt *Ethnophrones*. Autori & datori luminis, candelarum & cerarum lumen offerunt, pro munere, quod faciebant Ethnici, eo nomine à Lactantio reprehensi. Ab Ethnicis mutuati sunt aquam lustralem, Bacchanalia, Ambarvalia, Parentalia, urbium Patronos, & munia superis distributa, Pontifices maximos, Vestales, Processiones, etiam Purgatorium, Ecclesiæ Romanæ thesaurum inexhaustum, & semper haurientem. Et quid non? Opus esset ad illam conformitatem magno volumine. Sed habemus non solùm confitentes reos, verùm etiam de sua in his innovandis prudentiâ gloriantes. *Gerson part. 3. de directione cordis, consid. 21.* Commutavit Ecclesia multos gentilium ritus, non eos penitus auferendo, sed intentiones fidelium, circa hujusmodi in finem bonum dirigendo. Exemplum affert de Festo Purificationis, quod Candelaria dicitur, in quo in honorem Mariæ faciunt, quod Ethnici in honorem Deæ Februæ, &c. Cardinalis etiam Baronius, postquam agnovisset tales consuetudines in primis Christianis adhuc ex Ethnicismo reliquas, tempore Tertulliani gravi suisse censurâ notatas; addit tamen, consulto posteà introductum videri, ut, quæ erant gentilitiæ superstitionis officia, eadem veri DEI cultu sanctificata, in veræ religionis cultum impenderentur. Et certè sic visum fuit posteà, non ab initio, Ethnophronis, non Christianis.

§. 50. Prodicus didicerat procul dubio à quibusdam Ethnicis, mulieres communes esse sancire. Scio, omnes *Papistas* hanc doctrinam non approbaturos. Commendatur nihilominus sub nomine Clementis Romani, in ipso Ecclesiæ Romanæ Decretorum libro, ubi introducitur tanquam approbans communitatem Platonis. *Hæc omnia A. RIVETUS.*

S.

Sabbati Religio.

§. 1.

DE Sabbati religione apud vett. Christianos extant inter Pseudo-Diatax. Petri ac Pauli nomine *constitut. l. 7. c. XXXIII.* ut eo die ac Dominico servi ab opere ferientur. Ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας. Σάββατον δὲ καὶ Κυριακὴν σχολαζέτωσαν. ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Contrà *Laodic. Concil. Can. XXIX.* vetat Sabbato otiari, ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν Σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ Κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο σχολάζειν χριστιανοί, εἰ δὲ εὑρεθεῖεν ἰουδαϊσταὶ, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ χριστῷ. *Dominicis potiùs quàm Sabbatis vacare jubet.* Et addit tamen; *si illorum commodo fieri potest.* Ut nondum illis temporibus ab omni opere feriari penitus constitutum fuerit, notante inibi *Balsamon.* & *Zonarâ.* Plura de his vide *Tit. Dies Dominica.*

Sancti.

§. 1. CIrca Sanctorum scientiam antiquariam tria potissimum occurrunt notatu digna: *1. Invocatio. 2. Reliquiarum cultus. 3. Canonizatio.*

§. 2. *Ad primum.* Antiquissimi Christiani Doctores constanter docent, solum unum verum DEUM esse adorandum seu invocandum. Οὐδὲν ἄλλο σέβειν ἢ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, ait *Origenes l. 4. contra Celsum.* *Justin. M. Apol. II.* ait, Christum docuisse ὡς τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν. *Et ibidem:* Θεὸν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν.

Theophilus Antiochenus l. 1. ad Autolyc. οὐκ ἐξὸν προσκυνεῖσθαι ἀλλ' ἢ μόνῳ θεῷ. Sic & *Iren. l. 5. c. 22. Clem. Alexandr. Strom. l. 8. ait:* Τοὺς ἕλληνας χρὴ διὰ νόμου καὶ Προφητῶν ἐκμανθάνειν, σέβειν ἕνα μόνον θεὸν, τὸν ὄντως παντοκράτορα. i. e. Græcos oportet per legem & Prophetas addiscere, ut colant unum solum DEUM, qui verè est omnipotens. *Tertull ad Scapul. c. 2.* Nos unum DEUM colimus, quem omnes naturaliter nostis, ad cujus fulgura & tonitrua contremiscitis, ad cujus beneficia gaudetis. Quod repetit *Apologet. c. 17. & Sarpiac. c. 4.* Hoc argumentum egregiè pertractat *Origen. l. 1. contr. Cels.* ubi docet, Christum nos instituisse, τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν μόνον δεῖν σέβειν, i. Summum DEUM solum coli oportere. Quod & *l. 5. l. 7.* repetit docens, Christianos ἐντετράφθαι ἄλλο τι σέβειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, καὶ τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως λόγον αὐτοῦ. i. recusare atque refugere, quicquam aliud colere præter summum DEUM & Verbum ejus primogenitum omnis creaturæ. Sic & *Cyprian. ad pleb. ep. 16.* Nihil ego colo, nisi Dominum DEUM meum, qui condidit cœlum & terram. Idem inculcat prolixiùs *ad Fortun. de Exhort. Martyr. Euseb. l. 7. Hist. c. 11.* Dionysius Alex. inquit: *Palàm contestatus sum,* ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδὲν ἕτερον σέβω, *me eum DEUM, qui verè est, solum & nihil aliud colere.* Lactant. *l. 3. c. 1. Institut. & c. 17. & c. 14. & l. 5. c. 18.* pluribus vicibus id demonstrat.

§. 3. Illustris locus est apud *Scriptor. in Epist. Paulin. c. 2.* qui vulgò Ambrosius creditur, ita ille: *Solent pudorem passi neglecti DEI miserâ uti excusatione dicentes; Per istos posse ire ad DEUM, sicut per comites pervenitur ad Regem. Age, numquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, ut honorificentiam Regis vindicet Comiti, cùm de hac re, si qui etiam tractare fuerint, inventi, jure ut rei damnentur majestatis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis DEI deferunt creaturæ, & relicto Domino conservos adorant, quasi sit aliquid plus, quod reservetur DEO. Nam & ideò ad Regem per Tribunos aut Comites itur, quia homo utique est Rex, & nescit, quibus debeat Remp. credere. Ad*

DEUM autem, quem utique nihil latet, omnium enim merita novit, promerendum, suffragatore non est opus, sed mente devotâ. Hactenus ille.

§. 4. Ut itaque Apostolicis, ita etiam sesqui seculo pòst, i. e. ad Origenis usque & Cypriani ætatem non religiosa alius *Invocatio* nota erat, quàm solius DEI: Non singularis alterius Intercessio in cœlis, quàm unius Christi. Epistola Fratrum Smyrnensium ad Ecclesias Ponti, quibus Polycarpi martyrium describunt apud Euseb. l. 4. cap. 14. sic egregiè inter alia: Certi homines Nicetem commonebant, ut Præsidem exoraret, ne corpus Polycarpi cuiquam daret, dicentes; Ne Christiani crucifixo derelicto hunc venerari incipiant. At illud quidem miseri penitùs ignorabant, non posse nos aliquando in animum inducere, ut vel deseramus Christum, vel alium quempiam colamus, (ἕτι ἑτερόν τινα σέβειν) illum quippe, qui DEI filius est, adoramus, προσκυνοῦμεν, Martyres autem, ut discipulos & imitatores Domini, meritò diligimus, ἀγαπῶμεν ἀξίως, propter amorem erga regem & magistrum suum, ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνοὺς καὶ μαθητὰς γενέσθαι.

§. 5. Tempore verò Origenis & Cypriani, h. e. circa A. C. 250. particularis intercessionis dogma in Ecclesiam invehi cœpit. Qui primus erroris gradus fuit. Sic *Origen. l. 8. adv. Celsum*: Οἱ Ἄγγελοι καὶ ψυχαὶ καὶ Πνεύματα συναίσθονται τῶν ἀξίων τῆς παρὰ Θεοῦ εὐμενισμοῦ, *i. e. Angeli, animæ & Spiritus sentiunt, qui sint digni favore cœlestis Numinis, quibus non solùm ipsi benè volunt, sed & dant operam, ut DEUM ei servire volentibus concilient*, καὶ συνεύχονται.

§. 6. Quam sententiam se fatetur hausisse à quodam Seniore, *Homil. 16. 17. Jos.* Et *Cyprian. ep. 57.* ait; *Si quis isthinc nostrûm prior divinæ dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus apud misericordiam Patris non cesset oratio.*

§. 7. Non tamen vel horum alter, vel quisquam hic σύγχρονος, aut Sanctorum quenquam ipse invocat, aut invocandum docet, aut invocatum esse narrat; sed ubique solus adhuc DEUS in

Christo

Christo invocabatur, adeóq; in ipsa Ecclesia etiam Romana; sicut indicat *Novatianus libro de Trinitate.* Mox ipso Niceni Concilii tempore ac deinceps viris piis & doctis ea opinio placere cœpit, quales sunt, Athanasius, Eusebius, Hilarius. Sic *Athanas. l. de Interpr. Psalm.* ait: Sanctos, si ritè canamus, nobiscum comprecari. Eusebii loca vide *l. 6. cap. 4. l. 8. c. 17. Hist. Eccles. & l. 12. de Præp. Evang.* Hilarium vide *Comm. in Ps. 124. & 129.*

§. 8. Interim opinio hæc privata Concilii saltim Niceni tempore ac sequentibus XXV. annis persuadere nemini potuerunt, ut Sanctos mortuos invocarent, tametsi intercessionem eorum particularem nonnulli faterentur. Sic in A. C. 372. apud *Hieron. in Vit. Hilar.* legitur Constantia fœmina Cypria, *pervigiles noctes duxisse in Hilarionis sepulcro, & quasi cum præsente sermones sociasse, ad adjuvandas orationes suas.* Donec *A. C.* 370. ad mortuorum invocationem publicè præire populo illi cœperunt, qui Doctores populi erant constituti. Ac in Græcia quidem vel primi vel è primis apparent, *Basilius, Nyssenus, Nazianzenus.* Vide *Orat. illius 40. in Martyr. Nazianz. Orat. in Cyprian.* ubi ait, Justinam virginem Mariam invocasse, τὴν παρθένον Μαρίαμ ἱκετεῦσαι βοηθῆσαι, *ut adjuvaret* κινδυνεύουσαν. *Nyssen. in B. Theodor. Martyr. Chrysost. Hom. 26. in 2. Corint. Sozomen. l. 7. c. 24. Ambrosius* Fratrem defunctum invocat, *Orat. in obitum Satyri. Vid. eund. Tom. 1. lib. de viduis.* Accessit porrò Poëtarum Christianorum mos iste, quo Angelos & Martyres compellarunt, donaq; divina vel ab iis conferri, vel eorum in cœlis intercessione impetrari docuerunt. Quales sunt *Damasus, Prudentius, Paulinus, Venantius, Fortunatus.* Eodem modo Oratores in Ecclesiis ad Sanctos se convertere inceperunt, κατ' προσωποποιΐαν, ut cum Cyrill. in *Act. Synod. Ephes.* rogat Joannem, ut sibi mysteria velit reserare, ait: *Exhibe nobis fontem tuum! Annon dicentem audivimus, In principio erat verbum, Adde nobis & reliquum ô Evangelista! Et Verbum caro factum est.* Sic *Nazianz. Orat. 11.* in Pascha exclamat: *Pascha magnum & sacrosanctum, totiusq; mundi piaculum! Te enim* ὡς ἔμψυχον *alloquitur.*

§. 9. Loqvuntur tamen ipsi illi Scriptores in hoc argumento dubiè, usurpantes hanc vel similem hypothesin: Εἰ μὴ πολμηρὸν τοῦτο εἰπεῖν, quam habet *Orat. in obit. Patr.* Nazianzenus, vel: *Si qvis est mortuis rerum nostrarum sensus.* Sic *Nazianz. Orat. Fun. in Basil.* ait: ὡς οἶμαι. *Et Orat. 1. in Jul.* εἴ τις αἴσθησις. *Et in Gorgon.* Εἰ δέ τις σοι nostrarum rerum cura, atque hoc præmii sit Sanctorum Spiritibus à DEO concessum, τὴν ἡμετέραν ἐπαισθάνεσθε, suscipe orationem nostram. Expresſè *Origen. l. 2. in Rom. c. 2.* Jam verò, si etiam defuncti sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid, & laborant pro nobis ad similitudinem Angelorum, qui saluti nostræ inserviunt, habeatur hoc quoque inter occulta DEI, nec chartis committenda mysteria. *Id. in Cant. Homil. III.* ait: Non erit inconveniens, si quis arbitretur &c. *Ambros. in Fratr. obitum*: Quâ eras sanctæ mentis misericordia in Tuos, si nunc urgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres, quantum ingemisceres! quàm doleres in Alpium vallo summam nostræ salutis consistere! Ita etiam *Hieron. Epit. Nepot.* inquit: Felix Nepotianus, qui hæc non vidit, felix, qui hæc non audit, scil. *Barbarorum incursiones.* Ita quoque *Augustin. l. de Cur. Mort. c. 16. 15.* latè probat, Defunctos per naturam propriam vivorum rebus interesse non posse, nec quid agamus, quidve patiamur, novisse. Ita *Bernard. in obit. Humbert.* Ex hoc sanè neutrum jam timetur. Nec ego illum video, & ille FORSITAN me non audit. Sed etsi audiat, non movetur hominum verbis. Ita & *Hugo de S. Victor. Quæst. 228. in Epist. ad Rom. Lombard. l. 4. dist. 45.*

§. 10. *Concil. Laodicen. A. C. 364. Canon. 35.* damnat vulgi errorem, angelos adorantis, idq; appellat κεκρυμμένην εἰδωλολατρείαν, aitq;, Christum deserere, qui tale quid facit, ἐγκατέλιπε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. *Concil. Carthag. III. Can. XXIII.* sic censet: Cùm ad altare assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quascunque sibi preces aliquis describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit. Inter hosce ingruenti errori se opponentes fuit quoque *Vigilantius*, Presbyter Barcinon. in Hispan. A. C. 404. quem virum

rum pium & honestum fuisse dicit *Paulinus Ep. 1. ad Sever.* & agnoscit *C. Baron. Annal. Tom. 5.* *Epiphanius* in Græcia, & in Africa *Augustinus.* Vid. *Epiph. Hæres. 79.* de Collyridianis, & *Augustin. Tom. 1. de ver. relig. cap. 55.* ubi ait: Honorandi igitur sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Vid. *de C. D. l. 22. c. 10. & l. 10. c. 4.*

§. 11. Scripsit nuperrimè de hoc Argumento ex professo luculentissimus Antiquarius *Jo. Dallæus Gallus libris quatuor*, quò Lectorem avidum remitto. Extat enim in illo genere nihil vel doctius vel operosius.

SANCTORUM RELIQUIÆ.

§. 1. *Reliquiæ* dicuntur Sanctorum mortuorum corpora, & omnia, quæ ipsorum fuère, ossa, carnes, vestes, togæ, cingula, pectines, capilli &c. Certè in honore antiquis fuerunt, ut patet ex *Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 17. 18.* ubi recenset, Jacobi Apostoli cathedram Episcopalem hucusque servari, custodiri & monstrari ita reverentiam erga Sanctos. Verba sunt: Τὸν γὰρ Ἰακώβου θρόνον εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον οἱ τῇδε κατὰ διαδοχὴν περιέποντες ἀδελφοὶ, σαφῶς τοῖς πᾶσιν ἀποδεικνύουσι, οἷον περὶ τοῦ ἁγίου θεοφιλοῦς ἕνεκεν, οἵ τε πάλαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἔσωτόν τε καὶ ἀποσώζουσιν ἀξιοχρέων σέβας.

§. 2. In Epistola Smyrnens. apud *Euseb. l. 4. c. 14.* de Polycarpi Mart. cadavere sic censent: Ossa ejus lapillis pretiosis potiora, auroq; puriora collecta à nobis ibi reposuimus, ubi decorum erat. Ibi sanè nobis convenientibus Dominus dabit, ut Natalem martyrii ejus cum lætitia & gaudio recolamus, idq; *cùm ad memoriam istorum athletarum, tum ad eorum præparationem, qui post illos certamen istud sunt subituri.* Unde liquet, Honorem, quem Apostolorum discipuli & eorum sequaces Martyribus præstare solebant, in eo fuisse situm, quod corpora illorum cineresve terrâ conderent, ac mortuali illorum die ibidem Panegyri memoriam ipsorum celebrarent: nempe quo præsentes hac ratione ossibus ac cineribus ipsis ad imitationem eorum vehementiùs inflammarentur.

rentur. Idem apparet ex *Epistola Lugdunensium* apud *Euseb. l. 5. c. 2.*

§. 3. *Tertull. l. de Anima cap. 46. de Paganis* inquit: *Vulgus defunctos colere.* Et *l. contr. Marc. 5. c. 9.* & *de Idol. c. 13.* monet; Devitandum vice pestis omnem idololatriæ afflatum in universa serie humanæ superstitionis sive Diis suis, sive *defunctis*, sive regibus mancipatæ, ut ad eosdem spiritus immundos pertinentis. Et *de Coron. c. 20.* ait: Mortuorum est ita coronari, quoniam & ipsi idola statim fiunt, & habitu & cultu consecrationis, quæ apud nos secunda idololatria est.

§. 4. Ita vett. PP. rident & dolent Paganorum circa defunctos cultum, e. gr. *Minut. in Octavio:* Cæcilius ad Christianos ait: *Coronas etiam sepulcris denegatis.* Iterum ibidem de Ethnicis: Dum reges suos colunt religiosè, dum *Defunctos eos desiderant in imaginibus videre*, dum gestiunt earum memorias in statuis detinere, *Sacra* facta sunt, quæ fuerunt assumta solatia. Pari zelo hanc Paganorum circa mortuos curam improbat & insectatur *Clem. Alex. Protrept. p. 12. 19. seqq. Strom. l. 6. Arnob. adv. Gent. l. 6. p. 242.*

§. 5. Post A. C. 300. non autem ante id tempus legimus, nostris à Paganis objectum fuisse Reliquiarum cultum, Seculo quarto, ut videre est ex *Cyrillo Alex. l. 10. contr. Jul. Tom. 6.* ubi sepulcra & monumenta Martyrum exprobrat, quòdq; super illa DEUM invocarent. Et Eunapius in vita Ædesii Sophistæ. Porrò crescente tranquillitate Ecclesiæ & templorum ornatu cœptum est, reliquias altaribus inserere, quod prolixè depingit *Liber Pontifical. Part. II. de Eccl. dedicat. p. 209.* idq; ex malè intellecto loco Apocal. 6. *Concil. Carthag. V. c. 14. Tom. I. Concil.* ait: Placuit, ut altaria, quæ passim per agros aut vias, tanquam memoriæ Martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, evertantur ab istorum locorum Episcopis.

§. 6. In *Gregor. I. Epistol. l. 3. ep. 30.* legitur Historia de translatione corporum Apostolicorum Romæ ad Catacumbas, quam falsitatis arguunt viri docti, ac nominatim *Jo. Dall. l. 4. c. 12. de Cult. Relig.* Nihil quippe tribus prioribus seculis occurrit simile hodiernæ Latinorum praxeos. A. C. 301. legitur in *Act. Romani Martyris*, quòd Medicus quidam jussus linguam incidere Ro-

mani,

mani, fecerit id invitus, utq; in contrarium testaretur fidem suam, Linguam eandem, ut medicamen illius delicti, quod admiserat, abnegando, accepisse, domiq; suæ recondidisse, ut consuerunt, inquit *vetus Auctor*, Infirmiores, fideles tamen, honorare, si quid à „ Martyribus sumserint. Unde discimus, jam tum *seculo quarto* „ morem nonnullorum fuisse, asservare & honorare, si quid à Martyribus sumsissent, sed qui essent infirmiores, qualis erat iste Medicus, Christi negator ex infirmitate. Tale quid occurrit etiam in *Actis Andronic*, apud *Baron. A. C. 290. §. 27.*

§. 7. Huc refertur, quod *Augustinus Serm. 25. Tom 10.* Stephani reliquias latuisse scribit ad A. C. 515. sic ait: Hujus corpus ex illo usque ad ista tempora latuit, nuper autem apparuit, sicut solent apparere Martyrum corpora, revelatione DEI, quando placuit Creatori. Neque id mirum, cùm & Apostolorum reliquiæ adeò obscuræ primâ Christianismi memoriâ fuerint, ut illorum, quatuor tantùm exceptis, corpora, quibus locis essent sita, omnes ad A. C. 300. Christiani nescierint; Thomæ & Andreæ sepulcra *seculo quarto* demùm, Bartholomæi, in fine quinti, Matthæi, decimo, Zebedaïdæ Jacobi, Simonis & Judæ, duodecimo nosci & inclarescere cœperunt. *Chrysost. Hom. XXVI. in Ebr. Tom. 6.* scribit: Τὰ δὲ τῶν Ἀποστόλων οὐδὲ ἴσμεν τῶν πολλῶν ὅπου κεῖται. Πέτρου μὲν γὰρ καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου καὶ Θωμᾶ δῆλοι οἱ τάφοι. Τῶν δὲ ἄλλων τοσούτων ὄντων, οὐδαμοῦ γνώριμοι γεγόνασι. Sic Joannis Baptistæ A. C. 362. Habacuc & Michæ A. C. 379. Samuelis A. C. 406. Zachariæ Prophetæ A. C. 415. Barnabæ A. C. 485. Lucæ & Timothei A. C. 859. Marci A. C. 820, Magdalenæ A. C. 1370. demùm innotuerunt.

§. 8. Rem totam *Augustinus l. 1. de C. D. c. 19.* sic complexus est: Non contemnenda & abjicienda sunt corpora defunctorum, maximè justorum atque fidelium, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera S. usus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid hujusmodi, tantò carius est posteris, quantò erga parentes major extitit affectus; Nullo modo spernenda ipsa sunt corpora, quæ utique multò familiarius & conjunctius, quàm quælibet indumenta gestamus. Unde & antiquorum

justorum funera officiosâ pietate curata sunt, Exequiæ celebratæ, Sepultura provisa ipsis, dum viverent; Hæc de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandaverunt, &c. De Translationibus reliquiarum sub Constant.M. inchoatis, vide prolixè *M. Chemnit. Exam. Trid. Part.* 4. *Loc. I.*

Canonisatio.

§. 1. Est apud *Bell. de Sanct. Beat. c.* 7. publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate & gloria hominis alicujus defuncti, & sententia, quâ decernuntur ei honores, qui debentur iis, qui cum DEO feliciter regnant. Vox *Canonizandi* recens est, & nuper reperta, inq; omni Veterum Ecclesia inaudita, ita ut *Bellarm. l. c.* c. 4. fateatur ipse, ante Leonem III. P. R. A. C. 795. Seculo octavo nullum sibi occurrere *Canonizationis* usum. *Lel. Zecchus de rep. Eccles.* docet, tria requiri ad Canonizationem: 1. Approbationem ejus sanctitatis. 2. Venerationem ejusdem à toto populo. 3. Confirmationem fidei Ecclesiæ beneficio ejus Sancti gratias à DEO exposcentis. Effectus ejus est septuplex: 1. Inscribuntur in Catalogo Sanctorum, i. statuitur ac jubetur, ut ab omnibus publicè habeantur & nominentur SANCTI. 2. Invocantur in publicis Ecclesiæ precibus. 3. Dicantur DEO in eorum memoriam Templa & aræ. 4. Sacrificia tam Eucharistiæ, quàm laudum & precum in honorem illorum publicè DEO offeruntur. 5. Dies Festi in memoriam eorum celebrantur. 6. Pinguntur eorum Imagines, addito certo quodam lumine, in signum gloriæ cœlestis. 7. Eorum reliquiæ pretiosis thecis includuntur & publicè honorantur.

§. 2. Modus & forma describuntur à *Marcell. Corcyr. l.* 1. *Sacr. Cerim. Sect.* 6. *cap.* 2. & prolixè examinantur à *G. Voet. T. III. Disp. Sel. p. CCCLXVIII*, quò Lectorem cupidum remitto.

§. 3. Est verò res nupera & recens, ac Christianæ Ecclesiæ ad A. C. 795. ignota, deinceps ad A. C. 1159. rara & infrequens, inde celebrari apud Latinos cœpta. De quibus omnibus adi *Joann. Dall. l. 3. c. 21. de Cultu Relig.* Jo. Bapt. Casalius c. 70. cùm pertractare inciperet hoc Argumentum, repetit originem ejus ab

Apo-

Apotheosi Rom. Imp. in Ethnicismo, cap. 60. statuens: *Licuisse Ecclesiæ, quæ apud Ethnicos impiè superstitioso cultu agebantur, sacro ritu expiata ad pietatem Christianam transferre.* C. 70. deinceps distinguit inter Canonizationem *Generalem* & *Particularem* sic scribens: Pervetustum fuit in Eccl. Catholica, ut particulares Canonizationes in quibusdam Provinciis fieri consuevissent, ac tunc quilibet Episcopus poterat in propria Diœcesi canonizare, ut ex *S. Cypr. l. 3. ep. 6.* patet, ubi inquit: Denique & dies illorum, quibus excedunt, annotare & commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus. Idem recensetur *Sess. 7. Concil. Florentin.* ubi Latini dicunt, quòd Simeon Metaphrastes honoretur à Græcis, ut Sanctus, quod cùm in Occidente non servetur, consequens est, quòd illa particularis Canonizatio fuerit. Porrò vult id probare ex *Optato Milev. l. 1. advers. Parmen.* ubi ait: Etsi Martyris, sed nondum vindicati correpta, cum confusione discessit. Explicat *Casalius ibid.* Nondum vindicatum, i. e. nondum probatum & receptum. Moris enim erat, ut, cùm aliquis Martyrio occubuisset, Episcopus, sub cujus ditione id accidisset, rem gestam scriberet ad Primatem, à quo maturè adhibitis in consilium Collegis Episcopis, an inter Martyres esset recipiendus, decernebatur. Cujus rei ritum & ordinem satis monstrant ea, quæ *August. in Brevi Collat. III. c. 13.* adfert, quòd Secundus Tegestanus Episcopus in Numidia scripsit ad Mengurium Ep. Carthagin. de Martyribus provinciæ, qui Sacros Codices juxta Diocletiani edictum tradere noluissent, hos omnes Martyrum honore & cultu esse dignos ille rescripsit, cæteris, qui vel facinorosi vel fisci debitores, occasione persecutionis, offerre se Tyrannis solebant, rejectis atque ex ordine Martyrum exclusis. Erat pernecessaria hujusmodi de Martyribus inquisitio, quia etiam Hæretici nonnunquam illud honoris genus affectabant, ut testatur *Euseb. l. 4. c. 14. & l. 5. c. 15.* Transtulit universalem Canonizationem ad Sedem Romanam sequens ætas, ut apparet ex *c. 1. extra de Reliqv. & Venerat. Sanctorum,* ubi Alexand. III. P. R. cùm quidam ebrius occisus tanquam sanctus honoraretur, decernit: Illum ergò non præsumatis colere absque auctoritate Romanæ Ecclesiæ. Originem

Casalius ex *Baronio A. C. 804.* ſic recenſet: Cùm adveniſſet in Germaniam Leo III. P. R. magnâ ſolennitate ab Imp. Carolo M. ſuſceptus, oppidum Werdam cum Cæſare accedens & Swiberti vitâ perlectâ auditisq; miraculis ejusdem, poſt actas preces & celebrata jejunia ſolenni ritu inter ſacratiſſimum Miſſæ officium S. Confeſſorum catalogo adſcripſit prid. Non. Septembres. Fuit quoque Canonizationis alius modus non æquè ſolennis. *A.C.* 1027. Romwaldus in Sanctorum numerum eſt allectus quinquennio poſt obitum, eo tantùm antiquiori ritu, qui tunc etiam frequentior erat in uſu, ſcil. ut petentibus concederet P. R. ſuper corpus defuncti altare conſtituere. Quod & *P. Damian.* confirmat in *vita Romwaldi*, nempe, ſuper corpora talium Sanctorum altaria eſſe erecta, in quibus Chriſtiani Sacrificii myſteria celebrantur.

§. 4. Hodiè apud Curiam P. R. non una eſt ſolennitas canonizandi. Aliud enim tenuit in Canoniſatione Nicolai Toſentini A. C. 1446. ſub Eugenio IV. Aliud in Canoniſatione Bernardini A. C. 1450. ſub Nicolao Quincto. Aliud iterum in Canoniſatione Vincentii A. C. 1455. ſub Calixto III. Aliud in Canoniſatione Catharinæ Senenſis A. C. 1482. ſub Pio ſecundo. Aliud in Canoniſatione Franciſci de Paula, A. C. 1519. ſub Leone decimo.

§. 5. Sigebertus in Chronic. ad A. C. 441. de Leone Pont. Rom. ſcribit: Hic quoties rogabatur, ut Apoſtolorum vel Martyrum reliquias daret, conſuevit ad corpora vel memorias Martyrum & Apoſtolorum, quorum reliquiæ petebantur, Miſſas celebrare in ipſorum honorem, & ſic Brandeum altaris, quo conſecratum corpus Domini involverat, particulatim dividebat, cultello pannos illos pungens, ſanguinem eliciebat, & dabat mox pro Sanctorum reliquiis, in quorum honorem erant conſecrati.

§. 6. Illuſtris locus eſt apud *M. Anton de Dominis de Rep. Eccleſ. l. 7. c. 5. §. 52.* ubi ſic commentatur: At verò illam Canoniſationem omninò eſſe abſurdam, & ab Eccleſia removendam, hinc ſatis probatur, quòd Eccleſia per 1200. annos Canonizationes iſtas ignoravit. Sunt ſanè Sancti, quos ipſa Sacra utriusque Teſtamenti Scriptura canonizavit: Sed & Martyres, qui pro fide Chriſti ſanguinem fudiſſent, diligenti curâ à Diaconis & Subdiaconis cogno-

cognoscebantur, & à Notariis ipsis subjecti in commentarios referebantur, atque ab Episcopis approbabantur & recondebantur, ut eorum memoria conservaretur, & constantia fidei aliis esset in exemplar. Ipsa plebs fidelis eos debito honore prosequens, ut verè Sanctos, qui pro Christo animas ponebant, in memoria conservabat, & Sanctos vocabat, non tamen invocabat, *neque erat ulla alia Canonizatio*. Et Episcopi quidem Ecclesiæq; ministri, ubi aliquem Martyrio coronatum intelligebant, in memoria Sacrificii Christi, quam celebrabant, eorum nomina & Martyrium recolebant, ac DEO gratias agebant, & in Diptycha redigebant. Idem fiebat de quibusdam viris vitâ sanctâ illustribus, ut plebs eos honore ac memoriâ prosequeretur, & Sanctos vocaret: Episcopi autem in S. Liturgia eos vita functos, etiam sine Martyrio, commemorarent, ac in Diptycha s. Tabulas Ecclesiasticas referrent. Hæc Diptycha & has tabulas Athanasius in Epist. contr. Arrian. vocat, *Catalogum*, ubi ait: *Dionysii Alexandrini memoriam fuisse cum Patribus celebratam, & in catalogum relatam.* Illud tamen non erat canonizare; Nam etiam vivos in Diptychis commemorabant. Cœperunt posteà Romani Pontifices, postquam se Monarchas Ecclesiæ statuerunt, solennes istas Canonizationes facere ritu & cerimoniis, magnâ ex parte à gentilibus desumtis. Ante id Episcopi in suis Provinciis singuli Martyres & alios insigniter pios religiososq; homines suæ Diœcesis in tabulas retulerunt, eorumq; memoriam consecrarunt. Hinc Martyrologia nostra & Mnemologia vetera Græcorum, quæ ne unum quidem Sanctum habent, ex Pontificum Rom. Canonisationibus eductum. Et fatetur *Bell. l. 1. c. 8. de Sanct. Beatit.* cum Thoma Waldense, Epistopos potuisse Sanctos canonizare pro una Provincia vel Diœcesi; Modò tamen hoc Episcopis non licere, quia Alex. III. & Innocent. II. id prohibuerunt.

§. 7. Pari studio veteres Episcopi inquirebant in Sanctorum veritatem, antequam eorum corpora altaribus includerent, vel super reliquias eorum altare collocarent, & sacram mensam pararent, sicut seculis sequioribus solenniter factum legimus apud *Baron. Tom. X. A. C. 993.* & *Petrus Damiani* refert *Epist. 6. c. 29.*

 auto-

autoritate Concilii Sanctorum corpora solita fuisse sub altaribus locari. Unde postmodum in Ecclesia Latina nullum legitimum fuit altare & sacrum habitum, in quo non aliquæ essent reliquiæ inclusæ atque sepultæ. Hinc in *Missal. Rom. p. 287.* illa Sacerdotis oratio: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt.* *Bellarmin. l. 2. c. 3. de Reliqu. Sanct. §. Octavo.* hunc morem arcessit jam inde ab Apostolorum tempore, idq; ex *Apocal. c. 6, 9.* Quod & facit *Baronius A. C. 55. §. 16.* Sed Patrum non postremi explicant hanc *Aram* Johannis de *Sepulcro*, sive *Terrâ*, e. gr. Victorinus Martyr Seculo quarto in *Bibl. PP. Tom. 1. p. 576.* & Paulinus *Epigram. XII.* sic canens:

Sive Patrum sinubus recubas, Dominive sub ara
Conderis, aut sacro pasceris in nemore.

Vid. *Dallæum l. 4. c. 9. de Cultu adorat. p. 650.* Primis tamen tribus Seculis nullas vel sub vel in Mensis Dominicis Sanctorum reliquias defossas fuisse certum est, ex constanti silentio omnium, quotquot vera extant, illius ævi monumentorum. Ut sunt *Euseb. l. 3. de vita Const. M. l. X. Histor. cap. 4.* *Ruffinus l. 2. Hist. Eccl. cap. 28. p. 618.* qui, cùm templa memorent & altaria, moris tamen hujus planè nullam faciunt mentionem. Et ipsum *Breviar. Romanum Add. 4. Nov. Lect. 4.* fatetur, ante Silvestri tempora nullum altare in titulum erectum fuisse, quod chrismate delibutum Domini nostri figuram exprimeret. Quod incidit in *Annum à C. N. 336.*

§. 8. Locus, qui adduci solet ex *Augustin. serm. XI. de Sanctis* in contrarium *Tom. 10. serm. 73.* non est fœtus genuinus; testatur interim de ritu ipso sui Seculi luculenter. Causæ, cur ita facerent, hæ vulgò adducuntur: (1) Ut loco tam sacro honorarent Martyres. (2) Ut corpora & sepulcra Martyrum s. Sanctorum aliorum essent incitamentum devotionis orantibus ad Altare, & exemplum imitationis in fortitudine & confessione illorum. (3) Ut Martyres eorum preces apud DEUM offerrent & adjuvarent. Unde & *Altare* dicebatur *Sepulchrum*, *Memoria*, *Confessio* Martyris s. Sancti. Atque inde sub Constant. M. cùm pax Ecclesiæ affulgeret, Sepulcris eorum & Altaribus superædificabant Tem-

plum,

plum, quod inde pariter vocabant *Martyrium.* Vide Baron. in Martyrol. 6. Julii. Postmodum ipsa *Crypta* sive *sepulcrum* ejusmodi Sancti dictum fuit *Confessio,* ut cùm legimus in *Vitis Sanctorum* & *Martyrologiis*: Hic Sanctus sepultus est in Confessione S. Laurentii, S. Susannæ, Priscæ &c.

SATISFACTIO.

§. 1. SAtisfacere. Satisfactio Patribus sumitur etiam de iis, qui ex Gentilismo ad Christum convertuntur. Sic *Cyprian. Tract. 1. contr. Demetr.* Hortamur, dum adhuc aliquid de Seculo superest, DEO satisfacere, & ad veræ religionis candidam lucem de profundo superstitionis emergere. Ubi idem valet, quod facere id, quod DEO gratum est. Eodem sensu *Tertull. de Pœnit. cap. 5.* ait: Qui per delictorum pœnitentiam instituerat Domino satisfacere, eum, si in scelera relabatur, Diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam satisfacere.

§. 2. Satisfactio *pœnitentialis* in Ecclesia veteri antecedebat *Absolutionem*, non subsequebatur. *Lactantius*: Pœnitentiam proposuit, ut, si peccata nostra confessi DEO satisfecerimus, veniam consequamur. *Cyprian. Ep. 10. 11. Serm. de Lapſ.* censet; Aliter si fiat, disciplinam solvi, & salutem peccatorum in apertum discrimen conjici.

§. 3. Eratq; antiquis nihil aliud, quàm humilis confessio, quâ peccator se ea, quibus infernum meritus est, infecta velle apud DEUM ex animo profitetur, ut docet *Ambros. de pœnit. cap. 10.* Et explicat *D. Bernard. l. de Conscient. cap.* Eripe me, inquiens: Pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem, sed certum est, quòd misericordia tua delet omnem offensionem. Apertius *Lactantius*: Si peccata nostra confessi, satis DEO fecerimus. Ubi DEO satisfacere est, peccatum confiteri: Et *Cyprian. de Lapſ.* Peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes.

§. 4. Significat & Patribus idem sæpe, quod DEUM exorare & gratiam ejus impetrare. *Tertull. de Pœnit. c. 9.* Exomologesis est, quâ Domino delictum nostrum confitemur, non quidem

ut igna-

ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur. Eleganter *Pacianus Parænes. ad pœnit.* Ecce polliceor, si ad patrem vestrum verâ satisfactione redeatis, nihil ulteriùs errando, nihil pristinis adjiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid & flebile; Peccavimus in conspectu tuo Pater! jam non sumus digni nomine filiorum; Continuò de vobis & pecus illud recedet immundum & siliquarum esca deformis.

§. 5. Causæ tam acris disciplinæ apud Veteres erant potissimùm istæ: 1. Ut istis externis humilitatis, dedecoris & fletuum signis summum de offenso DEO O. M. dolorem contestarentur. 2. Ut humilitatem & dejectionem animi sui ob oculos ponerent Ecclesiæ. Unde iste pœnitentium habitus *Tertulliano* dicitur, illex misericordiæ. *Vid. eundem de Pœnitent. cap. 10.*

§. 6. Mora temporis, quâ sæpè ad annos multos & ipsam usque mortem innectebant abstentos, duos fines habebat præcipuè: 1. Ut peccator atrocitatem peccati addisceret, & vitiorum habitibus purgatis sanitatem animæ recuperaret. 2. Ut delictorum veniam à DEO impetraret, humilificando se cum Publicano, qui stans è longinquo exercebat pœnitentiam. Hinc & Sacerdotibus competebat, attendere contritorum dolores & affectus, de quibus ait *S. Leo Ep. 79. c. 5.* Pœnitentiam non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione esse spectandam. *Tertullian. de pœn. c. 9.* vocat operosam probationem. *Augustin. Enchir. c. 65* sic explicat: Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, rectè constituuntur ab iis, qui Ecclesiæ præsunt, *Tempora* pœnitentiæ, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in quâ remittuntur ipsa peccata.

§. 7. Occurrunt etiam sæpè in Scriptis Patrum hæ loquendi formulæ: Peccata pœnitentiâ s. satisfactione purgari. *Cypr. l. 1. Ep. 3.* Vulnera lacrymis ablui. *Hilar. Ps. 119.* Veteris facti crimen lacrymis abluere. *Ambros. Epist. 82.* Peccata jejunio eluere. *Radulph. l. 12. Levit.* Satisfactione pœnitentiæ culpam detergere. *Tertull. pœn. c. 12.* Gehennam exomologesi extinguere. Quæ non meritum s. dignitatem pœnitentiæ notant, sed effectum describunt, qui pœnitentiam sequitur, non quidem ex vi naturæ aut

justitiæ,

justitiæ, sed ex DEI bonitate & promisso. Ac deinde ostendunt, quomodo continuis talibus Sanctimoniæ operibus habitus peccatorum paullatim expellantur ex animis pœnitentium.

§. 8. Quo sensu & illa adhibita iis leguntur: Emendatioribus factis delicta superiora tegere. *Ambros. l. 2. pœnit. c. 5.* Eleemosynis peccata redimere. *Leo l. 1. de Jejun.* *Salvian. l. 1. ad Eccles.* Peccata pœnitentiæ operibus compensare. *Hieron. Joel. c. 1.* DEUM iisdem placare. *Cyprian. Serm de Laps.* & id genus alia.

§. 9. Docent & S. PP. Nullas aliorum pro aliis satisfactiones dari. *Basil. M. Ps. 48.* Qui ne pro suis quidem propriis peccatis potest ἐξίλασμα δοῦναι DEO, quomodo valebit τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου πρᾶξαι; *Leo M. Ep. 83.* Acceperunt Justi, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientiæ, non dona justitiæ. Clarissimè *vid. Augustin. Tr. 84 Johann. Tom 9.* ubi id asserit è *Ps. 49* Frater fratrem redimere non potest. Adde *Tertull. de Pudicit. cap. XXII.*

SCHOLÆ.

§. 1. IN Veteri Testamento Prophetis Scholæ seu Collegia tribuuntur, in quibus Libros divinos discipulis explanârunt, quales fuerunt Samuel, Elias, Elisa, *I. Sam. X. 10. 12.* Hi dicebantur *Filii Prophetarum.* בני הנביאים Magistri appellabantur, *Patres.* Ut l. cit. legimus: Quis est *Pater* illorum? Ibi Jonathan vertit: *Doctor* eorum. Et communiter Chaldæus vocat תלמידי נביא *Discipulos* Prophetarum. Sic *I. Sam. XIX. 20.* dicitur Samuel Præfectus Collegii Prophetarum, נצב עלוה▭ & ibid. עמד *stans.* Nimirum, quia *docebat stando.* Chald. vertit: קאים▭ מלאיף על יהון *stantem docentem super eos.*

§. 2. E loco *Genes. XVIII. 19.* colligitur non absurdè, Domesticas primitùs Scholas Patrumfamiliâs fuisse, ubi DEUS Abrahamum domus suæ *Magistrum* ac Præceptorem laudat & nuncupat. Adde *Abulens. in lib. Sam. 1. Qu. XXX. & XXXI.* ubi

 inter

inter alia sic scribit: Cùm esset unus locus Sanctuarii, omnes, qui volebant vacare contemplationi, non poterant convenire in templum illud, sed fiebant diversa Collegia per terram Israël, & in quolibet eorum erant multi Viri, qui specialiter vacabant doctrinæ, sicut nunc sunt Religiosi. Et isti in illis Collegiis vacabant studiis sapientiæ, & doctrinæ ac disciplinæ Legis, & addiscebant facere canticum divinæ laudis, & illa faciebant. *Hæc ille.*

§. 3. Hi cœtus Scholasticorum ab habitu & instituto suo passim omnibus erant noti, ut apparet ex *II. Reg. IX. 11.* ubi Scholaris ex Collegio Ramathensi, *Fatuus ille* appellatur eadem indole, quâ hodiè contemni vulgò solent Religiosi & Scholastici à Filiis seculi. Sic *II. Reg. c. IV.* dicitur de Elisæo: *Et discipuli sedebant coram eo.* Hæc enim erat forma auscultantium. Ebr. ישיבה *Academia.* Hinc illud *II. Reg. II. v. 7.* Tolli מעל ראשו de capite ejus dicitur Præceptor, à quò aufertur, quoniam Docentes quasi ad caput discipulorum superiore loco sedebant. Confer *Gen. 49, v. 11. Actor. c. 22. v. 3.* ubi ad pedes *sedere. Ps. 61. v. 8.* & *Ezechiel. c. 8. v. 1.* & *2. Reg. c. 6. v. 32.*

§. 4. *Levitic. X. v. 8.* Sacerdotibus injungitur, ut aperiant, i. e. explicent Legem, להורות filiis Israël. Quod verbum repetitur *Deut. XXXIII. v. 10.* Confer *Malach. c. II. v. 7.* ubi *Chald.* אוראה nominat *Instructionem, Disciplinam, Interpretationem,* uti disertè exponit *Ezechiel c. 44. v. 23.* Hi *1. Chron. 23. v. 4* dicuntur שפטים שטרים *LXX.* Γραμματεῖς, καὶ κριταὶ, *Scribæ & Legisperiti* in N. T. sæpiùs memorati. De quibus adi *Joseph. l. 4. c. 6.* & *Abulens. in l. cit. Qu. 46. 47.*

§. 5. *Synagogæ* dicuntur in N. T. *Actor. c. XV. v. 21. Luc. IV. v. 20.* Quarum tantus factus est sub adventum Domini numerus, ut ante excidium urbis in Academia Solymitana Collegia plus quàm 400. numerata esse observet *Cl. Seldenus Proleg. in de succession.* Quorum singulis inerant Scholæ item binæ, in quarum altera prælegebatur *Lex scripta,* inde dicta בית ספר. In altera verò *Traditiones Veterum,* inde dictæ ביתי מלמוד. Hasce universas sustulit Vespasianus.

§. 6. Tempore Novi Federis eodem ferè tenore ad Christianos

ſtianos Scholarum uſum Religioſi derivârunt. Nam Monaſteria & Collega Canonicorum Scholæ erant Sacrarum Literarum & aliarum Diſciplinarum, quæ Eccleſiæ utiles eſſe poſſent, & ſumebantur inde Paſtores & Epiſcopi, imò educari etiam ibi ſolebant feminæ caſtæ & modeſtæ, idq; *ſeculo quarto, quincto, ſexto, ſeptimo.* Sicut commemorant *Chryſoſtomus* & *Baſil. Magnus.* Mittebant & eò Nobiles Viri liberos ſuos erudiendos. Scholam Cæſareenſem commendat *Nazianzen. Orat. in Baſil. M.* Alexandrinam *Euſeb. l. 5. Hiſtor. Eccl. Hieronym. de Scriptur. c. 36. 38. 54. 69.* ubi Scholam κατηχήσεως tenuiſſe recenſet Dionyſium & Clem Alexandrinum. Obſervat *H. Conringius*, Vir omni laude major, in *Diſſert. III. Acad.* Publicâ auctoritate hanc Scholam non fuiſſe roboratam, ſed privati inſtituti à S. Marco & ſecutis eum Alexandriæ Epiſcopis; ubi ſic pergit: *A ſeculo ſexto* omnes ejuſmodi Scholæ in tota occidentali parte Imperii: A *ſeptimo*, per omnem Orientalem Regionem Germanorum, Sarracenorum & Scytharum irruptionibus deletæ ſunt.

§. 7. *Paulus Diaconus l. XXI. c. 19.* Conſtantino M. haud obſcurè initia Scholarum Chriſtianarum tribuit, dum ſic commentatur de *Leone Iſauro*: Ita ut eruditiorum Scholas & piam eruditionem à Conſt. M. *huc usque* ſervatam extingueret. Porrò uſque ad Seculum X. Scholæ iſtæ Monaſticæ, quotquot fuère, Viros utcunque literatos & doctos dederunt Eccleſiæ; poſt id otio diffluentibus Monachis collapſæ ſunt, nec in integrum deinceps reſtitutæ, quamvis Seculo XIII. Monachi mendicantes id attentârint. A. C. 819. Aquisgran. Concil. ſtatuit ſub Pio Pont. Ut viſitatores Monaſteriorum Monachis injungant laborem Studiorum, informationis Juventutis & ſcribendi libros. A quo ſtudio ne virgines quidem exemit. Unde paſſim in Bibliothecis extant Manuſcripta Sanctimonialium, uti fusè exponit *Mart. Cruſius Annal. Svev. l. 1. c. 14.*

§. 8. *A. C. 1563. Concilium Colonienſ. T. III. Concil.* agnoſcit olim Monaſteria fuiſſe Scholas pietatis & omnium virtutum. *Paul. Langius Tom. I. Chron. Cizenſ. in Scriptor. German. à Piſtor. editis*: Literarum, *ait*, Gymnaſia ſub Carolo M. & Ottonibus erant in

Cœnobiis *Concil. Aqvisgran. Can.* 45. *A. C.* 817. statuit, ut Schola in Monasterio non habeatur, nisi puerorum religiosorum. Præerant istis Scholis Viri Religiosi, unde Concil. Toletan. A. C. 1056. cavet, *ne Laicus s. Homo Secularis Magister Scholæ esset.* Ita in Anglia Ven. Beda fuit Præfectus Scholæ Monasticæ, & Albinus Flaccus in Gallia Turoni, ubi Epist. 1. ad Carol. M. scribit: *Se quibusdam sanctarum Scripturarum mella ministrare: alios vetere Disciplinarum mero inebriare; alios Grammaticæ subtilitatis pomis enutrire &c.* Quod ipsum Abbas Trithem. Chron. Hirsaug. A. C. 860. latius persequitur: Ubi docet, generatim circa illa tempora in Monasteriis celeberrimam fuisse Scholarum consuetudinem, quibus præsidebat non Secularis aliquis, sed Cœnobii Monachus, qui in Linguis & Disciplinis exercitatissimus haberetur, qualis, si in uno Monasterio non reperiebatur, ex altero sine verecundia petebatur. Quod ipsum Carolus M. publicâ statuit autoritate, ut esset perpetuum.

§. 8. Hinc in *Concil. Cabilon. Cap. XLIII.* Oportet Scholas constitui, in quibus solertia literaria, Disciplinæ, & Sacræ Scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus meritò dicatur: *Vos estis sal terræ.* Plura & quidem minimè vulgaria vide-sis in *Dissertat. Acad. III. H. Conringi. & Middendorp de Academ. l. 8. p. 431. seqq.* ut & in *Cl. Hornbeck. Exam. Bull. Innocent. p. 76 79. 80. seqq.*

§. 9. Cæterùm omnis isthæc Doctrina stetit intra mediocrem Linguæ Latinæ peritiam, & usum Christianæ Theologiæ; quibus alicubi Mathematicum quid & ex arte Medica addiderunt, uti patet ex *Cassiodori* Opere Divinarum humanarumq; Lectionum, & *Eucher. Lugdun. l. 2. Instruct. in Præfat.* ubi memorat, se sub Hilario *per omnes spiritualium rerum disciplinas* formasse doctrinam. Non enim ex primo instituto isthæc ἀσκητήρια publicæ Scholæ erant omnium promiscuè, sed tantùm, uti *Canon Conciliaris* loquitur, eorum, qui DEO oblati erant. *Aqvisgran. Can.* 45.

§. 10. Novum deinde Scholarum genus cum Collegiis Episcopalibus passim oriri cœpit. Quarum initia in Oriente *Basilius*

lius M. in Africa primus fecit *Augustinus*, apud *Possid. c. 5. in vit. ejusd.* Solebant istæ plerumque Sedibus Episcoporum adjacere; Alumni à vivendi Canone singulari dicebantur *Regulares* sive *Canonici.* Inciduntq; in Seculum à C. N. *nonum.* De quibus jam suprà. Inde hodièq; plerumque Canonicorum claustris Scholæ habendæ locus adjunctus est; Unde & inter Canonicos etiamnum *Scholastici* nomen hæret. Extat de iisdem Canon Concil. Valentini in Galliâ Can. VIII. A. C. 855. sub Lotario.

§. 11. Sensim demùm ad Academiarum instar à Regibus deventum est, & quidem Angliæ ac Galliarum, in erigendâ Oxoniensi & Parisiana, quod fuse deducit antè memoratus *H. Conringius*, Vir nunquam sine laude dicendus, *p. 72. 74. seqq.* Confer *Lutherum Tom. 7. Jen. Germ. & Comm. in Genes. cap. 54. Art. III. Smalcald. Melanthon. Consil. Theol. Part. 1. Lilium Theon. Britann. apud Gvalter. Tom 3.* & denique *Middendorp. de Acad. lib. 8. p. 461.*

SCRIPTORES ECCLESIASTICI USQUE AD S. BERNHARDUM.

§. 1. NON sunt eorum Scripta unius generis, sed sunt 1. vel *genuina* & *certa.* 2. Vel *dubia* & *incerta.* 3. Vel *spuria* & *suppostitia.* Quorum discrimen atque differentia in Controversiis scitu summoperè est necessaria.

§. 2. SECULO PRIMO. Liber *Canonum Apostolorum, Dist. 15. c. Sancta Romana*: dicitur Apocryphus, & *Dist. 16. c. Canones.* Isidorus idem asserit. Damnatus etiam fuit *sexto Concil. Constantinop. c. 2.* Primus illorum mentionem facit *Epiphanius Hæres. 30.* Videatur plur. *Rivetus lib. 1. c. 1.* *Seculo Primo à C. N.;*

§. 3: CLEMENS Episcopus Romanus factus est A. C. 93. juxta *Labb. 91.* juxta *Funcc. 94.* & ita numero tertius, secundùm *Euseb. lib 3 Hist. Eccl. c. 4.* Pauli aliàs cooperarius & commilito, ut ex *cap. 4. v. 3. Epistol. ad Philipp.* apparet.

§. 4. Sub ejus nomine multa conficta sunt, ut: *Canones Apostolorum*, qui tamen potiùs centonem exhibent rerum & ri-

tuum ab authoritate Apostolica remotorum, vide eos apud *Luc. Osiand. Centur.* 1. *Histor. Eccles. lib.* 3. *c.* 4. *p.* 8. *Rivet. in Crit. p.* 105. Libri Recognitionum, de quibus vide judicium *Sixti Senens. lib.* 2. *Bibl. S. tit. Clemens.* ubi sic claudit: *ut liberè pronunciem, suspicor, non esse Clementis.* Variæ Epistolæ, quarum una ad Corinthios genuina est. *Euseb. lib.* 3. *c.* 34. Unius Epistolæ Clementis ad *Jacobum* fratrem D. mentionem faciunt: tres autem nunc eduntur. Cæterùm has Epistolas *non esse Clementis*, apertè constat. Jacobus enim obiit 7. annis ante Petrum: & *Clemens* non fuit Romanæ Ecclesiæ Præsul, nisi post Petrum, ut constat ex omnibus penè Historiis. *Epistola* 5. communionem rerum & uxorum docet. Ipsas quoque ipse *Bellarminus de Scriptor. Eccles. p.* 38. pro Spuriis agnoscit propter eandem causam. *Dieterich in Breviar. Pontif. Rom.* Libri 8. *Constitutionum Apostolicarum*, qui tamen non majorem merentur fidem. De his enim silet *Eusebius, Hieronymus, Gennadius.* Citârunt quidem aliquando veteres *Constitutiones* & *Dispositiones Apostolicas*, sed non scriptas, (ut fatetur *Basilius libr. de Spiritu Sancto c.* 27.) imò ne scriptas quidem à *Clemente*, quia nomen ejus non apponunt nisi posterioribus Seculis.

§. 5. Passus est Anno Imperatoris Trajani 3. juxta nonnullos, A. C. enim 102. juxta *Baron.* in Chersoneso, quo fuerat relegatus, in medium maris projectus, & anchorâ collo suspensâ in profundum præcipitatus, Martyrii ita coronam adeptus est. Præfuit suæ Ecclesiæ Ann. 9. *Func. Centur. Magd.* Corpus ejus postmodum Nicolai I. tempore (qui Sedem Pontificalem A. C. 858. secundus, post famosam illam Johannam Papissam obtinuit) repertum & Romam translatum est, teste *Rolevincio.*

DIONYSIUS AREOPAGITA.

§. 1. *Atheniensis.* Areopagita autem dicitur ab *Areopago*, loco judicii, cujus fuit assessor. In Patria non tantùm Doctrinâ Græcisq; literis, (eapropter & *Suidas* vocat eum Virum Clarissimum & ad summum Græcæ Disciplinæ fastigium provectum) sub Præceptore *Athenodoro, Philosopho Stoico*, eruditus fuit, sed &

posteà exteras quoque studiorum gratià visitavit Academias, quas inter *Heliopolis* fuit in Ægypto, quo persistens, natus annos 25.

§. 2. Primùm Assessor fuit antiquissimi modò dicti Judicii Areopagi, postmodùm ab Apostolo Paulo per concionem in Areopago *Act.* 17, 34. habitam unà cum uxore Damaris A. C. (juxta *Phil. Labb. Jes. Tom. 1. de Script. Eccles. pag. 258.*) 50. juxta *Spondanum V. Baronii Epitomatorem, A. C. 52.* conversus, primus ejusdem urbis (si *Nicephoro* credimus, *lib. 2. Histor. Eccl. c. 20.*) Episcopus constitutus fuit. Quod autem *Baronius ad A. C. 98.* & ex recentioribus *Labbeus c. 1. Tom. 1.* asserit, Dionysium A. C. 98. à S. Clemente Episcopo Romano in Gallias missum, Lutetiæq; Parisiorum, ut ita insignis Vir Gallicanæ jam coalescenti Ecclesiæ Pastoribus destitutæ succurreret, primum Episcopum egisse, id ridiculum statim apparet.

§. 3. Hic A. C. 97. ad Johannem Evangelistam in Patmo scribit, ejusdem proximè futuram liberationem prænuncians, fore scil. ut brevi mutuò invicem jungerentur congressu, quod & eventus probavit, siquidem anno seq. Dionysius de restitutione Johannis nuncium accipiens, eundem Ephesi convenit. Tribuuntur ei varia Opera, quæ sunt: *De cœlesti Hierarchia, de Ecclesiastica Hierarchia, de Divinis Nominibus, de mystica Theologia.* Item: *Epistolæ ad Cajum, ad Dorotheum, ad Sosipatrum, ad Polycarpum, ad Demophilum, ad Titum, ad Apollophanem, ad S. Joannem Apostolum,* ferebatur & una ad *B. Paulum*: sed ab omnibus meritò rejecta est. SCRIPTA.

§. 4. Esse autem hunc auctorem supposititium & planè non genuinum, sequentes rationes evincunt: (1) *Eusebius, Hieronymus* & *Sophronius* nullam faciunt mentionem horum librorum, etsi Veterum libros diligentissimè collegerint & conquisierint. Neque alius admodùm antiqvus author horum mentionem facit. Quod satis arguit, libros illos non ejus antiquitatis fuisse, cujus fuit Areopagita. (2) Stylus horum librorum non est simplex & syncerus, sed argutus nimis, inflatus & affectatus, ita ut nihil Apostolicum præ se ferat; quem non immeritò *Illyricus* trecentis post Apostolorum tempora annis in Græcia, & Romæ etiam fuisse in usu judi-

RATIONES. *V. Rivet. Critic. S. l. 1. cap. 9.*

judicavit. (3) In *Libris de cœlesti Hierarchia*, ordinem Hierarchiæ cœlestis, differentias Thronorum & dominationum reserat, ac si cum S. Paulo raptus fuisset in tertium cœlum. Qui tamen Paulus ea, quæ vidit ἄῤῥητα esse dicit, & nefas esse homini ea loqui: ut meritò vanus habeatur hic autor, pedem inferens in ea, quæ non vidit, & temerè inflatus carnis suæ sensu. *Coloss. 2, 16.* (4) Si hæc omnia à vero *Areopagita* vel ex revelatione, vel ex Pauli doctrina fuissent reserata, non mansissent prorsus incognita post quadringentos à nato Christo annos, nec ausi fuissent, qui posteà secuti sunt, à Dionysio dissentire, si persuasi fuissent hæc à vero *Areopagita* scripta esse. At constat, *Irenæi* antiqui Scriptoris tempore hasce differentias fuisse ignotas. Enarrent nobis, *(ait ille) lib. 2, cap. 55.* numerum Angelorum, & ordinem Archangelorum, demonstrent Thronorum Sacramenta, & doceant diversitatem dominationum, Principatuum, potestatum atque virtutum. Sed non habent dicere. *Cyrillus Hierosolym. in Catechesi illuminatorum* 11. (5) Postquam verò cognita est, non tamen acquieverunt huic Dionysianæ doctrinæ, vel *Gregorius Papa*, vel *Bernardus*, ut etiam fatetur *Eckius in Hom. 4. de Fest. Michaelis. Fr. Ribera in Epist. ad Hebræos. ad cap. 1. vers. 14.* (6) In libris de *Ecclesiastica Hierarchia*, multa scribit de templis, de altaribus, de locis sacris, de choro, de Catechumenis extra fores templi statuendis. At verò temporibus illis, quibus vixit Dionysius, nihil horum fuit; cùm Christiani cogerentur in locis abditis atque occultis convenire propter Tyrannos, atque ibi preces & conciones habere. (7) In *Lib. de Divinis Nominibus cap. 4.* citat ex Epistola *Ignatii ad Romanos* hanc brevissimam, sed suavissimam sententiam, ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσαύρωται. At *Ignatius* hanc Epistol. misit ad Romanos, cùm in itinere esset Romam profecturus ad certam mortem, imperante Trajano, ut refert *Eusebius in Chronico, & Eccles. Hist. lib. 3. cap. 36.* & *Hieron. in Catalog.* ante quod tempus mortuum fuisse Dionysium, nempe regnante Domitiano, testantur *Simeon Metaphrastes*, ex Græcis; *Hilduinus* & *Hincmarus* ex Latinis. (8) In fine libri de *Eccles. Hierarch.* Timotheum vocat filium παῖδα,

p. 18.

p.18. & 134. editionis Morellianæ ann. 1562. qvi tamen illo si nō major, certè par fuit pietate, autoritate, & doctrina. (9.) *Libro de Divinis nominibus* 1. *cap.3.* dicit se adfuisse unà cum Jacobo fratre Domini Petro & plerisqve aliis sanctis fratribus ad contuendū corpus illud qvod autorem vitæ, DEumqve conceperat, ἐπὶ τὸ θεᾶν τῦ ζωαρχικῦ καὶ θεοδόχυ σώματος. At hæc nullo modo constare possunt, qvia qvo tempore beata virgo animam DEO reddidit, si fides historiis habeatur, nondū fuerat ad fidem Christianam conversus Areopagita. (10.) Citat *Clementem Philosophum*, qvi fuit Alexandrinus, qvem multis pòst seculis floruisse constat. (11.) *Cap.7. libri de cœlesti Hierarchia* Cherubin multitudinem scientiæ seu sapientiæ effusionem ex Hebræa lingva interpretatur, qvo etymo nihil insulsius. De ratione, cur à Seraphim purgatus fuit Jesaias, cùm post aliorum probabiles rationes suam profert, utitur voce dubitantis fortassis, qvæ loqvendi ratio non est Apostolica, Ejusdem lib: cap.13. (12.) His adde testimonium *Cajetani, qvi in Act. cap.17.* incertum esse fatetur, tum qvia ejus *Hieronymus* non meminit in Catalogo, tum qvia *Gregorius* non est ausus asserere, fuisse Areopagitam: Fertur, *inqvit*, Dionysius Areopagita. Cajetano suffragantur *Erasmus, Valla*, & teste Erasmo, *Gvilielmus Grocinus.* Vide *Erasm. annot: in Act.17 p.126. Et Præfat. Paraphras. in 1. ad Corinth.* Nam, *inqvit*, Dionysius, qvi in Hierarchia secunda, priscos Ecclesiæ ritus satis copiosè describit, eruditis recentior qvidam fuisse videtur, qvam fuerit Areopagites ille Pauli Discipulus. Nobiscùm idem sentit Jesuita *Dionys. Petavius de Pœn* [illegible] *8. lib. 11.* & *Jo. Dallæus de Confess, l. III. cap.2.*

§. 5. Decimum [illegible] centesimum annum attigisse dicitur juxta Baron: Qvo mortis genere autem obierit, non constat: Tradit qvidem *Baronius ad A. C. 109.* sub Fescennino Præfecto, post gravissima tormentorum genera (inter qvæ & in craticula subjecto igne subjectus fuit) Parisiis gladio percussum, martyrium ita subjisse: *Calvisius ponit An. Chr. 96.* Ipse Jesuita *Labb cit. loc.* Dubitanter scribit: *Passus fuit vel Athenis die 3. Octob. sub Domitiano*

Casalius ex *Baronio A. C. 804.* sic recenset: Cùm advenisset in Germaniam Leo III. P. R. magnâ solennitate ab Imp. Carolo M. susceptus, oppidum Werdam cum Cæsare accedens & Swiberti vitâ perlectâ auditisq; miraculis ejusdem, post actas preces & celebrata jejunia solenni ritu inter sacratissimum Missæ officium S. Confessorum catalogo adscripsit prid. Non. Septembres. Fuit quoque Canonizationis alius modus non æquè solennis. *A. C. 1027.* Romwaldus in Sanctorum numerum est allectus quinquennio post obitum, eo tantùm antiquiori ritu, qui tunc etiam frequentior erat in usu, scil. ut petentibus concederet P. R. super corpus defuncti altare constituere. Quod & *P. Damian.* confirmat in *vita Romwaldi,* nempe, super corpora talium Sanctorum altaria esse erecta, in quibus Christiani Sacrificii mysteria celebrantur.

§. 4. Hodiè apud Curiam P. R. non una est solennitas canonizandi. Aliud enim tenuit in Canonisatione Nicolai Tolentini A. C. 1446. sub Eugenio IV. Aliud in Canonisatione Bernardini A. C. 1450. sub Nicolao Quincto. Aliud iterum in Canonisatione Vincentii A. C. 1455. sub Calixto III. Aliud in Canonisatione Catharinæ Senensis A. C. 1482. sub Pio secundo. Aliud in Canonisatione Francisci de Paula, A. C. 1519. sub Leone decimo.

§. 5. Sigebertus in Chronic. ad A. C. 441. de Leone Pont. Rom. scribit: Hic quoties rogabatur, ut Apostolorum vel Martyrum reliquias daret, consuevit ad corpora vel memorias Martyrum & Apostolorum, quorum reliquiæ petebantur, Missas celebrare in ipsorum honorem, & sic Brandeum altaris, quo consecratum corpus Domini involverat, particulatim dividebat, cultello pannos illos pungens, sanguinem eliciebat, & dabat mox pro Sanctorum reliquiis, in quorum honorem erant consecrati.

§. 6. Illustris locus est apud *M. Anton. de Dominis de Rep. Eccles. l. 7. c. 5. §. 52.* ubi sic commentatur: At verò illam Canonisationem omninò esse absurdam, & ab Ecclesia removendam, hinc satis probatur, quòd Ecclesia per 1200. annos Canonizationes istas ignoravit. Sunt sanè Sancti, quos ipsa Sacra utriusque Testamenti Scriptura canonizavit: Sed & Martyres, qui pro fide Christi sanguinem fudissent, diligenti curâ à Diaconis & Subdiaconis

cogno-

cognoscebantur, & à Notariis ipsis subjecti in commentarios referebantur, atque ab Episcopis approbabantur & recondebantur, ut eorum memoria conservaretur, & constantia fidei aliis esset in exemplar. Ipsa plebs fidelis eos debito honore prosequens, ut verè Sanctos, qui pro Christo animas ponebant, in memoria conservabat, & Sanctos vocabat, non tamen invocabat, *neque erat ulla alia Canonizatio.* Et Episcopi quidem Ecclesiæq; ministri, ubi aliquem Martyrio coronatum intelligebant, in memoria Sacrificii Christi, quam celebrabant, eorum nomina & Martyrium recolebant, ac DEO gratias agebant, & in Diptycha redigebant. Idem fiebat de quibusdam viris vitâ sanctâ illustribus, ut plebs eos honore ac memoriâ prosequeretur, & Sanctos vocaret: Episcopi autem in S. Liturgia eos vita functos, etiam sine Martyrio, commemorarent, ac in Diptycha s. Tabulas Ecclesiasticas referrent. Hæc Diptycha & has tabulas Athanasius in Epist. contr. Arrian. vocat, *Catalogum*, ubi ait: *Dionysii Alexandrini memoriam fuisse cum Patribus celebratam, & in catalogum relatam.* Illud tamen non erat canonizare; Nam etiam vivos in Diptychis commemorabant. Cœperunt posteà Romani Pontifices, postquam se Monarchas Ecclesiæ statuerunt, solennes istas Canonizationes facere ritu & ceremoniis, magnâ ex parte à gentilibus desumtis. Ante id Episcopi in suis Provinciis singuli Martyres & alios insigniter pios religiososq; homines suæ Diœcesis in tabulas retulerunt, eorumq; memoriam consecrarunt. Hinc Martyrologia nostra & Mnemologia vetera Græcorum, quæ ne unum quidem Sanctum habent, ex Pontificum Rom. Canonisationibus eductum. Et fatetur *Bell. l. 1. c. 8. de Sanct. Beatit.* cum Thoma Waldense, Episcopos potuisse Sanctos canonizare pro una Provincia vel Diœcesi; Modò tamen hoc Episcopis non licere, quia Alex. III. & Innocent. II. id prohibuerunt.

§. 7. Pari studio veteres Episcopi inquirebant in Sanctorum veritatem, antequam eorum corpora altaribus includerent, vel super reliquias eorum altare collocarent, & sacram mensam pararent, sicut seculis sequioribus solenniter factum legimus apud *Baron. Tom. X. A. C. 993.* & *Petrus Damiani* refert *Epist. 6. c. 29.*

autoritate Concilii Sanctorum corpora solita fuisse sub altaribus locari. Unde postmodum in Ecclesia Latina nullum legitimum fuit altare & sacrum habitum, in quo non aliquæ essent reliquiæ inclusæ atque sepultæ. Hinc in *Missal. Rom. p. 287.* illa Sacerdotis oratio: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt.* *Bellarmin. l. 2. c. 3. de Reliqu. Sanct. §. Octavo.* hunc morem arcessit jam inde ab Apostolorum tempore; id ; ex *Apocal. c. 6, 9.* Quod & facit *Baronius A. C. 55. §. 16.* Sed Patrum non postremi explicant hanc *Aram* Johannis de *Sepulcro*, sive *Terrâ*, e. gr. Victorinus Martyr Seculo quarto in *Bibl. PP. Tom. 1. p. 576.* & Paulinus *Epigram. XII.* sic canens:

Sive Patrum sinubus recubas, Dominive sub arâ
Conderis, aut sacro pasceris in nemore.

Vid. *Dallæum l. 4. c. 9. de Cultu adorat. p. 650.* Primis tamen tribus Seculis nullas vel sub vel in Mensis Dominicis Sanctorum reliquias defossas fuisse certum est, ex constanti silentio omnium, quotquot vera extant, illius ævi monumentorum. Ut sunt *Euseb. l. 3. de vita Const. M. l. X. Histor. cap. 4.* *Ruffinus l. 2. Hist. Eccl. cap. 28. p. 648.* qui, cùm templa memorent & altaria, moris tamen hujus planè nullam faciunt mentionem. Et ipsum *Breviar. Romanum Add. 4. Nov. Lect. 4.* fatetur, ante Silvestri tempora nullum altare in titulum erectum fuisse, quod chrismate delibutum Domini nostri figuram exprimeret. Quod incidit in *Annum à C. N. 336.*

§. 8. Locus, qui adduci solet ex *Augustin. Serm. XI. de Sanctis* in contrarium *Tom. 10. Serm. 73.* non est fœtus genuinus; testatur interim de ritu ipso sui Seculi luculenter. Causæ, cur ita facerent, hæ vulgò adducuntur: (1) Ut loco tam sacro honorarent Martyres. (2) Ut corpora & sepulcra Martyrum s. Sanctorum aliorum essent incitamentum devotionis orantibus ad Altare, & exemplum imitationis in fortitudine & confessione illorum. (3) Ut Martyres eorum preces apud DEUM offerrent & adjuvarent. Unde & *Altare* dicebatur *Sepulchrum*, *Memoria*, *Confessio* Martyris s. Sancti. Atque inde sub Constant. M. cùm pax Ecclesiæ affulgeret, Sepulcris eorum & Altaribus superædificabant Templum,

plum, quod inde pariter vocabant *Martyrium*. Vide Baron. in Martyrol. 6. Julii. Postmodum ipsa *Crypta* sive *sepulcrum* ejusmodi Sancti dictum fuit *Confessio*, ut cùm legimus in *Vitis Sanctorum & Martyrologiis*: Hic Sanctus sepultus est in Confessione S. Laurentii, S. Susannæ, Priscæ &c.

SATISFACTIO.

§. 1. **S**Atisfacere. Satisfactio Patribus sumitur etiam de iis, qui ex Gentilismo ad Christum convertuntur. Sic *Cyprian. Tract. 1. contr. Demetr.* Hortamur, dum adhuc aliquid de Seculo superest, DEO satisfacere, & ad veræ religionis candidam lucem de profundo superstitionis emergere. Ubi idem valet, quod facere id, quod DEO gratum est. Eodem sensu *Tertull. de Pœnit. cap. 5.* ait: Qui per delictorum pœnitentiam instituerat Domino satisfacere, eum, si in scelera relabatur, Diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam satisfacere.

§. 2. Satisfactio *pœnitentialis* in Ecclesia veteri antecedebat *Absolutionem*, non subsequebatur. *Lactantius*: Pœnitentiam proposuit, ut, si peccata nostra confessi DEO satisfecerimus, veniam consequamur. *Cyprian. Ep. 10. 11. Serm. de Lapſ.* censet; Aliter si fiat, disciplinam solvi, & salutem peccatorum in apertum discrimen conjici.

§. 3. Eratq; antiquis nihil aliud, quàm humilis confessio, quâ peccator se ea, quibus infernum meritus est, infecta velle apud DEUM ex animo profitetur, ut docet *Ambros. de pœnit. cap. 10.* Et explicat *D. Bernard. l. de Conscient. cap.* Eripe me, inquiens: Pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem, sed certum est, quòd misericordia tua delet omnem offensionem. Apertius *Lactantius*: Si peccata nostra confessi, satis DEO fecerimus. Ubi DEO satisfacere est, peccatum confiteri: Et *Cyprian. de Lapſ.* Peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes.

§. 4. Significat & Patribus idem sæpe, quod DEUM exorare & gratiam ejus impetrare. *Tertull. de Pœnit. c. 9.* Exomologesis est, quâ Domino delictum nostrum confitemur, non quidem ut igna-

ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur. Eleganter *Pacianus Paræneſ. ad pœnit.* Ecce polliceor, si ad patrem vestrum verâ satisfactione redeatis, nihil ulteriùs errando, nihil pristinis adjiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid & flebile; Peccavimus in conspectu tuo Pater! jam non sumus digni nomine filiorum; Continuò de vobis & pecus illud recedet immundum & siliquarum esca deformis.

§. 5. Causæ tam acris disciplinæ apud Veteres erant potissimùm istæ: 1. Ut istis externis humilitatis, dedecoris & fletuum signis summum de offenso DEO O. M. dolorem contestarentur. 2. Ut humilitatem & dejectionem animi sui ob oculos ponerent Ecclesiæ. Unde iste pœnitentium habitus *Tertulliano* dicitur, illex misericordiæ. *Vid. eundem de Pœnitent. cap. 10.*

§. 6. Mora temporis, quâ sæpè ad annos multos & ipsam usque mortem innectebant abstentos, duos fines habebat præcipue: 1. Ut peccator atrocitatem peccati addisceret, & vitiorum habitibus purgatis sanitatem animæ recuperaret. 2. Ut delictorum veniam à DEO impetraret, humilificando se cum Publicano, qui stans è longinquo exercebat pœnitentiam. Hinc & Sacerdotibus competebat, attendere contritorum dolores & affectus, de quibus ait *S. Leo Ep. 79. c. 5.* Pœnitentiam non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione esse spectandam. *Tertullian. de pœn. c. 9.* vocat operosam probationem. *Augustin. Enchir. c. 65* sic explicat: Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, rectè constituuntur ab iis, qui Ecclesiæ præsunt, *Tempora* pœnitentiæ, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in quâ remittuntur ipsa peccata.

§. 7. Occurrunt etiam sæpè in Scriptis Patrum hæ loquendi formulæ: Peccata pœnitentiâ s. satisfactione purgari. *Cypr. l. 1. Ep. 3.* Vulnera lacrymis ablui. *Hilar. Ps. 119.* Veteris facti crimen lacrymis abluere. *Ambros. Epist. 82.* Peccata jejunio eluere. *Radulph. l. 12. Levit.* Satisfactione pœnitentiæ culpam detergere. *Tertull. pœn. c. 12.* Gehennam exomologesi extinguere. Quæ non meritum s. dignitatem pœnitentiæ notant, sed effectum describunt, qui pœnitentiam sequitur, non quidem ex vi naturæ aut

justitiæ,

justitiæ, sed ex DEI bonitate & promisso. Ac deinde ostendunt, quomodo continuis talibus Sanctimoniæ operibus habitus peccatorum paullatim expellantur ex animis pœnitentium.

§. 8. Quo sensu & illa adhibita iis leguntur: Emendatioribus factis delicta superiora tegere. *Ambros. l. 2. pœnit. c. 5.* Eleemosynis peccata redimere, *Leo l. 1. de Jejun. Salvian. l. 1. ad Eccles.* Peccata pœnitentiæ operibus compensare. *Hieron. Joel. c. 1.* DEUM iisdem placare. *Cyprian. Serm. de Laps.* & id genus alia.

§. 9. Docent & S. PP. Nullas aliorum pro aliis satisfactiones dari. *Basil. M. Ps. 48.* Qui ne pro suis quidem propriis peccatis potest ἐξίλασμα δοῦναι DEO, quomodo valebit τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου πρᾶξαι; *Leo M. Ep. 83.* Acceperunt Justi, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientiæ, non dona justitiæ. Clarissimè *vid. Augustin. Tr. 84. Johann. Tom. 9.* ubi id asserit è *Ps. 49* Frater fratrem redimere non potest. Adde *Tertull. de Pudicit. cap. XXII.*

SCHOLÆ.

§. 1. IN Veteri Testamento Prophetis Scholæ seu Collegia tribuuntur, in quibus Libros divinos discipulis explanârunt, quales fuerunt Samuel, Elias, Elisa, *1. Sam. X. 10. 12.* Hi dicebantur *Filii Prophetarum.* בני הנביאים Magistri appellabantur, *Patres.* Ut l. cit. legimus: Quis est *Pater* illorum? Ibi Jonathan vertit: *Doctor* eorum. Et communiter Chaldæus vocat תלמידי נביא *Discipulos* Prophetarum. Sic *1. Sam. XIX. 20.* dicitur Samuel Præfectus Collegii Prophetarum, נצב עליהם & ibid. עמד *stans.* Nimirum, quia *docebat stando.* Chald. vertit: קאים מלאיף על יהון *stantem docentem super eos.*

§. 2. E loco *Genes. XVIII. 19.* colligitur non absurdè, Domesticas primitùs Scholas Patrûmfamiliâs fuisse, ubi DEUS Abrahamum domus suæ *Magistrum* ac Præceptorem laudat & nuncupat. Adde *Abulens. in lib. Sam. 1. Qu. XXX. & XXXI.* ubi

inter alia sic scribit: Cùm esset unus locus Sanctuarii, omnes, qui volebant vacare contemplationi, non poterant convenire in templum illud, sed fiebant diversa Collegia per terram Israël, & in quolibet eorum erant multi Viri, qui specialiter vacabant doctrinæ, sicuç nunc sunt Religiosi. Et isti in illis Collegiis vacabant studiis sapientiæ, & doctrinæ ac disciplinæ Legis, & addiscebant facere canticum divinæ laudis, & illa faciebant. *Hæc ille*.

§. 3. Hi cœtus Scholasticorum ab habitu & instituto suo passim omnibus erant noti, ut apparet ex *II. Reg. IX. n.* ubi Scholaris ex Collegio Ramathensi, *Fatuus ille* appellatur eadem indole, quâ hodiè contemni vulgò solent Religiosi & Scholastici à Filiis seculi. Sic *II. Reg. c. IV.* dicitur de Elisæo: *Et discipuli sedebant coram eo.* Hæc enim erat forma auscultantium. Ebr. ישיבה *Academia.* Hinc illud *II. Reg. II. v. 7.* Tolli מעל ראשו de capite ejus dicitur Præceptor, à quò aufertur, quoniam Docentes quasi ad caput discipulorum superiore loco sedebant. Confer *Gen. 49, 2. 12. Actor. c. 22. v. 3.* ubi ad pedes *sedere. Ps. 61. v. 8.* & *Ezechiel. c. 8. v. 1.* & *2. Reg. c. 6. v. 32.*

§. 4. *Levitic. X. v. 8.* Sacerdotibus injungitur, ut aperiant, i. e. explicent Legem, להורות filiis Israël. Quod verbum repetitur *Deut. XXXIII. v. 10.* Confer *Malach. c. II. v. 7.* ubi *Chald.* אוראה nominat *Instructionem, Disciplinam, Interpretationem,* uti disertè exponit *Ezechiel c. 44. v. 23.* Hi *1. Chron. 23. v. 4.* dicuntur שפטים שטרים *LXX.* Γραμματεῖς, καὶ κριταὶ, *Scribæ & Legisperiti* in N. T. sæpiùs memorati. De quibus adi *Joseph. l. 4. c. 6.* & *Abulens. in l. cit. Qu. 46. 47.*

§. 5. *Synagogæ* dicuntur in N. T. *Actor. c. XV. v. 21. Luc. IV. v. 26.* Quarum tantus factus est sub adventum Domini numerus, ut ante excidium urbis in Academia Solymitana Collegia plus quàm 400. numerata esse observet *Cl. Seldenius Proleg. in de Succession.* Quorum singulis inerant Scholæ item binæ, in quarum altera prælegebatur *Lex scripta*, inde dicta בית ספר; In altera verò *Traditiones Veterum,* inde dictæ בית מלמוד. Hasce universas sustulit Vespasianus.

§. 6. Tempore Novi Federis eodem fere tenore ad Christianos

ſtianos Scholarum uſum Religioſi derivârunt. Nam Monaſteria & Collega Canonicorum Scholæ erant Sacrarum Literarum & aliarum Diſciplinarum, quæ Eccleſiæ utiles eſſe poſſent, & ſumebantur inde Paſtores & Epiſcopi, imò educari etiam ibi ſolebant feminæ caſtæ & modeſtæ, idq; *ſeculo quarto, quincto, ſexto, ſeptimo*. Sicut commemorant *Chryſoſtomus* & *Baſil. Magnus*. Mittebant & eò Nobiles Viri liberos ſuos erudiendos. Scholam Cæſareenſem commendat *Nazianzen. Orat. in Baſil. M.* Alexandrinam *Euſeb. l. 5. Hiſtor. Eccl. Hieronym. de Scriptur. c. 36. 38. 54. 69.* ubi Scholam κατηχήσεως tenuiſſe recenſet Dionyſium & Clem Alexandrinum. Obſervat *H. Conringius*, Vir omni laude major, in *Diſſert. III. Acad.* Publicâ auctoritate hanc Scholam non fuiſſe roboratam, ſed privati inſtituti à S. Marco & ſecutis eum Alexandriæ Epiſcopis; ubi ſic pergit: A *ſeculo ſexto* omnes ejusmodi Scholæ in tota occidentali parte Imperii: A *ſeptimo*, per omnem Orientalem Regionem Germanorum, Sarracenorum & Scytharum irruptionibus deletæ ſunt.

§. 7. *Paulus Diaconus l. XXI. c. 19.* Conſtantino M. haud obſcurè initia Scholarum Chriſtianarum tribuit, dum ſic commentatur de *Leone Iſauro*: Ita ut eruditiorum Scholas & piam eruditionem à Conſt. M. *hucusque* ſervatam extingueret. Porrò uſque ad Seculum X. Scholæ iſtæ Monaſticæ, quotquot fuère, Viros utcunque literatos & doctos dederunt Eccleſiæ; poſt id otio diffluentibus Monachis collapſæ ſunt, nec in integrum deinceps reſtitutæ, quamvis Seculo XIII. Monachi mendicantes id attentârint. A. C. 819. Aquisgran. Concil. ſtatuit ſub Pio Pont. Ut viſitatores Monaſteriorum Monachis injungant laborem Studiorum, informationis Juventutis & ſcribendi libros. A quo ſtudio ne virgines quidem exemit. Unde paſſim in Bibliothecis extant Manuſcripta Sanctimonialium, uti fusè exponit *Mart. Cruſius Annal. Suev. l. 1. c. 14.*

§. 8. *A. C. 1563. Concilium Colonienſ. T. III. Concil.* agnoſcit olim Monaſteria fuiſſe Scholas pietatis & omnium virtutum. *Paul. Langius Tom. I. Chron. Cizenſ. in Scriptor. German. à Piſtor. editis*: Literarum, *ait*, Gymnaſia ſub Carolo M. & Ottonibus erant in

Cœnobiis *Concil. Aqvisgran. Can.* 45. *A. C.* 817. statuit, ut Schola in Monasterio non habeatur, nisi puerorum religiosorum. Præerant istis Scholis Viri Religiosi, unde Concil. Toletan. A. C. 1056. cavet, *ne Laicus s. Homo secularis Magister scholæ esset.* Ita in Anglia Ven. Beda fuit Præfectus Scholæ Monasticæ, & Albinus Flaccus in Gallia Turoni, ubi Epist. 1. ad Carol. M. scribit: *Se quibusdam sanctarum Scripturarum mella ministrare: alios vetere Disciplinarum mero inebriare; alios Grammaticæ subtilitatis pomis enutrire &c.* Quod ipsum Abbas Trithem. Chron. Hirsaug. A. C. 860. latius persequitur: Ubi docet, generatim circa illa tempora in Monasteriis celeberrimam fuisse Scholarum consuetudinem, quibus præsidebat non Secularis aliquis, sed Cœnobii Monachus, qui in Linguis & Disciplinis exercitatissimus haberetur, qualis, si in uno Monasterio non reperiebatur, ex altero sine verecundia petebatur. Quod ipsum Carolus M. publicâ statuit autoritate, ut esset perpetuum.

§. 8. Hinc in *Concil Cabilon. Cap. XLIII.* Oportet Scholas constitui, in quibus solertia literaria, Disciplinæ, & Sacræ Scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus meritò dicatur: *Vos estis sal terræ.* Plura & quidem minimè vulgaria vide-sis in *Dissertat. Acad. III. H. Conringi. & Middendorp de Academ. l. 8 p. 431. seqq.* ut & in *Cl. Hornbeck. Exam. Bull. Innocent. p. 76 79. 80. seqq.*

§. 9. Cæterùm omnis isthæc Doctrina stetit intra mediocrem Linguæ Latinæ peritiam, & usum Christianæ Theologiæ; quibus alicubi Mathematicum quid & ex arte Medica addiderunt, uti patet ex *Cassiodori* Opere Divinarum humanarumq; Lectionum, & *Eucher. Lugdun. l. 2. Instruct. in Præfat.* ubi memorat, se sub Hilario *per omnes spiritualium rerum disciplinas* formasse doctrinam. Non enim ex primo instituto isthæc ἀσκητήρια publicæ Scholæ erant omnium promiscuè, sed tantùm, uti *Canon Conciliaris* loquitur, eorum, qui DEO oblati erant. *Aqvisgran. Can.* 45.

§. 10. Novum deinde Scholarum genus cum Collegiis Episcopalibus passim oriri cœpit. Quarum initia in Oriente *Basi-*

lius

lius M. in Africa primus fecit *Augustinus*, apud *Possid. c. 5. in vit. ejusd.* Solebant istæ plerumque Sedibus Episcoporum adjacere; Alumni à vivendi Canone singulari dicebantur *Regulares* sive *Canonici.* Incidùntq; in Seculum à C. N. *nonum.* De quibus jam suprà. Inde hodièq; plerumque Canonicorum claustris Scholæ habendæ locus adjunctus est; Unde & inter Canonicos etiamnum *Scholastici* nomen hæret. Extat de iisdem Canon Concil. Valentini in Galliâ Can. VIII. A. C. 855. sub Lotario.

§. 11. Sensim demùm ad Academiarum instar à Regibus deventum est, & quidem Angliæ ac Galliarum, in erigendâ Oxoniensi & Parisiana, quod fuse deducit antè memoratus *H. Conringius*, Vir nunquam sine laude dicendus, *p. 72. 74. seqq.* Confer *Lutherum Tom. 7. Jen. Germ. & Comm. in Genes. cap. 54. Art. III. Smalcald. Melanthon. Consil. Theol. Part. 1. Lilium Theon. Britann. apud Gvalter. Tom 3.* & denique *Middendorp. de Acad. lib. 8. p. 461.*

SCRIPTORES ECCLESIASTICI
USQUE AD S. BERNHARDUM.

§. 1. NON sunt eorum Scripta unius generis, sed sunt 1. vel *genuina* & *certa.* 2. Vel *dubia* & *incerta.* 3. Vel *spuria* & *supposititia.* Quorum discrimen atque differentia in Controversiis scitu summoperè est necessaria.

§. 2. SECULO PRIMO. Liber *Canonum Apostolorum*, *Dist. 15. c. Sancta Romana*: dicitur Apocryphus, & *Dist. 16. c. Canones.* Isidorus idem asserit. Damnatus etiam fuit *sexto Concil. Constantinop. c. 2.* Primus illorum mentionem facit *Epiphanius Hæres. 30.* Videatur plur. *Rivetus lib. 1. c. 1.* *Seculo Primo à C. N.;*

§. 3. CLEMENS Episcopus Romanus factus est A. C. 93. juxta *Labb. 91.* juxta *Funcc. 94.* & ita numero tertius, secundùm *Euseb. lib 5 Hist. Eccl. c. 4.* Pauli aliàs cooperarius & commilito, ut ex *cap. 4. v. 3. Epistol. ad Philipp.* apparet.

§. 4. Sub ejus nomine multa conficta sunt, ut: *Canones Apostolorum*, qui tamen potiùs centonem exhibent rerum & ri-

tuum ab authoritate Apostolica remotorum, vide eos apud *Luc. Osiand. Centur.* 1. *Histor. Eccles. lib.* 3. *c.* 4. *p.* 8. *Rivet. in Crit. p.* 105. Libri Recognitionum, de quibus vide judicium *Sixti Senens. lib.* 2. *Bibl. S. tit. Clemens.* ubi sic claudit: *ut liberè pronunciem, suspicor, non esse Clementis.* Variæ Epistolæ, quarum una ad Corinthios genuina est. *Euseb. lib.* 3. *c.* 34. Unius Epistolæ Clementis ad *Jacobum* fratrem D. mentionem faciunt: tres autem nunc eduntur. Cæterùm has Epistolas *non esse Clementis*, apertè constat. Jacobus enim obiit 7. annis ante Petrum: & *Clemens* non fuit Romanæ Ecclesiæ Præsul, nisi post Petrum, ut constat ex omnibus penè Historiis. *Epistola* 5. communionem rerum & uxorum docet. Ipsas quoque ipse *Bellarminus de Scriptor. Eccles. p.* 38. pro Spuriis agnoscit propter eandem causam. *Dieterich in Breviar. Pontif. Rom.* Libri 8. *Constitutionum Apostolicarum*; qui tamen non majorem merentur fidem. De his enim silet *Eusebius, Hieronymus, Gennadius.* Citârunt quidem aliquando veteres *Constitutiones* & *Dispositiones Apostolicas*, sed non scriptas, (ut fatetur *Basilius libr. de spiritu Sancto c.* 27.) imò ne scriptas quidem à *Clemente*, quia nomen ejus non apponunt nisi posterioribus Seculis.

§. 5. Passus est Anno Imperatoris Trajani 3. juxta nonnullos, A. C. enim 102. juxta *Baron.* in Chersoneso, quo fuerat relegatus, in medium maris projectus, & anchorâ collo suspensâ in profundum præcipitatus, Martyrii ita coronam adeptus est. Præfuit suæ Ecclesiæ Ann. 9. *Func. Centur. Magd.* Corpus ejus postmodum Nicolai I. tempore (qui Sedem Pontificalem A. C. 858. secundus, post famosam illam Johannam Papissam obtinuit) repertum & Romam translatum est, teste *Rolevincio.*

DIONYSIUS AREOPAGITA.

§. 1. *Atheniensis.* Areopagita autem dicitur ab *Areopago*, loco judicii, cujus fuit assessor. In Patria non tantùm Doctrinâ Græcisq; literis, (eapropter & *Suidas* vocat eum Virum Clarissimum & ad summum Græcæ Disciplinæ fastigium provectum.) sub Præceptore *Athenodoro, Philosopho Stoico*, eruditus fuit, sed & posteà

posteà exteras quoque studiorum gratiâ visitavit Academias, quas inter *Heliopolis* fuit in Ægypto, quo persistens, natus annos 25.

§. 2. Primùm Assessor fuit antiquissimi modò dicti Judicii Areopagi, postmodùm ab Apostolo Paulo per concionem in Areopago *Act.* 17, 34. habitam unà cum uxore Damaris A. C. (juxta *Phil. Labb. Jes. Tom. 1. de script. Eccles. pag. 258.*) 50. juxta *Spondanum V. Baronii Epitomatorem, A. C. 52.* conversus, primus ejusdem urbis (si *Nicephoro* credimus, *lib. 2. Histor. Eccl. c. 20.*) Episcopus constitutus fuit. Quod autem *Baronius ad A. C. 98.* & ex recentioribus *Labbeus c. 1. Tom. 1.* asserit, Dionysium A. C. 98. à S. Clemente Episcopo Romano in Gallias missum, Lutetiæq; Parisiorum, ut ita insignis Vir Gallicanæ jam coalescenti Ecclesiæ Pastoribus destitutæ succurreret, primum Episcopum egisse, id ridiculum statim apparet.

§. 3. Hic A. C. 97. ad Johannem Evangelistam in Patmo scribit, ejusdem proximè futuram liberationem prænuncians, fore scil. ut brevi mutuò invicem jungerentur congressu, quod & eventus probavit, siquidem anno seq. Dionysius de restitutione Johannis nuncium accipiens, eundem Ephesi convenit. Tribuuntur ei *varia Opera*, quæ sunt: *De cœlesti Hierarchia, de Ecclesiastica Hierarchia, de Divinis Nominibus, de mystica Theologia.* Item: *Epistolæ ad Cajum, ad Dorotheum, ad Sosipatrum, ad Polycarpum, ad Demophilum, ad Titum, ad Apollophanem, ad S. Joannem Apostolum,* ferebatur & una ad *B. Paulum*: sed ab omnibus meritò rejecta est. SCRIPTA.

§. 4. Esse autem hunc auctorem suppositititium & planè non genuinum, sequentes rationes evincunt: (1) *Eusebius, Hieronymus* & *Sophronius* nullam faciunt mentionem horum librorum, etsi Veterum libros diligentissimè collegerint & conquisierint. Neque alius admodùm antiqvus author horum mentionem facit. Quod satis arguit, libros illos non ejus antiquitatis fuisse, cujus fuit Areopagita. (2) Stylus horum librorum non est simplex & syncerus, sed argutus nimis, inflatus & affectatus, ita ut nihil Apostolicum præ se ferat; quem non immeritò *Illyricus* trecentis post Apostolorum tempora annis in Græcia, & Romæ etiam fuisse in usu RATIONES. *V. Rivet. Critic. S. l. 1. cap. 9.*

judi-

p.18 & 134. editionis Morellianæ ann. 1562. qvi tamen illo si nō major, certè par fuit pietate, autoritate, & doctrina. (9.) *Libro de Divinis nominibus* 1. *cap.3.* dicit se adfuisse unà cum Jacobo fratre Domini Petro & plerisqve aliis sanctis fratribus ad contuendū corpus illud qvod autorem vitæ, DEumqve conceperat, ἐπὶ τὸ θεᾶν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος. At hæc nullo modo constare possunt, qvia qvo tempore beata virgo animam DEO reddidit, si fides historiis habeatur, nondū fuerat ad fidem Christianam conversus Areopagita. (10.) Citat *Clementem Philosophum*, qvi fuit Alexandrinus, qvem multis pòst seculis floruisse constat. (11.) *Cap.7. libri de cælesti Hierarchia* Cherubin multitudinem scientiæ seu sapientiæ effusionem ex Hebræa lingva interpretatur, qvo etymo nihil insulsius. De ratione, cur à Seraphim purgatus fuit Jesaias, cùm post aliorum probabiles rationes suam profert, utitur voce dubitantis fortassis, qvæ loqvendi ratio non est Apostolica, Ejusdem lib: cap.13. (12) His adde testimonium *Cajetani, qvi in Act. cap.17.* incertum esse fatetur, tum qvia ejus *Hieronymus* non meminit in Catalogo, tum qvia *Gregorius* non est ausus asserere, fuisse Areopagitam: Fertur, *inqvit*, Dionysius Areopagita. Cajetano suffragantur *Erasmus*, *Valla*, & teste Erasmo, *Gvilielmus Grocinus*. Vide *Erasm. annot: in Act.17 p.126. Et Præfat. Paraphras. in 1. ad Corinth.* Nam, *inqvit*, Dionysius, qvi in Hierarchia secunda, priscos Ecclesiæ ritus satis copiosè describit, eruditis recentior qvidam fuisse videtur, qvam fuerit Areopagites ille Pauli Discipulus. Nobiscùm idem sentit Jesuita *Dionys. Petavius de Pœn. c.8. lib.* 11. & *Jo. Dallæus de Confess, l.* 111. *cap.2.*

§. 5. Decimum [illegible] centesimum annum attigisse dicitur juxta Baron: Qvo mortis genere autem obierit, non constat: Tradit qvidem *Baronius ad A. C.109.* sub Fescennino Præfecto, post gravissima tormentorum genera (inter qvæ & in craticula subjecto igne subjectus fuit) Parisiis gladio percussum, martyrium ita subjisse: *Calvisius ponit An. Chr. 96.* Ipse Jesuita *Labb cit. loc.* Dubitanter scribit: *Passus fuit vel Athenis die 3. Octob. sub Domitiano*

mitiano Imperatore circa finem seculi 1. vel die 9. ejusdem mensis propè Parisios in monte Martyrum; Bellarminus ipsum supervixisse usqve ad imperium Hadriani scribit de *script. Eccles.* Qvod autem caput past decollationem sustulisse, & propriis manibus ad duo milliaria portasse dicitur, ubi hodiè celeberrimum illud *S. Dionysii* oppidum jacet, fundamento penitùs caret. §. Optima *Editio* est *Antvverpiens.* A.C. 1634. Operâ *Balth. Corderii Jesuitæ.*

HERMES.

§. *Circa A C. 82.* Frater Pii Pontificis Romani, juxta *Baronium*, qvem Paulus salutari mandat *Rom. 16. 14.* Tribuitur ei Liber, qvi inscribitur *PASTOR*, qvem Origenes θεόπνευστον statuit, in qvo mandatum continetur, qvod ei præcepit Angelus Domini, apparens, (*verba sunt Baronii,*) in habitu *Pastoris*, ut sanctum Pascha die Dominicâ celebraretur. Cæterùm rectè rejicitur à *Tertulliano, lib. de pudicit: cap.* 10. his verbis: Sed crederē tibi si scriptura Pastoris, qvæ sola mœchos amat, divino instrumento meruisset incidi; si non ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum (*orthodoxos affatur Montanista*) inter Apocrypha & falsa judicaretur adultera & ipsa & inde patrona sociorum, significans (ut notat *Baronius Tom: 2. ann. 159. sect. 5.*) librum Pastorem, extra classem divinorum scriptorum esse rejectum, quod plus æquo illi quidam favissent; qui etiam eundem commentarium, Petri autoritate confirmare nitebantur, dum insigni titulo, nempe *judicium Petri*, opus inscripserunt. Nec videtur fieri posse, ut *Hermes* frater Pii Pontificis ille sit, quem Apostolus salutari jusserat in *Epist. ad Romanos.* Nam inter illam salutationem, & Pontificatum Pii intercedunt, ut minimum, anni *centum*; & qui salutabatur ab Apostolo, non erat infans recens natus, sed vir aliquis gravis, notus Apostolo ex operibus bonis: proinde non est probabile, illum supervixisse, usque ad tempora Pii Pontificis. Deinde scribit sanctus *Hieronymus in lib. de script. Eccles:*, librum *Pastoris* apud Græcos fuisse notissimum, apud Latinos penè i-

gnotum: at si auctor libri fuisset homo *Latinus*, & Romani *Pon*tificis frater, debuisset liber ipsius notior Latinis esse, quam Græcis. Diversi igitur sunt auctores, & diversi eorum libri, quamvis idem ferè nomen gerant. *Riverus. Bellarminus.* §. Edidit seorsim *Casp. Bartsius.*

§. Occurrunt præterea *septem* suppositisii scriptores. 1. *Prochorus* de vita B. Joannis. 2. *Abdias Babylonius* de certamine *Apostolorum.* 3. *Linus* de passione BB. Petri & Pauli. 4. *Anonymus*, vel potius presbyteri *Achajæ*, de Passione *B. Andreæ.* 5. Anonymus de *Actis Pauli & Theclæ.* 6. Aurelianus Lemovicensis de *vita B. Martialis*, cujus *Martialis* nec epistolæ sunt genuinæ. 7. *Clemens Romanus*, cui *Recognitionum* Libri attribuuntur. Et fuere olim etiam alia spuria, quæ nunc non extant. Ut liber de *ascensu Pauli*, *Evangelium Judæ*, & alterum *secundum Aegyptios*, & aliud *secundum Hebræos.*

Prochorus. Linus. Abdias & alii spurii.

§. *Prochorus*, unus ex septem diaconis, sive, ut *Ecclesiastici ferè loqui amant*, diaconibus, quos Apostoli ipsi ordinarant: ut *Lucas* testatur *in Actis cap. 6.* Scripsisse hic dicitur *vitam Evangelistæ & Apostoli Joannis*, quæ in *Orthodoxographis*, & *Bibliotheca patrum* legitur. At multò recentiorum esse, arguit, quòd nominat disertim ὁμοούσιον τριάδα, *coëssentialem Trinitatem*, quomodo antiquissimi illi necdum loquebantur. *Præterea* fabulis mendaciisque ita coopertus est, ut nec in iis, quæ vera fortasse sunt, fidem mereatur. Idem censent, *Baronius in annalibus* (*Tom. 1. ad ann 99. nu. 4. & ad ann. 44. nu. 30.*) *Eccles. Bellarminus in Ecclesiæ scriptoribus*, *Magister sacri palatii in jud. Expurg. Lorinus in Act. cap.* 6. Facile autem iis assentio, qui arbitrantur, esse eundem librum, qui *circuitus Joannis* vocari anteà solet, atque hoc nomine etiam inter apocrypha refertur ab *Athanasio in Synopsi.* Vossius.

§. *Abdias Babylonius* dicitur hebraicè scripsisse libros decem *de historia certaminis Apostolici*: quos Græcè transtulerit *Eutropius*, ac latinè interpretatus sit *Julius Africanus*, nobilis ille Chronographus. Scribit verò Abdias iste *lib. VI*, Se sospitatorem nostrum Christum vidisse in carne: cumque unus foret ex LXXII.

discipulis, assleclam se fuisse *Simonis & Judæ*, quando in Persiam abibant ad prædicandum Evangelium: Denique ab iis, priusquam istis oris excederent, Babyloniæ se Episcopum factum esse. Quæ si vera sunt, jure magnum apud omnes scriptoris hujus nomen esse debet. Sanè *Wolfangus Lazius*, qui primus illum in lucem protraxit, tanti eum fecit, ut dubitare se dicat, utrum ea, in quibus cum *Luca* consentit, hauserit ex hoc Evangelista, an *Lucas* potius ea ex *Abdia* isto exscripserit: nempe quia ὁμήλικες, *Æquales*, fuere. In eadem sententia fuit Jo: *Faber, Theologus Parisiensis* Sed si adeo antiquus est *Abdias* ille, mirum, non *Eusebium*, non *Hieronymum*, non alium veterum quemquam meminisse vel *Abdiæ* vel interpretationis, *Africani* interpretis, qui in *præfatione* cum Abdia idem sentit. Præterea quomodo fidem habere ei possumus, qui dicat, se Christum vidisse, cum in terris versaretur; atque interim laudet *Hegesippum* historicum (*conf. Morn de Euchar. cap. 2 3.*) verbaque ejus citet ex *lib. 5. commentariorum*? Nam *Hegesippus* ille *Justini*, & *Athenagoræ* æqualis fuit, ut constat ex *Eusebii Hist. Eccl. lib. 4. cap. 21.* & *Hieronymo in Scriptoribus Eccles.* Quare centum circiter & triginta annis floruerit, postquam Christus ascenderat in cœlum. Ad hæc quomodo scriptorem eum latinè transtulit *Julius Africanus*, quem Græcum fuisse scriptorem, ex *Eusebio*, & aliis, constat: Denique in scriptore hoc multæ adeo sunt fabulæ, ac mendacia, ut eos libros, velut fide indignos, *Paulus Papa IV.* inter scripta à se damnata rejecerit: quemadmodum scribit *Sixtus Senensis lib. 2. bibliotheca sancta.* Multa quoque erronea in eodem notavit *Joan Hesselius* in censura de quibusdam sanctorum historiis *cap. 10.* Eundem reiiciunt *Bellarminus in scriptoribus Eccles. Baronius in annal. Eccl. ad ann. 44. num. 44. & ad an. 51. num. 51. Joannes Molanus lib. 1. de fide hæreticis servanda cap. VI. Possevinus in apparatu sacro voce Abdias. Espencæus de continentia lib. 5. cap 5. & lib. 6. cap. 11. & Salmeron Comm. in 11 Timoth. 11. disp. 11. p. 585.*

§. Sub nomine *Lini*, episcopi Romani, & martyris, duo circumferuntur libri ad Ecclesias orientales: qui *acta* continent

nent *Passionis Petri & Pauli.* Sed historia ea, quæ hodie quidem extat, est commentitia, ac multos contineterrores: ut docent, *Bellarminus in Eccles. scriptor. & lib. II. de Pontif. Rom. cap. IX. Baronius in Ann. Eccl. ad ann. LXIX. num. 6. Possevinus in apparatu sacro, voce Linus, Joannes Maria, magister sacri palatii in ind. Exp. tom. I. & Claudius Espencaus lib. VI. de continentia cap: II.*

§. Extat & *passio S. Andreæ Apostoli*, scripta, *ut ajunt*, à presbyteris & diaconis Ecclesiarum Achajæ, qvi passioni interfuerant. Eam pro legitima agnoscit *Petrus Damiani, serm: 2. de Sancto Andrea*, qvi temporibus vixit *Gregorij VI.* usqve ad *Gregor. VII.* atqve obiit anno Chr: CIↃLXXII. Sed Petro Damiani opponimus *Epiphanium hæres. XLVII.* ubi Encratitas ait, uti actionibus Andreæ, & Joannis, & Thomæ. *Item* Philastrium de hæres. *cap: XL.* qvod est de apocryphis, ubi inqvit: *Contra disputationes beatissimorum* " *Apostolorum consulta ponunt Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alii qvàm plurimi, qvi apocrypha Prophetarum & Apostolorum, id est, actus separatos habentes, canonicas legere scripturas, contẽpunt.* Et post pauca: *Habent Manichæi apocrypha beati Andreæ Apostoli, id est, actus, qvos fecit veniens de Ponto in Græciam: qvos conscripserunt tunc discipuli seqventes Apostolum.* Mox idem censet de actibus Petri & Pauli. Item *Innocentius I*, extremâ epistola primâ, qvæ est ad *Exuperium Tolosanum* episcopum, eum, qvem *Ausonius* qvoqve inter claros sui seculi oratores celebrat: *Cætera, quæ vel* " *sub nomine Matthiæ, sive Jacobi Martyris, vel sub nomine Petri, & Joannis, qvæ à qvodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreæ, qvæ à Nexochαride & Leonide Philosophis, vel sub nomine Thomæ, & si qvæ sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda.* " item Baronius in annal. Eccles. ad ann. LXIX. §. XXXIV. Sanè " non alienum esse à moribus Manichæorum, acta Apostolica " promulgare fabulis plenissima, vel ex iis liqvet, quæ de *Leucio Manichæo* retulimus ex Innocentio: qvæqve de eo legere est apud *B. Augustinum libro de fide contra Manichæos cap: XXXVIII.*

§. Similiter statuendum de *Actis Pauli & Thecla*, qvorum crebra adeo est mentio apud veteres. Sed non si patres qvædam

pro veris habuerint, qvæ *Actis* istis continerentur, hinc illa genuina, & undiqvaqve vera esse, conseqvitur. Nā *supposititia* qvin fuerint, dubitare non patitur nos locus iste *Tertulliani lib: de baptismo cap.17*: Qvod si, quæ Pauli perperam scripta (expressit Græcum παραγεγραμμένα, hoc est ψευδεπίγραφα) legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendiqve defendunt: sciant, in Asia presbyterum, qvi eam scripturam construxit, qvasi titulo Pauli, de suo cumulans, convictum atqve confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Refellit qvoqve ea Hieronymus in catalago in Luca Script: Eccles: Ubi cum dixit, Lucam fuisse sectatorem Pauli, & omnis peregrinationis ejus comitem, paulo post addit: *Aliud qvoqve edidit volu-" men egregium, qvod titulo πράξεις Ἀποστόλων, Actus Apostolorum," pronotatur: cujus historia usqve ad biennium Romæ commorantis Pau-" li pervenit, id est, usqve ad qvartum Neronis annum. Ex qvo intelligi-" mus, in eadem urbe librum esse compositum. Igitur περιόδους Pauli &" Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter Apocryphas scripturas" computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cæ-" teras ejus res hoc solum ignoraverit? Sed & Tertullianus, vicinus eo-" rum temporum, refert, presbyterum qvendam in Asia, σπουδαστὴν A-" postoli Pauli, convictum apud Joannem, qvòd autor esset libri, & con-" fessum, se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse.* Deniqve Gelasi-" us papa, & concilium LXX episcoporum, disertim ita statuunt:" *Liber, qvi appellatur Actus Teclæ & Pauli Apostoli, apocryphus.* & jure à" Gelasio acta ea reiici, etiā *Melchior Canus scribit in locis Theol.l:11.c:6.*

§. *Aurelianus* qvoqve, *Lemovicensis* episcopus, scripsisse dicitur *vitam S. Martialis* cujus beneficio à mortuis fuerat excitatus. Qvàm verò *Martialis* ille antiquus fuerit, videri saltē velit, argumento est, qvòd dicat, se cum Christo fuisse, priusquam cruci affigeretur. Sed tum *epistolæ* illæ *fictitiæ* sunt, tum vita ejus qvoqve spuria est. Nam *Martialis* qvidem Lemovicensis episcopus factus est *Decio Augusto, & Grato Coss.* anno Chr: 254. ut testatur *Gregorius Turonensis lib: 1. Histor. cap.19* Qvare merum est commentum, qvod se Christum vidisse dicat. Alia qvoqve argumenta adversus *Martialem* istum vidēre potes apud *Bellarminum in script: Eccles.*

§. De

§. De Clemente Romano vide superius dicta & adde *Riveti Critic. Sacr. l. 1. Perkins. T. 1. in initio Op: Problemat. Dallæum in de Confess. l. III. Bellarmin. de scr. Eccl. p.m. 48. 49. J. G. Vossium in de Hist. Græc. l. II. Cap. IX. alios apud Juellum Artic. n. 1. section. 5.*

IGNATIUS, Episcopus Antiochenus,

§. Circa A. C. 71. Creditur à nonnullis, ut *Niceph: lib: 2. cap: 3.* & aliis fuisse puer ille, qvem Christus ad commendandam humilitatem produxit, *Matt: 18. 2.* qvod tamen ipse *Baronius* in medio relinqvit; adde *Centur. Magdeb: cent: 2. c: 10*, qvi expresse scribunt, *ea non satis esse certa*, si qvidem aliorum autorum fide dignorum testimonio carent. Fuit ipsius Johannis Evangelistæ discipulus. Postmodum successit Petro & Evodio in Ecclesia Antiochena, Episcopus num: 3. *Hieron. in catal. illust. Script.*

§. Scripsit varias Epistolas (qvarum tamen qvædam adhuc extant) ad Ecclesias hinc inde *num: 12.* ut, ad Ephesios, ad Magnesianos, ad Trallianos, Smyrneos, Tarsenses, ad Mariam Cassabolitam, ad Philippenses, ad Heronem, ad Antiochenos, Polycarpum, Romanos, Philadelphenses &c: in qva posteriore inter alia *num: 6.* verum et antiqvissimum Theologiæ ponit principium, cùm ait: ἐμοὶ ἀρχαῖα ἐστὶν Ἰησοῦς χριστὸς: *Mihi antiqvitas est Christus Jesus, qvem nolle seqvi manifestus est interitus.* Ex omnibus verò fervens ipsius spiritus & zelus apparet, unde *Nicephorus qvoqve c: 1.* vocat ipsum θεόληπτον καὶ θεοφόρον, *Virum Numine qvodam afflatum, ac Deum ferentem*: confer eloquium, qvod de hisce Epistolis addit *Baron. ad Ann. 109.* dum eas copiosam traditionum Apostolicarum Apothecam fortemqve adversus hæreticos armaturam appellat; qvas epistolas tamen per manus alienas corruptas; fuse probat. *B. Gerhard. in Patrol. p: 57. seq.* Sic qvoqve spuriæ sunt illæ, qvæ sub ejus nomine circumferuntur ad B. Virginem θεοτόκον; duæ ad *S. Johannem Evangelistam*, qvibus additur epistola *B. Virginis ad Ignatium*: de qvibus vide *Svarez: in part: 3. Thom. q. 37. art. 4. disput. 20.* §. 1. qvi incertæ autoritatis præprimis illam *à B. Virgine ad S. Ignatium*

tiam scriptam, asserit, taceo, qvod nec istæ in Codicibus Græcis inveniantur, nec gravitatem eloqvii Ignatio usitati redoleant: *Vid: Rivet. In Crit: p: 183.* Prostant Tres præcipuè Editiones, *Prima* auctore *Nicolao Vedelio*, A. C. 1623. cum exercitationibus contra Bellarminum & Baronium, necessaria & utilis. Altera *Isaaci Vossii*, post istam ex antiqvissimis codicib9 reparata & in lucem edita. Tertia *Jacobi Usserii*, Primatis Hiberniæ, cum *Vossiana* in multis conveniens.

§. *Euseb: l. 3. c: 35. & 36. & Hieron.* Septem Ignatii numerant epistolas: at nunc sub illius nomine habentur 12. Qvinqve ergo spuriæ: ad *Mariam*, ad *Tarsenses*, ad *Heronem*, ad *Antiochenos*, ad *Philippenses*. Etsi detur genuinas esse: multa tamen admixta sunt, qvæ non sunt Ignatii. Ut qvod dicit *epist: ad Philippens.* qvarta & sexta feria post passionis Dominicæ hebdomadam jejunandum, & prohibet jejunium Sabbathi: cum *Augustinus* hæc aliter disputet *Item* qvod dicit: Quicunqve cum Judæis pascha ederit, comparticipabit iis, *qvi Dominum occiderunt.* Cum Epiphanius citet *Canonem Apostolorum* planè contrarium: & historia Ecclesiastica aliud doceat.

(χϱιςοκτόνος.)

§. Præterea epistolæ ad *Smyrnenses* author, corrigit *Salomonem*: Honora (inqvit) fili Deum & regem, *Prov. 24. 8.* Ego verò dico: *Honora DEum ut omnium authorem, Episcopum verò ut principem Sacerdotum, honorare oportet, & regem.* Theodoretus dialog: 3. citat locum ex hac epistola de errore *Menandri*, qvi tamen in ea hodie non legitur & *Trithemius omisit.* Item *Bellarminus* ait, Græcos codices esse corruptos.

§. *Epistola ad Ephesios* spuria vel saltim corrupta. Theodoretus Cyrensis in Eraniste *dialogo* 1. & Gelasius in libro *de duabus in Christo naturis* contra Eutychen, citant ex ea testimonium, qvod in editis exemplaribus non habetur. *Perkingus.*

§. Totum hoc, quod Ignatii nomine circumfertur, epistolarum opus supposititiũ esse, sanctissimoqve Martyri non paucis post ejus mortem annis falso, & per fraudem adscriptum fuisse tam evidentibus patet documentis, ut mirum sit hanc impostu-

posturam homines eruditissimos tamdiu latere potuisse. Nostros adeat, ac inprimis *Robertum cocum*, si qvis velit de tota hac causa accuratius cognoscere. Neqve verò me latet *Jacob: Usserium, Armachanum* antistitem, utut reliqvas, qvæ Ignatio tribuuntur epistolas fictitias esse fateatur, velle tamen eas, qvæ sunt *ad Ephesios, ad Magnesios, ad Trallenses, ad Romanos, ad Philadelphienses, & ad Smyrnaos* vere Ignatianos esse; non qvidem ut habentur in codicibus vulgatis (*in qvibus eas multipliciter interpolatas jacere & agnoscit, & docet*) sed qvales ipse in duobus vetustis codicibus Latinas reperit. Sed qvod magni viri pace dictum sit, ne istæ qvidem, quas ipse publicavit, à meliori, quam cæteræ, manu esse videntur. Nam

(1) ut eandem orationis inconditæ, ac involutæ, multumqve ab Apostolici seculi simplicitate abhorrentis perplexitatem.

(2) ut laciniosam inscriptionum περιεργειαν.

(3) ut perpetuam in episcopatu supra presbyterium evehendo, & ad fastidium importunam sollicitudinem, & alia id genꝰ mittam.

(4) Impostoris τὸ κακόπλαστον evidentissimè ex iis deprehenditur, qvæ ille in *epistola ad Magnesios* de Christo scribit, qvi, (inqvit) DEI est verbum æternum, *ὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών*, *non à silentio progrediens.* Nam ista, ut qvivis videt, Valentinum pulsant, qvi τὸν λόγον verbum ex Bytho & Sige per Nun, & Alethiam processisse fabulatur; ut ex *Irenao & Tertulliano*, aliisque Valentinianæ Theogoniæ enarratoribus constat. Jam cum *Ignatius* paulo post a. D. 100 martyrio consummatus sit; *Valentinus* autem sua ista de sizygiis, & Aeonibus prodigiosa somnia non ante a. D. 138. offuderit; luce meridiana, clariùs est, qvi ista loqvitur Ignatium esse non posse. *Dallaus.*

§ Constat inter omnes detracta esse nonnulla, qvæ in antiqvis codicibus, quibus usi sunt veteres reperiebantur. Nam ex aliqva septem illarum epistolarum, qvas agnovit, *Hieronymus adversus Pelagianos lib*: 3. hæc verba profert, Elegit Dominus Apostolos, qui supra omnes peccatores erant, quæ tamen verba nu-

sqvam in illis epistolis reperiuntur Habentur tamen in epistola *Barnaba*, ex qva etiam eadem citat *Origines contra Celsum lib:1*. Sic per singulas epistolas prolixè deducit *Rivetus lib:2. Critic: cap:2. & Salmasii tractatum de Episcopis contra Petavium* sub nomine *Messalini & Blandellum in Apolog:* contra qvos *Henricus Hamondus Anglus in dissertat: 2. prolixè* disputat, & argumentis evincere conatur, non omnem anthoritatem Ignatio esse abjudicandam.

§ Hic antea in persecutione secunda sub *Domitiano*, partim exilijs, partim custodiis, partim vinculis etiam, *ut ipse loqvitur*, variè exagitatus, decimo demum Trajani anno, in persecutione tertiâ, qvæ novendecim annos duravit ob Christi Confessionem, vinctus Romam abductus est, bestijs tradendus: qvod martyrium qvoqve circa initium anni undecimi *Trajani* Christi verò 110. (*juxta Func: 112. Calvis: 107. juxta Labb: 108. c. 1.*) feliciter in Amphitheatro tanquam frumentum DEi, in leonum dentibus, cum annos 40 præfuisset, sustinuit. Jesum adeo unice in corde gessit, ut non abs re Veteres, eo post mortem dissecto *Jesu* nomen inscriptum esse visum, narrârint, unde martyrium aditurus, præ gaudio in hæc verba evupit: *Melius est mihi mori propter Christum, quam imperare finibus terræ: Omnia Diaboli tormenta ignis & crux, incursus bestiarum, dissipatio ossium, convulsio membrorum, totius corporis commolitio in me veniant, dummodo Christum nanciscar, &c.* Euseb. lib:3. cap.36. *Hanius.*

POLYCARPUS.

Ignatio σύγχρονος.

Smyrnensis, Johannis Evangelistæ discipulus. Postmodum ab Apostolis Ecclesiæ Smyrnensis Episcopum constitutum fuisse testatur *Irenaus lib:3. c:3.* Anno 2. vel 3. Trajani, Christi verò 102. qvo officio ritè functus titulum Doctoris Ecclesiæ fidelis adeptus est. *Apoc: 2. 10.*

§. Epistolam qvandam ad *Philippenses* eum scripsisse, *Irenaus* qvoque testatur; & ait *eam perfectissimè esse scriptam*: ex qva & characte-

characterem fidei ejus, & prædicationem veritatis, qui volunt, & curam habent suæ salutis, possint dicere. Cæterùm hâc nostrâ ætate, qvædam epistola extat, titulum *Polycarpi ad Philippenses* præ se ferens: Edita A. C. 1644. à *J. Usserio* cum notis. Verùm, an sit ea german a Polycarpi epistola, diligentes antiquitatis scrutatores videant. Optandum enim esset, vetustissima exemplaria bonâ fide inqviri. Etsi enim ea epistola non contineat manifestum aliqvem errorem: tamen attento lectori fortè suspicionem movere posset. Dicit enim, *se à Philippensibus, ut scriberet, permotum*. Verùm, (1.)
qvænam sit causa & scopus ille, ad qvem suam epistolam voluerit dirigere, non satis exprimit. *Deinde* & partes epistolæ nimiùm (2.)
confusæ; minimeqve cohærentes, videntur. *Præterea*, tota hæc (3.)
epistola, vix tam docilem, sedulum ac præstantem Johannis Apostoli discipulum, imò etiam tam excellentem spiritum, qvali Polycarpus dicitur fuisse præditus, repræsentare videtur. *Centur. Magdeb. II. cap. X.*

§. Martyrium subiit Smyrnæ in persecutione qvintâ die 22. Mart: juxta *Calvis: Anno 7.* Antonini Veri Imperatoris; Christi verò 167. *juxta alios 169.* Ingressus autem stadium, cœlitus audivit hanc vocem: *Fortis esto Polycarpe, & magno animo rem gere.* Qvod cœleste effatum adeò confirmavit Martyrem constantissimum, ut, dum Pro-Consul juberet convitiari Christo, & sic ætati suæ parcere permissa venia responderit: *Octoginta sex annos servio Christo, & nulla in re me læsit unqvam, & qvomodo possum maledicere Regi meo, qvi me servavit.* Igitur statim damnatus ad rogum, cum ab eo minimè læderetur, tandem gladio confossus, sic coronam vitæ promissam *Apoc: 2. 10.* obtinuit. *Euseb: lib: 4. Histor: Eccles: c: 14. 15.* Rogo jam jam imponendus & flammis ustulandus, devotas hasce concepit preces: *O Pater, dilecti filii tui Jesu Christi, ago Tibi gratias, qvod me hoc die & hâc horâ consortii Martyrum tuorum & poculi Christi ad Resurrectionem vitæ æternæ, per immortalem Virtutem Spiritus S. participem fieri dignaris, inter qvos Martyres, ut in conspectu tuo tanqvam pingvis hostia admittar, rogo &c.* Euseb: c: 1. Reliqviæ ipsius in tanto fuerunt habitæ pretio, ut

 vanus

vantis exinde Gentilium metus nasceretur, ne Christo relicto hunc adorarent: unde & ipsi *Smyrnenses in Epist: qvâdam*, citante *Eusebio c. 1. c: 16.* ita scribunt: *Ignorant, nos nec Christum unqvam relinqvere, nec alium quempiam adorare posse: nam hunc tanqvam Filium DEI adoramus, Martyres verò tanquam discipulos & imitatores Domini diligimus, qvorum & nos consortes fieri optamus &c: Rivetus. Hanius.*

HEGESIPPUS.

Hegesippi scriptoris Ecclesiastici meminit *Eusebius Hist: Eccles. libr: 4. cap: 20. & 21.* qvem dicit floruisse in Ecclesia magna cum laude, qvo tempore Antiochiæ designatus est sextus Episcopus Theophilus, circa *annum Christi 160. Testatur autem scriptorem* illum, qvem alibi propter doctrinæ præstantiam in luce & notitia hominum versatum dicit, *reliqvisse qvinqve* libris, accuratissimam plenissimamqve suæ sententiæ & opinionis de fide declarationem. Ejus inscribenda historia simplicem stylum commendat *Hieronymus in Catalogo* cùm ait, *Omnes à passione Domini usqve ad suam ætatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multaqve ad intelligentiam legentium hinc inde congregans, qvinqve libros composuit sermone simplici, ut qvorum vitam sectabatur, dicendi qvoqve exprimeret characterem.* Historia autem illa magno damno cum sit deperdita, perpaucis ejus fragmentis perfruimur ab *Eusebio* recitatis, ait *Baronius sub an: Christ. 167. sect: 15.*

§. *Trithemius* existimavit falsò antiqvum illum *Hegesippum* autorum esse librorum qvinqve historiæ de rebus à Judæorũ principibus in obsidione fortiter gestis, deqve excidio Hierosolymorum aliarumqve civitatum, qvos ab *Ambrosio Mediolanens.* interpretatos mentiuntur. Et fidei anacephalæoseos, qvæ sub eodem nomine, *Coloniæ* excusa est apud *Soterem.* Cum tamen narratio illa multis in locis fabulosa recentioris scriptoris esse deprehendatur, qvam à *Josepho Gorionis filio,* qvi tempore *excidii* Hierosolymitani vixisse creditur, in multis collegit autor, ut notavit

stavit *Possevinus in Apparatu*. Qvi etiam ipsum *Gorionidem* suppositititium esse, & in multis errâsse cum *Baronio* existimat. De utroqve sic *Baronius annal. tom: 1. ann. 72. sect: 27*. Hegesippus non major ille, vicinus temporibus Apostolorum, sed alius longè junior, qvem constat vixisse post tempora Constantini, historiam rerum gestarum in Hierosolymitano excidio græcè conscripsit. Fertur alia ejusdem argumenti tractatio, autore Josepho qvodã, qvi inscribitur filius Gorionis, qui eodem vixit tempore dictæ cladis, à qvo dictus Hegesippus nonnulla mutuamus aggregat, & inter alia lamentationem illam de Hierusalem, ad instar Hieremiæ lamentationum lugubrium. Verùm cum in multis autor ille reperiatur errâsse, nec illum esse putemus autorem, qvi habetur inscriptus, abstinuimus. Idem de Hegesippo repetit sub *An: Chr: 167. sect: 15.* contra Bellarm: *l: 2. de Purgatorio c: 11. &c. De Pont: cap: 3. lib: 2. de purg: cap: 8. lib: 1. de Pont: Rom: cap: 23. lib: 4. de notis Eccl: capit: 14.* Pighium Hierarch: Eccles *lib: 3. cap: 13.* qvi asserit; *ipsissimum esse Hegesippum, qvi Romam adierat unà cum Polycarpo Johannis discipulo, qvi Irenao vetustior erat, &c.* Riverus.

§. Historia Hegesippi, qvæ hodie extat in *Bibliotheca S. Patrum* spuria est, nam *lib: 3. capit: 5* ait, Antiochiam, tertio loco, ante, ex omnibus, qvæ in orbe Romano essent, civitatibus, æstimatam, qvarto demum censeri, postqvam Constantinopolis excrevit, civitas Byzantiorum. Verus autem Hegesippus fuit ante Constantini tempora, *Ann: Dom: 160.* Deinde *Tritbemius* ait, eum scripsisse *libros Ecclesiasticorum actuum à passione Domini ad suam usqve atatem*. Hi autem libri continẽt historiam de Macabæis, de bello Judaico, & de urbis Hierosolymitanæ excidio. *Perkingus*.

JUSTINUS MARTYR.

Circa A. Chr: 130. s. 145. Floruit juxta Baronium paulò post tempora famosissimi illius Ἀποστάσεως Ἰουδαϊκῆς Ἀρχηγέτου (ut *Justinus* noster eum vocat) nimirum *Bar Chochab* seu *Filii stellæ*:

qvi à suis postmodum כוזיבא seu בר כוזב *mendax* seu *filius mendacii* dictus fuit. *Patria* ipsius fuit *Neapolis Syriæ Palæstinæ*, Havia dicta, qvæ tempore Davidis *Sichē* appellabatur, propè *Samariā*, qvò deduxerat Imperator Domitianus Græcos Colonos, quos inter qvoqve fuerunt parentes *Justini*. Pater dictus fuit *Priscus Bacchius*, prout ipse *Justinus Apol. 2. pro Christianis p: 41.* seipsum describit.

§. Opera ejus hodiè feruntur ista: Dialogus cum Tryphone Apologia ad Sen. R. Apol. II. ad Ant. Pium Oratio ad Gentes. De Monarchia. Expositio Fidei Epistola ad Zenam. Qvæstiones & Resp. Refutatio dogmatum Aristotelis.

§. Meminerunt *Hieronymus* in *Catalogo*, & ante illum, *Eusebius lib. 4. cap: 17. &* post eos *Photius in Bibliotheca*, librorum qvorundam Justini, qvi hoc tempore non extant: qvales sunt, qvi inscripti sunt, *Psaltes, de anima*, & volumina *contra Marcionem*; ut & volumen *contra omnes, qvæ fuerunt hæreses*, à se compositum. Idem met testatur in *Apologia posteriore ad Antoninum Pium*, seqve id oblaturum promittit, si legere Imperator velit. Meminit etiā *Epistolæ ad Papam* scriptæ, in *epist: ad Zenam & Serenum*, in qva profitetur, se accuratè disseruisse de qvorundam, prout eorum fert præsumptio, institutione & disciplina, sed præter rationem suscepta illa & inutili, juxta traditionem hominum *quasi hæreditario jure ab eis occupata, per similia Pharisæis facientibus & sentientibus*.

(§. 1.) Dubia vel notha sunt ista:

§. *Aristotelicorum quorundam dogmatum eversio*, de qvo libro *Possevinus in Apparatu*; Perionius (inqvit) adscribit Justino, qvæ in Aristotelem scripta sunt, cum *Justinus* ea non scripse-

§. (2.) rit. Idem videtur sentire *Baronius Tom: 2. ann: Chr: 165.*

§. *Appendix ad Græcos*, qva & Aristotelis & aliorum Philosophorum dogmata qvædam confutantur, multo suspectior est *Sylburgio*, item & Responsio ad qvæstiones de incorporeo de

§. (3.) Deo, & de resurrectione mortuorum.

§. *Libellus quæst: & respons. non est* genuinus. *Nam quæst: 82. & 86.* Origenis mentionem facit. Et *quæst: 127.* Irenæi & Manichæorum.

Liber

§. *Liber de transitu Mariæ* dubius Melitoni Sardensi tribuitur à *Trithemio*, sed malè. Apocryphus est *dist: 15. cap. Sancta Romana*. Hieronymus hujus non meminit. *Beda* in retractatione *Actorum cap: 8* ait, *falsa multa continere, & Melitoni imponi tantùm.* Idem sentit *F. Svaretz in Thomam.* Perkinsus. § (4.)

§. *Expositionem rectæ fidei*, non esse Justini genuinam, his rationibus evincitur: § (5.)

(1.) Stylus in hoc libello nitidior est qvàm in Parænetecis & Apologeticis ad Græcos, & in Agonisticis ad *Tryphonem*.

(2.) *Eusebius, Hieronymus, Photius ejus meminissent, cùm illis temporibus multum ad certamina de Trinitate conferre potuisset Justini authoritas.*

(3.) Vocabula μονάδος, τριάδος, & alia hujus doctrinæ, nondum adeo in Ecclesia erant usitata: itaqve nuspiam eorum in Justini scriptis γνησίοις fit mentio, cùm tamen doctrinam de Patre, Filio & Spiritu Sancto, aliqvoties ex professo tractet.

(4.) Tota pars 2. inprimis *ult. qvæst. de discrimine* inhabitationis Christi in carne, magno documento est, post Nestorii demum controversiam motam, librum hunc fuisse confectum. Scultetus.

§. Scripsisse Justinum *de Monarchia librum* author est *Eusebius*: sed de eo qvi inter Justini scripta extat, dubitant non pauci, num ab eo scriptus sit. *Libellus hic de Monarchia, in observationibus suis, vel perfectus non est, vel multis paginis qvasi ornamentis caret*, vel certè alterum de Monarchia Justinus scripsit. *Eusebius* enim Cæsariensis commemorat eum librum *de Monarchia Dei* scripsisse, qvam non solùm nostris, id est, divinis, sed etiam Gentilium scriptis confirmaverit, cùm hoc in libello scriptis, testimoniisqve eorum tantum, qvi à Religione nostra alieni fuerunt, probet. Qvod etiam hinc intelligi licet, qvod hic inscriptus est tantùm de Monarchia, & is cujus mentionem facit Eusebius, itemqve Photius & Suidas, de Monarchia *Dei* ab illo inscriptus esse credatur. Hunc autem alterum videri, aut esse potius, declarant ea, qvæ in principio hujus libelli Justinus ipse scribit, se ex *Poë-* (5.)

tis

tis Græcorum testimonia sumpsisse, non ex nostris scripturis. Stylus tamen non abhorret ab illo Justini. *Periomus.*

§. Subiit martyrium *Romæ* in *qvinta* [aliis *qvarta*] persecutione, sub L. Antonino Vero A. C. 165. *alii* 168. *Labbeo* 163. Cum enim in urbe Roma *Crescentem Cynicam*, (*verba sunt Hieronymi in catal. script.* qvi multum adversus Christianos blasphemabat, redargueret gulosum & mortis timidum, ad extremum studio ejus & insidiis accusatus, Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit. *Hanius.*

§. Ex magnâ Papiæ Episcopi Hieropolitani æstimatione (qvi primus juxta *Euseb: lib: 3. cap: 33* circa A. C. 118. errorem de Millenario ex loco Apocalyptico *cap: 20. Ps. 6. 7.* perperam intellecto in Ecclesiam introduxit) in eundem qvoqve protractus fuit errorem: sic etiam lapsus est, *in Apologia* 1. *pro Christianis p: 34.* dum Angelos cùm mulieribus antediluvianis concubuisse & inde Gigantes natos fuisse, sensit, ut taceamus ea, qvæ *Apol. 2. pro Christianis*, de Gentilium salute, utpote fautor ejusdem, asserit &c:

MELITO Sanctus A. C. 150.

Sardensis Episcopus M. Aurelii Imp. tempore floruit; cui etiam *Apologiam pro Christianis* obtulit, ut refert *Eusebius lib: 4. hist: cap: 25.* Multa scripsit, qvorum fragmenta extant apud *Eusebium loco notato.* Inter qvæ fragmenta continetur *catalogus librorum Testamenti veteris*, in qvo liber sapientiæ tribuitur Salomoni: & hic solus liber recensetur à *Melitone* ex iis, qvi in Hebraicis codicibus, non habentur: ut etiam solus liber Esther omittitur ex iis, qvi sunt in Hebræo. *Bellarminus.*

§. Hujus Melitonis multa enumerantur scripta ab *Eusebio, libr: 4. cap: 25.* qvorum tamen exceptis fragmentis, qvæ in Eusebio extant, nulla qvod sciam, ad hæc usqve tempora nostra pervenerunt. Adscribit ei *Trithemius* librum de *Transitu Mariæ*; quem *Gelasius* proscripsit *in Can. Sancta Romana*: qvem *Sixtus Senensis Biblioth: Sanct. libr: 2.* mendaci scriptori attribuit, de qvo

Baronius

Baronius Tom. 1. ad ann. 48. sect 12. sic judicat: A quo fuerit scriptus „ libellus de transitu virginis cùm non dicatur; sine authoris ti- „ tulo ipsum editum fuisse existimamus; cui postea otiosus quis- „ piam præfixerit speciosum titulum Melitonis Sardensis Epi- „ scopi; qui quidem commentariolus Bedæ etiam judicio refuta- „ tur; sed miratus sum vehementer Trithemium inter Melito- „ nis lucubrationes illum adnumerasse, ac de Melitone plus si- „ bi vendicasse, quàm sanctum Hieronymum, qui illius scripta „ recensens, nihil prorsus ejusmodi numerat: cum præsertim, „ quæ in eo scripta habentur, tanto viro indigissima judicentur; „ quippe qui multa contineat, quæ Apostolorum actis (ut notat „ Beda) repugnent: & quamvis in edito recenter volumine ali- „ qua ad censuram Bedæ sint emendata, multa adhuc habet fatua, „ delira atque auribus Christianis indigna. *Hac ille*, tum ibitum *annal. tom. 2. ann. 172. sect.* 5. Bellarminus etiam fatetur, indignum esse librum, qui tanto viro tribuatur, *de script. Eccles.*

§. Quod autem scribit Bellarminus, ubi suprà, *librum sapientiæ*, qui in Hebræis codicibus non habetur, à Melitone apud *Euseb. Hist. libr. 4. cap. 25.* inter canonicos recenseri, accuratè refutatum habes apud *Joann. Rainold. de lib. Apocryphis, Lect. 14.* Rivetus.

ATHENAGORAS.

A. C. 155. Atheniensis, æqualis Justini, Philosophiæ primùm, deinde Professionis Doctrinæ sanctæ laude clarus. Ob insignem *Apologiam*, quam *pro Christianis* scripsit, quæ una cum *Libro de Resurrectione mortuorum*, quam tum temporis Gentiles deridebant, extat, & Legationem ad Imperatores Marcum Antonium, & L. Verum Commodum, adhuc in Historia Ecclesiastica celebris. *Baronius ponit* eum in *Annum* 179. Hanius.

§. Scripsit etiam *librum de Resurrectione*. Utrumque opus extat *Tom. 9. bibliotheca Sanctorum Patrum, edit. 2.* & suspicione caret. Mirum autem est, cur Eusebius diligentissimus scriptorum investigator hujus auctoris non meminerit. Quod autem sanctus *Hieronymus* hunc scriptorem omiserit, non est adeo

 mirum

mirum; cum satis constet, catalogum sancti Hieronymi ex Historia Eusebii esse desumptum, quod ad illos scriptores, qui Eusebium præcesserunt. *Bellarminus.*

THEOPHILUS.

A. C. 170. Episcopus *Antiochenus*, sextus in Cathedra à S. Petro: Vir multijugæ eruditionis. Scripsit, teste Eusebio, *contra Hermogenum*, Pictorem primùm, postea Stoicum, qui inter alia deliria dicebat: *Corpus Christi esse in sole repositum. it: insignem Commentarium in 4. Evangelistas* & tres peculiares *libros ad Autolycum* (Tiguri Græco-Latinè editi sunt) qui tum temporis Gentilis adversus religionem Christianam, ad Theophilum scripserat, quem tamen in istis solide Veritatem Religionis Christianæ asserendo, & Gentilium superstitiones redarguendo, refutat, ubi tamen quandoque talia immiscet, quæ Arianismo favent &c. De ipsius ætate & tempore nihil certi constat, meminit tamen ad finem *librorum ad Autolycum* mortis *Marci Aurelii Imperatoris*, quæ contigit, *A. C. 182. die 17. Martij.* Tradunt tamen alii, ipsum sub Imp. Commodo obiisse, ut *Eusebius* vult *in Chronico.* Hanius.

5. Præter *libros ad Autolycum* contra Religionis Christianæ calumniatores, ferebantur *Theophili Antiocheni* nonnulla alia scripta tempore *Hieronymi*, ex quibus, nostro hoc, editi sunt *libri allegoriarum in 4. Evangelia*, qui videntur esse illi, de quibus, & *Commentariis in Proverbia* ait *Hieronymus*, sibi non videri congruere cum aliorum ejusdem scriptorum elegantia & phrasi: quod etiam notavit *Sixtus Senensis Biblioth: libr. 4.* & post Magdeburgenses *Baronius, An. 170. sect. 12.* Rivetus.

TATIANUS.

A. C. 170. Sancti Justini auditor, scripsit infinita volumina: ex quibus (inquit *S. Hieronymus de script. Eccles.*) unus *contra gentiles* florentissimus extat *liber*, qui nuper est inventus, & editus *in 4. Tomo Bibliothecæ sanctorum Patrum secundæ editionis.* Porrò Tatianus post martyrium sancti Justini à fide catholica defecit, & in superbiam elatus hæresiarcha factus est. De quo vide Tit. *Hæresis* Suprà.

IRENÆ-

IRENÆUS.

Circa A. C 175. alii 180. Asiaticus, & quidem vel ex ipsa urbe Smyrna, vel non procul ab ea; juxta alios autem natione *Græcus.* Licet autem hic *Lugduni Gallorum* adeoque in Ecclesia Latina docuerit, propter patriam tamen & peritiam Græcæ Lingvæ inter Patres Græcos numeratur. Quanquam adhuc dubitatur de *quinque istis libris,* qui ad nos pervenerunt, *Græcenè an Latinè sint ab* Autore *scripti,* quoniam non inveniuntur, nisi latino idiomate, *vid. Gerbard. in Patrol. p. 10*1. Auditor Polycarpi fuit, ut ipse fatetur *in Epist. ad Florinum apud Euseb. lib. 5. cap. 18.* à quo etiam in Asiam fuit amandatus, itemque *Papiæ,* qui ambo Disciplinâ Evangelistæ Johannis fuerunt imbuti. Propter hos Præceptores Irenæus *Hieronymo Epist. 29. ad Theodor:* vocatur: Vir Apostolicorum temporum: *Epiphanio hæres. 24. 31.* Apostolorum successor priscusque Theologus: *Tertulliano* verò *adversus Valentin. cap 5.* Omnium Doctrinarum curiosissimus explorator, &c. Post reditum à Legatione ad Eleutherum Papam susceptâ, creatur Episcopus *Lugdunensis* in Gallia, A. C. 180, Potino succedens.

§. Ex omnibus ejus scriptis nonnisi *libri quinque adversus hæreses, Gnosticorum & Valentinianorum* elaborati, quanquam satis male versi, supersunt, *Baron. ad. A. C. 205.* qui editi sunt *Parisiis apud Audænum Parvum An. 1545.* it. *Genevæ, Ann.* 1570. cum annotationibus *Gallasii,* quos plenos Doctrinâ & pietate commendat *Bellarm. de script. Eccles.* Testibus, *Eusebio hist. libr. 5. & Hieronymo in Catalog:* opus eruditum & celeberrimum quidem, sed quod non extat ea lingvâ, quâ scriptum est, si *viginti septem capita primi libri* excipias, quæ ab *Epiphanio Panario suo* sunt inserta, *Hæres. 31.* ea fide, ut protestetur se verba ipsa expressisse *ὁλογραφῶς plenè,* & vertit *Petavius,* ne mutata quidem Syllaba, quæ à variis interpretibus hoc tempore sunt *Latinè* reddita: ex quorum collatione cum veteris interpretis versione, facilè deprehendi potest, quàm magno reipubl. Christianæ detrimento incondita versio, quantumvis antiqua, in locum nativæ authoris

editionis successerit. Observavit enim *Barnabas Brissonius*, vir multæ lectionis, *libro observationum divini & humani juris*, in quo ex *Eusebio & Epiphanio* multos Irenæi ab iisdem transcriptos locos expendit, istos libros nunc extantes, *de Græcis elegantibus Latinos rudes factos.* Tempore Photii Patriarchæ Constant. græcè adhuc extabant, & ab eo lecti fuerunt, ut constat ex ejus Bibl. Codice CXX.

§. Juniores, qui in opera *Irenæi* incident, monitos volo, ut caveant ab illis editionibus, quas impudentissimus ille Monachus *Fevardentius*, homo projectæ audaciæ, & nullius fidei fœdè in multis corrupit, & annotationibus impiis & mendacibus conspurcavit. Plura ejusdem Irenæi (*ait Photius*) ac varia scripta & epistolæ circumferuntur; etsi in aliquibus Ecclesiasticorum dogmatum certa veritas spuriis rationibus fucari videtur, quæ observasse convenit. *Rivetus*.

§. Addictus fuit errori Chiliastarum, quem forsan ex informatione Præceptoris sui Papiæ, cujus in Justino mentionem fecimus, hausit: Vocat alicubi *Mariam Evæ advocatam*, non in sensu causæ formalis & proxime, *ut Pontificij volunt*, qui propterea titulum hunc ad Mario-latriam stabiliendam στρεβλῶσι, sed remotissimæ & quasi *occasionalis*, quia non ipsa advocavit, sed Christum advocatum genuit. Sic quoque *Christum quinquagesimo ætatis anno passum esse* docuit, it *statuit etiam, animas à corpore separatas habere hominis figuram, corporisque characterem, &c.* Hulsemannus.

§. In communi Ecclesiæ suæ persecutione, quæ sexta, aliis septima, *A. C.* 203. Juxta *Calvis.* quam hactenus ut stella splendidissima per annos 23. Doctrinâ mirificè illustraverat, eandem quoque sangvine suo nobilitavit, dum jussu Severi Imperatoris glorioso martyriô coronatus est. Annus quibusdam incertus est, siquidem alii ponunt Annum 9. Severi Imperatoris, *Christi*, 201. alii, ut *Baronius* 205. Hanius.

TERTULLIANUS.

§. Circa A. C. 201. Carthaginensis, natione Afer, dictus

alias

alias Q. *Septimius Florens Tertullianus.* Patrem habuit nobilem, Pro-Consulari scil: dignitate clarum. Prædicatur alias omnium scientiarum peritissimus, cunctorumque sui temporis Latinorum disertissimus, obque hanc insignem Eruditionem inclaruit, *circa A. C. 201. alii 203.* Presbyter præterea Carthaginensis, & tertius post Apollonium & Victorem, qui, *juxta Hieronymum* latinè scripsit.

§ Scribit *Augustinus*; Carthagine se fuisse, quo tempore Tertulliani libri omnes, paucissimis exceptis, consumpti fuerint. Scripsit autem plerosque Latinè, quæ causa fuit, ut tertium post Victorem & Apollonium, *Hieronymus* fuisse dixerit, qui in Ecclesia Latinè scripserint. Hodiè ex illis, qui exstant, hos solùm habemus:

Opera omnia.

De Patientia, librum 1.
De Carne Christi, libr: 1.
De Resurrectione carnis, lib: 1.
De Præscriptionibus adversus Hæreticos, librum unum, qvẽ, ante librum de carne Christi, à se scriptum esse; in eodem de Carne Christi, libro indicat.
Adversus Judæos, librum 1.
Adversus Marcionem, libros 5.
Adversus Hermogenem, lib: 1.
Adversus Valentinianos, ad imitationem & exemplum Irenæi, libr: 1.
Adversus Praxeam Sabellianũ, libr: 1. Quem post mediam ætatem scripsit.
De Corona Militis, lib: 1.
Ad Martyres, libri 1. Consolatorium & exhortatorium.
De Pœnitentia librum 1. qvem, propter phrasin diversam, Erasmus indicat, non esse Tertulliani; sed alterius cujuspiã ejus Studiosi.
De Virginibus velandis, librum 1. qvem á se etiam Græcè scriptum, indicare videtur in eodem libro.
De Habitu muliebri, lib: 1.
De cultu fœminarum, lib: 1.
Ad uxorem, libr: 2.
De Fuga in persecutione, libr: 1. qvem, ab eo scriptum contra Ecclesiam, Hieronymus testatur.
Ad Scapulam, lib: 1.
De Exhortatione castitatis, lib: 1. scriptum contra Ecclesiam.
De Monogamia, libr: 1. scriptũ item contra Ecclesiam, Hieronymi testimonio.

De Pallio, libr: 1. qvem sub Severi principatu scripsit, post suam conversionem.
De Trinitate, libr: 1. eruditum & elegantem.
De Testimonio animæ, lib: 1.
De Anima, lib: 1.
De Spectaculis, libr: 1. qvem etiã Græcè, à se scriptum ipse in libro de corona militis testatur
De Baptismo, libr: 1.
Contra Gnosticos, Scorpiacum lib: 1. qvem insigne volumen Hieronymus vocat.
De Idololatria, libr: 1.
De Pudicitia libr: 1. scriptum post defectioné contra Ecclesiam.
De jejunio, adversus Psychicos, librum 1. scriptum contra Ecclesiam.
De Cibis Judaicis, epistolam 1.
De Oratione, libr: 1. qvem Hilari9 aptissimum vocat volumen.
Apologeticum adversus Gentes, libr: 1. qvem Hieronymus scribit cunctam seculi obtinere disciplinam.

2. Genuina.

§. Ex his *indubitata* sunt opera:

De Patientia,
De Carne Christi,
De Resurrectione carnis,
De Præscriptionibus adversus hæreticos,
Adversus Judæos,
Adversus Marcionem,
Adversus Valentinianos,
Adversus Hermogenem,
Adversus Praxeam,
De Corona Militis,
Ad Martyres.
De Pœnitentia.
De Virginibus velandis,
De Habitu muliebri,
De cultu feminarum,
Ad Uxorem suam.
De fuga in persecutione,
Ad Scapulam,
De Testimonio Animæ,
De Anima,
De exhortatione Castitatis,
De Monogamia,
De Baptismo,
De Pallio,
De Idololatria,
De Pudicitia,
De Jejunio adversus Psychicos,
Scorpiacum contra Gnosticos,
De Oratione,
De Spectaculis,
Apologeticus adversus gentes,

3. Dubia.

Opera dubia vel supposita sunt:

De Trinitate,
De Cibis Judaicis, epistola.

De

De *libro pænitentiæ*, an esset Tertulliani dubitavit *Erasmus* ob genus sermonis varium. Cujus judicio (*inqvit Rhenanus*) subscribimus tandem, utut verbis & figuris iisdem utatur autor ille qvisqvis fuit, ejus indubiè seculi, & *Tertulliani* Studiosissimus. *Pamelius* tamen eum *Tertulliano* asserit: qvot etiam notavit *Baronius annal. tom: 2, ann: 216. 18.* Nicolaus Rigaltius, eum etiam asserit *Tertulliano*, refutatque argumentum *Erasmi* ductum à stylo accuratiori, qvem etiam Tertull: observat in partibus aliorum librorum, qvi sunt maximè indubitati.

§. Librum autem *de Trinitate* affirmavit Hieronymus esse *Novatiani*, qvam ejus sententiam locutus est *Pamelius*: Scultetus *libri de Trinitate* autor est, scriptum esse illum ex ingenio & genio Tertullianiaco, & idcirco meritò illius nomine allegari: qvandotamen pulchra est libri hujus cum nobili illo adversus Praxeam scripto. Testatur etiam *Baronius 2. Tom. ann: 216.* Orientales accepisse libellum illum ut Tertulliani legitimum.

§. *Epistola de cibis Judaicis* autorem non esse *Tertullianum*, qvantumvis ei adscribatur in *Catalogo Bibliothecæ Corbejensis*, tum ex Stylo & scripturis aliter translatis, satis constat, tum etiam *qvod* secessus sui, persecutionis tempore, meminerit; qvalem *Tertullianus* ubiqve impugnat. Et maximè libro de fuga in persecutione. Hæc *Pamelius*, qvi eidem Novatiano attribuit. *Bellarminus*, nihil definiens, rem in medio relinqvit. *Rivetus.*

§. Adscribunt etiam nonnulli *Tertulliano librum de difinitionibus fidei*, qvi citatur à Pontificiis pro controversijs qvibusdã dogmatis sub ejus nomine: Eundem esse, qvi in *operibus August:* sub titulo *de Eccles: dogmat. ex* lectione patet, qvem *Pamelius* Gennadij esse asserit, & *Lovanienses.* non esse Catholici scriptoris.

§. *Jacobus Godofredus J.C.* ex Codice Agobardi Epis: Lugdunensis, nobis communicavit & edidit *Tertull: librum ad Nationes*, ejusdem argumenti cum *Apologetico*; qvi cum in multis locis mutilus esset, summa adhibita diligentia, lacunas explevit, & notis suis totum opus illustravit, qvod Tertulliani genuinum esse non dubitat. Illud suæ editioni inseruit *Nicolaus Rigaltius.*

§. Hunc

§. Hunc *Tertullianum* adeò diligenter legit *Cyprianus*, ut sine illius lectione nullum diem transmiserit: eum verò, si posceret vir sanctus; *DA MAGISTRUM*, dicere solebat. *Barthius in Adversar: lib. 19. cap:* 1. ita de illo: *Scriptorum, qvantum ad nos venit, eruditior nemo est, & ex qvo plura condiscere posses.* Initio fuit ardentissimi zeli & studii incredibilis promovendi Religionem orthodoxam: nascentem etiam Paparum ambitionem inter alia *lib: de Pudicitia* perstringit, dum ait: *Audio edictum esse propositum & quidem peremptorium: Pontifex scil: Maximus, Episcopus Episcoporum dicit.*

§. Duri simul ingenii & austeri fuit animi, inqve *Montani* hæresin, qvod dolendum, forsan ob repulsam Episcopatus Carthaginensis, ut vult *Pamelius in Vita Tertull.* ingravescente jam ætate, prolapsus adversus ipsos postmodum Orthodoxos strinxit calamum, libros peculiares, quos vocat *Psychicos*, exarando, *Chemn. de Lect. Patr.* ubi tamen à reliqvis Montanistis divisus suos postea nactus fuit sectatores, *Tertullianistas* dictos: Jejunia superstitiosa exinde & ridicula Montanistarum defendit: *lib: de jejunio*: Chiliasmo porrò favit: Bella in universum Christianis prohibuit. Animas beatas ante diem judicii non videre Deum docuit: *Bellarm: lib: de Beat. Sanct: 1. art: 1. 2. 3.* Deo quoque corpulentiam *tribuit.* Qvanqvam id excusare *Augustinus* conatur: De Trinitate & de Christo, interdum incommodè & periculosè loqvitur. *lib: de Trinit:* Montanum Paracletum subinde nominat. De causa lapsûs Angelorum, cum Justino, Cypriano & aliis sensit. *lib: de habitu mulier:* Liberum arbitrium homini, etiam post naturæ corruptionem, tribuit multis & prolixis sententiis, *lib: 2. contra Marc:* In doctrina de Pœnitentia, præter hoc, qvòd satisfactionibus remissionem peccatorum tribuit; nihil interim perspicuè satis docens de fide in Christum, aut gratuita remissione peccatorum: (sicut articulum de Evangelio & Justificatione, aut nusqvam ferè apertè satis attingit; aut qvàm maximè tractat tenuiter) etiam manifestissimè Montanizat, ut Hieronymus ait: Secundas nuptias palàm damnat, stupri & excommunicationis

notâ

notâ, *lib ad Uxor.* & *de Exhortat: castit. lib. de Monogam.* Hinc legitimum mariti & uxoris congressum, *contumeliam communem* vocat; imo *confusionem: lib. de virg. veland. lib. 2. ad uxor.* Habet & alios prorsus absurdos & ineptos errores. Ut, quòd Animas prius pati sentit apud inferos, quàm corpora. *lib. de Resurrect.* Denique & Ceremonias, mutuatas à Montanistis, induxit in Ecclesiam, & auxit: Ut *unctionem externam* post Baptismum, Signũ crucis, Oblationes pro defunctis, oblationes annuas pro natalitiis, & similes. Quas consvetudines, ipse fatetur, *lib. de Coron. Milit.* non institutas esse in sacra scriptura; neque ab Apostolis. *Centur. Magd. c. 3. c. 10.*

§. Illud postremo addendum videtur, *Tertulliani* libros cum judicio esse legendos, non eos tantum, quos, *sancto Hieronymo* teste, contra Ecclesiam proprie scripsit: sed etiam librum *adversus Praxeam*, librum *de anima*, librum adversus *Hermogenem*, librum *de carne Christi*, & librum *de pœnitentia.* In his enim propositiones non paucæ, vel erroneæ, vel certè suspectæ occurrunt. *Bellarminus.*

Item *Baron. ad A.C. 201. ita*: Ex ejus scriptis perspicitur durum hominis ingenium, austerusque animus, & post pauca: in credendo magna erat animi facilitate præditus, adeò, quocunque muliercula se aliquid secundum visum accipere diceret, mox tantam illi præstaret fidem, ut cum aliàs eruditissimus esset, omnem illi posthaberet doctrinarum veritatem.

§. Porro distinguuntur ejus scripta in illa, quæ ante senium & priusquam ad Montani hæresin defecit, & ea, quæ in ipso senio scripsit. Sunt autem libri ejus contra Orthodoxos scripti.

1. Liber contra Psychicos id est, contra Catholicos.
2. De Monogamia.
3. De Jejunio.
4. De fuga in persecutione.
5. De Pudicitia.
6. De Exhortatione ad castitatem, &c. *PERKINGUS.*

Hinc illa vox Hieronymi: *Laudo ingenium hominis, hæreses damno.*

§. Alibi

§. Alibi tamen *in epist. ad Pammachium* vocat illum & eruditum & ardentem virum. Cumprimis memorabile est judicium *Vincentii Lirinensis, lib. adversus profanas novat. cap. 24.* Quid hoc viro doctius est? quid in divinis atque humanis rebus excercitatius? nempe omnem philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, autores adsectoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem, mirâ quâdam mentis capacitate complexus est. Ingenio verò nonne tam gravi ac vehementi excelluit: ut nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit; quod non aut acumine eruperit, aut pondere eliserit? Jam porrò, orationis suæ laudes quis exsequi valeat? quæ tanta, nescio quâ, rationum necessitate conserta est, ut ad consensum sui, quos svadere non potuerit, impellat: cujus quot penè verba; tot sententiæ sunt: quot sensus; tot victoriæ. *Cent. Magdeb. Cent. III. cap. X. Pametius in Vita Tertulliani.*

Circa A. C. 204.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

§. Floruit sub *Antonino* & *Severo Impp.* Fuit patriâ Atheniensis, unde & à quibusdam (teste *Epiphan. hæresi 32.*) Clemens Atheniensis dictus fuit, licet Alexandriæ educatus. *Baron. ad An. 196. Eusebius* alibi eum vocat *Titum, Flavium, Clementem.*

§. Fuit *Pantani* Stoici Philosophi in Academiâ Alexandrinâ primum, postmodum Christiani & Martyris discipulus, cui etiam in Scholâ Alexandrinâ Presbyteratu Ecclesiæ istius loci simul fungens, successit: & quia usq; ad finem vitæ ibi docuit, *Alexandrini* cognomen adeptus est. Origenis quoq; fuit Præceptor, & secundùm *Casaubonum Exerc. 1. ad Baron. Appar. p. 2.* inexhaustæ doctrinæ vir. Scripsit multa eruditissima, ut: *de Resurrectione, Continentiâ, Nuptiis &c.* ex quibus omnibus tantùm *Pædagogi libri, Oratio ad Gentes, & insignes illi Octo Libri* (quos ob varietatem rerum contentarum ita vocat) *Stromatum*, post annum 192. quo exeunte Commodus Imperator cæsus est, scripti extant.

tant. Propter hosce libros *Stromatum*, à Cassiodoro *Stromateus* appellatur, id est *Contextor*. vid. *Euseb. l.5. hist. c. 11.* ubi plurium fit mentio.

§. Librum *de Canone* & *contra Judaizantas*, Eusebii Græcus textus & Hieronymus unum faciunt. Præter istos porrò ipsemet & hosce suos libellos in *Stromatibus* recenset, *De Resurrectione*, *de Nuptiis*, *de Continentiâ*. Sozomenus dicit, eum etiam *Historiam* texuisse. Jam tantùm tria scripta ex illo numero extant; nempe *Protrepticus*, *Pædagogus*, & *Stromata*: quæ satis commodo inter se ordine cohærent, quasi studio quodam inter se ab ipso autore connexa. Nam in *Protreptico* seu *Adhortatorio*, hortatur omnes ad Christianismum, & gentilis erroris vanitatem ostendit, eoq; ab *Hieronymo Contra Gentes* inscribitur. In *Pædagogo* recens conversi hominis quasi pueri cujusdam, mores diligenter format; quod & nomen ipsum profitetur. Deniq; in *Stromatibus*, tùm veritatis uberiorum cognitionem, veluti solidiorem cibum, tanquam jam maturo viro, suppeditat: tum & errores tetriores refutat; admixtâ etiam Philosophiæ & Poëtarum doctrinâ. Propter hanc autem tàm multarum & variarum rerum mixturam; eos libros *stromata*, quasi dicas *Lectisternia*, nominavit: quòd apud Græcos moris fuit, & adhuc est: *ut ex variarum colorum confusâ lanâ, crassiores quidam villosiq; panni, quos infra supraq; se incubando sternerent, conficerent.* Centur. 11. Magdeb. cap. X. στρωματεῖς.

§. Adjuncta sunt Græco exemplari duo fragmenta, procul dubio tanquam hujus ad autoris scripta etiam pertinentia: quorum alterius titulus est, *Epitome doctrinæ Theodoti & Orientalium*, ac *Theodoti* scriptum mirè obscurum tùm propter stylum, tum propter ipsarum opinionum, quæ ibi recensentur, obscuritatem ac vanitatem. Alterum verò inscribitur, *Selecta ex Prophericis*: ubi aliquot pauca dicta Prophetarum & Psalmorum explicantur. Verisimile est esse partem aliquam ex *libris Hypotyposeon*: quoniam ibi, *teste Eusebio*, fermè totam Scripturam exposuit

 suit

fuit; & *Pantæni* Præceptoris meminit, ejusq; expositiones scripturæ recitat; sicut & in hoc ipso Fragmento.

§. Præter *Pædagogum Clementis*, *Protrepticon ad Gentes* & libros *Stromatum*, edidit sub ejus nomine *Marinus Bigneus* in *Bibliothecâ Patrum* adumbrationes sive *Scholia in epistolas Canonicas* ex græco latinas factas. De qvibus an sint genuinæ Clementis lucubrationes jure dubitatur. nisi forte *Scholia* illa sint fragmentum decerptum er *hypotyposeon libris*, in qvibus *teste Euseb. l. 6. Eccl. Histor: c. 11.* universam scripturam divinam, compendiosis dissertationibus explanaverat; ad quem Eusebii locum alludere *Cassiodorum* non dubito, dum ait *in præfat. ad libros institut. div.* Ferunt scripturas veteris noviq; Testamenti à principio usq; ad finem græco sermone declarâsse Clem. Alex. *Idem Cassiod. lib. 1. de institut: divinarum scripturarum* scribit, Clementem Alexandrinum qui *Stromateus* vocatur, epistolas canonicas, id est, *epistolam S. Petri primam, S. Johannis primam & secundam, & Jacobi* Attico sermone declarasse. Ubi multa qvidem subtiliter, sed aliqua incautè locutus est: qvæ nos (*inqvit*) ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis qvibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior posset hauriri.

§. Sunt tamen nonnulla in scriptis ejus, qvæ obeliscum merentur; Ut cum libro VII. *stromat.* scribit: Judæis legem Mosis, Gentibus Philosophiam, ante Christi adventum ad eam, qvá ipse appellat, Vocationem illustrem Judæorum & Barbarorum in populum unum & salutem suffecisse: Sic *l. 1. Stomat:* scribit: Philosophia qvondam per se Græcos justificabat. De qvo adi *Casaubon. Exerc. Baron: n. 1. & J. G. Vossii Thes. Theol. p. 192. Disp. XXVI.* qvi Clementem excusat. *Adde Rivetum lib. 11. cap. VIII.*

MINUTIUS FELIX.

Circa A. C. 206. §. Tertulliani æqualis, scripsit Dialogum inter Christianum *Octavium*, & Ethnicum *Cæcilium*, qvi Dialogus, *Octavius* inscribitur; atq; inde factum est, cum Auctor ignoraretur, *ut septê Libris Arnobii contra Gentes*, hic veluti *octavus* adjungeretur. Sed

revera

revera non est octavus liber Arnobii, sed *Octavius Minutii Felicis* causidici Romani insignis, ut S. *Hieron.* testatur in *lib: de Script: Eccles.* Edidit nuper eleganter *J. Wornerius cum notis, Rigaltii & Fr. Balduini.*

§. Cujus potissimum imperatoris temporibus Romæ vixerit noster *Minucius*, nondum mihi satis liqvet. *Hieronymus in suo Catalogo*, qvo scriptores Ecclesiasticos eo, qvo vixerunt ordine recensere videtur, illum Origeni proximum, Cypriano priorem fuisse, obscurè significat. Sed ejus alioqvi vel seculum vel ætatem non indicat. Certè in *Cypriani de Idolorū vanitate* libello plurima sunt, qvæ totidem verbis in *Octavio Minutii* leguntur necesse ut sit aut hunc ab illo, aut illum ab hoc ea sumpsisse. *Hieronymus* verò in *Epistolâ ad Magnum*, loquens de latinis scriptoribus Ecclesiæ, etsi Minutium ante Cyprianum laudet, tamen illam de *idolis Orationem* adscribere Cypriano magis videtur. Sed & in apologiâ pro suis *adversus Jovinianum libris* primo loco Tertullianum, secundo Cyprianum, tertio Minutium commemorat. *Sabellicus*, sed sine teste, affirmat eum Romæ floruisse, qvo tempore Urbanus ibi erat Episcopus; hoc est *temporibus Alexandri Severi Imperatoris*. Si ita esset, esset Minutius antiquior Cypriano, æqvalis Tertulliano, atq; adeò Jurisconss. *Ulpiano & Paulo*. Verum etsi posteriorem fuisse credam, tamen proximè illa tempora secutum esse existimo; nostra verò non attingere, nisi intervallo longissimo hoc est, annorum prope MCCC. *Balduinus.*

HIPPOLYTUS EPISCOPUS & MARTYR.

§. Hippolytus Episcopus Portuensis & martyr, Clementis Alexandrini discipulus, sub Alexandro Severo martyrium consummavit. Circa A. C. 220.

§. Multa scripsit, quæ enumerantur ab *Eusebio l. 6. histor. c. 16.* & à S. Victo *Hieron. in lib. de script. Eccles.* nunc solum extant excerpta qvædam ex libris S. Hippolyti *de Theologiâ & Incarnatione* apud Henricum Canisium *tom. 5. antiqua lectionis*, nec non

in Bibliothecâ *S. Patrum Oratio de Consummatione mundi, de AntiChristo, & secundo adventu Domini nostri JESU CHRISTI.*

§. Sub ejus nomine prodiit Parisijs *anno 1557.* iste libellus *De Consummatione Mundi, AntiChristo & secundo ejus adventu* græcè & latinè ex interpretatione *Joannis Pici*, de quo extat cẽsura *Juella contra Harding. art. 1. sect. 5.* Nescio an sit idem liber, de qvo *Sixtus Senensis lib. 4.* scripsit; Reperti sunt in superioribus annis Basileæ commentarii qvidam in Apocalypsin, Hippolyto inscripti, de qvibus ob eruditionis & styli inopiam ambigitur; sive idem sit, sive alius, eadem est ambigendi ratio.

§. Meminit *Baron. annal. tom. 1. an: 44. sect. 38. libelli*, qvi fertur nomine Hippolyti *de septuaginta duobus discipulis*, in qvo nominatur inter alios nescio qvis *Laudatus*, qvem dicit creatum Episcopum Carthaginensem.

§. Edidit & *Possevinus* in *apparatu* sub nomine *Hippolyti, Demonstrationem adversus Judaeos*, à Francisco Turriano latinè redditam, in qua autor describit *Christi passionem ex Psalm: 68.* paraphrasticus exposito, & Judæorum infidelium pœnas ex eodem Davide, & lib: Sapientiæ, qvi Salomoni adscribitur. An sit genuinus Hippolyti foetus, non facilè est pronunciare.

§. *Photius Biblioth: codice CCII.* ait, se legisse ejus *interpretationem Danielis*, in qua pleraque veteri more, non ut postea accuratiùs fuere expensa recenset. Reprehendit in eo, quod Antichristi adventum, & finem mundi ausus fuerit adscribere anno post Christum qvingentesimo. *Rivetus, Bellarminus.*

JULIUS AFRICANUS.

Circa A. C. 222. paulo senior Origine fuisse videtur, cùm *in epistola ad Origenem*, eum *filium* appellet.

§. Extitisse aliquot ejus scripta, suo adhuc tempore *Eusebius lib: 6. c: 31*, testatur: ut, *Commentarios* inscriptos *de Cestis; Epistolam ad Originem, de historia Susannæ; Annalium* seu de *Temporibus, volumina qvinqve*, accuratè lucubrata; (ex qvibus eruditam &

pro-

prolixam disputationem, de *septuaginta hebdomadibus Danielis*, *Hieronymus Comm: in c: 9. Daniel* de verbo recitavit *Epistolam ad Aristidem* de *discrepantia genealogiæ Christi* à Matthæo & Luca descriptæ. Meminit & hujus prioris ad Originem Epistolæ etiam *Hieronymus*. Plura ejus opera recenset *Trithemius*: Sed sine vetustiore aliqvo authore: ut librum *de Trinitate*, *librum de Circumcisione*; *de Attalo* librū; de *Pascha* librū, ac de *Sabbatho*. Idem *ait* hunc Africanum Cæsareæ, propriis sumptibus, Bibliothecam instruxisse. *Centur. Mag. l. III. cap: X.*

ORIGENES.

Circa A. C. 226. Natus est circa A. C. 189. qvi septimus erat Commodi Imperatoris. Creditur fuisse *Alexandrinus* juxta *Sixtum Sen. & Possevin.* Pater ipsius dictus fuit *Leonides*, qvi apud *Suidam* Episcopus fuisse legitur, sub Læto Præfecto Severi Imperatoris Martyrio coronatus. Postmodum post Martyrium Patris unà cum Matre & aliis sex fratribus, annum agens 17. relictus, & ob proscriptionem bonorum paternorum inopia pressus, à matrona qvadam pia primò sustentatus fuit. *Hanius.*

§. Opera Origenis ascendunt ad sena millia librorum, teste *Epiphanio in hæresi Origenis*, qvæ est ordine 64. Sed plurima perierunt. Qvæ nunc extant, in duos tomos distributa hæc sunt:

Opera omnia.

Primi tomi
In Genesin homiliæ
In Exodem hom.
In Leviticum hom.
In Numeros hom:
In librum Iosuæ hom:
In librum Judicum hom:
In lib: Regum hom:
In libr: Job libri
In Psal: 36. 37. & 38. hom.
In Cantica canticorum hom.
In Isaiam hom:
In Hieremiam hom:
In Ezechielem hom.
Periarchon, id est, de *principiis*, lib.
Threni, sive planctus Origenis, tract.

De

De rectâ in Deum fide Dialog9.	Contra Celsum lib:
Commentaria in Job,	Contra Marcionista Dialogi.
In Eundem homiliæ.	Philocalia, sive ex amore honesti.
Secundi Tomi	De Susannæ historia Epitome.
In Matthæum tractatus,	De eadem historia Julii Africani epistola, & ad eandem Origenis responsio.
In Lucam hom.	
In Joannem tractatus,	
In diversos locos N. T. hom.	
In Epist:ad Rom: lib.	

§. Ejus nulla extant, aut saltem nulla prostant publicè monumenta, *ea lingua, qva usus est, edita.* Libros περὶ ἀρχῶν Græcè, latere in qvibusdam Bibliothecis nonnulli referunt. *Libros octo contra Celsum* græcos debemus Clar: viro *Davidi Hœschelio*, qvi ex Bibliothecis Palatina, Boica & Augustana eos edidit Augustæ Vindelicorum anno CIↃ IↃ CV. De qvibus *Baronius Annal: Eccl. Tom. II. ad annum Christi CCXLIII.*

§. Anno CIↃ CXIX. *Joannes Tarinus* Andegavus edidit Parisiis græce & latinè *Origenis Philocaliam.* de obscuris Script. locis, à *Basil. Magno & Gregorio Theologo* ex variis Origenis commentariis excerptam, missam, ut ajunt, ab ipso *Gregorio Theologo ad Theodorum* id temporis Tyanæum Episcopum, sub nomine ὠριγένους φιλοκαλίας, πυκτίον ἐκλογὰς ἔχον χρησίμους τοῖς φιλολόγοις. Et sanè in eo opusculo multa egregia reperiuntur.

Spuria. §. Opera, quæ tanquam supposititia obelo confodiunt *Erasmus, Perkinsus, Sixtus Senensis*, & alii, hæc sunt.

(1.) *In librum Josua.* Qui abundat Solœcismis & in Hieronymi catalogo non extat.

(2.) *In librum Job*, tractatus tres vidit Erasmus, quorum authorem sensit esse Latinum, & Latinè scripsisse, virum in scripturis exercitatum, sed Arianum, ut qui vocabula illa Triada & Homousion sugillet, & contra Orthodoxos insurgat petulanter. Præter illud Commentarium alterum extat cum Censura *Sixti Senensis biblioth. libr: 4. titulo Origenis.*

(3.) *In Numeros 12.* exponit differentiam inter *Excudere* & *Excide-*

excidere, quæ cautio in græco autore locum non haberet. *Homilia 6. in lib. Judicum*, Rex, *inquit*, à regendo, quam etymologiam græca vox non patitur. *Homilia unica in librum Regnorum.*

(4.) *In tres Psalmos videl. 36. 37. & 38.* extant sub nomine Origenis Homiliæ, quas Rufinus, non indicato autoris ipsorum nomine, asserit se de Græco in Latinum transtulisse, & ad majorem legentium commoditatem in 9. Homilias dissecuisse.

(5.) *Homilia 4.* in Cantic. Cantic.

(6.) Extat *Lamentum*, quod, ut vidit *Erasmus* nec ab Origene scriptum est, nec ab Hieronymo versum, sed est figmentum alicujus indocti, qui studuerit hujusmodi colore Origenem infamare.

(7.) De *Homiliis in diversos Matthæi locos*, constat Erasmo non esse Origenis, sed hominis Latini, reliquas à Rufino impudenter contaminatas. Sine dubio non sunt Origenis, *inquit Bellarm. de Script. Eccles.*

(8.) *De Homil. in Matth.* 25. de adventu filii hominis ad judicium, *Sixtus Senensis* ait, posteriorem partem videri continere duo Latinorum Patrum fragmenta, quorum alterum habetur in fine commentariorum Hieronymi in Esaiam; alterum apud *Gregorium lib. 15. moralium, cap. 24.*

(9.) *In Evangelium Joannis* Joachimus Perionius tomos 9. antea latentes edidit ex sua versione, multis in locis mutilos, minimeque sequentes & interpolatos. Hos Græculus quidam in *tomos* 32. dissecuit, ut opus numerorum multitudine auctum optabilius redderet & majori pretio vēderet.

(10.) Extant in *idem Evangelium Homiliæ duæ*, una in principium Joannis, altera in initium 20. cap. de Maria ad monumentum flente.

(11.) Sub ejusdem Origenis nomine extat, *Dialogus de recta in DEUM fide*, habitus cum hæreticis Eutropio Philosopho Ethnico judice, quem *Perionius* ex Biblioth. Regis græcè erutum, Latinè ex sua versione edidit *anno* 1556. Qui *dialogus* idem est cum *disputatione, quam adversus Marcionitas in tres dialogos di-*

editionis successerit. Observavit enim *Barnabas Brissonius*, vir multæ lectionis, *libro observationum divini & humani juris*, in quo ex *Eusebio & Epiphanio* multos Irenæi ab iisdem transcriptos locos expendit, istos libros nunc extantes, *de Græcis elegantibus Latinos rudes factos*. Tempore Photii Patriarchæ Constant. græcè adhuc extabant, & ab eo lecti fuerunt, ut constat ex ejus Bibl. Codice CXX.

§. Juniores, qui in opera *Irenæi* incident, monitos volo, ut caveant ab illis editionibus, quas impudentissimus ille Monachus *Fevardentius*, homo projectæ audaciæ, & nullius fidei fœdè in multis corrupit, & annotationibus impiis & mendacibus conspurcavit. Plura ejusdem Irenæi (*ait Photius*) ac varia scripta & epistolæ circumferuntur; etsi in aliquibus Ecclesiasticorum dogmatum certa veritas spuriis rationibus fucari videtur, quæ observasse convenit. *Rivetus*.

§. Addictus fuit errori Chiliastarum, quem forsan ex informatione Præceptoris sui Papiæ, cujus in Justino mentionem fecimus, hausit: Vocat alicubi *Mariam Evæ advocatam*, non in sensu causæ formalis & proximæ, *ut Pontificij volunt*, qui propterea titulum hunc ad Mario-latriam stabiliendam ςρεβλῶσι, sed remotissimæ & quasi *occasionalis*, quia non ipsa advocavit, sed Christum advocatum genuit. Sic quoque *Christum quinquagesimo ætatis anno passum esse* docuit, it *statuit etiam, animas à corpore separatas habere hominis figuram, corporisque characterem, &c.* Hulsemannus.

§. In communi Ecclesiæ suæ persecutione, quæ sexta, aliis septima, *A. C.* 203. Juxta *Calvis.* quam hactenus ut stella splendidissima per annos 23: Doctrinâ mirificè illustraverat, eandem quoque sangvine suo nobilitavit, dum jussu Severi Imperatoris glorioso martyriô coronatus est. Annus quibusdam incertus est, siquidem alii ponunt Annum 9. Severi Imperatoris, *Christi* 201. alii, ut *Baronius* 205. Hanius.

TERTULLIANUS.

§. Circa A. C. 201. Carthaginensis, natione Afer, dictus alias

alias Q. *Septimius Florens Tertullianus.* Patrem habuit nobilem, Pro-Consulari scil: dignitate clarum. Prædicatur aliàs omnium scientiarum peritissimus, cunctorumque sui temporis Latinorum disertissimus, obque hanc insignem Eruditionem inclaruit, *circa A. C. 201. alii 203.* Presbyter præterea Carthaginensis, & tertius post Apollonium & Victorem, qui, *juxta Hieronymum* latinè scripsit.

§. Scribit *Augustinus*; Carthagine se fuisse, quo tempore Tertulliani libri omnes, paucissimis exceptis, consumpti fuerint. Scripsit autem plerosque Latinè, quæ causa fuit, ut tertium post Victorem & Apollonium, *Hieronymus* fuisse dixerit, qui in Ecclesia Latinè scripserint. Hodiè ex illis, qui exstant, hos solùm habemus:

Opera omnia.

De Patientia, librum 1.
De Carne Christi, libr: 1.
De Resurrectione carnis, lib: 1.
De Præscriptionibus adversus Hæreticos, librum unum, quẽ, ante librum de carne Christi, à se scriptum esse; in eodem de Carne Christi, libro indicat.
Adversus Judæos, librum 1.
Adversus Marcionem, libros 5.
Adversus Hermogenem, lib: 1.
Adversus Valentinianos, ad imitationem & exemplum Irenæi, libr: 1.
Adversus Praxeam Sabellianũ, libr: 1. Quem post mediam ætatem scripsit.
De Corona Militis, lib: 1.
Ad Martyres, libri 1. Consolatorium & exhortatorium.
De Pœnitentia librum 1. quem, propter phrasin diversam, Erasmus indicat, non esse Tertulliani; sed alterius cujuspiã ejus Studiosi.
De Virginibus velandis, librum 1. quem á se etiam Græcè scriptum, indicare videtur in eodem libro.
De Habitu muliebri, lib: 1.
De cultu fœminarum, lib: 1.
Ad uxorem, libr: 2.
De Fuga in persecutione, libr: 1. quem, ab eo scriptum contra Ecclesiam, Hieronymus testatur.
Ad Scapulam, lib: 1.
De Exhortatione castitatis, lib: 1. scriptum contra Ecclesiam.
De Monogamia, libr: 1. scriptũ item contra Ecclesiam, Hieronymi testimonio.

De Pallio, libr: 1. qvem sub Severi principatu scripsit, post suam conversionem.
De Trinitate, libr: 1. eruditum & elegantem.
De Testimonio animæ, lib: 1.
De Anima, lib: 1.
De Spectaculis, libr: 1. qvem etiã Græcè, à se scriptum ipse in libro de corona militis testatur
De Baptismo, libr: 1.
Contra Gnosticos, Scorpiacum lib: 1. qvem insigne volumen Hieronymus vocat.
De Idololatria, libr: 1.
De Pudicitia libr: 1. scriptum post defectioné contra Ecclesiam.
De jejunio, adversus Psychicos, librum 1. scriptum contra Ecclesiam.
De Cibis Judaicis, epistolam 1.
De Oratione, libr: 1. qvem Hilari9 aptissimum vocat volumen.
Apologeticum adversus Gentes, libr: 1. qvem Hieronymus scribit cunctam seculi obtinere disciplinam.

2. Genuina.

§. Ex his *indubitata* sunt opera:

De Patientia,
De Carne Christi,
De Resurrectione carnis,
De Præscriptionibus adversus hæreticos,
Adversus Judæos,
Adversus Marcionem,
Adversus Valentinianos,
Adversus Hermogenem,
Adversus Praxeam,
De Corona Militis,
Ad Martyres.
De Pœnitentia.
De Virginibus velandis,
De Habitu muliebri,
De cultu feminarum,
Ad Uxorem suam.
De fuga in persecutione,
Ad Scapulam,
De Testimonio Animæ,
De Anima,
De exhortatione Castitatis,
De Monogamia,
De Baptismo,
De Pallio,
De Idololatria,
De Pudicitia,
De Jejunio adversus Psychicos,
Scorpiacum contra Gnosticos,
De Oratione,
De Spectaculis,
Apologeticus adversus gentes,

Opera dubia vel supposita sunt:

3. Dubia.

De Trinitate,
De Cibis Judaicis, epistola.

De

De *libro pœnitentiæ*, an esset Tertulliani dubitavit *Erasmus* ob genus sermonis varium. Cujus judicio (*inqvit Rhenanus*) subscribimus tandem, utut verbis & figuris iisdem utatur autor ille qvisqvis fuit, ejus indubiè seculi, & *Tertulliani* Studiosissimus. *Pamelius* tamen eum *Tertulliano* asserit: qvot etiam notavit *Baronius annal. tom: 2. ann: 216. 18.* Nicolaus Rigaltius, eum etiam asserit *Tertulliano*, refutatque argumentum *Erasmi* ductum à stylo accuratiori, qvem etiam Tertull: observat in partibus aliorum librorum, qvi sunt maximè indubitati.

§. Librum autem *de Trinitate* affirmavit Hieronymus esse *Novatiani*, qvam ejus sententiam locutus est *Pamelius*: Scultetus *libri de Trinitate* autor est, scriptum esse illum ex ingenio & genio Tertullianiaco, & idcirco meritò illius nomine allegari: qvando tamen pulchra est libri hujus cum nobili illo adversus Praxeam scripto. Testatur etiam *Baronius 2. Tom. ann: 216.* Orientales accepisse libellum illum ut Tertulliani legitimum.

§. *Epistola de cibis Judaicis* autorem non esse *Tertullianum*, qvantumvis ei adscribatur in *Catalogo Bibliothecæ Corbejensis*, tum ex Stylo & scripturis aliter translatis, satis constat, tum etiam *qvod* secessus sui, persecutionis tempore, meminerit; qvalem *Tertullianus* ubiqve impugnat. Et maximè libro de fuga in persecutione. Hæc *Pamelius*, qvi eidem Novatiano attribuit. *Bellarminus*, nihil definiens, rem in medio relinqvit. *Rivetus.*

§. Adscribunt etiam nonnulli *Tertulliano librum de definitionibus fidei*, qvi citatur à Pontificiis pro controversijs qvibusdā dogmatis sub ejus nomine: Eundem esse, qvi in *operibus August:* sub titulo *de Ecclesi: dogmat. ex* lectione patet, qvem *Pamelius* Gennadij esse asserit, & *Lovanienses.* non esse Catholici scriptoris.

§. *Jacobus Godofredus J.C.* ex Codice Agobardi Episc: Lugdunensis, nobis communicavit & edidit *Tertull: librum ad Nationes*, ejusdem argumenti cum *Apologetico*; qvi cum in multis locis mutilus esset, summa adhibita diligentia, lacunas explevit, & notis suis totum opus illustravit, qvod Tertulliani genuinnm esse non dubitat. Illud suæ editioni inseruit *Nicolaus Rigaltius.*

§. Hunc

§. Hunc *Tertullianum* adeò diligenter legit *Cyprianus*, ut ſine illius lectione nullum diem transmiſerit: eum verò, ſi poſceret vir ſanctus; *DA MAGISTRUM*, dicere ſolebat. *Barthius in Adverſar: lib. 19. cap:* 1. ita de illo: *Scriptorum, qvantum ad nos venit, eruditior nemo eſt, & ex qvo plura condiſcere poſſes.* Initio fuit ardentiſſimi zeli & ſtudii incredibilis promovendi Religionem orthodoxam: naſcentem etiam Paparum ambitionem inter alia *lib: de Pudicitia* perſtringit, dum ait: *Audio edictum eſſe propoſitum & quidem peremptorium: Pontifex ſcil: Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit.*

§. Duri ſimul ingenii & auſteri fuit animi, inqve *Montani* hæreſin, qvod dolendum, forſan ob repulſam Epiſcopatus Carthaginenſis, ut vult *Pamelius in Vita Tertull.* ingraveſcente jam ætate, prolapſus adverſus ipſos poſtmodum Orthodoxos ſtrinxit calamum, libros peculiares, quos vocat *Pſychicos*, exarando, *Chemn. de Lect. Patr.* ubi tamen à reliqvis Montaniſtis diviſus ſuos poſtea nactus fuit ſectatores, *Tertullianiſtas* dictos: Jejunia ſuperſtitioſa exinde & ridicula Montaniſtarum defendit: *lib: de jejunio*: Chiliaſmo porrò favit: Bella in univerſum Chriſtianis prohibuit. Animas beatas ante diem judicii non videre Deum docuit: *Bellarm: lib: de Beat. San. c:* 1. *art:* 1. 2. 3. Deo quoque corpulentiam *tribuit.* Qvanqvam id excuſare *Auguſtinus* conatur: De Trinitate & de Chriſto, interdum incommodè & periculoſè loqvitur. *lib: de Trinit:* Montanum Paracletum ſubinde nominat. De cauſa lapſûs Angelorum, cum Juſtino, Cypriano & aliis ſenſit. *lib: de habitu mulier:* Liberum arbitrium homini, etiam poſt naturæ corruptionem, tribuit multis & prolixis ſententiis, *lib:* 2. *contra Marc:* In doctrina de Pœnitentia, præter hoc, qvòd ſatisfactionibus remiſſionem peccatorum tribuit; nihil interim perſpicuè ſatis docens de fide in Chriſtum, aut gratuita remiſſione peccatorum: (ſicut articulum de Evangelio & Juſtificatione, aut nusqvam ferè apertè ſatis attingit; aut qvàm maximè tractat tenuiter) etiam manifeſtiſſimè Montanizat, ut Hieronymus ait: Secundas nuptias palam damnat, ſtupri & excommunicationis

notâ

notâ, *lib ad Uxor. & de Exhortat: castit. lib. de Monogam.* Hinc legitimum mariti & uxoris congressum, *contumeliam communem* vocat; imo *confusionem*: *lib. de virg. veland. lib. 2. ad uxor.* Habet & alios prorsus absurdos & ineptos errores. Ut, quòd Animas prius pati sentit apud inferos, quàm corpora. *lib. de Resurrect.* Denique & Ceremonias, mutuatas à Montanistis, induxit in Ecclesiam, & auxit: Ut *unctionem externam* post Baptismum, Signū crucis, Oblationes pro defunctis, oblationes annuas pro natalitiis, & similes. Quas consvetudines, ipse fatetur, *lib. de Coron. Milit.* non institutas esse in sacra scriptura; neque ab Apostolis. *Centur. Magd. c. 3. c. 10.*

§. Illud postremo addendum videtur, *Tertulliani* libros cum judicio esse legendos, non eos tantum, quos, *sancto Hieronymo* teste, contra Ecclesiam propriè scripsit: sed etiam librum *adversus Praxeam*, librum *de anima*, librum adversus *Hermogenem*, librum *de carne Christi*, & librum *de pœnitentia*. In his enim propositiones non paucæ, vel erroneæ, vel certè suspectæ occurrunt. *Bellarminus.*

Item *Baron. ad A.C. 201. ita*: Ex ejus scriptis perspicitur durum hominis ingenium, austerusque animus, & post pauca: in credendo magna erat animi facilitate præditus, adeò, quocunque muliercula se aliquid secundum visum accipere diceret, mox tantam illi præstaret fidem, ut cum aliàs eruditissimus esset, omnem illi posthaberet doctrinarum veritatem.

§. Porro distinguuntur ejus scripta in illa, quæ ante senium & priusquam ad Montani hæresin defecit, & ea, quæ in ipso senio scripsit. Sunt autem libri ejus contra Orthodoxos scripti.

1. Liber contra Psychicos id est, contra Catholicos.
2. De Monogamia.
3. De Jejunio.
4. De fuga in persecutione.
5. De Pudicitia.
6. De Exhortatione ad castitatem, &c. *PERKINGUS.*

Hinc illa vox Hieronymi: *Laudo ingenium hominis, hæreses damno.*

§. Alibi tamen *in epist. ad Pammachium* vocat illum & eruditum & ardentem virum. Cumprimis memorabile est judicium *Vincentii Lirinensis*, *lib. adversus profanas novat. cap. 24.* Quid hoc viro doctius est? quid in divinis atque humanis rebus excercitatius? nempe omnem philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, autores adsectoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem, mirâ quâdam mentis capacitate complexus est. Ingenio verò nonne tam gravi ac vehementi excelluit: ut nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit; quod non aut acumine eruperit, aut pondere eliserit? Jam porrò, orationis suæ laudes quis exsequi valeat? quæ tanta, nescio quâ, rationum necessitate conserta est, ut ad consensum sui, quos svadere non potuerit, impellat: cujus quot penè verba; tot sententiæ sunt: quot sensus; tot victoriæ. *Cent. Magdeb. Cent. III. cap. X. Pametius in Vita Tertulliani.*

Circa A. C. 204.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

§. Floruit sub *Antonino* & *Severo Impp.* Fuit patriâ Atheniensis, unde & à quibusdam (teste *Epiphan. hæresi 32.*) Clemens Atheniensis dictus fuit, licet Alexandriæ educatus. *Baron. ad An. 196. Eusebius* alibi eum vocat *Titum*, *Flavium*, *Clementem*.

§. Fuit *Pantani* Stoici Philosophi in Academiâ Alexandrinâ primum, postmodum Christiani & Martyris discipulus, cui etiam in Scholâ Alexandrinâ Presbyteratu Ecclesiæ istius loci simul fungens, successit: & quia usq; ad finem vitæ ibi docuit, *Alexandrini* cognomen adeptus est. Origenis quoq; fuit Præceptor, & secundùm *Casaubonum Exerc. 1. ad Baron. Appar. p. 2.* inexhaustæ doctrinæ vir. Scripsit multa eruditissima, ut: *de Resurrectione, Continentiâ, Nuptiis &c.* ex quibus omnibus tantùm *Pædagogi libri*, *Oratio ad Gentes*, & *insignes illi Octo Libri* (quos ob varietatem rerum contentarum ita vocat) *Stromatum*, post annum 192. quo exeunte Commodus Imperator cæsus est, scripti extant.

tant. Propter hosce libros *Stromatum*, à Cassiodoro *Stromateus* appellatur, id est *Contextor*. vid. *Euseb. l. 5. hist. c. 11.* ubi plurium fit mentio.

§. Librum *de Canone* & *contra Judaizantas*, Eusebii Græcus textus & Hieronymus unum faciunt. Præter istos porrò ipsemet & hosce suos libellos in *Stromatibus* recenset, *De Resurrectione*, *de Nuptiis*, *de Continentiâ*. Sozomenus dicit, eum etiam *Historiam* texuisse. Jam tantùm tria scripta ex illo numero extant; nempe *Protrepticus*, *Pædagogus*, & *Stromata*: quæ satis commodo inter se ordine cohærent, quasi studio quodam inter se ab ipso autore connexa. Nam in *Protreptico* seu *Adhortatorio*, hortatur omnes ad Christianismum, & gentilis erroris vanitatem ostendit, eoq; ab *Hieronymo Contra Gentes* inscribitur. In *Pædagogo* recens conversi hominis quasi pueri cujusdam, mores diligenter format; quod & nomen ipsum profitetur. Deniq; in *Stromatibus*, tùm veritatis uberiorum cognitionem, veluti solidiorem cibum, tanquam jam maturo viro, suppeditat: tum & errores tetriores refutat; admixtâ etiam Philosophiæ & Poëtarum doctrinâ. Propter hanc autem tàm multarum & variarum rerum mixturam; eos libros *stromata*, quasi dicas *Lectisternia*, nominavit: quòd apud Græcos moris fuit, & adhuc est: *ut ex variarum colorum confusâ lanâ, crassiores quidam villosiq; panni, quos infra supraq; se incubando sternerent, conficerent.* Centur. II. Magdeb. cap. X. στρωματεῖς

§. Adjuncta sunt Græco exemplari duo fragmenta, procul dubio tanquam hujus ad autoris scripta etiam pertinentia: quorum alterius titulus est, *Epitome doctrinæ Theodoti & Orientalium*, ac *Theodoti* scriptum mirè obscurum tùm propter stylum, tum propter ipsarum opinionum, quæ ibi recensentur, obscuritatem ac vanitatem. Alterum verò inscribitur, *Selecta ex Propheticis*: ubi aliquot pauca dicta Prophetarum & Psalmorum explicantur. Verisimile est esse partem aliquam ex *libris Hypotyposeon*: quoniam ibi, *teste Eusebio*, fermè totam Scripturam exposuit

fuit; & *Pantæni* Præceptoris meminit, ejusq; expositiones scripturæ recitat; sicut & in hoc ipso Fragmento.

§. Præter *Pædagogum Clementis*, *Protrepticon ad Gentes &* libros *Stromatum*, edidit sub ejus nomine *Marinus Bignaus* in *Bibliothecâ Patrum* adumbrationes sive *Scholia in epistolas Canonicas* ex græco latinas factas. De qvibus an sint genuinæ Clementis lucubrationes jure dubitatur. nisi forte *Scholia* illa sint fragmentum decerptum ex *hypotyposeon libris*, in qvibus *teste Euseb: l. 6. Eccl. Histor: c. 11.* universam scripturam divinam, compendiosis dissertationibus explanaverat; ad quem Eusebii locum alludere *Cassiodorum* non dubito, dum ait *in præfat. ad libros institut. div.* Ferunt scripturas veteris noviq; Testamenti à principio usq; ad finem græco sermone declarâsse Clem. Alex. *Idem Cassiod. lib. 1. de institut: divinarum scripturarum* scribit, Clementem Alexandrinum qui *Stromateus* vocatur, epistolas canonicas, id est, *epistolam S. Petri primam, S. Johannis primam & secundam, & Jacobi* Attico sermone declarasse. Ubi multa qvidem subtiliter, sed aliqua incautè locutus est: qvæ nos (*inqvit*) ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis qvibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior posset hauriri.

§. Sunt tamen nonnulla in scriptis ejus, qvæ obeliscum merentur; Ut cum libro VII. *stromat.* scribit: Judæis legem Mosis, Gentibus Philosophiam, ante Christi adventum ad eam, qvâ ipse appellat, Vocationem illustrem Judæorum & Barbarorum in populum unum & salutem suffecisse: Sic *l. 1. Stomat*: scribit: Philosophia qvondam per se Græcos justificabat. De qvo adi *Casaubon. Exerc. Baron: n. 1. & J. G. Vossii Thes. Theol. p. 192. Disp. XXVI.* qvi Clementem excusat. *Adde Rivetum lib. 11. cap. VIII.*

MINUTIUS FELIX.

Circa A. C. 206.

§. Tertulliani æqualis, scripsit Dialogum inter Christianum *Octavium*, & Ethnicum *Cæcilium*, qvi Dialogus, *Octavius* inscribitur; atq; inde factum est, cum Auctor ignoraretur, *ut septẽ Libris Arnobii contra Gentes*, hic veluti *octavus* adjungeretur. Sed

revera non est octavus liber Arnobii, sed *Octavius Minutii Felicis* causidici Romani insignis, ut S. *Hieron.* testatur in *lib: de Script: Eccles.* Edidit nuper eleganter *J. Wornerius cum notis, Rigaltii & Fr. Balduini.*

§. Cujus potissimum imperatoris temporibus Romæ vixerit noster *Minucius*, nondum mihi satis liqvet. *Hieronymus in suo Catalogo*, qvo scriptores Ecclesiasticos eo, qvo vixerunt ordine recensere videtur, illum Origeni proximum, Cypriano priorem fuisse, obscurè significat. Sed ejus alioqvi vel seculum vel ætatem non indicat. Certè *in Cypriani de Idolorũ vanitate* libello plurima sunt, qvæ totidem verbis in *Octavio Minutii* leguntur necesse ut sit aut hunc ab illo, aut illum ab hoc ea sumpsisse. *Hieronymus* verò in *Epistolâ ad Magnum*, loquens de latinis scriptoribus Ecclesiæ, etsi Minutium ante Cyprianum laudet, tamen illam de *idolis Orationem* adscribere Cypriano magis videtur. Sed & in apologiâ pro suis *adversus Jovinianum libris* primo loco Tertullianum, secundo Cyprianum, tertio Minutium commemorat. *Sabellicus*, sed sine teste, affirmat eum Romæ floruisse, qvo tempore Urbanus ibi erat Episcopus; hoc est *temporibus Alexandri Severi Imperatoris.* Si ita esset, esset Minutius antiquior Cypriano, æqvalis Tertulliano, atq; adeò Jurisconsſ. *Ulpiano & Paulo.* Verum etsi posteriorem fuisse credam, tamen proximè illa tempora secutum esse existimo; nostra verò non attingere, nisi intervallo longissimo hoc est, annorum prope MCCC. *Balduinus.*

HIPPOLYTUS EPISCOPUS & MARTYR.

§. Hippolytus Episcopus Portuensis & martyr, Clementis Alexandrini discipulus, sub Alexandro Severo martyrium consummavit. Circa A. C. 210.

§. Multa scripsit, quæ enumerantur ab *Eusebio l. 6. histor. c. 16.* & à s[...]cto *Hieron. in lib. de script. Eccles.* nunc solum extant excerpta qvædam ex libris S. Hippolyti *de Theologiâ & Incarnatione* apud Henricum Canisium *tom. 5. antiqvæ lectionis*, nec non

in Bibliothecâ S. *Patrum Oratio de Consummatione mundi*, *de AntiChristo, & secundo adventu Domini nostri JESU CHRISTI.*

§. Sub ejus nomine prodiit Parisijs *anno 1557*. iste libellus *De Consummatione Mundi, AntiChristo & secundo ejus adventu* græcè & latinè ex interpretatione *Joannis Pici*, de quo extat cēsura *Juella contra Harding. art. 1. sect. 5.* Nescio an sit idem liber, de qvo *Sixtus Senensis lib. 4.* scripsit; Reperti sunt in superioribus annis Basileæ commentarii qvidam in Apocalypsin, Hippolyto inscripti, de qvibus ob eruditionis & styli inopiam ambigitur; sive idem sit, sive alius, eadem est ambigendi ratio.

§. Meminit *Baron. annal. tom. 1. an: 44. sect. 38. libelli*, qvi fertur nomine Hippolyti *de septuaginta duobus discipulis*, in qvo nominatur inter alios nescio qvis *Laudatus*, qvem dicit creatum Episcopum Carthaginensem.

§. Edidit & *Possevinus* in *apparatu* sub nomine *Hippolyti*, *Demonstrationem adversus Judaeos*, à Francisco Turriano latinè redditam, in qua autor describit *Christi passionem ex Psalm: 68.* paraphrasticus exposito, & Judæorum infidelium pœnas ex eodem Davide, & lib: Sapientiæ, qvi Salomoni adscribitur. An sit genuinus Hippolyti foetus, non facilè est pronunciare.

§. *Photius Biblioth: codice CCII.* ait, se legisse ejus *interpretationem Danielis*, in qua pleraque veteri more, non ut postea accuratiùs fuere expensa recenset. Reprehendit in eo, quod Antichristi adventum, & finem mundi ausus fuerit adscribere anno post Christum qvingentesimo. *Rivetus, Bellarminus.*

JULIUS AFRICANUS.

Circa A. C. 222. paulo senior Origine fuisse videtur, cùm *in epistola ad Origenem*, eum *filium* appellet.

§. Extitisse aliquot ejus scripta, suo adhuc tempore *Eusebius lib: 6. c: 31*, testatur: ut, *Commentarios* inscriptos *de Cestis*; *Epistolam ad Originem, de historia Susannæ*; *Annalium* seu de *Temporibus, volumina qvinqve*, accuratè lucubrata; (ex qvibus eruditam &

pro-

prolixam disputationem, de *septuaginta hebdomadibus Danielis, Hieronymus Comm: in c. 9. Daniel* de verbo recitavit *Epistolam ad Aristidem* de *discrepantia genealogiæ Christi* à Matthæo & Luca descriptæ. Meminit & hujus prioris ad Originem Epistolæ etiam *Hieronymus*. Plura ejus opera recenset *Tritbemius* : Sed sine vetustiore aliqvo authore: ut librum *de Trinitate, librum de Circumcisione; de Attalo* librũ; de *Pascha* librũ, ac de *Sabbatho*. Idem *ait* hunc Africanum Cæsareæ, propriis sumptibus, Bibliothecam instruxisse. *Centur. Mag. l. III. cap: X.*

ORIGENES.

Circa A. C. 226. Natus est circa A. C. 189. qvi septimus erat Commodi Imperatoris. Creditur fuisse *Alexandrinus* juxta *Sixtum Sen. & Possevin.* Pater ipsius dictus fuit *Leonides*, qvi apud *Suidam* Episcopus fuisse legitur, sub Læto Præfecto Severi Imperatoris Martyrio coronatus. Postmodum post Martyrium Patris unà cum Matre & aliis sex fratribus, annum agens 17. relictus, & ob proscriptionem bonorum paternorum inopia pressus, à matrona qvadam pia primò sustentatus fuit. *Hanius.*

§. Opera Origenis ascendunt ad sena millia librorum, teste *Epiphanio in hæresi Origenis*, qvæ est ordine 64. Sed plurima perierunt. Qvæ nunc extant, in duos tomos distributa hæc sunt: Opera omnia.

Primi tomi
In Genesin homiliæ
In Exodem hom.
In Leviticum hom.
In Numeros hom:
In librum Iosuæ hom:
In librum Judicum hom:
In lib: Regum hom:
In libr: Job libri
In Psal: *36. 37.* & *38.* hom.
In Cantica canticorum hom.
In Isaiam hom:
In Hieremiam hom:
In Ezechielem hom.
Periarchon, id est, de *principiis*, lib.
Threni, sive planctus Origenis, tract.

De

excidere, quæ cautio in græco autore locum non haberet. *Homilia 6. in lib. Judicum*, Rex, *inquit*, à regendo, quam etymologiam græca vox non patitur. *Homilia unica in librum Regnorum.*

(4.) *In tres Psalmos videl. 36. 37. & 38.* extant sub nomine Origenis Homiliæ, quas Rufinus, non indicato autoris ipsorum nomine, asserit se de Græco in Latinum transtulisse, & ad majorem legentium commoditatem in 9. Homilias dissecuisse.

(5.) *Homilia 4.* in Cantic. Cantic.

(6.) Extat *Lamentum*, quod, ut vidit *Erasmus* nec ab Origene scriptum est, nec ab Hieronymo versum, sed est figmentum alicujus indocti, qui studuerit hujusmodi colore Origenem infamare.

(7.) De *Homiliis in diversos Matthæi locos*, constat Erasmo non esse Origenis, sed hominis Latini, reliquas à Rufino impudenter contaminatas. Sine dubio non sunt Origenis, *inquit Bellarm. de Script. Eccles.*

(8.) *De Homil. in Matth. 25.* de adventu filii hominis ad judicium, *Sixtus Senensis* ait, posteriorem partem videri continere duo Latinorum Patrum fragmenta, quorum alterum habetur in fine commentariorum Hieronymi in Esaiam; alterum apud *Gregorium lib. 15. moralium, cap. 14.*

(9.) *In Evangelium Joannis* Joachimus Perionius tomos 9. antea latentes edidit ex sua versione, multis in locis mutilos, minimeque sequentes & interpolatos. Hos Græculus quidam in *tomos 32.* dissecuit, ut opus numerorum multitudine auctum optabilius redderet & majori pretio vēderet.

(10.) Extant in *idem Evangelium Homiliæ duæ*, una in principium Joannis, altera in initium 20. cap. de Maria ad monumentum flente.

(11.) Sub ejusdem Origenis nomine extat, *Dialogus de recta in DEUM fide*, habitus cum hæreticis Eutropio Philosopho Ethnico judice, quem *Perionius* ex Biblioth. Regis græcè erutum, Latinè ex sua versione edidit *anno 1556.* Qui *dialogus* idem est cum *disputatione, quam adversus Marcionitas in tres dialogos di-*

 stinctam

stinctam, ex græco Frobenii codice interpretatus est *Laurentius Humfridus Anglus anno 1557.* Utramque versionem inseruit editioni operum Origenis *Genebrardus*, quam Lutetiæ emisit anno 1574. *Perionii tom. 1. Humfridi 2.* Utrum autem liber sit Origenis necne, non facile est judicare.

(12.) Origeni quidam adscribunt *librum de singularitate Clericorum* inter *Cypriani opera* evulgatum: quibus videtur subscribere Pamelius. At ex operis argumento (ait *Baron. ann. 253 sect. 44.*) alterius cujusvis potius quàm Origenis, liber ille esse convincitur.

(13.) *Apologia* nomine *Pamphili Martyris* pro Origene edita, cujus ex versione Rufini pars extat in editionibus operum Origenis, à Pamphilo Martyre scripta non est; cum Pamphilus nihil proprii operis ediderit, teste *Eusebio apud Hieronymum, in Apologia adversus Rufinum.* Rivetus lib. II. c. XIII.

§. Clementi Alexandrino Præceptori suo successit in officio Catechetico, (juxta Calvis. 228.) Tanta autem autoritate docuit, ut sectatores ejus præsertim cum Cæsareæ in Palæstinâ, Alexandriâ A. C. 233. profugus, doceret, ibiq; Presbyterum ageret apertè dixerint, *se malle cum ipso errare, quàm cum aliis verum statuere*, & celebre de ipso est piæ antiquitatis judicium: UBI BENE, IBI NEMO (scil. ab Apostolorum tempore) MELIUS: UBI MALE, NEMO PEJUS. *Possevin. in apparat. tit. Orig. ex* Cassiodoro; quapropter & cautè legendus est.

§. Varias suscepit studiorum, & alios informandi gratiâ peregrinationis: scripsit etiam quamplurima, adeò ut, teste *Epiphanio*, ipsius opera ad sena millia librorum ascendant, quæ tamen maximam partem injuriâ temporum perierunt. Ob indefessum hunc laborem dictus fuit posteà: ADAMANTINUS it. χαλκέντερος: & memorabile est de ipso Hieronymi dicterium: *Quis nostrum tanta potest legere, quanta ille scripsit?* unde optat sibi quoq; Origenis eruditionem, *in Proœm. Quæst. Hebr. in Genes.* Imprimis verò dolenda est jactura Operis istius exquisitissimæ diligentiæ, quod in V. T. exarando scil. TETRAPLA, HEXAPLA, OCTAPLA (quæ ita dicuntur, quod 4. 6. & 8. exemplaria

continerent) indefesso studio elucubravit, & quidem hunc in modum;

BIBLIA TETRAPLA

Quæ quatuor columellis hunc in ordinem videtur distinxisse:

VERSIO:

Aquilæ	Symmachi	Theodotionis	LXX Interpretum

HEXAPLA

FONS. VERSIO.

Hebræus Hebraicè	Idem Græcè	Aquilæ	Symmachi	Theodotionis	LXX Interpretum.

OCTAPLA.

Ebraicè lit. Ebr.	Ebraicè lit. Græc.	LXX.	Aquila.	Theodot.	Symmachi	Hierich	Nicop.
		ἐν	ἐν κε-	ἐαν ᾿ρχῇ		XXX.	XXX.
בראשית	Βερεσιθ.	ἀρχῇ.	φαλίδι		ἐν ἀρχῇ		

§. Errores Viri qvod concernit genium proprium in interpretanda S.S. sequens, & omnia in allegorias convertens, in horrendos, quos etiam non parum debuit Lectioni Philosophiæ Platonis, incidit errores, ut FONS ARRII juxta *Thom. p. 1. q. 34. art: 1. Maldonat. in Joh. 1 v. 3. Melchiorem Canum &c.* dictus fuerit. Statuit enim, ut potiores saltem ex *epist. 59. Hieron: ad Avitum & Epist. 65. ad Pam: delibemus* 1. Animam Christi præextitisse, unitamq; fuisse λόγῳ ante incarnationem & nativitatem ex Virgine. 2. prius formatum fuisse corpus Jesu in utero Mariæ, & deinceps unitum ei fuisse λόγος & animam, ut quæ prius extitisset. 3. Tres Personas S.S. Trinitatis inter sese esse inæquales. 4 Spiritum S. esse ministrum. 5. in Resurrectione rotundæ & orbicularis figuræ hominum corpora resurrectura. 6. Christum in seculo futuro pro Dæmonibus, sicut & pro hominibus crucifixum iri 7. *Errores.*

Temporanea esse hominum impiorum & Diabolorum tormenta, finemq; ea aliqvando habitura. 8. Omnes animas simul creatas suis postmodum corporibus immitti. 9. Virtutem DEI terminatam esse, eamq; tantùm in creatione condidisse, qvantum cõplexa sit. 10. Solem, Lunam, stellas animatas esse &c. qui errores postmodum jussu Justiniani Imperatoris in *Concilio Constantinopolitano 2.* quod est *quintum*, juxta nonnullos, *Oecumenicum*, cum antea insignes turbas in Ecclesiâ dedissent, A. C. 551. alii 553. alii 556. congregato, â circiter 155. Episcopis examinati & communi calculo damnati fuerunt. Deceptus quoq; dicto Christi *Matth. 19. 12.* seipsum castravit, qvanquam alii potius hic sentiant, id non ab eo factum ferro, sed pharmaco, quo rebellem corporis partem exsiccaret: errori quoq; ψυχοπαννυχίας addictus fuit &c. de quibus omnibus, tamen modestè loqvitur Hieron. *Non consuevi eorum erroribus insultare, quorum ingenia miror: quod si quis nobis opposuerit ejus errores, audiat liberè, interdum magnus dormitat Homerus, non imitemur ejus vitia, cujus virtutes non possumus sequi.* Quæq; omnia latè prosecutus est in eximia Dissertatione *Joann. Meisnerus* Theol. VVittebergensis A. C. 1665. §. 86. 87. & seqq. Dignum lectu eruditum sanè scriptum.

§. Non tamen defuerunt, qui defendere vel excusare Virum conantur, quales fuerunt olim insignes Origenis fautores, Joannes Hierosolymitanus, Chrysostomus, Ruffinus, Isidorus, Palladius Galata, Siricius, Augustinus, Theotimus Tomiensis, ac cumprimis *Eusebius l. 6 Hist. Eccles.* qvi & ipse nomine Pamphili Martyris Apologiam pro Origene scripsit; Hunc imitatus est *Ruffinus*, qui etiam Apologiam edidit. Deinde paulò ante nostram ætatem eandem suscepit defensionem *Jo. Picus* & *Gilbertus Genebrardus*, contra qvos gravem censuram habes in *Baronio Tom. II. Annal. A. C. 256. Sect. 40.* Adde *Cassiodor. de divin. Lect. cap. 1.*

§. Ann: Chr. 256. Tyri multa perpessus Martyro obiit, anno ætatis 69. ut habet Euseb. l. 6. c. 38 Vir fuit doctrinæ incomparabilis, quem *D.* Hieron. comparat cum M. Varrone; Tanta

labora

laboravit post mortem multorum invidia, ut non tantum ipsius Opera abolere studuerint, sed & ipsos voluminum Titulos extare non sint passi, imò & 200. annis post mortẽ anathema ipsi dixerint. Meo judicio, ait *G. I. Vossius*, tutiòs indicatos librorum errores damnassent, Et adulteratos atq; corruptos viri libros malo credere, qvàm tanto viro tàm foedos adscribere naevos: e. gr. Cum in libris *περὶ ἀρχῶν* quaedam haberentur indigna Christianis, missi sunt quidam ex Asia, ad Origenem, qvi super illis cum auctore agerent. At ille respondit, *Non ita se scripsisse*, & ostendit illis librum manu sua scriptum, addens, Ab amanuensi suo multa passas esse inserta. Qua super re rogatus amanuensis ait, *se qvidẽ nonnulla mutâsse & inseruisse, sed ideò, ut accuratiꝰ esset opus, quoniã sibi videretur, non ordinate satis, sed tumultuariè scriptum esse.* Quod vitium etiam Ruffino imputant Eruditi. *Adi Centur. III. Magdeburg. Cap. X. ubi* de pietate, & ardore Martyrij, doctrina & Certaminibus ejus copiosè.

CYPRIANUS. A. C. 240. 250.

A.C. 240. al. 250.

§. Caecilij nomen in honorem Praeceptoris sui, qui & itidem dictus fuit *Caecilius*, assumpsit. Fuit Carthaginensis. Et illustri genere natus, ut scribit *Gregor. Nazianz. Orat. in laudem Cypriani.* Videtur etiam *Statii* nomen habuisse, sicut *historia de passione ejus*, conscripta â *Pontio Diacono*, ut quidem hodie habetur indicat: Quanquam inscriptio *epist: 9. l: 4.* Thascium eum nominet. Afer fuit, Carthaginensis ut videtur. Ibi enim eum Presbyterum & Episcopum fuisse, *Hieronymus* scribit. Sed quibus ortus parentibus fuerit; aut cujusmodi studia puer aut adolescens exercuerit; neq; ex scriptis ejus usquam deprehendi potest, nisi qvod *Hieronymus*, Rhetoricam in Africâ, dum adhuc gentilis esset & idololatra, magnâ cum laude professum scribit. Quo tempore etiam magiae studiosissimum fuisse *Nazianzeni* narratio confirmat: qvi magnum eum & veneficium vocat: qvod etiam *Nicephorus* de eo

indicat lib. 5. cap. 27. Verum id, nec apud *Hieron.* nec *Augustinum* reperitur, scribunt qvidem alii, ut *Jacobus de Voragine*, *Henricus de Erfordiâ*, & *Volaterranus*, de Cypriano qvodam mago; qvi à parentibus puer etiamnum dæmonibus consecratus fuerit: sed eũ Antiochenum, aut Nicomediensem, nihilòminus conversum, & Episcopum & Martyrem tandem, sed diversis temporibus factũ fuisse affirmant.

§. Cyprianum igitur Afrum seu Carthaginensem, *Hieron.* scribit, Cæcilii Presbyteri, cujus sibi posteà nomen arrogavit, conversatione & suasu; occasione verò lectionis Jonæ Prophetæ, ad fidem Christianam conversum esse. Ac texit ipse, lib. 2. epist. 2. suæ conversionis & baptismi historiam floridam & eloqventem; ut in scholis Rhetorum, ex quibus pridem excesserat, natam. *Centur. Magdeb. III. c.* X.

§. Ineunte ætate, qvanquam paulisper dissolutus, ut *Nazianz.* de ipso refert, Philosophicis tamen artibus insigniter fuit imbut9: sic & stylo puro in Latino incumbens, tantam felicitatem in eo consecutus est, ut ob similitudinem ejusdem: *CHRISTIANORUM CÆSAR dictus fuerit.*

§. Initio Rhetoricam maximâ laude Carthagine docuit, cujus eloquentiam tàm Græci, quam Latini Patres, mirum in modum commendarunt: Postmodum verò (cum & anteà Patronum causarum in foro, *juxta Pamelium*, egisset) jam senescens ad Fidem Christianam à Cæcilio, Presbytero Carthaginensi conversus, & summo Cleri & populi consensu circa *A. C. 250. alii 248.* (uno tantum adversante Felicissimo Presbytero) Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus, subrogatus in locum Donati, electus fuit, tanta statim ei Christianæ Theologiæ inhæsit doctrina, ut S. scripturarum scientiâ imbuta memoria, & intellectus exasciatus, sui uberantiâ, *ut loqvitur Baronius*, mox in torrentes ad alios irrigandos foràs eruperint, unde & ætas ipsius in talia incidit tempora, qvæ non tàm occasionem disputandi, quám consolandi & exhortandi vinctos præbuit, *ut loqvitur B. Chemnit:*

§. Diligentissimè legit Tertullianum, hac voce eum à pue-

reposcens: *Da Magistrum*: In persecutione Decianâ ad necem quæsitus, non quidem formidine, sed ut diuturniore vitâ Ecclesiam juvaret, latebras petiit, corpore quidem absens, monitis tamen Ecclesiæ suæ præsens. Antequam autem Ecclesiæ suæ restitueretur, *Felicissimus Presbyter*, captâ hac occasione, infelicissimũ schisma contra ipsum excitavit, qui tamen posteà cum Complicibus à Cypriano A.C. 254. excommunicatus est. *Hanius.*

§. Circa finem 254. in Causâ lapsorum [*ita dicebantur illi, qui metu supplicii vel amore Patrimonii & Facultatum turpiter in fide lapsi erant, quos ipse Cyprianus in duplici differentia ponit, erant enim vel Sacrificati, Thurificati, Idololatræ; vel Libellatici qui Christum publicè abnegare erubescentes, privatim id vel per se, vel per alios suo nomine faciebant, & à Magistratibus libellos securitatis impetrabant, ne amplius inquirerentur*] cogi Synodum Carthagine, in quâ modos procedendi cum ejusmodi lapsis, pro lapsus differentiâ, moderante Cypriano, sancitus & introductus est. *Idem.*

§. Opera ipsius sunt trium generum, sicut ferè omnium reliquorum Patrum 1. *Indubitata* 2. *Dubia* 3. *Spuria* sive *Supposititia.* Certa & genuini libri sunt isti: *Scripta, sive Libri.*

De habitu Virginum tractatus unus.
De lapsis.
De simplicitate Prælatorum, sive De unitate Ecclesiæ, (†)
De Oratione Dominicâ
Contra Demetrianum.
De Idolorum vanitate.
De mortalitate.
De eleemosynâ.
De bono patientiæ.
De zelo & livore.
De exhortatione martyrii.
Ad Quirinum contra Judæos libri tres.
Ad Jubajanum de babtizandis hæreticis.
Ad Pompejum contra epistolam Stephani Papæ.
Sententiarum ex Concilio Carthaginensi de hæreticis baptizandis.

§. Dubii ex *Erasmi, Pamelii, Riveti, Perkinsi* & *Centuriatorum* judicio, ut & falso impositi sunt sequentes: (†): ubi insignem notam meretur, qvod *Perkins. in Probl: Cathol. Tom. I. oper.* obser-

observat ex *Jamesio, in libro de unit. Eccles. Cypr.* verba illa : *Unam constituit Cathedram*: Et: *Primatus Petro datur, ut una Ecclesia monstretur.* & alia nonnulla, in variis M.SS. Codd. non extare nec legi. Et *Rivet. l. 11. c: XIV.* Epistolam 67. Cypriani ad Stephanum *Edit. Pamel.* interpolatis, imò Dubiis adscribit. (: † :)

Liber de spectaculis.
De Disciplinâ & Bono Pudicitiæ.
De laude Martyrij ad Mosen.
De Cardinalibus Operibus Christi ad Cornelium XII. libri.
De aleatoribus s. de ludo Aleæ.
De Montibus Sina & Sion, adv. Jud.
Carmen in IV. Capp. Genesis.
Carmen de Sodoma.
Carmen ad Senatorem.
Hymnus de Pascha.
Orationes duæ (1.) pro Martyrib9 & (2.) qvam in die suæ passionis dixisse fertur.
De singularitate Clericorum
Expositio in symbolum Apostolorum Cypriani nomine edita, Rufino Aquileiensi Presbytero jure vindicatur.
Liber ad Vigilium de Judaicâ incredulitate.
Alius adversus Judæos, cum priore â Morellio primùm editus, Cypriani non esse ex stylo arguitur â Pamelio.
De Revelatione capitis Joannis Baptistæ liber fabulosus, superstitiosus & ridiculus, ea interdum commemorans, quæ longè post tempora Cypriani gesta sunt.
De Duplici Martyrio, Cypriani nō esse patet, quod in eo Diocletiani Imperatoris & belli Cæsarei contra Turcas fit mentio.
De abusionibus seculi.
Cœna, Cypriano falsò adscripta auctoris infeliciter scribētis & ridiculi.

§. Edita sunt ipsius Opera Antvverpiæ A. C. 1568. & per Pamelium apud Petrum Bellerum ibid. 1589. it: Parisiis A. C. 1574. & 1616. it: Colon: Agripp. 1617.

§. Scripta ipsius, si res spectas, pietatem & martyrium, sin verba, venerandam sermonis elegantiam spirant: *Hieron. in Catal. scriptorum in Cyprian.*

§. Ho-

§. Homo insignis fuit patientiæ, ad Christianismũ enim conversus, â suis, quibus anteà admirationi fuit, derisus, Caprianus seu Coprianus h. e. *Stercorarius* dictus fuit, qvod ingenium acutissimum, ad aniles, *ut appellabatur tunc Christiana Religio*, contulisset fabulas: Sic & Christianus factus, acquisitas anteà opes liberaliter in pauperes erogavit: imprimis verò tribuit ipsi *Augustin. l.3. contra Epist. Parmen. c. 2.* qvod saluberrimæ mordacitatis medicinam concionibus suis prudenter & sobriè inseruerit.

§. Nævi s. Errores sunt ferè seqventes 1. Pœnitentiam plerumq; vocat satisfactiones & actus exomologeticos; quibus absolutionis causam, & remissionem peccatorum tribuit *Sermone de Lapsis*. 2. qvod lapsos non desperare quidem de Domini misericordiâ jubet; nec tamũ veniam pœnitenti condicere. *Serm. de Lapsis*. 3. Duriter rursus & asperè ex illo dicto *Joh. V. Ecce sanus factus es; noli peccare:* ratiocinatur, nullam veniam delinquenti, ei qvi Dominum nôsse cœperit, sperandam esse. *Tract. 2. de habitu virg.* 4. Liberi arbitrii vehemens est ubiq; assertor. Serm. de Lapſ. 5. Bonis operibus nimium tribuit. sicut de Eleemosynâ ait: Viam salutis tuendæ esse eleemosynam; eâq; sordes qvascunqve post Baptismum contractas, deleri. *Serm. de Eleem.* 6. Sumsit et ceremonias ex traditionibus Montani, â Tertulliano: ut consecrationem & unctionem post Baptismum. sic enim ait *lib. 1. Epist. ult.* Oportet mundari & sacrificari aqvam prius à sacerdote; ut possit Baptismo suo peccata hominis qvi baptisatur abluere. *Item:* Ungi qvoq; necesse est, qvi baptisatus sit: ut, acceptô chrismate, id est, unctione, esse unctus DEI, & habere in se Christi gratiam, possit.

§. *Hieronym. in Epist. ad Magnum Oratorem*, tribuit ei, in oratione, sententiarum splendorem. *In epistolâ* verò *ad Paulinum* testatur; eum instar fontis purissimi, dulcem incedere & placidum. Ac de eo *Lactant. præfat. l. 5. Erat* (inqvit) *ingenio facili, copioso, svavi, & qvæ sermonis maxima est virtus, aperto: ut discernere neqveas, utrum ornatior in loqvendo, an facilior in explicando, an poten-*

tior in persuadendo, qvisquam fuerit. Auguſtin. l.2. contra Creſconium cap.32. Tom.7. ita: *Cypriani laudem ego conſequi non valeo, ejus multis literis mea ſcripta non comparo, ejus ingenium diligo, ejus charitatem miror, ejus martyrium veneror, non accipio, quod de baptizandis hæreticis & ſchiſmaticis ſenſit.* It: *Qvod in eis divinarum ſcripturarũ autoritati congruit, cum laude ejus accipio, qvod non congruit, cum pace ejus reſpuo.*

§. Cum autem iterum integrum annum in exilio conſumſiſſet, tandem *A C. 261. Calviſ. 259. die 14 Septemb.* ad necem revocatus, primus omnium Epiſcoporum Carthaginenſium inſigne martyrium ſubiit, dum in perſecutione nonâ, ſub Imperatoribus, *Valeriano & Gallieno*, juſſu *Galerii Maximi*, tunc Africæ Pro-Conſulis, qui etiam poſt paucos â morte Cypriani dies deceſſit, capite truncatus eſt. Cum ſententia legeretur; Cyprianus gladio feriatur, reſpondit: Amen. In loco illo ubi ſanguinẽ fudit, poſtmodum inſignis Baſilica extructa eſt, teſte *Baronio* ad hunc Annum. *Hanius.*

GREGORIUS NEO-CÆSARIENSIS.

A. C. 233.

§. Dictus alio nomine fuit *Theodorus*: poſtea verò *Gregorius*, & ob ingentia præclaraque facinora, *MAGNUS*, it: agnomine, ob varia, quibus doctrinam ſuã confirmavit, miracula: THAUMATURGUS. Parentibus gentilibus natus eſt. Alexandriæ primùm Philoſophiæ, poſtea ſacris literis deditus fuit, inde Cæſaream Paleſtinæ profectus, per integrum qvinqvennium, Origenem, ibidem tum degentem audivit, cui etiam defendens πανηγυρικὸν ἐυχαριςίας ſcripſit, & convocatâ grandi freqventiâ, ipſoqvè Origine præſente, recitavit. *Phil. Labb. de Script. Eccleſ. p.372 tom.1.* ſed ab erroribus illius omnino immunis eſt. Creatus, qvanqvam invitus Patriæ ſuæ Epiſcopus, totus Eccleſiæ ritè adminiſtrandæ intentus fuit. Libri ejus ſunt iſti:

§. Scripſit

§. Scripsit Metaphrasim in Ecclesiastem. *Opera.*
Panegyricum in Origenem.
Brevem fidei confessionem, qvam ex revelatione
B. Joannis Apostoli didicit.
Expositionem fidei adversus Æilianum.
Et Epistolam Canonicam.

His nuper adjunxit *Gerardus Vossius Tungrensis duodecim sententias cum anathematismis*: qvi extant Græcè, & Latinè apud *Henricum Canisium tom. 3. antiqvæ lectionis.* Tres Sermones ejusdem S. Gregorii de Annunciatione B. Virginis.

Item Sermonem de Baptismo Christi, sive de Theophania Domini: deniqve disputationem de anima ad Tatianum. *Bellarminus.*

§. Ex his de *Metaphrasi* nullum est dubium, utpote cujus Hieronymus meminit in catalogo: Ut & de Panegyrico, qvem *Vossius Tungrensis* Græcè & Latinè edidit: *Confessio fidei* à B. Joanne Evangelista & Maria Virgine ipsi revelata in incerto est: Alter *libellus de expositione fidei*, qvam edidit *Gerard. Vossius*, patet, scriptum fuisse contra Arrianos, satis diu post tempora Taumaturgi, in qvo autor disputat de incarnatione, ita ut videatur refellere Nestorianos & Eutychianos.

§. *Homiliæ de annunciatione Mariæ* non sunt genuinæ. Editæ sunt Græcè & Latinè Parisiis, cum notis *Vossii Tungrensis*, qvi merces illas qvantum potest, commendat. Dubias esse probat *Perkinsus* ex eo qvod vitæ Sanctorum, lectiones item & Hymni eorum festis convenientes, primùm à Carolo constituti sunt, *circa annum 807. P. Æmilius lib. 2. de gest. Francorum. Sigeber. t ann. 807.* multis post Taumaturgum seculis. *Duodecim capitula* cum Anathematismis, qvæ *Vossius* Gregorio tribuit, videntur *appendix qvædam ad expositionem fidei*, ac præcipuè Nestorii & Eutychetis erroribus opponuntur, qvi longè post obitum Gregorii exorti sunt. *Rivetus.*

§. Fertur dono miraculorum adeo claruisse, ut vel verbulo flumina sistere, signo crucis Diabolos repellere, ut eosdem,

si è re esset, revocare potuerit, scriptis tantum tribus verbis: *Gregorius Satana: ingredere.* Historiam recitat *Baron: Annal: Tom: 11. ad A C. 256.*

§. Ubi cognovit suum instare obitum, totam diœcesin ac civitatem suam perscrutans, cum septendecim tantum Ethnicos in eâ reperisset, gratias Deo agit, *quod suo successori tot relinqveret Simulacrorum cultores, quot ipse ejus Ecclesiæ curam suscipiens in ea* Christianos invenisset. Contigit mors ejus *circa A. C. 267.* juxta alios *265. Gallieni Imperat: 12.* moriens mandavit, ut nullum proprium locum sibi præpararent ad sepulturam, qvod, sicut vivus non sustinuisset vocari alicuius loci Dominus, sed inqvilinus vixisset in alienis: ita post mortem vellet etiam esse inquilinus alienorum sepulchrorum. Domus, in qva corpus reconditum, cæteris ædificiis terræ motu sæpe prostratis, semper mansit incolumis. *Hanius.*

SIXTUS SECUNDUS.

A. C. 254. *A. C. 254.*

Pontifex & martyr dicitur scripsisse *librũ sententiarum*, sive *proverbiorum*, qui citatur à Sancto Augustino *lib: de Natura & gratia, cap: 64.* & extat in *tomo 5. Bibliotheca sanctorum Patrum edit: 2.*
Spurius. Cæterùm liber ille falsò tribuitur sancto Sixto martyri, cum sit *Sixti Philosophi ethnici*, ut sanctus Hieronymus demonstrat in *epist: ad Ctesiphontem.* Rufinus eum librum *plenum erroribus* convertit ex Græco, & sancto Sixto attribuit. *Bellarminus. Rivetus. Perkinsus.*

ARNOBIUS.

A. C. 285. *Circa A. C. 285.*

Fuit Afer, &, *secundum nonnullos*, ex urbe Sicca Numidiæ ortus. Parentes ipsius fuerunt gentiles. Rhetor fuit sui temporis celeberrimus, Christianorum ante suam conversionem hostis acerri-

acerrimus. Sic & in civitate Siccæ in Numidia, Africæ Provincia ad declamandum pueros erudiit, & *Lactantii Firmiani* Præceptor fuit.

§. In medio autem fervore persecutionis Christianorum, divinâ luce perfusus, Christo nomen dat, & suscepto Baptismo scribit (*cum antea Episcopis persuadere nō posset, se serio rem agere, priusquam contra Ethnicos scriberet*) contra Porphyrium & Platonicam Philosophiam, item, *contra Gentes libros septem*, tumido elatoqve genere, inæqvali & nimio sermone, ut *Hieronymus ad Paulinum* inqvit.

§. Genuinus fœtus ex illis, qui hodiè sub nomine ejus inter opera vulgo extant, est *liber adversus Gentes septem tractatibus* constans, qvem multi inter eruditos seculi nostri, commentariis illustrarunt, & ea, qvæ ab exscriptoribus commissa erant σφάλματα conati sunt emendare, inter qvos præter *Renatum Laurentium*, bonam operam navarunt *Desiderius Heraldus*, & *Gebarthus Elmenhorstius A. C. 1610.* Extremam manum expectamus à *Salmasio*, cujus commentarium expectat textus jam excusus, & ad manuscripta exemplaria emendatus. Scripsit & *Joh. Meursius* Criticum Arnobianum. Nuperrimè editus est cum integris Commentariis *Lugduni Batavorum. A. C. 1651.* Libri.

§. *Octavus*, qui eidem inscribitur, rectius ab aliis asseritur *Minutio Fœlici* causidico Romani fori, uti videre est ex verbis *Lactantij Firmiani, libr: 1. c: 11.* de quo jam *suprà* actum est in *vita Minutii.* Spurii.

§. *Commentarij breves in Psalmos* spurii sunt & Arnobii alterius *junioris*, qvi vixit circa *A. C. 460.* de qvo infrà. Est enim Stylus toto genere diversus ab eo, qvi viget floretqve in *septem lib: adversus Gentes*, immo soloecos & barbarismos sæpe-numero sapiunt. *Psalm: 119.* nominatim refellitur Photinus, Hebionitarum hæreseos instaurator, qui impietatem sui dogmatis docere cœpit *anno 358.* qvo tempore *Arnobius* in vivis non erat.

§. Feruntur etiam (*ait Sixtus Senensis*) annotatiunculæ

Ad Neophytos,	7.	De Jejunio,	1.
De Spirituali ædificatione,	1.	De Spiritu & corpore,	1.
De Patientia,	1.	De Avaritia	3.
De Pudicitia,	1	De Livore & Indivia,	1.
De Continentia.	1.	De S. Archadio,	1.
De Justitia,	1.	De Resurrectione,	1.
De Timore,	1.		

§. Agnoscit *Bellarm*: Sermonem in illud, *Attende tibi*, & *serm*: *in Evangel*: *Luca*, item *serm. de jejunio* & *livore*, de invidia, non esse *Zenonis*, sed *Basilii Magni*, ut notum est ex Stylo, & communi sententia. *Sermones in Psalmos* majori ex parte apud Hilarium inveniri. De aliis se non habere qvod dicat, nisi esse brevissimos, ut *sermones* dici non mereantur, aliqvos ita obscuros, ut intelligi neqveant, & qvod me male habet, *inquit*, de his *sermonibus* nulla extat apud veteres mentio.

§. Agnovit etiam *Sixtus Senensis Biblioth. Sancta lib 4.* pro sermonibus Zenonis, *Guarinum* in lucem emisisse *sermones diversi generis*, quos constat, majori ex parte, collectos esse ex diversis autoribus, qui ducentis ferè annis fuere Zenone posteriores. Eadem ex ipso repetit *Possevinus* in Apparatu.

VICTORINUS.

Circa A. C. 270.

Natione græcus, fuit Episcopus *Pictavionensis*, vel ut habetur in Martyrologio Romano, *Pictaviensis*, omnium primus, si *Baronio* fides habeatur.

§. Scripsit *explanationes in Genesin, in Exodum, in Levitic: in Ecclesiastem, in Cantic: Cant. in Esaiam, in Ezechielem, in Abacuch, in Matthæum, in Apocalypsin*, opera grandia in sensibus, ait *Hieronymus*, sed compositione verborum viliora, qvia, qvæ intelligebat, eloqvi non poterat, non æqvè Latinè ut Græcè peritus.

§ *Commentarius in Apocalypsin*, qvi jam sub Victorini nomine circumfertur, illius non est. *Rivetus. Bellarminus.*

Me-

METHODIUS.

Circa A. C. 285.

Episcopus Tyri claruit tempore *Diocletiani Imperat.* & anno ejus 20. martyrio coronatus est, ex *Hieronymo de Script. Eccles.* Hodie extat *libellus revelationum* sub nomine S. *Methodii*, sed suppositius censetur.

Spurius.

DOROTHEUS.

Episcopus seu potius Presbyter *Tyrensis* dicitur tempore *Diocletiani* exiliũ passus, & scripsisse *Synopsim de vita Prophetarum & discipulorum Christi*: quæ Synopsis extat *in Bibliotheca sanctorum Patrum*, Tomo VII. & frequenter citatur. At hujus Dorothei nullam mentionem inveni apud *Eusebium*, *S. Hieronymum*, *vel Gennadium*, aut etiam *Joh. Trithemium*, qui scripserunt de viris illustribus. Ipsa verò *Synopsis* plena est fabulis. V. *Rivet. L. III. cap. 13.*

LACTANTIUS FIRMIANUS

Circa *A. C. 290.*

Ob elegantiam & similitudinem styli dictus fuit *Christianorum Cicero*. Patria non exactè constat, ponunt tamen alij *Firmũ*, urbem Piceni in Italia opulentissimam, à qva & *Firmianus* dictus est, sed an rectè, disqvirant alii. Discipulus fuit *Arnobii* & postmodum Scriptor luculentissimus, sed qvem *Scholasticum* magis qvam *Ecclesiasticum Damasus Papa* censuit. *Hanjus.*

Spurius.

§. Ita dictum fuisse, à *lacteo* eloqventiæ flumine, solidioriqve orationis genere, non est dubium. Fluvium certè qvasi qvendam Tullianæ eloqventiæ, Hieronymus cum appellat in epistola ad Paulinum. Eusebius in Chronic. eloqventissimũ suo tempore fuisse, annotavit: Sed usqve adeò pauperem, per omnẽ vitam; ut necessariis etiam plerumqve indiguerit, Senex in Gal-

lia

lia docu[illegible]: qvemadmodum Hieronymus tradit: ubi & magister Crispo, filio Constantini, qvem pater ipse postea interfecit, (qvod tamen crimen à laudatissimo Imperatore removit Evagrius l.3. Hist. Eccles. c.41.) præfectus fuit.

§. Opera omnia, qvæ hodiè sub nomine ipsius extant, sunt ista: *Cent. Mag. III. Cap. X. Baron. Tom, III. ad A. C. 314.* *Libri*

Divinarum Institutionum lib. 7. qvorum
Primus, de falsa religione agit,
Secundus, de origine erroris,
Tertius, de falsa Sapientia,
Qvartus, de vera Sapientia,
Qvintus, de Justitia,
Sextus, de vero Cultu,
Septimus, de divino præmio,
Liber de Ira DEI, 1.
De opificio DEI, 1.
Epitome in libros suos,
Carmen de Phœnice,
Aliud de Passione Domini,
Tertium de resurrectione ejusdem, & de Paschate.

§. Ex hisce GENUINI sunt isti: *Libri 7. Divinarum Institutionum, liber de Ira, de opificio DEI, & de epitome divinarum institutionum*, verùm in eis irrepserunt nonnulla, qvæ *Manichæorum* erroribus favent. Genuini.

§. SPURII autem sunt libri seqventes: Spurii.

1. *Carmina de Phœnice*, qvamvis sint scripta ab elegantissimo aliqvo Poëta, qvi Christianus non fuit. Nam Phœnicem nominat *Solis sacerdotem*, & sic de illo nemore loqvitur: & de *Phœbo*, tanqvam ille revera sit Deus, & habeat illud nemus charissimum, ac sibi dicatum.

2. *Carmina de Resurrectione & de Paschate* cum illis comparari non possunt. In codice Vaticano, *Venantio Fortunato* tribuuntur, qvi vixit circa A. C. 560.

3. *De Passione Domini*, nullibi inter antiqvos Lactantii codices inventum est.

§. Opera ipsius cum notis prodierunt *A. C. 1646.* qvanqvã non negandum scripta ipsius à Pontificiis hinc inde fuisse emendata, seu rectiùs depravata, in tantùm, ut exinde nihilominus ejusmodi correctionem *Anton. Possevinus* de script: nucl: p: 101. *opus misericordiæ* vocare non erubescat.

§. *Ludovicus Viv. in Lib*: 18. *August. de C. D. c*: 23. de eo ita: Lactantius Firmianus secutus Præceptoris sui Arnobii exemplum, contra Gentes septem scripsit volumina elegantissima & acutissima, nec est ullus inter Christianos Scriptores tam vicinus dictioni Tullianæ.

Errores. §. Chiliasmo favet: Bella Christianis prohibet: Patronus est ψυχοπαννυχίας: Brutis qvoqve rationem tribuit, *lib r: 3. instit. cap. 10.* Sic, Hieronymo annotante, *Epist. 65. ad Pamm. & Ocean.* negat etiam, Spiritum S. esse substantiam seu Personam: *it*: negat Pilatum mortis sententiam de Christo dixisse; Christi corpus illæsum & integrum de patibulo detractum esse, ne ad resurgendum inhabile redderetur &c: Editio *Thysii* omnes ordine ex singulis libris recenset, qvò vise.

§. Mors ejus ignoratur, pervenit tamen in senectute ad Constantini M. ætatem.

EVSEBIVS ALEX:

Spurius. Hunc autorem *Franciscus Turrianus* Jesuita ex nescio qva *Crypta Ferrata*, sub titulo *sermonum XVIII. Eusebii Alexandrini* edidit, qvi spurius est, sicut probat *Robertus Cocus Anglus*, eo qvod nullus veterum vel recentiorum, qvi catalogum Episcoporum Alexandrinorum contexuerunt, *Eusebii* alicujus, qvi hanc Cathedram occupaverit, meminerint. *Bellarm*: dum Scriptores Ecclesiasticos recenset hujus Eusebii non meminit. *Rivetus.*

EVSEBIUS. CÆSARIENSIS.

A. C. 316. *A. C. 326.*

§. Eusebius Pamphili, Episcopus Cæsariensis tempore Con-

Constantini Magni floruit. De parentibus ipsius, pueritiæ & adolescentiæ studiis nihil ferè extat. *Niceph. l. 7. c. 16.* seu Pamphili Martyris celebris Cæsariensis fratrem, seu ex sorore nepotem fuisse arbitratur. Sed Pamphili cognomen Eusebius, ut videtur, assumsit ex intimâ conjunctione & amicitia, quâ coluit cum clarissimo Martyre. *Hieron. Apol. adv. Ruffin. ait: Eusebius & Pamphilus tantam inter se habuere concordiam, Ut unius animæ Homines putes, & ab uno alter Nomen acceperit.*

§. Sozomen. l. II. c. 29. Basil. II. Lib. de Sp. honorificam ejus mentionem faciunt. Hieronymus, *Studiosissimum divinarum scripturarum*, dixit, & virum in sacris ac profanis Ethnicorũ monumentis peritum. Cæterùm num Arrianus sit, certant eruditi. *Baron. T. III. Annal.* omninò talem fuisse demonstrat, *A. C. 325.*

§. 100. ex *Athanasio Contr. Arrian, Decret. Nic: Synod.* Cui astipulatur *Bellarm. in S. E. A. C. 326.* ex Hieronymo, Qui eum sæpè vocat *Arianorum Principem. Centur. Magdeb. l. 4. c.* X. idem confirmant ex *Theodoret. l. 1. c.* 6. sed addunt ex Athanasio l. cit. *Postea resipuisse.* Quod *Baron. l. alleg. prorsus negat.*

§. Sed hîc obiter notari velim, Cardinalem istum ex censura *Abr: Sculteti & Andr. Rivet. l. III. cap. 2.* Eusebio parùm favere, idq; ideò, qvod *Donationem* Constantini non gloriosè scripserit veram esse, vel omninò esse; ac deinde, quòd memoret, Const. M. non Romæ à P. R. sed Nicomediæ esse baptizatum.

§. Judicium Hieron. ad Pammach. tale extat: Ecclesiasticam pulchrè Eusebius *Historiam texuit: sed impietatis Arii apertissimus propugnator est.* Simile & Photius tulit Bibl. cod. 196. *ὁ περὶ τὴν ἱστορίαν οὐκ ἀναξιόπιστος, εἰ καὶ μὴ τὰ δόγματα Εὐσέβιος.* Quod vero Gelas. Can. Sancta dist. 15. ait *Historia Eusebij. Pamphili Apocrypha est*, id B. Rhenanus censet, *Non esset Gelasii, sed ab Asino quopiam adjectum.* Andr. Rivet. l. III. cap. II. censet, ideò Apocrypham dici, qvod meminit *Epistola Jesu ad Abgarum &c.* & quia *Origenem* laudat, ac Arianis favet.

§. Opera ejus, quæ nunc extant, sunt: *De Evangelicâ Præparatione lib. 14.*

De Evangelica Demonstratione lib. 10.
De Vitâ Constantini Cæsaris Lib. 4.
De Philosophorum dissensione. Lib. 1.
Historia Ecclesiastica Lib. 10.
Adversus Hierodem, Lib. 1.
Chronicam, interprete Hieronymo.

§. Ex hisce *Primi duo libri* ad nos imperfecti venerunt. Cœterum *CHronicon* semper à doctis magni fuit æstimatum, etsi incuria Librariorum multis locis vitiatum & corruptum. Edidit illud *Joseph: Scaliger*, & operosè restituit cum applausu orbis eruditi.

§. Anno 1628. Parisiis prodierunt, & additi sunt ante id nondum nisi *Libri* duo: (1.) Contra Marcellum Ancyranum, & (2.) Libri III. de Theol. Ecclesiastica, à Rich. Montacutio primùm eruti & Latinè versi. Sed cautè legendi, utpote in multis Arianizantes *Rivetus.*

§. Interfuit Synodo Nicenæ, & qvidem inter Præsidentes, ac præcipuæ auctoritate Doctores, ut testatur *Sozomen. l. 1. c. 19.* Formulam certæ Fidei, qvâ post istam Synodum nulla unquam extitit rectior, proprio symbolo confirmavit, etsi *Baronio* id non admodum placet. *T. III. Annal.* Magnam præterea sibi fuisse cum Cæs. Const. M. familiaritatem ipse testatur, et extant Epistolæ Imperiis ad ipsum L. *III. & II. & IV.*

§ Mortuus est paulò post, cum Athanasius literis Constantini junioris revocatus fuit ab exilio Trevirensi Alexandriam, circa A. C. 342. *Sozomen. l. III. cap. II. Centur. Magdeburg. lib. IV. cap. 10.*

JUVENCVS.

A. C. 330

A. C. 330. §. Gente Hispanus, Presbyter, ex illustri familiâ, vixit sub Constantino, uti annotavit Hieronymus. *Crinitus* censet, eum sub Constantio & Constante præcipue floruisse.

§ Scri-

§. Scripsit IV. Libros Carminum, qvibus Historiam Evãgelicam est complexus. De hisce *Hieronymus* ita ad *Magnum Epist.* Juvencus Presbyter Historiam Domini Salvatoris versibus explicuit, Nec pertimuit, Evangelii majestatẽ submetri Leges mittere. *Idem in Chronico* ait: sub anno Domini 332. Juvencus Presb. Evangelia Heroicis versibus explicat.

§. Extant hi libri in *8. Tomo Bibl SS. PP. Edit. secund.* & in Syntagmate Poëtarum Christianorum G. *Fabricii Chemnicensis.*

§. Crinitus de hoc Opere sic censet: Major *diligentia usus est in servandâ rerum Historia, qvàm in demonstranda ingenii sui elegantia.* Centur. Magdeb. l. IV. c. X. & Bellarmin. in *de S. E. A. C.* 330.

ANTONIUS. Abbas.

A. C. 330.

§. Autor Vitæ ipsius sub Athanasii nomine tradit, Neqvaquam claruisse scriptorum librorum memoria. *Hieron. in Catalogo* ait Dictasse eum Epistolas VII linguâ ægyptiaca, qvas ex Græco in Latinum controversas edidit *Syphortanus Camperius.* *Rivetus* censet, vix esse ea idẽ cum illis, qvas memorat Hieronym⁹. Extant in *Tom: 1. Orthodoxograph. & Bibl PP. Centur. Magdeb. l. IV. C. X. sic:* Parum videntur dignæ Antonio istæ Epistolæ, qvia sunt perpetua tautologia, Hos solum habentes eximium, qvod prædicant magnopere & extollunt Meritum Christi.

§. *Augustin. Prol. l 1. Doctr Christ.* ait: Antonius sine ulla scientia litterarum, Scripturas divinas & memoriter audiendo tenuisse, & cogitando intellexisse prædicatur. Idem confirmat *Sozomen. l. 1. c. 13* eum scil literas neq; scivisse, neq; curâsse. *Secrat. l 4. Cap 25.* scribæ. dixisse ad Philosophum mirantem, eum sine libris esse: *Liber meus, ô Philosophe, Natura est rerum, quæ mihi præsto est, qvotiescunq; sermones Dei legere voluero.*

§. Hodiè in *Bibl PP.* extant attributi ei á *Trittemio*. Sermonum Libri duo. Qvos Bellarminus censet esse spurios, & Ri-

 vetus

vetus confirmat, quia allegantur ibi longè posteriores Basilius, Nyssenus, Chrysostomus &c.

MACARIUS Senior

An. C. 340.

A. C. 340.

§. Antonii discipulus scripsit *Homilias 50.* ad Monachos. Leguntur hodiè in *Bibl. PP. Tom. 2. edit. 2.* Bellarminus. Prodierunt Francfurti *A. C. 1594.*

ATHANASIUS.

A.C. 340.

A. C. 326. al. 340.

§. Fuit Alexandrinus. De Parentibus, qvi aut qvales fuerint, certi nihil legitur. Forsitan puer adhuc iisdem orbatus, postmodùm ab Alexandro Episcopo loci educatus fuit. Memorabile est, qvod *Sozomen. l. 2. c. 16.* recenset, Puerum adhuc cum aliis A.C. 311. ad litus maris colludentem, Episcopum esse cæteris præfectum, ubi omnia ea, qvæ Episcopus in sacris solet, peregit, inter alia qvoq; baptizans pueros in nomine Patris, Filii & Sp. S. Qvem actum eminus Alexander inspiciens re compertâ, diligenter inqvisiverit. Qvomodo baptizâsset? Cumq; ritè administratum intellexisset, pro vero agnoverit; pueros non esse rebaptizandos statuens.

§. *Theodoret. l. 1. c. 25.* per omnes Gradus Ecclesiastici Ordinis cum admiratione versatum ad Episcopatum demùm ab Alexandro moriente evocatum cum *Sozomeno* scripsit *lib. 2. cap. 17.* qvamvis non nihil dissentiat *Epiphan. l. 2. Hær. 68.* Functus est illo Alexandrino Episcopatu ab A. C. 326. vel, ut alii, 333. ad annum C. 371. variè vexatus ab Arrianis.

§. Diacónus adhuc interfuit Concilio Niceno, disputans cum Arrio. Sunt qvi hic ab illo Confessionem scriptam existimant, qvæ posteà dicta fuit *Symbolum Athanasianum.* Ipse verò ob insignem Veritatis defensionem dictus est: *Propagnaculum Veritatis. Rivet. l. 3. cap. 4.* annotat, in multis Codd. MSS. non reperiri

riri.ipse statuit, esse genuinum. Sed *G. J. Vossius diss. de Symbol. p. m. 50. 44. & seqq.* id negat, qvia (1.) Athanasius abhorruerit à Novo Symbolo post Nicenum condendo. (2.) qvia ipse procul dubio Græcè scripsisset. (3.) Qvia in Vett. Codd. non extet. (4.) Quia apud ipsum Athanasium, nec qvenqvam *συγχρόνων* ejus fiat mentio. (5.) Nec in vitâ Athanasii qvidem. (6.) Neq; Orientales id agnoscant. (7.) Ideòq; censet, esse vel *Anastasii*, vel *Eusebij Vercellensis*, vel *Theologi Galli*. Sed qvicquid horum sit, *Certum est, in Ecclesia semper magnam obtinuisse auctoritatem.*

§. OPERA 5. Libri ejus Hodiè extant in IV. Tom. Sed qvorum media vix Pars Athanasii esse videtur. Cætera pleraq; sunt notha. Unde factum ajunt, ut Erasmus id sentiens curam omnem abjecerit, exclamans: *Ἅλις ἐρυός.* *Evagr. lib. III. c. XXXI.* observat, Nestorianos & Eutychianos multa Apollinarii scripta pro Athanasianis venditasse. Edita fuerunt omnia *Parisiis A. C.* 1572. Græco Latin. Deinde à Commelino *Heidelbergæ A. C.* 1600. Qvæ Editio auctior cæteris, *Possevino & Riveto* judice. Oper.

§. DUBIA sunt ista: Tractatus de incarnatione Christi Tom. I. *Perkinsus.* Dubia.

De Salutari adventu.
Sermo contrà Hæreses.
Oratio ad Maximum.
Ad Marcellinum, de Interpret. Psalmorum.
De Virginitate Sermo.
Testimonia è Sacra Scriptura.
Sermo de Passione domini.
Epistola ad Serapionem.
Epistola ad omnes fratres per Ægyptum.
Sermo de Deiparâ Virgine.
Sermo in illud Evangelii: *Qui dixerit &c.*
Disputatio in Niceno Conc. contra Arium.
Epistola ad solitariam vitam agentes.
Scriptum de vitâ Antonii.
Homilia de Semente.
Declaratio Levitici.
Epistola ad Felicem Papam.
Epistola ad Liberium Papam.

§. SPURIA. Liber de variis quæstionibus sacræ Scripturæ ad Antiochum Principē. Spuria.

Quest

Quæst. 16. de Veneratione crucis.
Tractatus de Definitionibus Theologicis.
Dialogi 7. de Trinitate.
Disputatio Laodiceæ habita de fide inter Arium & Athanasium.
Comment. in Epistol. Pauli.
Exhortatio ad Monachos.
Libellus de Passione imaginis Christi crucifixi in Berytho Syriæ.
Epistola ad Marcum Papam pro exemplaribus Niceni Concilii.
Epistola Secunda ad Serapionem de Spiritu Sancto. *Perkinsius.*

§ Prolixiùs hæc vide deducta per Tomos IV. integros à Riveto l.3.c.4.5.6. Bellarm. de S. E. p.100. sqq. Centur. Magdeb. l.4.c.10. qvibus adde Perkins. Tom.1. Oper. p.235.

§. Post varia exilia tandem restitutus Ecclesiæ suæ *A.C.* 362. juxta *Calvis.* postq; varios exantlatos fortunæ lusus & persecutiones superatas, *Orbis hicce Oculus, Confessorum Dux & Magister, sublimis Vox, Fidei Columen, Secunda Christi Lucerna, Præcursor,* ut vocatur à Gregorio Nazianz. A.C. 372 alii 373. die 2. Maii Alexandriæ, maximo bonorum omnium luctu, ex hâc vitâ decessit, cum Ecclesiæ suæ præfuisset sex annos integros. Vir *ἀθανασίᾳ* meritò dignissimus.

§. Scripta ipsius relicta postmodum in tantam venerunt æstimationem, ut non immeritò hic Cosmæ Abbatis cujusdam, cujus meminit *Baronius ad A. C.* 372. egregia sententia de istis commendatur: *Cum,* inqviens, *ex S. Athanasii opusculis aliquid inveneris, nec ad scribendum chartas habueris, in vestimentis tuis scribe illud.* Hanius.

A. C. 340.

JULIUS MATERNUS FIRMICUS.

§. Claruit sub Constantini & filiorum ejus imperio, *Julius Firmicus Maternus*, astrologus: quem Juniorem & Siculum & virum consularem nominant: & *libros 8. Matheseon*, de vi et potestate stellarum, ex Ægyptiorum & Babyloniorum traditione ad Mavortium Lollianum admodùm senex (ut paret ex *præf. l.1. &*

lib.1 & cap.4.) scripsit. Verùm is planè, ethnicus fuit. Ut patet ex singulis illius *libris 8.* & maximè ex *cap. 4. l. 1. & ex præfat. lib. 5.* ubi Planetas invocat. Et an is unqvam Christianam religionem amplexus sit, affirmare non possumus.

§. Fragmentum qvoddam libelli *Julii Firmici Materni*, Viri Consularis *de errore profanarum religionum*, ad Constantinum & Constantem Augustos, ad nos pervenit. Cum autem hic Christianus fuerit; & ad idola Gentilium tollenda Imperatores hortatus sit: alius â priori fuisse videtur. Sed ubi natus & ex qvibus parentibus, & qvomodo conversus & similia, cùm in historiis prodita non sint, judicare non possumus: nisi qvod ex eo libello constat, in Occidente alicubi eum fuisse. Prodiit nuper cum notis VVovverii. Vid. *Centur. Magd. lib. IV. cap. X.*

LUCIFER CALARITANUS.

Lucifer Episcopus Calaritanus, Athanasii æqvalis, ita Zelo fidei catholicæ ardens fuit, ut â sanctis Patribus etiam post Schisma factum, & sectam Luciferianam post se relictam, nō nisi timidè & dubitanter arguatur. *S. Ambrosius in orat. de Obitu Satyri*, Lucifer, *ait*, se â nostrâ tunc temporis communio e sejunxerat; qvanqvam pro fide exulavit, & fidei suæ reliqvit hæredes. *S. Hieron. in Dialogo contra Luciferianos prope finem*, Ventum est, *inquit*, ad asperrimum locum, in qvo adversum voluntatem & propositum meum cogor de beato Lucifero secus quicquam, quā & illius meritum, & mea humanitas poscit, æstimare &c.

§. Opera qvæ exstant, sunt ista.

Ad Constantinum Imperatorem lib. 2.	Quod moriendum sit pro filio Dei. 1.
De Regibus Apostaticis 1.	Epistola ad Florentium, 1.
De non conveniendo cum hæreticis, 1.	His additæ sunt Epistolæ Florentij ad Luciferum.
De non parcendo delinquentibus in Deum 1.	Item Epistolæ duæ S. Athanasii ad eundem Luciferum.

Item: Epistola Liberij Papæ ad Constantium Imperat.

Item Epistola Athanasiii ad servos DEI.

De quibus libris vel Epistolis nulla dubitatio mihi esse videtur, qvin sint eorum Auctorum, quorum nomina præferunt.

§. Impressi sunt hi libri Parisijanno 1568. opera Io. Tilii Episcopi Meldensis. *Bellarminus.*

A. C. 350.

VICTORINUS Afer.

A. C. 350.

§. C. Marius Victorinus, in Africâ natus, celebris Romæ Rhetorices professor fuit, sub Constantio *A. C. 354.* Cui ob ingenii laudem statua posita est in foro Trajani A. *C. 360.* Fuisse virum consularem tituli operum ostendunt. Æqualis ejus fuit Donatus Grammaticus, Hieronymi Præceptor.

§. Ad fidem Christi in extremâ senectute conversum, *Hieron. in Catalog.* scribit ac edidisse de Religione Christianâ nonnulla, qvæ ibidem recenset, *Opera* eius hodie extant *Tom. IV. Bibl.*

Scripta.

SS. PP. & inter *Orthodox. PP.* Suntq;:

Libri IV. adversus Arrium.
Hymni III. de Trinitate.
Carmen de Maccabæis.
De Generatione Verbi adv Candidum Arianum.
De recipiendo Homousio.

Qvæ omnia cautè sunt legenda, ait *Bellarm.* qvia Autor magis arti Rethoricæ, qvam S. Literis operam dederit. *Hieron. Praf. Comm. in Galat.* sic censet: *Occupatus ille eruditione secularium Litterarum Scripturas omninò sanctas ignoravit.* Cent. Magd. l. 4. c. 10. & Bellarminus.

An. C. 355.

HILARIUS Pictaviensis.

A. C. 355.

§. Sic dictus à patria in Gallia, Pictavio. In juventute Philosophis gentilibus operam suam locavit. Deinde jam senex incidens in Libros Mosis & Prophetarum Christianus factus,

al. qvo

aliqvo temporis interlapso spatio, defuncto Pictaviensis civitatis Episcopo, miro omnium bonorum applausu, ejus Ecclesiæ antistes *A C. 355.* creatur.

§. Inde periclitanti tunc Fidei velut præcelsa (ut apud *Hieronymum* vocatur) mirâ industria arbor præfuit: siquidem statim ac Episcopus factus supplicem libellum ad Imperatorem Constantium hoc ipso anno dedit, in qvo miserandum totius Ecclesiæ statum & faciem, graviter in Arianos simul, malorum horum auctores invehens, exposuit. A. C. 356. *in synodo Byterrenâ* in exilium missus fuit, in qvo tamen ut Gallorum suorum fidei, hactenus intemerate conservatæ consuleret ad eosdem *de synodis Commentarium* hoc ipso anno conscripsit.

A. C. 369. contra *Auxentium, Pseudo Episcopum Mediolanensem*, apud Imperatorem Valentinianum agens, ex simulata Auxentii sinceritate, ut calumniator & discordiarum autor jussus fuit Mediolano discedere, scripsit tamē postea *Epistolam ad omnes Episcopos & fideles, pro vitandâ Auxentii communione*; hæc Epistola fuit ultima ejus elucubratio.

§. Opera ipsius extant sequentia: *Scripta.*

De Trinitate libri 12.
Adversus Constantium Augustum 1.
Ad eundem 1.
Ad eundem alter.
Adversus Auxentiū Arianum, 1.
De Synodis adversus Arianos, 1
Ad Apram filiam Epistola.
Ad eandem Hymnus.
In Matthæum commentaria.
In psalmos aliqvot explanatio.
De Patris & filii unitate. 1.
De essentiâ Patris & filii 1
Ad Augustinum epistolæ 2.
Carmen in Genesin.

§. *SPURIA* Opera: *Spuria.*

Epistolæ Hilarij ad Abram filiam, et Hymno, qui eam seqvitur brevem hanc censuram Erasmus præfixit. *Hæc epistola merum est nugamentum.*

Hominis otiose indocti.

Liber de Patris & filii unitate.

Appendix de variis Christi cognominibus.

Hilarii Epistola ad Augustinum de reliqviis Pelagianæ hæreseos, & *alia brevior*, in qva Hilari9 proponit Augustino quæstiones aliquot, de quibus vult doceri.

Fragmentum Hilarii de rebus gestis in Concilio Ariminensi, editum nuper Parisiis sub titulo S. Hilarii, *à Nicolao Fabro*.

Genesis ad Leonem P.P. Carmine Heroico. Debetur Hilario Arelatensi.

Errores. §. ERRORES. Inter alia lib. 10. de Trinit. statuit, in Christo nullum fuisse sensum doloris in Passione: sed sicut telum transiret per aquam aut ignem, faceret quidem distractionem, sine sensu tamen vulneris. Ita Christum non sensisse dicit, illam, quæ in passione facta est, corporis lacerationem &c. prout postmodùm exinde hæresis Aphtartodocetarum nata, omnes itidem infirmitates & passiones à Christo removit, quanquam *Guilielmus Parisiensis* apud *B.D. Dorscheum in Theol. Zach. p. 1. differt. 11. p.* 266. testetur, se vidisse librum Hilarii, in quo illam sententiam de Christo retractavit.

§. Hoc ipso anno 369. Pictavis ex hac vitâ migravit. *Hieron. de Script. Ecclesiast.* Vir eloquentissimus & Latini sermonis adversus Arianos Tuba, it. Latinæ eloquentiæ Rhodanus ob docendi copiam & vehementiam audit. *Hanius. Rivetus. Bellarminus.*

PHOEBADIUS AGENNENSIS.

C. A. C. 360.

Phœbadius *Agennensis* in Galliâ eodem tempore quo S. *Athanasius* & sanctus *Hilarius*, adversus Arianos librum edidit. Meminit horum auctorum & librorum Sanctus *Hieronymus in lib. de Script. Ecclesi.* & libri ipsi nunc extant in *Bibliothecâ sanctorum Patrum tomo 4.*

PACIANUS EPISCOPUS BARCINONENSIS.

A. C. 380.

Scripsit *Epistolas tres contra Novatianos*, quarum meminit S.

Hieronymus in lib. de Scriptor. Eccles. Nunc verò in Bibliothecâ S. Patrum, & seorsim in editione Romanâ *Anni Dom. 1564.* non solùm extant *tres illæ epistolæ*, sed etiam *paranesis ejusdem Paciani ad pœnitentiam*, & *Libellus de Baptismo*. Obiit Theodosio imperante.

OPTATUS MILEVITANUS. A.C. 385.

Patria ejus fuit *Milevium* Numidiæ urbs, Parentes non exactè constant.

§. A juventute Philosophiæ & Theologiæ deditus fuit. Posteà ob eruditionem, morum sanctitatem & Zelum Episcopus Milevi in Numidiâ factus circa *A.C. 368.*

§. *Scripsit* sub valentiniano & Valente principibus *adversus Parmenianum Donatistam libros sex*, ut refert Hieron. in Catal. Et Optatus ipse, dum librorum suorum argumentum proponit, sex tantùm meminit. Additus tamen est *septimus*, qui suppositit° creditur à plerisq; fretis *Optati* ipsius & *Hieronymi* testimoniis.

§. In Scriptis autem dictis humanissimè tractat *Parmenianum*, Fratrem ipsum sæpiùs appellando, ut ita Charitate eum ad veritatem invitaret. *Casp. Barthius Adversar. lib. 29. c. 16. ita de eo*: Optatus est pius & elegans scriptor, & quod in eo dignum honore summo, summus argumenti artifex. Opera ipsius Lutetiæ sunt edita *Anno 1569. & 1631.*

§. Non diu suis scriptis supervixisse creditur, Post mortem autem magna ipsius apud posteros veneratio viguit.

§. Hoc opus *Optati* illustrandum suscepit *Carolus Albaspinæus Episcopus Aurelianensis* & Parisiis edidit in *folio*. Sed *Emericus Casaubonus* aliam editionem suscepit, quam emisit Londini anno 1631. cum notis suis. *Rivetus.*

TITUS BOSTRENUS.

Titus *Bostrorum* Episcopus vixit Imperatore Juliano, sed obiit sub Valente, ut *S. Hieron.* testatur *in lib. de Script. Eccl.*

§. Scripsit *egregios libros contra Manichæos*; è quibus tres

cum argumento *quarti* editi sunt *Ingolstadii anno* 1604. ab Henrico Canisio tom. 5. antiquæ lectionis.

§. Extant etiam ejusdem Titi *commentaria in Matthæum, & Lucam* impressa cum aliis quibusdam *Ingolstadii* apud *Sartorium*. Sed sunt *Supposititia*, utpote qvæ non possunt esse hujus Titi, qvi vixit anno 305. qvia autor passim citat *Chrysostomum, Cyrillum, Alexandrinum, & Pelusiotam*, qvi post Bostrensem floruerunt.

A. C. 365.

CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS.

S. Cyrillus Hierosolymæ Episcopus sub Constantio Episcopus factus, ac sæpè de sede ejectus, & sedi restitutus tandem Theodosio imperante obiit.

Scripta.

§. Scripsit in adolescentiâ Catecheses, qvæ nunc Latinè & Græcè exstant, Perkinso dubiæ sunt: Riveto interpolatæ p. 281. Fertur etiam ejus *Epistola ad Constantium* spuria de apparitione crucis: cujus Epistolæ *S. Hieronym. in lib. de Script. Eccl.* non meminit, sed nihil est cur improbetur. Prodierunt A. C. 1563. Catechef. *Illuminator. l. 18. & Mystagogicarum l. 5.* Græcè *A. C. 1564.* Parisiis *Gul. Morellius* edidit tantùm *l. 11. Illuminat. & 5. Mystagog.* & A. C. 1609. Joan. *Prevotius* edidit *18. Illuminat. & l. 5. Mystagog.*

Spuria.

§. Scripta spuria:

1. Epistola ad Constantium.

2. Epistola ad Augustinum *de miraculis Hieronymi*, qvam *Erasmus* judicavit à Rabula stultissimè & indoctissimè scriptam, qvi ob insignem infantiam nulli potest imponere, nisi sit *Morucho stultior*.

A. C. 365.

APOLLINARIUS.

Apollinarius *Laodicenus Episcopus* vixit à tempore Constantini Imp. usq; ad Theodosium Seniorem.

§. Incidit in errorem, *qvod in Christo non esset anima rationalis.*

§. Scripsit innumerabilia, *teste S. Hieron. in lib. de Script.*

Eccle-

Eccl. & S. Basilio epist. 72. ubi dicit Apollinaré fuisse nimis promptum ad scribendum & mundum totum libris suis replevisse, sed libris parùm consideratè scriptis. Ex qvibus nunc solùm extant *Psalmi Davidis ab ipso carmine Heroico descripti*, & Parisiis impressi *Ann. 1580.*

EPHREM SYRUS.

A. C. 365.

Ephræm (sive, ut *alii scribunt*) Ephraim Syrus, fuit Edessenæ Ecclesiæ diaconus, qvi Constantino M. Imperatore natus, vixit ad Valentis usq; tempora. Hic multa Syro sermone composuit, & ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publicè in qvibusdam Ecclesiis ejus scripta recitarentur.

§. Volumen illud cujus meminit *Hieron.* hoc tempore nō extat, nec commentarius in Genesin, qvem toties citat *Moses ille Barcepha*, cujus *de Paradiso liber* è Syriacâ linguâ in latinam conversus est ab *Andreâ Masio*, & Plantinianis typis excusus *an. 1569.* §. Opera.

§. *Gerardus Vossius Tungrensis* Præpositus A.C. 1603. undiq; conquisitas Ephræmi lucubrationes Græcè extantes in variis bibliothecis latinitate & luce donavit, & scholiis illustravit, qvas primò *Romæ*, deinde *Coloniæ* ann. 1603. editas *tribus tomis* pro genuinis Ephræmi operibus obtrusit. *Rivetus.*

§. In plerisq; illorum sermonum, qvi Ephræmi nomine circumferuntur non reperitur illud acumen sublimis ingenii, qvod *Hieron.* etiam in translatione Græcâ *lib. de Spir. S.* notavit, nec aliqvod dignum qvod post lectionem scripturarum publicè in Ecclesiis recitaretur, qvod de genuinis autoris libris aliqvando factum est, nisi fortè illud Scripturis consonum probetur, qvod damnati in inferno, exclamabūt invocantes sanctos omnes. *Salvete omnes Sancti, salvete Apostoli, Prophetæ ac Martyres, salve Patriarcharum coetus, salve Monachorum agmen, salve & tu Domina Sancta DEI genitrix Virgo &c.* An qvi in inferis sunt, laudant Dominum in Sancti ejus? *Idem.* §. Dubia.

BASILIUS MAGNUS.

A. C. 370.

Patria ipsius fuit *Nyssa*, Cappadociæ oppidum. Pater ipsius nomine *Basilius* ex Helenoponto, oppido Ponti, primùm Scholæ Nyssenæ Rector fuit, postmodum ex Ludi-moderatore factus est Presbyter, & tandem *Episcopus Cæsariensis*, à qvo Basilius pietatis & doctrinæ literarum rudimenta addiscere potuit. Mater verò *Eumelia* dicta ex Cappadociâ orta.

§. Perceptis sic â teneris pietatis & artium initiis in Scholam Cæsariensem Cappadociæ, deinde Constantinopolim, postmodùm, ut penitus consummaretur, Athenas, qvæ tum temporis florentissimæ erant, *circa A.C. 354.* missus fuit, ubi cum Gregorio Nazianzeno, qvi æqvalis Basilii & studiorum comes fuit, intimè vivens, Philosophiæ sub Præceptore Eubolo, qvem Basilius postmodum qvoq; convertit, & Theologiæ indefessam navavit operam, ut postmodum Christianorum Philosophus, & Philosophorum Christianissimus evaserit.

§. Hic ad evitandam simultatem inter ipsum & *Eusebium Cæsariensem* Episcopum (cui primùm adjutor in gubernatione Ecclesiæ datus erat) unà cum amicissimo sodali, *Gregorio Nazianzeno*, in Ponticas secessit A.C. 362. solitudines, inibiq; seorsim egit. Posteà revocatus, & mortuo *Eusebio*, qvanqvam invitus, eligitur *Episcopus Cæsariensis A. C. 369.* cui Ecclesiæ etiam ad finem usq; vitæ suæ præfuit, tantusq; fuit homileta, *ut ejus vitia qvoq; nonnulli imitarentur*: Qvalia erant: *luridus color, tardus incessus, vestis genus, in loqvendo tarditas & alia*, qvæ habet Gregor. Naz. *in Orat. funebri in obitum Basilii.*

§. Suspectus fuit erroris de *Spir. S. quod* aliqvando formulam hanc usurpâsset: *Gloria Patri per Filium in Spir. S.* formulâ alias tum temporis utebantur *Ariani* in Baptismate. Sed tamẽ pro Basilio Apologiam scripserunt *Gregor. Nazianz. Nyssenus & alii. Calvis. in Chronol. ad A. C. 371.*

§. Opera ejus sunt seqventia.

Tomi primi.

In opificium sex dierum homiliæ 11. aliis. 9.

In Psalmos homiliæ 17.

Variorum argumentorum homiliæ 28.

Tomi

Tomi secundi:
De Virginitate lib: 2.
De Paradiso 1. Homiliæ 4. alijs.
Contra Eunomium lib 3. aliis. 5.
Contra Sabellianos & Arianos lib. 1.
De Spiritu S. 1.
De libero arbitrio 1.
De baptismate. 2.

Tomi tertii.
Sermones ascetici 7.
De judicio Dei 1.
De Confessione fidei 1.
Moralium Summæ 80.
Quæstiones fuse explicatæ. 55.
Quæstiones compendio explicatæ (dubiæ) 313.
Constitutiones Monasticæ.

Quarti Tomi.
Epistolæ Basilii & Gregorii Theologi 180.
Epistola ad Chilonem de vita solitariâ.
Aliæ ejusdem epistolæ.
Oratio adversus eos, qui calũniantur, quòd tres Deos esse dicimus.

§. SPURIA & DUBIA sunt. *§ Dubia.*

1. Homilia 10. & 11. in Hexaëmeron.
2. Præfatio in Psalmos.
3. Homilia posterior de jejunio.
4. De Spiritu S. *Rivetus ἀντέχει*, *Baron.* & *Casaub.* admittunt pro genuino.
5 Præfatio in Ascetica, spuria.
6. Ascetica, s. quæstiones compendio explicatæ. dubium est, an sint Basilii.
7. Enarratio in Esaiam Prophetam.
8. Commentarius in Psalmos, spurius.
9. Conciones XXVIII. in appendice Basilii editæ, spuriæ.
10. Liturgiæ duæ sive de ritibus sacræ synaxeos, Spuriæ. *Mornæo l. 1. c. 6. de Missa.*

§. Insignis ipsius liberalitas atq; Charitas Christiana prædicatur, Cum enim A. C. 368. fames post hominum memoriam atrocissima, suos exagitaret Cappadoces, proprio minimè parcens patrimonio, in alendos pauperes illud liberalissimè erogavit. Sic & merito Constantia ipsius commendatur exinde: Præfecto enim Valentis Imperatoris (qui primum variis sermonum *Virtutes.*

 blan-

blanditijs ipsum persuadere volebat, postmodum etiam exilium ei minans, nisi postero die aliter sentiret) animosè respondit: *Postridiè idem ero, cave modò, tu ne animum tuum mutes, & ab eo, quod minatus es, desistas.* Baron. ad *A. C.* 371. Basilium vocat, *Doctrinæ palatium, Solem inter sidera & unum Cœlum complexu suo coërcentem.*

Errores. §. Desiderant alii hoc in eo, qvod *de libero arbitrio, & peccato originis* quandoq; incommodè & impropriè loquatur, qvæ dicta tamen *Augustinus contra Julianum* mitigare, & excusare conetur *Gerhard. in Patrol.* Sic etiam Monachismum nimis extollit, de qvo vid. *B. Chemnit. de Lect. Patrum.* & *Centur Magdeb. l. IV. cap. X.*

§. Tandem *A. C.* 378. ipsis Calendis Januarij, annis octo, mensibus sex & diebus sedecim, Episcopatu functus, maxime Christianorum & Ethnicorum luctu cursum vitæ suæ feliciter absolvit. Tanto autem funere à Cæsariensibus elatus est, ut præ nimio hominum concursu plurimi fuerint extincti. Varijs posteà à diversis cohonestatus fuit parentationibus.

§. Cæterum, ut habet *Baronius*, ex anonymo *Codice Vaticano*, constat, Basilium fuisse procero habitu corporis & recto, siccum, gracilem, colore fusco, vultu subpallido, justo naso, superciliis in orbem inflexis & adductis, cogitabundo similem, paucas in vultu habens rugas, easq; renidentes, genis oblongis, temporibus aliqvantum cavis, promissa barba & mediocri canitate.

A. C. 370.

GREGORIUS NAZIANZENUS.

Cognomento dictus fuit *THEOLOGUS*, De quo Sixtus *Senens. l. 4. Biblioth. tit: Gregor. Nazianz. ita*: Nazianzenus ab omnibus Græcis, ob singularem autoritatis suæ excellentiam, primus post Johannem Evangelistam, THEOLOGI ac MAGNI cognomento illustratus est. Patria ejus fuit *Nazianzum* Cappadociæ oppidum. Pater itidem dictus fuit *Gregorius*, qvi antea homo gentilis,

lis, tandem devotis piissimæ Uxoris, nomine *Nonnæ*, precibus, ad fidem Christianam conversus, non ita longè pòst in locum Episcopi, qvi eum baptizaverat, Episcopus ejusdem civitatis Naziãzenæ electus fuit.

§. Cum primùm scholæ Cæsareæ Palestinæ, postmodùm etiã scholæ Alexandrinæ auditor fuisset, tandem *circa A. C.* 354. Athenas studiorum gratiâ concessit, ibi non tantum cum Basilio M. (cujus contubernalis per 30. annos in diversis Academiis fuit) intimam aluit amiciciam, sed & Julianum, postmodùm Apostatam, qui & Athenis tunc aderat, ibi conspicatus, haud fallacem de eo nimirum, *ingens malum Romanorum terram in Juliano nutrire*, prodidit conjecturam.

§. Basilio Athenis discedente, Gregorio annum agenti ætatis 30 invito ab Atheniensibus fuit oblata Artis Oratoriæ Professio, qvi tamen, etsi dicendi facultate nemini secundus, paulò pòst inde se subducens, domum repetiit: Inde â Patre Gregorio ordinatus Presbyter, posteà cum amicissimo sodali *Basilio A. C.* 362. Ponti solitudinem petiit, in quâ meditationibus sdeditus, animam suam, ut loquitur Baron. exercitiis indesinentibus excoluit; exinde Parentem, amicorumq; hortatu, *A. C.* 366. revocatus, Patri seni fit adjutor in Ecclesiâ usq; ad A. C. 371. qvo postmodũ in *Episcopum Sasimorum*, deinde *Nazianzi* & demum *Constantinop.* electus fuit.

§. OPERA ipsius hæc sunt: Script.

Libri scripti solutâ oratione:	Orationes in dies festos 7.
Apologetici lib. 4.	Tractatus de fide 1.
Orationes ad diversos. 3.	Tractatus de fide Nicenæ Synodi. 1.
Orationes funebres 7.	Orationes variorum argumentorum. 17.
Oratio in laudẽ Heronis Philosophi. 1.	Ad Virginem exhortatio. 1.
Orationes de Pace. 3.	Metaphrasis in Ecclesiastem. 1.
Orationes s. libri de Theologiâ 5.	Epistolæ 80.
Orationes in Julianum Imp. 2.	
Ad Clidoniam epistolæ 2.	

Carmina.
Tragœdia, Christus patiens. 1.
De rebus suis. 2.
De variis argumentis V. & N. Testamenti. 9.
De Virginitate insigne Carmē, 1.
De Præceptis â virgine servandis. 1.
Spiritualia epigrammata. 13.
Sententiarum spiritualium carmine scriptarum libri 3.

Dubia. §. *Dubia & spuria* Opera:

1. Metaphrasis in *Ecclesiastem*.
2. De significatione in Ezechielem.
3. Tragœdia s. Tragicomœdia qvæ inscribitur CHRISTUS PATIENS.
4. Greg. Nazianzeni TESTAMENTUM.
5. Oratio 48. in laudem Martyrum.
6. Liber de Fide, qui latinè tantùm extat, interprete Ruffino, it: De fide Nicænâ, qvi â Latinis. MSS. non agnoscitur, ut annotârunt procuratores editionis ultimæ Parisiensis.

Virtutes. §. Inter Virtutes maximè eminet ejus Patientia, item Liberalitas in pauperes. Commendatur etiam a Placabilitate; cum enim sicarius qvidam ab Arianis, ad ipsum subægrotantem in lecto occidendum missus, in ipso cædis procinctu pœnitens, veniam ab ipso peteret, lubentissimo corde eundem dimisit. Sic & Concionibus suis sapientiam cum eloquentiâ mirificè copulavit, videre est hoc *in orat. funebri, in obitum S. Basilii*, quæ tàm insignis est, ut nescias utrum in eâ magis vitam *Basilii*, an verò artem dicentis mirari debeas. Constantinopoli ibidem subsistens, magnâ adeò autoritatem est consecutus, ut *Hieronymus* etiam Theologiæ discendæ gratiâ eò proficisceretur. &c.

§. Apostrophis suis floridis magis & Rhetoricis, qvàm Theologicis, occasionē multis dedit superstitionibus. *B. Chemnit. in Theol. Jesuit.* Sic qvoq; Baptismum in tertium usq; annum differendum esse statuit, & propterea rejicitur â *Jesuitâ Becano part. 4. Theol. Scholast.*

§. MORS Viri incidit in *A C. 389. die 9. Maji*, cum anteà lectulo detentus, efficacissimis sese sustentâsset dictis. Tanto au-

tem

rem post mortem nominis effulsit splendore, ut tàm Græcorum qvàm Latinorum insignibus celebratus fuerit præconiis, qvem & laudaverint Ecclesiæ hostes, ut inter alios *Eustorgius*. Extat in græco codice Vaticano, ut scribit *Baron. ad hunc annum*, ejus effigiei descriptio, qvâ dicitur fuisse staturâ mediocri, aspectu blando & svavi, subpallidus tamen subcalvus, barbâ non promissâ sed densâ, depresso naso, superciliis in rectum protensis, dextro oculo, cicatrice aliqvantùm contractâ &c.

DAMASUS. A. C. 367.

§. Scripta S. Damasi, Romani Pontificis sunt seqq:

1. Epistolæ ad Aurelium, Episcopum Carthaginensem.

2. Epistola ad Theophilum & Anysium.

3. Epistola ad Episcopos Numidiæ, qvæ tom. I. concil. extat, supposititia est.

4. Pontificale Damasi. Sed esse hunc librum Anastasii Bibliothecarii existimat Bellarminus, qvod ex parte verum est. *Rivetus*.

§. Obiit anno sexto Theodosii.

EPIPHANIUS. An. C. 370.

§. Patria ipsius fuit pagus *Besanduce*, in tractu Eleutheropolitano in Palæstinâ, ut scribit Sozom. l. 6. c. 32. & floruit sub Valente, Gratiano & Theodosio. Parentes fuerunt Judæo genere.

§. Præter 5. linguarum v. gr. *Hebea, Græca, Syriaca, Ægyptiaca* & *Latina* peritiam (qvâ etiam πεντάγλωττος appellatus fuit) in scriptis qvoq; Judæorum maximè versatus est. Ab adolescentiâ vitam agens monasticam, eandem qvoq; in Ægypto posteà longissimo tempore coluit: postmodum magnâ apud omnes veneratione florens, â Cypris electus fuit Salaminæ, primariæ totius Insulæ Urbis, Episcopus, in quâ sedit 36. annos. *Hanius*.

§. Opera ejus extant. Scripta.

Opus Panarium contra omnes hæreses, qvæ tunc ad 80 numerabantur.

Liber inscriptus ANCORATUS.

Anacephalæosis sive SUMMA PANARII.

De mensuris & ponderibus liber.

Historia brevis de Prophetarum vitâ.

Epistola ad Johannem, Episcopum Hierosolymitanum, â S. Hieron. latinitate donata.

§. *De his operibus nulla est dubitatio.*

§. Dicitur Epiphanius scripsisse Vitam S. Hilarionis: sed ea non extat.

§. Ad finem Epistolæ ad Joannem Constantinopolitanũ videtur aliquid additum ab Iconoclastis. *Bellarm. Rivetus.*

Editiones. §. Opera Epiphanii græcè excudit Joan. *Hervagius* Basileæ ann. 1544. & ibidem latinè Robertus *Winter*, ex interpretatione Jani *Cornarii* anno 1545. Optima editio est *Parisiensis Dion. Petavii 2. tomis.*

SPURIA. Sunt nonnulla in illo opere, qvod *Panarium* inscripsit, in qvibus exactius judicium in Epiphanio reqvirunt scriptores inter adversarios primarii *Melchior Canus & Cæsar Baroni9.*

§. *Isaacus Casaubonus in Baron. exerc. 15 an. 33. num. 13.* Vir maximus, *inqvit*, Epiphanius, sed qvem res arguit ipsa, levibus auditiunculis nescio unde acceptis, facile nimis aliqvando fidem habuisse. Non pauca etiam censura notavit *Petavius Jesuita* in suis ad Epiphanium *animadversionibus.*

§. *Sermonem de laudibus B. Mariæ Deiparæ* Dionysius Petavius in editione sua Epiphanii cum aliis qvibusdam in finem *Tomi secundi* rejecit, agnoscit ingenuè, cuivis potius qvam Epiphanio tribuendas esse. Nisi fortè alterius fuerint Epiphanii. Orationes, *inqvit*, illæ, qvæ Epiphanii nomine fucum jamdudum faciunt, satis cum stylo ipso, tum aliis qvibusdam indiciis, alterius vel Epiphanii vel autoris esse declarant. Hæc ille. *Aliæ Orationes* ejusdem generis sunt, *in festo Palmarum, in Christi sepulturam, resurrectionẽ, de Christi assumptione, de Christi resurrectione*, latinè tan-

Pre-

tum, ut & *libellus de Prophetarum vita & obitu*. Rainoldus. Petavius, Rivetus & *Perkinsus*.

§. A. C. 374. Scripsit suum ANCORATUM, qvi ita dicitur, qvod velut *anchora* esse deberet his, qvi volunt sanctam Patrum fidem ab initio usqve ad illud seculum in Ecclesiâ prædicatam cognoscere: eruditum planè opus, continens circa Articulum de Filio Dei, cùm orthodoxæ fidei adstructionem, tum hæresium omnium confutationem.

§. Non minus qvoqve æstimandum est, ipsius, ut vocat, PANARIUM, ad Archimandritas in Syria A. C. 375. *adversus hæreses 80.* scriptum, egregium itidem Opus. Interfuit A. C. 382. Concilio Romæ, solicitante Damaso, Pontifice Romano à Theodosio Imperatore in dicto ob turbas Antiochenas. A. C. 399. Ipse Concilium Episcoporum Cypri celebrat, & in eo lectionem librorum Origenis prohibet.

§. Fuit pius, beneficus, ut qvi facultates suas pauperib9 distribuit: Sic qvoqve Vir ingentis zeli adversus Arianos, qvi tamen ignominiam summam duxissent, si talem virum perseqverentur. *V. Centur. Magdeb. l. IV. cap. X.*

§. Inter errores refertur qvoqve *Confortatio Christi ab Angelo* in monte Oliveti facta, qvam glorificativam & laudativam fuisse ex *Deut. 32. 43.* (cum tamen Ebræus fons ibidem simpliciter fluat: הרנינו גוים עמו *laudate gentes & populus ejus*) Epiphanius noster in Ancor: *pag. 512.* Item, *hæresi 69.* statuit. *Hanius.* Errores.

§. Eô annô, qvo discesserat Constantinopoli, decrepitus ætate, diem suum nim. A. C. 402. obiit.

PHILO CARPATHIUS.

A. C. 374.

§. Philo *Carpathius* à S. Epiphanio Episcopus *Carpathi* insulæ Asiaticæ ordinatus est.

§. Extat hodie ipsius nomine *Cōmentarius in Cantic. Cantic.*

Tom.

Item: Epistola Liberij Papæ ad Constantium Imperat.

Item Epistola Athanasii ad servos DEI.

De quibus libris vel Epistolis nulla dubitatio mihi esse videtur, qvin sint eorum Auctorum, quorum nomina præferunt.

§. Impressi sunt hi libri Parisijanno 1568. opera Io. Tilii Episcopi Meldensis. *Bellarminus*.

A. C. 350.

VICTORINUS Afer.

A.C. 350.

§. C. Marius Victorinus, in Africâ natus, celebris Romæ Rhetorices professor fuit, sub Constantio *A.C.* 354. Cui ob ingenii laudem statua posita est in foro Trajani A. C. 360. Fuisse virum consularem tituli operum ostendunt. Æqualis ejus fuit Donatus Grammaticus, Hieronymi Præceptor.

§. Ad fidem Christi in extremâ senectute conversum, *Hieron. in Catalog.* scribit ac edidisse de Religione Christianâ nonnulla, qvæ ibidem recenset, *Opera* eius hodie extant *Tom. IV. Bibl.*

Scripta. *SS. PP.* & inter *Orthodox. PP.* Suntq;:

Libri IV. adversus Arrium.
Hymni III. de Trinitate.
Carmen de Maccabæis.
De Generatione Verbi adv Candidum Arianum.
De recipiendo Homousio.

Qvæ omnia cautè sunt legenda, ait *Bellarm.* qvia Autor magis arti Rethoricæ, qvam S. Literis operam dederit. *Hieron. Præf. Comm. in Galat.* sic censet: *Occupatus ille eruditione secularium Litterarum Scripturas omninò sanctas ignoravit.* Cent. Magd. l. 4. c. 10. & Bellarminus.

A. C. 355.

HILARIUS Pictaviensis.

A. C. 355.

§. Sic dictus à patria in Gallia, Pictavio. In juventute Philosophis gentilibus operam suam locavit. Deinde jam senex incidens in Libros Mosis & Prophetarum Christianus factus,

al.qvo

aliqvo temporis interlapso spatio, defuncto Pictaviensis civitatis Episcopo, miro omnium bonorum applausu, ejus Ecclesiæ antistes *A C. 355.* creatur.

§. Inde periclitanti tunc Fidei velut præcelsa (ut apud *Hieronymum* vocatur) mirâ industria arbor præfuit: si quidem statim ac Episcopus factus supplicem libellum ad Imperatorem Constantinum hoc ipso anno dedit, in qvo miserandum totius Ecclesiæ statum & faciem, graviter in Arianos simul, malorum horum auctores invehens, exposuit. A. C. 356. *in synodo Byterrensi* in exilium missus fuit, in qvo tamen ut Gallorum suorum fidei, hactenus intemerate conservatæ consuleret ad eosdem *de synodis Commentarium* hoc ipso anno conscripsit.

A. C. 369. contra *Auxentium, PseudoEpiscopum Mediolanensem*, apud Imperatorem Valentinianum agens, ex simulata Auxentii sinceritate, ut calumniator & discordiarum autor jussus fuit Mediolano discedere, scripsit tamē postea *Epistolam ad omnes Episcopos & fideles, pro vitandâ Auxentii communione*; hæc Epistola fuit ultima ejus elucubratio.

§. Opera ipsius extant sequentia: *Scripta.*

De Trinitate libri 12.
Adversus Constantium Augustum 1.
Ad eundem 1.
Ad eundem alter.
Adversus Auxentiū Arianum, 1.
De Synodis adversus Arianos, 1
Ad Apram filiam Epistola.
Ad eandem Hymnus.
In Matthæum commentaria.
In psalmos aliqvot explanatio.
De Patris & filii unitate. 1.
De essentiâ Patris & filii 1.
Ad Augustinum epistolæ 2.
Carmen in Genesin.

§. *SPURIA* Opera:

Epistola Hilarij ad Abram filiam, et Hymno, qui eam seqvitur brevem hanc censuram Erasmus præfixit. *Hæc epistola merum est nugamentum.* *Spuria.*

Hominis otiose indocti.

Liber de Patris & filii unitate.

Appendix de variis Christi cognominibus.

Hilarii Epistola ad Augustinum de reliqviis Pelagianæ hæreseos, *& alia brevior*, in qva Hilari9 proponit Augustino quæstiones aliquot, de quibus vult doceri.

Fragmentum Hilarii de rebus gestis in Concilio Ariminensi, editum nuper Parisiis sub titulo S. Hilarii, *à Nicolao Fabro*.

Genesis ad Leonem P.P. Carmine Heroico. Debetur Hilario Arelatensi.

Errores. §. ERRORES. Inter alia lib. 10. de Trinit. statuit, in Christo nullum fuisse sensum doloris in Passione: sed sicut telum transiret per aquam aut ignem, faceret quidem distractionem, sine sensu tamen vulneris. Ita Christum non sensisse dicit, illam, quæ in passione facta est, corporis lacerationem &c. prout postmodùm exinde hæresis Aphtartodocetarum nata, omnes itidem infirmitates & passiones à Christo removit, quanquam *Guilielmus Parisiensis* apud *B.D. Dorscheum in Theol. Zach. p. 1. dissert. 11. p.* 266. testetur, se vidisse librum Hilarii, in quo illam sententiam de Christo retractavit.

§. Hoc ipso anno 369. Pictavis ex hac vitâ migravit. *Hieron. de Script. Ecclesiast.* Vir eloquentissimus & Latini sermonis adversus Arianos Tuba, it. Latinæ eloquentiæ Rhodanus ob docendi copiam & vehementiam audit. *Hanius. Rivetus. Bellarminus.*

PHOEBADIUS AGENNENSIS.

C. A. C. 360.

Phœbadius *Agennensis* in Galliâ eodem tempore quo S. *Athanasius* & sanctus *Hilarius*, adversus Arianos librum edidit. Meminit horum auctorum & librorum Sanctus *Hieronymus in lib. de Script. Eccles.* & libri ipsi nunc extant in *Bibliothecâ sanctorum Patrum tomo 4.*

PACIANUS EPISCOPUS BARCINONENSIS.

A. C. 380.

Scripsit *Epistolas tres contra Novatianos*, quarum meminit S. *Hiero-*

Hieronymi in lib. de Scriptor. Ecclef. Nunc verò in Bibliothecâ S. Patrum, & seorsim in editione Romanâ *Anni Dom. 1564.* non solùm extant *tres illæ epistolæ*, sed etiam *parænesis ejusdem Paciani ad pœnitentiam*, & *Libellus de Baptismo*. Obiit Theodosio imperante.

OPTATUS MILEVITANUS.

A. C. 367.

Patria ejus fuit *Milevium* Numidiæ urbs. Parentes non exactè constant.

§. A juventute Philosophiæ & Theologiæ deditus fuit. Posteà ob eruditionem, morum sanctitatem & Zelum Episcopus Milevi in Numidiâ factus circa *A. C. 368.*

§. *Scripsit* sub valentiniano & Valente principibus *adversus Parmenianum Donatistam libros sex*, ut refert Hieron. in Catal. Et Optatus ipse, dum librorum suorum argumentum proponit, sex tantùm meminit. Additus tamen est *septimus*, qui supposititiꝰ creditur à plerisq; fretis *Optati* ipsius & *Hieronymi* testimoniis.

§. In Scriptis autem dictis humanissimè tractat *Parmenianum*, Fratrem ipsum sæpiùs appellando, ut ita Charitate eum ad veritatem invitaret. *Casp. Barthius Adversar. lib. 29. c. 16. ita de eo*: Optatus est pius & elegans scriptor, & quod in eo dignum honore summo, summus argumenti artifex. Opera ipsius Lutetiæ sunt edita *Anno 1569. & 1631.*

§. Non diu suis scriptis supervixisse creditur, Post mortem autem magna ipsius apud posteros veneratio viguit.

§. Hoc opus *Optati* illustrandum suscepit *Carolus Albaspinæus Episcopus Aurelianensis* & Parisiis edidit in *folio*. Sed *Emericus Casaubonus* aliam editionem suscepit, quam emisit Londini anno 1631. cum notis suis. *Rivetus.*

TITUS BOSTRENUS.

Titus *Bostrorum* Episcopus vixit Imperatore Juliano, sed obiit sub Valente, ut *S. Hieron.* testatur *in lib. de Script. Eccl.*

§. Scripsit *egregios libros contra Manichæos*; è quibus tres

cum argumento *quarti* editi sunt *Ingolstadii anno 1604*. ab Henrico Canisio tom. 5. antiquæ lectionis.

§. Extant etiam ejusdem Titi *commentaria in Matthæum, & Lucam* impressa cum aliis quibusdam *Ingolstadii apud Sartorium*. Sed sunt *Supposititia*, utpote qvæ non possunt esse hujus Titi, qvi vixit anno 305. qvia autor passim citat *Chrysostomum, Cyrillum, Alexandrinum*, & *Pelusiotam*, qvi post Bostrensem floruerunt.

A. C. 365.

CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS.

S. Cyrillus Hierosolymæ Episcopus sub Constantio Episcopus factus, ac sæpè de sede ejectus, & sedi restitutus tandem Theodosio imperante obiit.

Scripta.

§. Scripsit in adolescentiâ Catecheses, qvæ nunc Latinè & Græcè exstant, Perkinso dubiæ sunt: Riveto interpolatæ p. 281. Fertur etiam ejus *Epistola ad Constantium* spuria de apparitione crucis: cujus Epistolæ *S. Hieronym. in lib. de Script. Eccl.* non meminit, sed nihil est cur improbetur. Prodierunt A. C. 1563. Catechef. *Illuminator. l. 18.* & *Mystagogicarum l. 5.* Græcè *A. C. 1564.* Parisiis *Gul. Morellius* edidit tantùm *l 11. Illuminat.* & 5. *Mystagog.* & A. C. 1609. Joan. *Prevotius* edidit *18. Illuminat.* & *l. 5. Mystagog.*

Spuria.

§. Scripta spuria:

1. Epistola ad Constantium.

2. Epistola ad Augustinum *de miraculis Hieronymi*, qvam *Erasmus* judicavit á Rabula stultissimè & indoctissimè scriptam, qvi ob insignem infantiam nulli potest imponere, nisi sit *Morubo stultior*.

APOLLINARIUS.

A. C. 365.

Apollinarius *Laodicenus Episcopus* vixit â tempore Constantini Imp. usq; ad Theodosium Seniorem.

§. Incidit in errorem, *qvod in Christo non esset anima rationalis*.

§. Scripsit innumerabilia, *teste S. Hieron. in lib. de Script.*

Eccle-

Eccl. & S. Basilio epist. 72. ubi dicit Apollinaré fuisse nimis promptum ad scribendum & mundum totum libris suis replevisse, sed libris parùm consideratè scriptis. Ex qvibus nunc solùm extant *Psalmi Davidis ab ipso carmine Heroico descripti*, & Parisiis impressi *Ann. 1580.*

EPHREM SYRUS.

A. C. 365.

Ephræm (sive, ut *alii scribunt*) Ephraim Syrus, fuit Edessenæ Ecclesiæ diaconus, qvi Constantino M. Imperatore natus, vixit ad Valentis usq; tempora. Hic multa Syro sermone composuit, & ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publicè in qvibusdam Ecclesiis ejus scripta recitarentur.

§. Opera.

§. Volumen illud cujus meminit *Hieron.* hoc tempore nõ extat, nec commentarius in Genesin, qvem toties citat *Moses ille Barcepha*, cujus *de Paradiso liber* è Syriacâ linguâ in latinam conversus est ab *Andreâ Masio*, & Plantinianis typis excusus *an. 1569.*

§. *Gerardus Vossius Tungrensis* Præpositus A.C. 1603. undiq; conquisitas Ephræmi lucubrationes Græcè extantes in variis bibliothecis latinitate & luce donavit, & scholiis illustravit, qvas primò *Romæ*, deinde *Coloniæ* ann. 1603. editas *tribus tomis* pro genuinis Ephræmi operibus obtrusit. *Rivetus.*

§. Dubia.

§. In plerisq; illorum sermonum, qvi Ephræmi nomine circumferuntur non reperitur illud acumen sublimis ingenii, qvod *Hieron.* etiam in translatione Græcâ *lib. de Spir. S.* notavit, nec aliqvod dignum qvod post lectionem scripturarum publicè in Ecclesiis recitaretur, qvod de genuinis autoris libris aliqvando factum est, nisi fortè illud Scripturis consonum probetur, qvod damnati in inferno, exclamabũt invocantes sanctos omnes. *Salvete omnes Sancti, salvete Apostoli, Prophetæ ac Martyres, salve Patriarcharum coetus, salve Monachorum agmen, salve & tu Domina Sancta DEI genitrix Virgo &c.* An qvi in inferis sunt, laudant Dominum in Sancti ejus? *Idem.*

A. C. 370.

BASILIUS MAGNUS.

Patria

Tomi secundi:
De Virginitate lib: 2.
De Paradiso 1. Homiliæ 4. aliis.
Contra Eunomium lib 3, aliis. 5.
Contra Sabellianos & Arianos lib. 1.
De Spiritu S. 1.
De libero arbitrio 1.
De baptismate. 2.

Tomi tertii.
Sermones ascetici 7.
De judicio Dei 1.
De Confessione fidei 1.
Moralium Summæ 80.
Quæstiones fuse explicatæ, 55.
Quæstiones compendio explicatæ (dubiæ) 313.
Constitutiones Monasticæ.

Quarti Tomi.
Epistolæ Basilii & Gregorii Theologi 180.
Epistola ad Chilonem de vita solitariâ.
Aliæ ejusdem epistolæ.
Oratio adversus eos, qui calũniantur, quòd tres Deos esse dicimus.

§. SPURIA & DUBIA sunt. *§ Dubia.*

1. Homilia 10. & 11. in Hexaëmeron.
2. Præfatio in Psalmos.
3. Homilia posterior de jejunio.
4. De Spiritu S. *Rivetus ἐπέχει, Baron.* & *Casaub.* admittunt pro genuino.
5. Præfatio in Ascetica, spuria.
6. Ascetica, s. quæstiones compendio explicatæ. dubium est, an sint Basilii.
7. Enarratio in Esaiam Prophetam.
8. Commentarius in Psalmos, spurius.
9. Conciones XXVIII. in appendice Basilii editæ, spuriæ.
10. Liturgiæ duæ sive de ritibus sacræ synaxeos, Spuriæ. *Mornao l. 1. c. 6. de Missa.*

§. Insignis ipsius liberalitas atq; Charitas Christiana prædicatur, Cum enim A. C. 368. fames post hominum memoriam atrocissima, suos exagitaret Cappadoces, proprio minimè parcens patrimonio, in alendos pauperes illud liberalissimè erogavit. Sic & meritò Constantia ipsius commendatur exinde: Præfecto enim Valentis Imperatoris (qui primum variis sermonum *Virtutes.*

blanditijs ipsum persuadere volebat, postmodum etiam exilium ei minans, nisi postero die aliter sentiret) animosè respondit: *Postridiè idem ero, cave modò, tu ne animum tuum mutes, & ab eo, quod minatus es, desistas* Baron. ad *A. C.* 371. Basilium vocat, *Doctrina palatium, Solem inter sidera & unum Cœlum complexu suo coërcentem.*

Errores. §. Desiderant alii hoc in eo, qvod *de libero arbitrio*, & *peccato originis* quandoq; incommodè & impropriè loquatur, qvæ dicta tamen *Augustinus contra Julianum* mitigare, & excusare conetur *Gerhard. in Patrol.* Sic etiam Monachismum nimis extollit, de qvo vid. *B. Chemnit. de Lect. Patrum.* & *Centur Magdeb. l. IV, cap. X.*

§. Tandem *A. C.* 378. ipsis Calendis Januarij, annis octo, mensibus sex & diebus sedecim, Episcopatu functus, maximo Christianorum & Ethnicorum luctu cursum vitæ suæ feliciter absolvit. Tanto autem funere à Cæsariensibus elatus est, ut præ nimio hominum concursu plurimi fuerint extincti. Variis posteà à diversis cohonestatus fuit parentationibus.

§. Cæterum, ut habet *Baronius*, ex anonymo *Codice Vaticano*, constat, Basilium fuisse procero habitu corporis & recto, siccum, gracilem, colore fusco, vultu subpallido, justo naso, superciliis in orbem inflexis & adductis, cogitabundo similem, paucas in vultu habens rugas, easq; renidentes, genis oblongis, temporibus aliqvantum cavis, promissa barba & mediocri canitate.

A. C. 370.

GREGORIUS NAZIANZENUS.

Cognomento dictus fuit *THEOLOGUS*, De quo Sixtus *Senens. l. 4. Biblioth. tit: Gregor. Nazianz. ita:* Nazianzenus ab omnib9 Græcis, ob singularem autoritatis suæ excellentiam, primus post Johannem Evangelistam, THEOLOGI ac MAGNI cognomento illustratus est. Patria ejus fuit *Nazianzum* Cappadociæ oppidum. Pater itidem dictus fuit *Gregorius*, qvi antea homo gentilis,

lis, tandem devotis piissimæ Uxoris, nomine *Nonnæ*, precibus, ad fidem Christianam conversus, non ita longè pòst in locum Episcopi, qvi eum baptizaverat, Episcopus ejusdem civitatis Nazianzenæ electus fuit.

§. Cum primùm scholæ Cæsareæ Palestinæ, postmodùm etiã scholæ Alexandrinæ auditor fuisset, tandem *circa A. C.* 354. Athenas studiorum gratiâ concessit, ibi non tantum cum Basilio M. (cujus contubernalis per 30. annos in diversis Academiis fuit) intimam aluit amiciciam, sed & Julianum, postmodùm Apostatam, qui & Athenis tunc aderat, ibi conspicatus, haud fallacem de eo nimirum, *ingens malum Romanorum terram in Juliano nutrire*, prodidit conjecturam.

§. Basilio Athenis discedente, Gregorio annum agenti ætatis 30 invito ab Atheniensibus fuit oblata Artis Oratoriæ Professio, qvi tamen, etsi dicendi facultate nemini secundus, paulò pòst inde se subducens, domum repetiit: Inde à Patre Gregorio ordinatus Presbyter, posteà cum amicissimo sodali *Basilio A. C.* 362. Ponti solitudinem petiit, in quâ meditationibus deditus, animam suam, ut loquitur Baron. exercitiis indesinentibus excoluit; exinde Parentem, amicorumq; hortatu, *A. C.* 366. revocatus, Patri seni fit adjutor in Ecclesiâ usq; ad A. C. 371. qvo postmodũ in *Episcopum Sasimorum*, deinde *Nazianzi* & demum *Constantinop.* electus fuit.

§. OPERA ipsius hæc sunt: Script.

Libri scripti solutâ oratione:	Orationes in dies festos 7.
Apologetici lib. 4.	Tractatus de fide 1.
Orationes ad diversos. 3.	Tractatus de fide Nicenæ Synodi. 1.
Orationes funebres 7.	Orationes variorum argumentorum. 17.
Oratio in laudẽ Heronis Philosophi. 1.	Ad Virginem exhortatio. 1.
Orationes de Pace. 3.	Metaphrasis in Ecclesiastem. 1.
Orationes f. libri de Theologia 5.	Epistolæ 80.
Orationes in Julianum Imp. 2.	
Ad Clidoniam epistolæ 2.	

Carmina.
Tragœdia, Christus patiens. 1.
De rebus suis. 2.
De variis argumentis V. & N. Testamenti. 9.
De Virginitate insigne Carmē, 1.
De Præceptis â virgine servandis. 1.
Spiritualia epigrammata. 13.
Sententiarum spiritualium carmine scriptarum libri 3.

Dubia. § *Dubia & spuria* Opera:

1. Metaphrasis in Ecclesiastem.
2. De significatione in Ezechielem.
3. Tragœdia s. Tragicomœdia qvæ inscribitur CHRISTUS PATIENS.
4. Greg. Nazianzeni TESTAMENTUM.
5. Oratio 48. in laudem Martyrum.
6. Liber de Fide, qui latinè tantùm extat, interprete Ruffino, it: De fide Nicænâ, qvi â Latinis. MSS. non agnoscitur, ut annotârunt procuratores editionis ultimæ Parisiensis.

Virtutes. §. Inter Virtutes maximè eminet ejus Patientia, item Liberalitas in pauperes. Commendatur etiam a Placabilitate; cum enim sicarius qvidam ab Arianis, ad ipsum subægrotantem in lecto occidendum missus, in ipso cædis procinctu pœnitens, veniam ab ipso peteret, lubentissimo corde eundem dimisit. Sic & Concionibus suis sapientiam cum eloquentiâ mirificè copulavit, videre est hoc *in orat. funebri, in obitum S. Basilii*, quæ tàm insignis est, ut nescias utrum in eâ magis vitam *Basilii*, an verò artem dicentis mirari debeas. Constantinopoli ibidem subsistens, magnâ adeò autoritatem est consecutus, ut *Hieronymus* etiam Theologiæ discendæ gratiâ eò proficisceretur. &c.

§. Apostrophis suis floridis magis & Rhetoricis, qvàm Theologicis, occasionē multis dedit superstitionibus. *B. Chemnit. in Theol. Jesuit.* Sic qvoq; Baptismum in tertium usq; annum differendum esse statuit, & proptereà rejicitur â *Jesuitâ Becano part. 4. Theol. Scholast.*

§. MORS Viri incidit in *A C. 389. die 9. Maji*, cum anteà lectulo detentus, efficacissimis sese sustentâsset dictis. Tanto autem

tem post mortem nominis effulsit splendore, ut tàm Græcorum qvàm Latinorum insignibus celebratus fuerit præconiis, qvem & laudaverint Ecclesiæ hostes, ut inter alios *Eustorgius*. Extat in græco codice Vaticano, ut scribit *Baron. ad hunc annum*, ejus effigiei descriptio, qvâ dicitur fuisse staturâ mediocri, aspectu blando & svavi, subpallidus tamen subcalvus, barbâ non promissâ sed densâ, depresso naso, superciliis in rectum protensis, dextro oculo, cicatrice aliqvantùm contractâ &c.

DAMASUS. A. C. 367.

§. Scripta S. Damasi, Romani Pontificis sunt seqq:

1. Epistolæ ad Aurelium, Episcopum Carthaginensem.

2. Epistola ad Theophilum & Anysium.

3. Epistola ad Episcopos Numidiæ, qvæ tom. I. concil. extat, supposititia est.

4. Pontificale Damasi. Sed esse hunc librum Anastasii Bibliothecarii existimat Bellarminus, qvod ex parte verum est. *Rivetus*.

§. Obiit anno sexto Theodosii.

EPIPHANIUS. An. C. 370.

§. Patria ipsius fuit pagus *Besanduce*, in tractu Eleutheropolitano in Palæstinâ, ut scribit Sozom. l. 6. c. 32. & floruit sub Valente, Gratiano & Theodosio. Parentes fuerunt Judæo genere.

§. Præter 5. linguarum v. gr. *Hebea, Graeca, Syriaca, Ægyptiaca* & *Latina* peritiam (qvâ etiam πεντάγλωττος appellatus fuit) in scriptis qvoq; Judæorum maximè versatus est. Ab adolescentiâ vitam agens monasticam, eandem qvoq; in Ægypto posteà longissimo tempore coluit: postmodum magnâ apud omnes veneratione florens, â Cypris electus fuit Salaminæ, primariæ totius Insulæ Urbis, Episcopus, in quâ sedit 36. annos. *Hanius*.

§. Opera ejus extant. Scripta.

Opus Panarium contra omnes hæreſes, qvæ tunc ad 80 numerabantur.

Liber inſcriptus ANCORATUS.

Anacephalæoſis ſive SUMMA PANARII.

De menſuris & ponderibus liber.

Hiſtoria brevis de Prophetarum vitâ.

Epiſtola ad Johannem, Epiſcopum Hieroſolymitanum, à S. Hieron. latinitate donata.

§. *De his operibus nulla eſt dubitatio.*

§. Dicitur Epiphanius ſcripſiſſe Vitam S. Hilarionis: ſed ea non extat.

§. Ad finem Epiſtolæ ad Joannem Conſtantinopolitanû videtur aliquid additum ab Iconoclaſtis. *Bellarm. Rivetus.*

Editiones. §. Opera Epiphanii græcè excudit Joan. *Hervagius* Baſileæ ann. 1544. & ibidem latinè Robertus *Winter*, ex interpretatione Jani *Cornarii* anno 1545. Optima editio eſt *Pariſienſis Dion. Petavii 2. tomis.*

SPURIA. Sunt nonnulla in illo opere, qvod *Panarium* inſcripſit, in qvibus exactius judicium in Epiphanio reqvirunt ſcriptores inter adverſarios primarii *Melchior Canus & Cæſar Baroni9.*

§. *Iſaacus Caſaubonus in Baron. exerc. 15 an. 33. num. 13.* Vir maximus, *inquit*, Epiphanius, ſed qvem res arguit ipſa, levibus auditiunculis neſcio unde acceptis, facile nimis aliqvando fidem habuiſſe. Non pauca etiam cenſura notavit *Petavius Jeſuita* in ſuis ad Epiphanium *animadverſionibus.*

§. *Sermonem de laudibus B. Mariæ Deiparæ* Dionyſius Petavius in editione ſua Epiphanii cum aliis qvibusdam in finem *Tomi ſecundi* rejecit, agnoſcit ingenuè, cuivis potius qvam Epiphanio tribuendas eſſe. Niſi fortè alterius fuerint Epiphanii. Orationes, *inqvit*, illæ, qvæ Epiphanii nomine fucum jamdudum faciunt, ſatis cum ſtylo ipſo, cum aliis qvibusdam indiciis, alterius vel Epiphanii vel autoris eſſe declarant. Hæc ille. *Aliæ Orationes* ejusdem generis ſunt, *in feſto Palmarum, in Chriſti ſepulturam, reſurrectionē, de Chriſti aſſumptione, de Chriſti reſurrectione*, latinè tan-

Pre-

tum, ut & *libellus de Prophetarum vita & obitu.* Rainoldus. Petavius, Rivetus & *Perkinsus.*

§. A. C. 374. Scripsit suum ANCORATUM, qvi ita dicitur, qvod velut *anchora* esse deberet his, qvi volunt sanctam Patrum fidem ab initio usqve ad illud seculum in Ecclesiâ prædicatam cognoscere: eruditum planè opus, continens circa Articulum de Filio Dei, cùm orthodoxæ fidei adstructionem, tum hæresium omnium confutationem.

§. Non minus qvoqve æstimandum est, ipsius, ut vocat, PANARIUM, ad Archimandritas in Syria A. C. 375. *adversus hæreses 80.* scriptum, egregium itidem Opus. Interfuit A. C. 382. Concilio Romæ, solicitante Damaso, Pontifice Romano à Theodosio Imperatore indicto ob turbas Antiochenas. A. C. 399. Ipse Concilium Episcoporum Cypri celebrat, & in eo lectionem librorum Origenis prohibet.

§. Fuit pius, beneficus, ut qvi facultates suas pauperibus distribuit: Sic qvoqve Vir ingentis zeli adversus Arianos, qvi tamen ignominiam summam duxissent, si talem virum perseqverentur. *V. Centur. Magdeb. l. IV. cap. X.*

§. Inter errores refertur qvoqve *Confortatio Christi ab Angelo* in monte Oliveti facta, qvam glorificativam & laudativam fuisse ex *Deut.* 32. 43. (cum tamen Ebræus fons ibidem simpliciter fluat: הרנינו גוים עמו *laudate gentes & populus ejus*) Epiphanius noster in *Ancor. pag.* 512. Item, *hæresi* 69. statuit. *Hanius.* Errores.

§. Eô annô, qvo discesserat Constantinopoli, decrepitus ætate, diem suum nim. A. C. 402. obiit.

PHILO CARPATHIUS.

A. C. 374.

§. Philo *Carpathius* à S. Epiphanio Episcopus *Carpathi* insulæ Asiaticæ ordinatus est.

§. Extat hodie ipsius nomine *Cõmentarius in Cantic. Canticor.*

Tom. 1. Biblioth. SS. PP. Edit. 2. Bellarminus fatetur multa ex *Gregorio* inserta, qvæ cum reliqva interpretatione non multum cohærent. Idem annotavit *Martinus Delrio in Isag. Commentar. in Cantic. cap. 5.* At multò meliùs conjecissent, non fuisse Philonem Carpathium, sed alium multò recentiorem, ait, *Margarinus de la Bigne, Bibl. PP. edit. 3. Tom. 1.* Rivetus.

AMBROSIUS.

Circa A. C. 374.

A. C. 374. Mediolanensis, Natus fuit aut Romæ aut Treveris, aut Arelate ad Rhodanum, secundum nonnullos A. C. 333. sub Consulatu Delmatii atqve Xenophili. Pater ipsius itidem dictus fuit *Ambrosius*, aliis *Symmachus*, Galliarum olim Præfectus.

§. Hic ex Politico trium Provinciarum v. g. Insubriæ, Liguriæ & Aemiliæ Gubernatore A. C. 374. eligitur, qvanqvam maximè invitus Episcopus Mediolanensis. Cum enim Mediolanum, mortuo Auxentio Episcopo, tanquam Præfectus istius Provinciæ venisset, ut dissidia ob Episcopi novi electionem inter Orthodoxos & Arianos, conflata, sedaret, ibi cum alloqveretur plebem, subitò vox fertur infantis in populo sonuisse AMBROSIUM EPISCOPUM, adeò, ut statim mirifico omnium bonorum consensu, Episcopus, licet nondum baptizatus, fuerit designatus, & re inde delatâ ad Valentinum Imperatorem, ille summopere gaudens, tales à se esse constitutos Magistratus, qvi in Episcopos eligerentur, electionem approbavit, qvam in rem de seipso dicit *lib 1. offic. c 1.* Ego raptus à tribunalibus atqve administrationis Infulis ad sacerdotium, *docere vos cæpi, qvod ipse non didici.*

Opera. §. OPERA ejus hæc sunt: *Tomi primi Edit. Paris. A.C. 1540.*

De Officiis, lib.	3	† *De Pœnitentia.*	2
De Virginibus.	3	† *Exhortatio ad Pœnitentiam.*	1
ad Virgines exhortatio.	1	De Fuga seculi.	1
Institutio Virginis.	1	De bono mortis.	1
† *Ad Virginem devotam.*	1	*Tomi Secundi.*	
† *Ad Virginem lapsam*	1	† *De Vocatione gentium. lib. 2.*	
† *De Viduis*	1		

De vo-

(NB.) Ex his *Dubia* & *Spuria* signo Crucis notavimus, ut B. Lector sciat, qvod & in seqventibus attendet.

§. Hæc opera multorum recusa, *Romæ* in sex tomos distributa, non sine *auctario* prodierunt *ab anno 1579. ad annum usque* 1587, teste Possevino, qvi editionem illam in suo Appar. expendit præcipuè, qvam deinceps secuti sunt Pontificii typographi, qvi alibi eadem opera typis mandarunt. Tutiores editiones *Frobeniana* typographia ex *Desiderii Erasmi* & *Sigismundi Gelenii* ad M SS. exemplaria recognitione.

§. Inter adulterinos *Rivet. l. III, cap. 16. & seqq.* ut & *G. Perkins. Tom. 1. Oper.* recensent porrò sequentes:

Ep: 82. Vercellenses	In orationem Dominicam
Ad Demetriadem	In Epist. ad Ebræos.
De Passione Agnetis	In Apocalypsin
Sermo 90.	Virtutum & vitiorum conflict9
De Eusebio Vercellensi	De concordia Matthæi & Lucæ
Sermo ultimus	
De Baptismo Augustini	De Brachmanis.
Juxta *edit: Frobenii A. C. 1538.*	In Canticum Canticorum.

§. A tribus rebus perpetuò abstinuisse legitur, nimirum 1. ut nemini uxorem qværeret. 2. nulli militiam svaderet. 3. neqve ad convivium invitatus accederet. imperator *Theodosius* Ambrosii virtutum celsitudine commotus, publicè in summo Templo Constantinopolitanæ urbis exclamabat: Ἀμβρόσιον οἶδα μόνον ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον. *Ambrosium novi solum Episcopum nomine dignum.*

§. E vita cessit *A. C. 397. d. 4. April. cum Ecclesiæ* præfuisset annos 22. menses 4. minus tribus diebus: ejus vitæ cursus vix *sexagesimum quartum* annum inchoavit: Moriturus autem ad circumstantes dixit: *Non sic vixi, ut me pudeat inter vos vivere, neqve mori timeo, qvia bonum habemus Dominum. Possidonius.*

A. C. 380.

PHILASTRIUS Brixiensis.

A. C. 380.

Episcopus Brixiæ, tempore S. Ambrosii vixit. Scripsit libru *de hæresibus* usqve ad sua tempora; qvi liber extat *in Bibliotheca SS. PP. secundò edita, tomo 4.* Sed illud est observandum, multa à Philastrio inter hæreses numerari, qvæ verè hæreses non sunt, proinde cum prudentia legendus est. *Bellarminus.*

IDACIUS CLARUS.

A. C. 380.

Sive *Ithacius* Clarus Episcopus Hispanus. (1.) Scripsit *libros tres adversus Varimandum Arianum*, qvi extant *in Bibl. SS. PP. tom. 4. Edit. 2.* (2.) Scripsit etiam *Apologeticum adversus Priscilliani hæreses*, teste Isidoro de viris illustribus cap. 15. qvem librum extare non puto. Vixit circa annum Dom. 380. & in eo reprehensus, & punitus ab Episcopis fuit, qvod *Priscillianum* apud sæculares judices accusaverit, & occidi curaverit. *Bellarm. p. 234.*

GREGORIUS NYSSENUS.

Circa A. C. 380.

Frater *Basilii M.* fuit. Nyssa Cappadociæ oppido oriundus, ubi tamen nec natalis nec emortualis annus ab Historicis notatus est, *teste Hotting: Histor: Eccles. p. 1. pag: 165.* Vixit tamen adhuc & scripsit tempore Hieronymi, ut testatur *Hieronymus de Script: Eccles:* Pater dictus fuit *Basilius*, mater verò *Eumelia* vel *Emmelia*.

§. Rerum Theologicarum fuit peritissimus, unde apud *Zonaram t. 3. p. 3.* ὁ θεόλογος It: ὁ μέγας vocatur; præprimis verò cum plus satis, qvam deceret hominem Christianum, Rhetoricis disciplinis incumberet, à *Gregorio Nazianz:* reprehensus est, Epistolâ eâ de re ad illum scriptâ. Ex Rhetorices Professore in Episcopum Nyssæ constitutus fuit sub Valent. Imp.

§. Anno C. 378. interfuit Concilio Antiocheno, ubi ipsi cum aliis præclarioris nominis Episcopis, visitatio & emendatio Ecclesiarum Orientalium demandata e[illegible]. It: A. C. 381. *Concilio Constantinopolitano*, qvod est secundum Oecumenicum, coactum *contra Macedonium* & alios *Pneumatomachos*: In hoc Concilio scripsit *symbolum*, qvod summa deliberatione Patrum est examinatū, additaqve fuerunt verbis Symboli Nicæni, *Et in Spiritum Sanctū* seqventia: *Dominum & Vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas &c.*

§. Omnia, qvæ ad hoc usqve tempus edita sunt, & in Latinum conversa, excudit *Parisiis Claudius Morellius* OPERA.

 an-

anno CIↃIↃCV. Editioni præfuit *Fronto Ducæus* Jesuita, qvi nonnulla antea nunquam edita ex sua ipsius interpretatione addidit. Et tandem omnia, qvæ Græcè reperiri potuerant, ex eadem *Morelliana Typographia*, anno CIↃ IↃ CXVI. excudenda curavit. Extát ordine seqventi, in *Edit: Basiliensi A. C 1562.*

(Nota: Sygnū [†] notat libros spurios & supposititios.)

Epistola de nomine Christiani.
De Oratione Dominica. lib. *1.*
De Octo beatitudinib9 in cap: 5. Matth. 1.
Sermones de Nativitate.
De S. Stephano.
In sextum Psalmum.
De Octava.
De Pascha.
De Christi assumptione.
De Trinitate, & *quod Spiritus S. sit Deus.* †.
De eo, qvod non sint tres Dii.
De Differentia essentiæ & hypostaseos. †
De fide Trinitatis. †
In dictum Apostoli, tunc ipse filius subjicietur ei.
De Dormientibus †.
De Infantibus præmaturè raptis.
De resurrectione, Orationes 4
De Assumptione *D*omini.
In dictum Domini, qvatenus fecistis uni ex minimis his, mihi fecistis.
De Anima & resurrectione Disputatio.
De Trinitate contra Judæos.
De sancto Baptismate †
Orationes laudatoriæ, in Basil:
In 40. Martyres.
In Pulcheriam.
In Placillam.
In Gregorium Neocæsariensem. †
In Theodorum martyrem.
In Meletium.
†. *De* Imagine, *sive de creatione hominis, supplementum exaemerō Basilii.*
De Philosophia lib: 8. †
De Vita Mosis.
His adjecit *Cl. Rivet. l. III. cap. 23* seqventes libros dubios & supposititios, qui sunt:
De Virginitate.
Oratio Catechetica f. Magna.
De Occursu *D*omini & Simeonis.
Epistola ad Latoynum.

§. Cumprimis Epistolæ nonnullæ sunt lectu dignissimæ, qvas inter et ista habetur, qvæ inscribitur iis, qvi Peregrinationes versus Hierosolymam suscipiunt, à P. Molinæo Græcè & Latinè editæ et adversus effugia *Bellarmini* vindicatæ.

§. Erro-

§. Errores, qui ipsi tribuuntur à nonnullis, de Multiplicatione dæmonum, de Adami lapsu, annotavit *Rivetus l. 3. cap. 25.* Confer. *Centur. Magdeb. l. 4. cap. X.*

§. Mortis tempus exactè nescitur. Tradunt tamen obiisse alii A. C. 395. alii 96. d. IX. Martii, ut Martyrologium Latinum, vel d. IX. Januarii, ut Fastis Græcorum placet.

AMPHILOCHIUS.

A. C. 380. A. C. 380.

Episcopus Iconiensis, S. Gregorii æqvalis, qvem S. *Hieron.* in ep. ad Magnum parem doctrinâ sacrâ & profanâ facere videtur Basilio, & *Gregorio Nazianz.* cum de tribus his viris dicit, non facilè judicari posse, quid in illis primùm admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarum.

§. Extat quidem sub nomine Amphilochii vita *S. Basilii M.* sed haud dubio falsa vel supposititia. Uti quidem est *Juello sect. 33. Baronio tom. 4. an: Ch. 363 § 74. Riveto p. 361. Bellarmino p. 138. Possevino in appar. ad titul. Amphilochig. Vossio Histor. Græc. l. II. Cap. XIX.*

NECTARIUS CONSTANTINOPOLITANUS.

An. C. 381.

Ex genere senatorio adhuc catechumenus Constantinopolitanæ urbis Episcopus creatus est tempore secundi Concilii Universalis, id est *a. 381.* ut narrant Socrat. l. 5. *histor. c. 8. Sozomenus lib. 7. c. 8. & alii.*

§. Hujus extat HOMILIA unica; de festo *S. Theodori Martyris*, cur nimirum primo quadragesimæ sabbato celebretur, & de eleemosynâ & jejunio, Joachimo Perionio interprete, qvam profert etiam *Lipomanus tom. 5. ex Simeone Metaphraste.* Sed Cardinalis *Baronius* eam ab aliqvo ex recentioribus Græcis nonnihil depravatam fuisse existimat *tom. 4. annal. in anno 362.*

Circa A. C. 365.

DIDYMUS ALEXANDRINUS.

Hic *Alexandrinæ* civitati natales debet. *Anno* ætatis 5. oculos perdidit, nihilominus tamen lectore adhibito tanta addidicit, ut ob eximiam, conjunctam cum oculorum cœcitate peritiam cunctis evaserit admirabilis.

§. Non solùm cœterarum Artium atq; scientiarum, nec non Theologicæ facultatis & scripturarum interpretationis apicem attigit, sed & Geometricas perfectè assecutus fuit, quæ maximè alias visu indigent, disciplinas. *Theodor. Histor. Eccles. l. 3. c. 27.* Laudat ipsum *Hieronymus* ob ingenii perspicacitatem eximiam, & ob hanc, qvamvis cœcus esset, appellat eum *VIDENTEM*, oculosq; eum dixit habere Columbæ, qvi laudantur in *Cantico Canticorum* in sponsâ.

§. Hodie superest *Commentarius de Spiritu S.* quem Hieron. Latinitate donavit &c. Liber ejus *contra Manichaeos habetur* apud *Henr. Canisium tom. 5. antiq. Lect.*

§. Sed tantus Vir, quod dolendum, præcipitem sese dedit in Origenis errores, aliosq; secum traxit, imò causa fuit tot malorum, qvæ posteà acciderunt. *Baron. ad A. C. 372* Hanius.

§. Mors ejus ignoratur, hoc tantùm constat ipsum *A. C.* 392. Theodosij Imp 14. jam excessisse annum ætatis 83. putant tamen nonnulli, eum ad 90. circiter ætatis annum pervenisse, & ita diem suum obiisse *A. C. 396 juxta Calvis.*

A. C. circa 385.

HIERONYMUS.

Floruit *Anno* 14. Theodosii, ut ipse testatur. Natus est *Stridone* oppido in confinio *Dalmatiæ* & Pannoniæ, & quidem *A. C. 330 alii 329.* honestis parentibus, patre nimirum *Eusebio*.

§. Primùm Romæ cum Condiscipulo Bonoso, prædivite adolescente literas didicit, Donatum audivit, ac scholastico more lusit in controversiis declamandis. Postmodùm linguarum studio profectus est in Syriam, ut Bibliorum fontes propiùs aspicere, atq;

re,atq; intelligere posset, nam Latinè,Græcè, Hebraicè, Arabicè, Persicè, doctissimus fuit. Imprimis verò varias studiorum gratiâ & passim audiendi Doctores Ecclesiæ suscepit peregrinationes,quem in finem qvoq; circa *A.C.379.*Constantinopol in petiit,ad audiendum ibi *Gregor. Nazianz.* sacras literas interpretantem,item,licet jam senex esset, Alexandriam in Ægypto, ad audiendum Didymum cæcum A. C. 386. Sic & magno labore & pretio in Ebraicis literis nocturum habuit Præceptorem Judæũ, nomine Barrabanum.

§. Initiò sectans(multis priùs peragratisGræciæ,Asiæq; provinciis)vitam solitariam inEremoChalcidis,sub modij angustiâ tanquam lucerna latuit,postmodùm verò super candelabrũ in Ecclesiæ amplitudine collocata,longè lateq; mox splendoris sui radiis effulsit, siqvidem non diu post ab *Episcopo Antiocheno Paulino*,ordinatus fuit Presbyter A.C.378. Cui tamen sic ipse assensit,ut nihilominus contestaretur, se nolle alicui certæ ascribi Ecclesiæ,sed velle sibi liberum esse,qvò luberet, pergere. Qvod autem quidam fingant,ipsum quoq Cardinalatu Ecclesiæ Romanæ functum fuisse (*à qvibus decepti Pictores hominem exinde,Cilicio* & *purpurâ indutum & plerumq; in desertis agentem pinxerunt*) ab ipso rejicitur *Baronio ad A. C. 378.*

§. Præprimis verò cùm Romæ versaretur,*Damasus Papa* usus fuit ejus operâ in conscribendis Epistolis ad diversas Consultationes,ex diversis Ecclesiarum tàm Orientis qvàmOccidentis Conciliis,ad Sedem,ut loqvitur *Baronius*, Apostolicam (qvæ tamen tum temporis, utpote corrupta ambitione & luxu passim malè audiebat. *Binius in Notis ad Damas. col. 503.*) perlatas, inde apud omnes tantæ fuit æstimationis, ut qvi, cui decerneretur summa Cathedra, dignus fuerit visus. Romæ qvoq; varia tunc edidit scripta *adversus Helvicium, Jovinianum, Luciferianos &c* Mortuo verò Damaso, qvorundam Clericorum Romanorum invidiâ pulsus,& variis conviciis petitus *A. C. 385.* Româ discedit,tranquillam cogitans Hierosolymam mansionem. Qvo perlatus in agri Bethlehemitici qvodam Monasterio Biblia inter-

pretari

pretari aggressus est. *A. C. verò* 395. omnium Christianorum primus, sacra biblia ex Ebræo vertit latinè, & suâ versione antiquat eam, qvæ ex LXX. Interpretibus versa in usu erat: antiqva autem illa versio ex LXX. retenta fuit posteà in Psalmis, neglectâ versione Hieronymi. *D. Christ. Matthiæ Theatr. Histor. p.* 720.

§. *Opera S. Hieron.* novem tomis continentur in editione Lugdunensi anno 1530. In editione verò Romanâ *anni* 1565. & 1572. Mariani Victorii idem est *tomorum* numerus, sed qvæ prior editio conjecerat in 4. tomum, editio posterior conjecit in 8 & 9. & qvæ editio prior collocaverat in tomis 5, 6, 7, 8, & 9. posterior collocat in 4. 5. 6. & 7. *Marianus* verò *Victorius* Episcopus Reatinus nonnullis postremam adhibuisse manum visus est; cujus *Antonius Possevinus* in suo apparatu vestigia pressit, & novam *tomorum* distinctionem â *Victorio* institutam secutus est, qvâ in novum tomum rejecta sunt ferè omnia vel supposititia vel aliena, qvæ *quarto* tomo editionis *Basiliensis an.* 1553. Erasmi censurâ (qvam ibi qvisq; videre poterit) fuerant notata. Editiones sunt istæ *Basileensis* anno 1553. & 1565. *Lugdunensis* anno 1530. *Romana* 1565. & 1572. *Antwerpiana* anno 1579. Juxta editionem *Mariani Victorii* ordo librorum talis est;

Primi tomi.

Epistolæ Hortatoriæ, ut plurimum. 42.
Ad Heliodorum.
Ad Rusticum.
Ad Lætam.
Ad Salvinam.
Ad Ageruchiam duæ.
Ad Paulinum.
Ad Paulam & Eustochium nomine Marcellæ.
Ad Marcellam tres. al. IV. †
Ad Paulum Concordiensem.
Ad Theophilum Alexandr.
Ad Castrutium.
Ad Exuperantium.
Ad Julianum Diaconum.
Ad Virgines Hermonenses.
Ad Rufinum.
Ad Chromatium & alios.
Ad Antonium.
De Vitando suspecto contubernio.
Ad Sabinianum Diaconum.
Ad Nepotianum.
Ad Florentium duæ.
Ad Demetriadem. †
Ad Furiam.

In eo-

In eodem tomo.

Ad Gaudentium.
Ad Celantiam.
Ad Eustochium duæ.
Ad Lucinium.
Ad Abigaum.
Ad Julianum.
Ad Castorinam.
Ad Theodosium Monachum.
Ad Augustinum.
Ad Niscæam Diaconum.
Ad Chrysogonum.
Ad Rusticum.

In eodem tomo sunt epistolæ laudatoriæ, sive funebres numero 12.

In Nepotianum.
In Marcellam.
In Blæsillam.
In Asellam.
In Leam.
In Paulam.
In Lucinium.
In S. Paulum.
In Malchum.
In Fabiolam.
In S. Hilarionem.
In mulierem septies ictam.
Deniq; ad finem primi tomi est *liber de Script. Ecclesiast.* sive de *Viris illustribus.*

Secundi Tomi.

In hoc Tom. sunt libri contra Hæreticos vel Calumniatores.

Adversus Heloidium liber 1.
Adversus Jovinianum. lib. 2.
Apologia pro libris in Jovinianum.
Apologeticum ad Domnionem.
Ad Pammachium pro iisdem libris.
Adversus Vigilantium ad Riparium epistola.
Adversus Vigilantium liber 1.
Ad Marcellam adversus Montanum epistola.
Adversus Luciferianos Dialogus.
Ad Avitam contra Origenem.
Ad Joann. Hierosolymitanum Origenistam.
Ad Pammachium de erroribus Joan. Hierosolymit.
Ad Theophilum contra eundem Joan.
Apologiæ adversus Rufinum, lib. 3.
Ad Ctesiphontem adversus Pelagium.
Adversus Pelagianos lib. 3.
Ad diversos diversorum argumentorum epistolæ 30. nec non Epistolæ *Epiphanii, Theophili & Augustini* ad Hieronymum epistolæ 8.

Tertii Tomi.

In Tom. 3. sunt præfationes & quæstionum explicationes.

Ad Paulinum de libris divinæ scripturæ.
Præfationes in Pentateuchum.
In Josue.
In libros Regum. †
In librum Paralip. 2.
In Esdram.
In Tobiam.
In Judith.
In Esther.
In Jobum.
In Proverbia.
In Ecclesiasten.
In Cantica.
In Esaiam.
In Hieremiam.
In Ezechielem.
In Danielem.
In IV. Evangelia.
Sequuntur in eodem tom. explicationes quæstionum â diversis propositarum.
A Damaso.
A Dardano.
A Vitali.
Ab Amando.
A Minerio & Ab Alexandro.
A Cypriano.
A Paula Urbica. †
Ab Evagrio.
A Marcellâ.
A Sophronio.
Ab Hedibia.
A Principiâ Virgine.
A Fabiolâ.
A Rufino.
A Suniâ & Fretellâ.
Ab Algasiâ.
A Paulino.
A Desiderio.
Deniq; sunt in eodem tomo Traditiones s. Quæstiones Ebraicæ.
In Genesin.
In Libros Regum.
In Libros Paralipomenon.
It. libri de locis Hebraicis, & nominibus Hebraicis quæ in omnibus libris V. &. N. T. occurrunt.

Quarti Tomi.

In 4. tom. sunt Commentaria in qvatuor *Prophetas* Majores, & *Threnos Hieremiæ.* †.

Quinti Tomi.

In 5. Tom. sunt Commentaria in Ecclesiastem & 12. Prophetas minores.

Sexti Tomi.

In 6. Commentaria in Matthæū, in epistolas ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum, ad Philemonem. Liber Didymi de Spiritu S. ab Hieron. latinus factus.

Septimi Tomi.

Commentaria in Psalmos omnes. †.
Versio S. Hieronymi ex Ebræo.

Octavi Tomi.

In

In Job commentaria Bedæ. †.
In Proverbia commentaria Bedæ.
In Cantica Homiliæ Origenis. †.
In omnes Pauli epistolas commentaria, falsò attributa Hieronmyo.

Noni Tomi.

In 9. tom. sunt multa aliorum ut Eusebii Cæsariensis, Rufini, Augustini, Gennadii & aliorum, de qvibus nullum est dubium.

Epistolæ spuriæ.

§. *Manifestè falsa inter* Epistolas numerantur ista.
Ad Demetriadem de Virginitate epist. *1.*
Ad Geruntii filias de contemnẽdà hæreditate Epist 3. qvæ Pelagiana est *Bellarmino.*
Ad Marcellam, ut adversa tolleret, exhortatio. epist. 4.
Ad Virginem in exilium missâ Consolatio. epist. 5.
Ad Amicum ægrotum ep. 6.
Ad amicum ægrotum de viro perfecto epist. 7.
Institutio amici in scientiâ divinæ legis epist. 8. quæ *Bellarm.* Pelagiana est.
De tribus Virtutibus epist. 9.
Ad Paulam & Eustochium de assumptione *B.* Virginis ep. 11.
De honorandis parentibus ep. 12.
De 7. gradibus Ecclesiæ ad Rusticum Narbon. Episc. c. 7. cõtinens epistol. 13.
Virginitatis laus ad Mauritii filiam. ep. 14.
De iis, qui DEO in scripturis sãctis atrribuuntur. epist. 15.
Damasi symbolum. ep. 16.
Symboli explanatio ad Damasum ep. 17. Est Pelagii Hæresiarchæ.
Explanatio Fidei ad Cyrillum. ep. 18.
Ad Præsidium Diaconum de Cereo Paschali epist. 20.
De Verâ Circumcisione ad Therasiam ep. 21.
De celebratione Paschæ. ep. 22.
In Susannam lapsam objurgatio. 23.
Ad Evagrium obiurgatio, qvod Levitam lapsum non sit consolatus. 24.
Hortatio ad militem seculi, ut Christo militet. 25.
De 10. tentationibus pop. Israëlitici. 26.
Explanatio in Psal. 40. ep. 27.
Explanatio in Psal. 117.
Ad Dardanum de diversis generibus Musicorum. ep. 28.
De resurrectione Domini. 29.
De nativitate Domini sermo. 30.

Scrip-

Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogus ad Desiderium.
Ad Paulum & Eustochium de Virtute Psalm. Ep. 5.4.
Ad Damasum de oblatione altaris. ep. 55.
Regula Monachorum 41. capita continens.
Chromatii & Heliodori Episcoporum ad Hieron. Ep. 56. & Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum ep. 57. *quas esse suppositicias Baron. ostendit annal. tom. 4. ann. 388 sect. 101.*
De nativitate S. Mariæ ep. 58.
Eusebii de morte Hieronymi ad Damasum epist. 59.
August. ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcop. *De miraculis Hieronymi.*
Cyrilli Episcopi Hierosolymitani ad Augustinum Episc: Hipponensem de miraculis Hieronymi epistola.
Vita D. Hieronymi incerto autore.
Epistola Hieronymi ad Augustinum: *Qui in orbe &c.*
Alia ad eundem. Anno præterito.
Epistola ad Apronium.
Epistola ad Theophilum. Beatitudo tua.
Epist. ad Celantium. *Comitis Liber* quem Micrologus *Lectionarium* vocat, c. 25. fertur sub nomine Hieronymi sed auctoris est multò recentioris. *Rivetus* & *Perkinsus.*

§. Ad simultatem usq; D. Hieronymus cum Augustino disceptavit de *Paulo Apostolo*, qvod reprehenderit Petrum: Hieronymo contendente, simulationem qvandam fuisse, nec reverà Petrum reprehendisse, sed Augustinus fortioribus argumentis contradixit.

§. ELOGIUM ipsi tribuitur tale: *Nullus hominum scivit, qvod Hieronymus ignoravit.*

§. In suis scriptis nimis duriter loqvitur, v. gr. *De actu debiti conjugalis, quasi eo tempore Spiritus S. præsentia non daretur,* etiamsi esset Propheta, qvi generationis officio obseqveretur; ut ipse loqvitur: Sic quæ de Providentiâ divinâ, circa res viles & abjectas quam hoc modo *FATUAM ADULATIONEM* appellat, senserit, etiam constat super cap. 1. Habac. ut alia taceamus. v. gr. quæ habet de *Virginitate*, quâ cû contumeliâ Conjugii laudat, dû etiam eam *meretricem* vocat, quæ post primas nuptias nubit, &c.

Cultibus *quoq; electitiis* meritum quoddam arrogat: non hominibus tantùm sed etiam Angelis sanguinem Christi profuisse dicit. l. *1. Comment. in Epist. ad Ephes. c. 1.* Sic etiam erroris Aëriani accusatur â *Michaele Medinâ* referente *D. Botsacco ex Gregor. de Valent. Tom. 4. Colleg. 240. &c.* unde nota *Alphonsi de Castro* judicium de Hieron, ita autem ille *lib. 6. adversus hæreses; tit: Episc.* Ego certè doctrinam B. Hieronymi summè extollo, ejus sanctitatem maximè veneror, sic tamen ut putem eum hominem fuisse, qui cum hic ageret, falli potuit.

MORS. §. Tandem verò *Magnus* hic *Doctor* Ecclesiæ, hæreticorum infatigabilis hostis, Christiani Orbis Oraculum; ut vocatur *Baron. A. C. 420. alii 422.* Bethlehemi è vitâ discessit, ubi & d. 30. Septembr. sepultus est anno ætatis suæ 91. qvanqvam hic varient.

§. *Lampas Mundi, Magister Catholicorum post* obitum vocatus est. Qvod autem ejusdem imago, unà cum Leonis effigie antiquitùs in Ecclesiâ pingi consuevit, hieroglyphicum id est, ejus in hæreticis insectandis infracti roboris & vehementis in eos, instar Leonis, rugitus, clamoris. *Baron. ad Ann: C. 420. Hanius.*

RUFFINUS.

Ruffinus Presbyter Aquileiensis S. Hieronymi qvondam amicissimus, deinde æmulus factus scripsit.

1. Libros duos historiæ Ecclesiasticæ.
2. Explicationem Symboli Apostolici.
3. Aliqvot Commentaria in Psalmos 75. editi Lugduni anno 1570. †.
4. Invectivas duas in S. Hieron: & Apologiam pro Origene.
5. Epistolas multas.
6. Sententias, spurias.
7. *Recognitiones Clementis,* } dubiæ. †.

Bellarminus. Rivetus.

GAUDENTIUS BRIXIENSIS.

S. Gaudentius successor Philastrii in Episcopatu *Brixiæ* scripsit utilissimos tractatus de variis argumentis, qui extant *tom. 2. Bibliotheca S. patrum edit. 2.*

De dedicatione Basilicæ, tractatus unus.
De Pascha in Exodum, 7.
De lectione Evangelij, 2.
De exodo iterum. 1.
De paralytico. 1.
In illud, Nunc judicium est mũdi. 1.
De promissione Paracleti. 1.
De Maccabæis Martyribus. 1.
De villico iniquitatis ad Germinium, 1.
In illud, Pater major me est, 1.

Bellarminus.

AUSONIUS POETA. A.C. 390.

Magister fuit Gratiani Imperat. â quo & consul creatus est, anno *Dom.* 379.

§. Scripsit multa profana. Scripsit etiam

1. Epistolas aliqvas carmine ad S. Paulinum Nolanum.
2. Precat. Matutin. ad *DEUM*, qvæ sub ejus nomine extat apud Paulinum.
3. Carmen egregium de Resurrectione *Dominica*. *Ex* quo Christianus fuisse intelligitur, qvamvis de *DIS* gentium nonnulla scripserit more Poëtarum.

§. Editio scriptorum optima est, qvam dedit *Joseph. Scaliger.*

AURELIUS PRUDENTIUS. A.C. 390.

§. Natus fuit *A.C.* 348. & floruit sub Theodosio seniore & ejus filiis. Patria ipsius fuit Cæsar-*Augusta*, hodie Caragoca, Regni Arragoniæ caput.

§. *Ab* ineunte ætate Pöësin excoluit.

§. Scripta ejus sunt:

Psychomachia de pugna fidei, & idololatriæ; pudicitiæ et libidinis;

nis patientiæ & iræ; superbiæ & humilitatis; luxuriæ & sobrietatis; avaritiæ & largitatis; concordiæ & discordiæ.

Liber Cathemerinon, id est, rerum diurnarum, in qvo continentur hymni â matutino ad vespertinum.

Liber Peristephanon, id est, de Coronis, in quo sunt laudes multorum martyrum S. Laurentij, S. Vicentii, S. Eulaliæ, S Petri & Pauli, S. Agnetis, S. Cypriani, S. Cassiani, aliorum.

Apotheosis i. e. de divinitate, ubi sunt hymni in infideles, in hæreticos Sabellianos, in Judæos. it. de natura animæ, & de resurrectione carnis.

Hamartigenia i. e. de Origine Peccatorum, contra Marcionem. Libri duo contra Symmachum.

Enchiridion V. & N. Testamenti, & de Opere sex dierum.

§. Enchiridii, quod in *Bibliothecâ SS. Patrum tribuitur Amano*, initium est, Eva columba fuit. Extat inter Opera Prudentii.

§. *David Chytræus* in *Regul Studior. p. 184* ita de eo: Viget & spirat ardor pietatis, & eruditio & gravitas Christiana & flexanima divinitus efflati pectoris eloqventia, ad ciendos in animis legentium affectus pios efficatissima. Editio optima est *Jo. Weizii.*

A. C. 398.

JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

Propter admirandam eloquentiam dictus fuit *Chrysostomus* h. e. *aurei oris Doctor* it: χρυσοῤῥήμων teste *Sozom. l. 8. Histor. c. 10. It: Demosthenes Christianorum.* Antiochiæ lucem hanc aspexit *A. C.* 355. alii 354. Et qvidem ex nobili familiâ. Pater ipsius dictus fuit SECUNDUS. Mater verò ANTHUSA sive ANCHUSA.

§. Libanius Syrus Sophista de Successore interrogatus, respondit: ἰωάννην εἰ μὴ χριστιανοὶ τοῦτον ἐκόλησαν: *Johannem fo renisi hunc sacrilegio Christiani surripuissent.* Hotting. ex Sozomeno.

§. Primùm causas oravit in foro, posteà factus Monach⁹, brevi temporis dein per omnes Ecclesiasticos gradus transiit. Pri-

mum

mum Ecclesiæ Antiochenæ *Lector*, postmodum ejusdem *Diaconus* per annos qvinq;, annum agens ætatis 27. constitutus est. Mortuo vero *Paulino A.C.386.* Presbyter ab Evagrio (alii ut *Baronius* â Flaviano alterius partis Catholicorum ejusdem Civitatis antistite) fuit ordinatus, in qvo Presbyteratu 12. annos exegit. Tandem verò defuncto *Nectario Episcopo Constantinop*: A.C.398 d.26. Febr. eandem sedem obtinuit, invito licet populo Antiocheno & Theophilo Alexandriæ Episcopo.

§. *Editiones Opp.* Chrysostomi procuraverunt *Basilea a.* 1558. *Venetiis* 1574. *dein Heidelbergæ* Hieronymus *Cornelius a.* 1596. Posteà *Lutetia Parisiorum* Fronto Ducæus, & plenissimam omnium deniq; editionem dedit *Londini Anno 1631. Henricus Savilius.*

§. OPERA ipsius 5. tomis comprehenduntur: OPERA.

Tomi primi.

In Genesin Homiliæ. 67.
In Psalmos Homiliæ. 26.
In varia loca V. T. 52.
Ex quibus V. sunt de Visione Esaiæ.

Tomi secundi

In Matthæum homiliæ. 89.
In eundem operis imperfecti hom. 54.
In varia loca Matth. hom. 26.
In Marcum hom. 14.
In varia loca Lucæ hom. 7.

Tomi tertii.

In Johannem homil. 87.
In varia loca Johann. hom. 6.
In acta Apostolorum hom. 51.
Conciones de sacris feriis. 32.
In varia loca Pauli hom. 14.
In quibus sunt multæ de laudibus Pauli.

Tomi qvarti.

Commentaria per homilias in omnes epistolas B. Pauli.

Tomi quinti.

Ad populum Antiochenum hom. 80.
De sacerdotio dialogi s. libri. 6.
De compunctione cordis, lib. 2.
De providentiâ Dei, lib. 6.
De orando Deo, lib 2.
De comparatione Regis & Monachi. 1.
Contra vituperatores vitæ monasticæ. 3.
Contra gentiles s. in Babylam mart. 1.
De pœnitentiâ sermones. 12.
Adversus Judæos & hæreticos, serm. 15.

Circa A. C. 365.

DIDYMUS ALEXANDRINUS.

Hic *Alexandrinæ* civitati natales debet. *Anno* ætatis 5. oculos perdidit, nihilominus tamen lectore adbibito tanta addidicit, ut ob eximiam, conjunctam cum oculorum cœcitate peritiam cunctis evaserit admirabilis.

§. Non solùm cœterarum Artium atq; scientiarum, nec non Theologicæ facultatis & scripturarum interpretationis apicem attigit, sed & Geometricas perfectè assecutus fuit, quæ maximè alias visu indigent, disciplinas. *Theodor. Histor. Eccles. L. 3. c. 27.* Laudat ipsum *Hieronymus* ob ingenii perspicacitatem eximiam, & ob hanc, qvamvis cœcus esset, appellat eum *VIDENTEM*, oculosq; eum dixit habere Columbæ, qvi laudantur in *Cantico Canticorum* in sponsâ.

§. Hodie superest *Commentarius de Spiritu S.* quem Hieron. Latinitate donavit &c. Liber ejus *contra Manichæos habetur apud Henr. Canisium tom. 5. antiq. Lect.*

§. Sed tantus Vir, quod dolendum, præcipitem sese dedit in Origenis errores, aliosq; secum traxit, imò causa fuit tot malorum, qvæ posteà acciderunt. *Baron. ad A. C. 372* Hanius.

§. Mors ejus ignoratur, hoc tantùm constat ipsum *A.* C. 392. Theodosij Imp 14. jam excessisse annum ætatis 83. putant tamen nonnulli, eum ad 90. circiter ætatis annum pervenisse, & ita diem suum obijsse *A.* C. 396 *juxta Calvis.*

HIERONYMUS.

A. C. circa 385.

Floruit *Anno* 14. Theodosii, ut ipse testatur. Natus est *Stridone* oppido in confinio *Dalmatiæ* & Pannoniæ, & quidem *A.* C. 330. *alii 329.* honestis parentibus, patre nimirum *Eusebio.*

§. Primùm Romæ cum Condiscipulo Bonoso, prædivite adolescente literas didicit, Donatum audivit, ac scholastico more lusit in controversiis declamandis. Postmodùm linguarum studio profectus est in Syriam, ut Bibliorum fontes propiùs aspice-

re, atq;

re, atq; intelligere posset, nam Latinè, Græcè, Hebraicè, Arabicè, Persicè, doctissimus fuit. Imprimis verò varias studiorum gratiâ & passim audiendi Doctores Ecclesiæ suscepit peregrinationes, quem in finem qvoq; circa *A. C. 379.* Constantinopol in petiit, ad audiendum ibi *Gregor. Nazianz.* sacras literas interpretantem, item, licet jam senex esset, Alexandriam in Ægypto, ad audiendum Didymum cœcum *A* C. 386. Sic & magno labore & pretio in Ebraicis literis nocturnum habuit Præceptorem Judæû, nomine Barrabanum.

§. Initiò sectans (multis priùs peragratis Græciæ, Asiæq; provinciis) vitam solitariam in Eremo Chalcidis, sub modij angustiâ tanquam lucerna latuit, postmodùm verò super candelabrû in Ecclesiæ amplitudine collocata, longè lateq; mox splendoris sui radiis effulsit, siqvidem non diu post ab *Episcopo Antiocheno Paulino*, ordinatus fuit Presbyter A. C. 378. Cui tamen sic ipse assensit, ut nihilominus contestaretur, se nolle alicui certæ ascribi Ecclesiæ, sed velle sibi liberum esse, qvò luberet, pergere. Qvod autem quidam fingant, ipsum quoq, Cardinalatu Ecclesiæ Romanæ functum fuisse (*à qvibus decepti Pictores hominem exinde, Cilicio* & *purpurâ indutum & plerumq; in desertis agentem pinxerunt*) ab ipso rejicitur *Baronio ad A. C.* 378.

§. Præprimis verò cùm Romæ versaretur, *Damasus Papa* usus fuit ejus operâ in conscribendis Epistolis ad diversas Consultationes, ex diversis Ecclesiarum tàm Orientis qvàm Occidentis Conciliis, ad Sedem, ut loqvitur *Baronius*, Apostolicam (qvæ tamen tum temporis, utpote corrupta ambitione & luxu passim malè audiebat. *Binius in Notis ad Damas. col. 503.*) perlatas, inde apud omnes tantæ fuit æstimationis, ut qvi, cui decerneretur summa Cathedra, dignus fuerit visus. Romæ qvoq; varia tunc edidit scripta *adversus Helvicium, Jovinianum, Luciferianos &c.* Mortuo verò Damaso, qvorundam Clericorum Romanorum invidiâ pulsus, & variis conviciis petitus *A. C.* 385. Româ discedit, tranquillam cogitans Hierosolymam mansionem. Qvo perlatus in agri Bethlehemitici qvodam Monasterio Biblia interpretari

pretari aggressus est. *A. C. verò 395.* omnium Christianorum primus, sacra biblia ex Ebræo vertit latinè, & suâ versione antiquat eam, qvæ ex LXX. Interpretibus versa in usu erat: antiqva autem illa versio ex LXX. retenta fuit posteà in Psalmis, neglectâ versione Hieronymi. *D. Christ. Matthia Theatr. Histor. p. 720.*

§. *Opera S. Hieron.* novem tomis continentur in editione Lugdunensi anno 1530. In editione verò Romanâ *anni 1565. & 1572.* Mariani Victorii idem est *tomorum* numerus, sed qvæ prior editio conjecerat in 4. tomum, editio posterior conjecit in 8 & 9. & qvæ editio prior collocaverat in tomis 5, 6, 7, 8, & 9. posterior collocat in 4. 5. 6. & 7. *Marianus* verò *Victorius* Episcopus Reatinus nonnullis postremam adhibuisse manum visus est; cujus *Antonius Possevinus* in suo apparatu vestigia pressit, & novam *tomorum* distinctionem â *Victorio* institutam secutus est, qvâ in novum tomum rejecta sunt ferè omnia vel supposititia vel aliena, qvæ *qvarto* tomo editionis *Basiliensis an. 1553.* Erasmi censurâ (qvam ibi qvisq; videre poterit) fuerant notata. Editiones sunt istæ: *Basileensis* anno 1553. & 1565. *Lugdunensis* anno 1530. *Romana* 1565. & 1572. *Antwerpiana* anno 1579. Juxta editionem *Mariani Victorii* ordo librorum talis est;

Primi tomi.

Epistolæ Hortatoriæ, ut plurimum. 42.
Ad Heliodorum.
Ad Rusticum.
Ad Lætam.
Ad Salvinam.
Ad Ageruchiam duæ.
Ad Paulinum.
Ad Paulam & Eustochium nomine Marcellæ.
Ad Marcellam tres. al. IV. †
Ad Paulum Concordiensem.
Ad Theophilum Alexandr.
Ad Castrutium.
Ad Exuperantium.
Ad Julianum Diaconum.
Ad Virgines Hermonenses.
Ad Rufinum.
Ad Chromatium & alios.
Ad Antonium.
De Vitando suspecto contubernio.
Ad Sabinianum Diaconum.
Ad Nepotianum.
Ad Florentium duæ.
Ad Demetriadem. †
Ad Furiam.

In eo-

Ad Paulinum de libris divinæ scripturæ.
Præfationes in Pentateuchum.
In Josue.
In libros Regum. †
In librum Paralip. 2.
In Esdram.
In Tobiam.
In Judith.
In Esther.
In Jobum.
In Proverbia.
In Ecclesiasten.
In Cantica.
In Esaiam.
In Hieremiam.
In Ezechielem.
In Danielem.
In IV. Evangelia.
Sequuntur in eodem tom. explicationes quæstionum â diversis propositarum.
A Damaso.
A Dardano.
A Vitali.
*A*b *A*mando.
A Minerio & Ab Alexandro.
A Cypriano.
A Paula Urbica. †
Ab Evagrio.
A Marcellâ.
A Sophronio.
Ab Hedibia.
A Principiâ Virgine.
A Fabiolâ.
A Rufino.
A Suniâ & Fretellâ.
*A*b Algasiâ.
A Paulino.
A Desiderio.
Deniq; sunt in eodem tomo Traditiones s. Qvæstiones Ebraicæ.
In Genesin.
In Libros Regum.
In Libros Paralipomenon.
It. libri de locis Hebraicis, & nominibus Hebraicis qvæ in omnibus libris V. & N. T. occurrunt.

Quarti Tomi.

In 4. tom. sunt Commentaria in qvatuor *Prophetas Majores*, & *Threnos Hieremiæ.* †.

Quinti Tomi.

In 5. Tom. sunt Commentaria in Ecclesiastem & 12. Prophetas minores.

Sexti Tomi.

In 6. Commentaria in Matthæû, in epistolas ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum, ad Philemonem. Liber Didymi de Spiritu S. ab Hieron. latinus factus.

Septimi Tomi.

Commentaria in Psalmos omnes. †.
Versio *S.* Hieronymi ex Ebræo.

Octavi Tomi.

In

In Job commentaria Bedæ. †.

In Proverbia commentaria Bedæ.

In Cantica Homilia Origenis. †.

In omnes Pauli epistolas commentaria, falsò attributa Hieronmyo.

Noni Tomi.

In 9. tom. sunt multa aliorum ut Eusebii Cæsariensis, Rufini, Augustini, Gennadii & aliorum, de qvibus nullum est dubium.

Epistolæ spuriæ.

§. *Manifestè falsa inter* Epistolas numerantur ista.

Ad Demetriadem de Virginitate epist. *1.*

Ad Geruntii filias de contemnêdà hæreditate Epist 3. qvæ Pelagiana est *Bellarmino*.

Ad Marcellam, ut adversa tolleret, exhortatio. epist. 4.

Ad Virginem in exilium missa Consolatio. epist. 5.

Ad Amicum ægrotum ep. 6.

Ad amicum ægrotum de viro perfecto epist. 7.

Institutio amici in scientiâ divinæ legis epist. 8. quæ *Bellarm.* Pelagiana est.

De tribus Virtutibus epist. 9.

Ad Paulam & Eustochium de assumptione *B.* Virginis ep. 11.

De honorandis parentibus ep. 12.

De 7. gradibus Ecclesiæ ad Rusticum Narbon. Episc. c. 7. cõtinens epistol. 13.

Virginitatis laus ad Mauritii filiam. ep. 14.

De iis, qui DEO in scripturis sãctis atrribuuntur. epist. 15.

Damasi symbolum. ep. 16.

Symboli explanatio ad Damasum ep. 17. Est Pelagii Hæresiarchæ.

Explanatio Fidei ad Cyrillum. ep. 18.

Ad Præsidium Diaconum de Cereo Paschali epist. 20.

De Verâ Circumcisione ad Therasiam ep. 21.

De celebratione Paschæ. ep. 22.

In Susannam lapsam objurgatio. 23.

Ad Evagrium obiurgatio, qvod Levitam lapsum non sit consolatus. 24.

Hortatio ad militem seculi, ut Christo militet. 25.

De 10. tentationibus pop. Israëlitici. 26.

Explanatio in Psal. 40. ep. 27.

Explanatio in Psal. 117.

Ad Dardanum de diversis generibus Musicorum. ep. 28.

De resurrectione Domini. 29.

De nativitate Domini sermo. 30.

Scrip-

Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogus ad *Desiderium*.

Ad Paulum & Eustochium de Virtute Psalm. Ep. 54

Ad *Damasum* de oblatione altaris. ep. 55.

Regula Monachorum 41. capita continens.

Chromatii & Heliodori Episcoporum ad Hieron. Ep. 56. & Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum ep. 57. *quas esse supposititias Baron. ostendit annal. tom. 4. ann. 388 sect. 101.*

De nativitate S. Mariæ ep. 58.

Eusebii de morte Hieronymi ad *Damasum* epist. 59.

August. ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcop. *De miraculis Hieronymi.*

Cyrilli Episcopi Hierosolymitani ad Augustinum Episc: Hipponensem de miraculis Hieronymi epistola.

Vita *D.* Hieronymi incerto autore.

Epistola Hieronymi ad Augustinum: *Quũ in orbe &c.*

Alia ad eundem. Anno præterito.

Epistola ad Apronium.

Epistola ad Theophilum. Beatitudo tua.

Epist. ad Celantium. *Comitis Liber* quem Micrologus *Lectionarium* vocat, c. 25. fertur sub nomine Hieronymi sed auctoris est multò recentioris. *Rivetus* & *Perkinsus.*

§. Ad simultatem usq; D. Hieronymus cum Augustino disceptavit de *Paulo Apostolo*, qvod reprehenderit Petrum: Hieronymo contendente, simulationem qvandam fuisse, nec reverà Petrum reprehendisse, sed Augustinus fortioribus argumentis contradixit.

§. ELOGIUM ipsi tribuitur tale: *Nullus hominum scivit, qvod Hieronymus ignoravit.*

§. In suis scriptis nimis duriter loqvitur, v. gr. *De actu debiti conjugalis, qvasi eo tempore Spiritus S. præsentia non daretur,* etiamsi esset Propheta, qvi generationis officio obseqveretur, ut ipse loqvitur: Sic quæ de Providentiâ divinâ, circa res viles & abjectas quam hoc modo *FATUAM ADULATIONEM* appellat, senserit, etiam constat super cap. 1. Habac. ut alia taceamus. v. gr. quæ habet de *Virginitate*, quã cũ contumeliâ Conjugii laudat, dũ etiam eam *meretricem* vocat, quæ post primas nuptias nubit, &c.

Cultibus *quoq; electitiis* meritum quoddam arrogat: non hominibus tantùm sed etiam Angelis sanguinem Christi profuisse dicit. l. *1. Comment. in Epist. ad Ephes. c. 1.* Sic etiam erroris Aëriani accusatur â *Michaele Medinâ* referente *D. Boysacco ex Gregor. de Valent. Tom. 4. Colleg. 240. &c.* unde nota *Alphonsi de Castro* judicium de Hieron. ita autem ille *lib. 6. adversus hæreses, tit. Epis.* Ego certè doctrinam B. Hieronymi summè extollo, ejus sanctitatem maximè veneror, sic tamen ut putem eum hominem fuisse, qui cum hic ageret, falli potuit.

MORS. §. Tandem verò *Magnus* hic *Doctor* Ecclesiæ, hæreticorum infatigabilis hostis, Christiani Orbis Oraculum, ut vocatur *Baron. A. C. 420. alii 422.* Bethlehemi è vitâ discessit, ubi & d. 30. Septembr. sepultus est anno ætatis suæ 91. qvanqvam hic varient.

§. *Lampas Mundi, Magister Catholicorum post* obitum vocatus est. Qvod autem ejusdem imago, unâ cum Leonis effigie antiquitùs in Ecclesiâ pingi consuevit, hieroglyphicum id est, ejus in hæreticis insectandis infracti roboris & vehementis in eos, instar Leonis, rugitus, clamoris. *Baron. ad Ann: C. 420.* Hanius.

RUFFINUS.

Ruffinus Presbyter Aquileiensis S. Hieronymi qvondam amicissimus, deinde æmulus factus scripsit.

1. Libros duos historiæ Ecclesiasticæ.
2. Explicationem Symboli Apostolici.
3. Aliqvot Commentaria in Psalmos 75. editi Lugduni anno 1570. †.
4. Invectivas duas in S. Hieron: & Apologiam pro Origene.
5. Epistolas multas.
6. Sententias, spurias. } dubiæ. †.
7. *Recognitiones Clementis,* } dubiæ. †.

Bellarminus. Rivetus.

GAUDENTIUS BRIXIENSIS.

S. Gaudentius successor Philastrii in Episcopatu Brixiæ scripsit utilissimos tractatus de variis argumentis, qui extant *tom. 2. Bibliotheca S. patrum edit. 2.*

De dedicatione Basilicæ, tractatus unus.
De Pascha in Exodum, 7.
De lectione Evangelij, 2.
De exodo iterum. 1.
De paralytico. 1.
In illud, Nunc judicium est mũdi. 1.
De promissione Paracleti. 1.
De Maccabæis Martyribus. 1.
De villico iniquitatis ad Germinium, 1.
In illud, Pater major me est, 1.
Bellarminus.

AUSONIUS POETA. A.C. 390.

Magister fuit Gratiani Imperat. â quo & consul creatus est, anno Dom. 379.

§. Scripsit multa profana. Scripsit etiam

1. Epistolas aliqvas carmine ad S. Paulinum Nolanum.
2. Precat. Matutin. ad DEUM, qvæ sub ejus nomine extat apud Paulinum.
3. Carmen egregium de Resurrectione Dominica. Ex quo Christianus fuisse intelligitur, qvamvis de DIS gentium nonnulla scripserit more Poëtarum.

§. Editio scriptorum optima est, qvam dedit *Joseph. Scaliger.*

AURELIUS PRUDENTIUS. A.C. 390.

§. Natus fuit *A.C.* 348. & floruit sub Theodosio seniore & ejus filiis. Patria ipsius fuit Cæsar-Augusta, hodie Caragoca, Regni Arragoniæ caput.

§. Ab ineunte ætate Pöësin excoluit.

§. Scripta ejus sunt:

Psychomachia de pugna fidei, & idololatriæ; pudicitiæ et libidinis;

nis patientiæ & iræ; superbiæ & humilitatis; luxuriæ & sobrietatis; avaritiæ & largitatis; concordiæ & discordiæ.

Liber Cathemerinon, id est, rerum diurnarum, in qvo continentur hymni â matutino ad vespertinum.

Liber Peristephanon, id est, de Coronis, in quo sunt laudes multorum martyrum S. Laurentij, S. Vicentii, S. Eulaliæ, S Petri & Pauli, S. Agnetis, S. Cypriani, S. Casiani, aliorum.

Apotheosis i. e. de divinitate, ubi sunt hymni in infideles, in hæreticos Sabellianos, in Judæos. it. de natura animæ, & de resurrectione carnis.

Hamartigenia i. e. de Origine Peccatorum, contra Marcionem. Libri duo contra Symmachum.

Enchiridion V. & N. Testamenti, & de Opere sex dierum.

§. Enchiridii, quod in *Bibliothecâ SS. Patrum tribuitur Amœno*, initium est; Eva columba fuit. Extat inter Opera Prudentii.

§. *David Chytræus* in *Regul. Studior. p. 184.* ità de eo: Viget & spirat ardor pietatis, & eruditio & gravitas Christiana & flexanima divinitùs efflati pectoris eloqventia, ad ciendos in animis legentium affectûs pios efficatissima. Editio optima est Jo. *Weizii.*

JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

A. C. 398. Propter admirandam eloquentiam dictus fuit *Chrysostomus* h. e. *aurei oris Doctor it:* χρυσορρήμων teste *Sozom. l. 8. Histor. c. 10.* *It: Demosthenes Christianorum.* Antiochiæ lucem hanc aspexit *A. C. 355.* alii 354. Et qvidem ex nobili familiâ. Pater ipsius dictus fuit SECUNDUS. Mater verò ANTHUSA sive ANCHUSA.

§. Libanius Syrus Sophista de Successore interrogatus, respondit: Ἰωάννην εἰ μὴ χριστιανοὶ τοῦτον ἐκόλησαν: *Johannem forenisi hunc sacrilegio Christiani surripuissent.* Hotting. ex Sozomeno.

§. Primùm causas oravit in foro, posteà factus Monach⁹, brevi temporis dein per omnes Ecclesiasticos gradus transiit. Pri-

mum Ecclesiæ Antiochenæ *Lector*, postmodum ejusdem *Diaconus* per annos qvinq;, annum agens ætatis 27. constitutus est. Mortuo vero *Paulino A.C. 386.* Presbyter ab Evagrio (alii ut *Baronius* â Flaviano alterius partis Catholicorum ejusdem Civitatis antistite) fuit ordinatus, in qvo Presbyteratu 12. annos exegit. Tandem verò defuncto *Nectario Episcopo Constantinop:* A.C. 398 d. 26. Febr. eandem sedem obtinuit, invito licet populo Antiocheno & Theophilo Alexandriæ Episcopo.

§. *Editiones Opp.* Chrysostomi procuraverunt *Basilea A.* 1558. *Venetiis* 1574. *dein Heidelbergæ* Hieronymus *Cornelius a.* 1596. Posteà *Lutetiæ Parisiorum* Fronto Ducæus, & plenissimam omnium deniq; editionem dedit *Londini Anno 1631. Henricus Savilius.*

§. OPERA ipsius 5. tomis comprehenduntur: **OPERA.**

Tomi primi.

In Genesin Homiliæ. 67.
In Psalmos Homiliæ. 26.
In varia loca V. T. 52.
Ex quibus V. sunt de Visione Esaiæ.

Tomi secundi

In Matthæum homiliæ. 89.
In eundem operis imperfect: hom. 54.
In varia loca Matth. hom. 26.
In Marcum hom. 14.
In varia loca Lucæ hom. 7.

Tomi tertii.

In Johannem homil. 87.
In varia loca Johann. hom. 6.
In acta Apostolorum hom. 51.
Conciones de sacris feriis. 32.
In varia loca Pauli hom. 14.
In quibus sunt multæ de laudibus Pauli.

Tomi qvarti.

Commentaria per homilias in omnes epistolas B. Pauli.

Tomi quinti.

Ad populum Antiochenum hom. 80.
De sacerdotio dialogi s. libri. 6.
De compunctione cordis, lib. 2.
De providentiâ Dei, lib. 6.
De orando Deo, lib 2.
De comparatione Regis & Monachi. 1.
Contra vituperatores vitæ monasticæ. 3.
Contra gentiles s. in Babylam mart. 1.
De pœnitentiâ sermones. 12.
Adversus Judæos & hæreticos, serm. 15.

In Jerem. 1. hom. 1.
In Daniel. 3. hom. 1.
In Dan. 13. hom. 1.
In Zachar. 6. hom. 1.
Opus imperfectum in Matthæũ.
In Matth. c. 2. hom. 1. *hoc futurum.*
Hom. 1. *Dedicatur novus.*
Hom. 1. *In eo quod dixit.*
In 4. Hom. 1. *O incomparabilè.*
In 5. hom. 1. *Non tantùm.*
In 5. homil. 1. *Cum nobis pro officio.*
In 5. homil. 1. *Per omnia.*
In 6. hom. 1. *Dominica.*
Hom. 1. ſicut in ſuperioribus
Hom. 1. *Series lectionis.*
In 7. homil. 1. *Omnibus notam.*
In 9. hom. 1. *Christum in.*
Hom. 1. *Multa tempestates.*
In 14. hom. 1. *Hodie nobis.*
In 15. hom. 1. *Miratur.*
In 18. hom. 1. *Videtur.*
Homil. 1 *Exercitia.*
Homil. 1. *Magnum.*
In 19. hom. 1. *Justus.*
Hom. 1. *Quoniam.*
In 20. hom. 1. *Postquam.*
Hom. 1. *Proximè.*
In 21. hom. 1. *Puto.*
Hom. 1. *Si ad arborem.*
In 22. hom. 1. *Omnis malitia.*
Hom. 1. *Frequenter.*
In 26. hom. 1. *Ad hodiernum.*
Hom. 1. *Secundum Salvatoris.*
In. 27. hom. 1. Evangelicæ.
Hom. 1. *Sufficiens.*
In Marc. hom. 1. *Animal.*
Hom. 1. *Nunc veniamus.*
Hom. 1. *Videte.*
Hom. 1. *Quoniam.*
Hom. 1. *Instruxerat.*
In 5. hom. 1. *Interrogat.*
In 8. hom. 1. *In superiore.*
In 9. hom. 1. *Jurat.*
In 10. hom. 1. *Quoniam.*
In 11. hom. 1.
Homil. 1. *Ingreditur.*
Hom: 1. In Evangelio.
In 13. hom. 1. Evangelica.
In Luc. 1. hom. 1.
In 2. hom. 1.
In 10. hom 1.
In 15. hom. 1.
In 16. hom. 1.
In 19. hom. 1.
In Joh. 1. hom. 1.
In 4. hom. 1.
In 11. hom. 1.
In 14. hom. 1
In 20. hom. 1.
Hom. 1. *Hoc ergò.*
In 1. Cor. 13. hom. 1.
In 1. Cor. 15. Hom. 1.
MISSA Chrysostomi, ſpuria.
Homilia de Natali Petri & Pauli.
Homiliæ nonnullæ ad populum Antiochenum.

§. *Baron-*

§. *Baron. ex Prato Spirituali recenset c. 101. Chrysostomum*, ex qvo baptismum susceperit, nunquam omninò jurasse, neq; aliqvem jurare compulisse, neq; mentitum esse, neq; alicui maledixisse, neq; scurrilia locutum esse, nec jocos admisisse. Sic & rarum παῤῥησίας dedit exemplum, in Eudoxiâ, qvod patet ex istâ concione, quam ita orsus fuit, valedictoriâ: *Herodias denuò commovetur, insanit, saltare pergit, denuò caput Johannis in disco accipere qværit etc.* Nec minùs patientia ejus elucet ex *Tom. 5. ep. 2. ad Innoc.* dum inquit: Nam & nos tertium nunc annum in exilio versamur, expositi pesti, fami, bello, continuis obsidionibus, solitudini incredibili, quotidianæ morti & Jsauricis gladijs. &c.

§. Vehementiam ejus in dicendo & arguendo aliquando & intempestivè omnes notant. *B. Hulsem.* multa quoq; per excessum s. ὑπερβολικῶς protulit, teste *Bellarm. l. 2. de Missâ c. 10.* §. 17. *Toleto & Maldonat. in c. 6. Job.* ut propterea in ejusmodi Patrum scriptis, quæ allegorijs & hyperbolis scatent, non esse qværendam accuratam controversiarum Fidei determinationem, jamdiu cum *Sixto Senensi* judicaverit *Possev.* Sic & *homil. 38. in Matth.* saluti gẽtilium nimium favet, de quo *S. Senens. l. 6. Biblioth.* §. 51. *homil. de Lazaro* statuit: Resurrectionem carnis in V. T. incognitam fuisse, cum tamen nullus tàm apertè post Christum, quàm Hiob ante Christum de resurrectione loquatur, teste *Hieron.* ad loc. hunc Jobi c. 19. Sozomenus contrà (*citante B. Hulsem.*) l. 8. & 9. de eo: Etsi errores qvosdam in moribus non dissimulavit, orthodoxiæ tamen constantissimum fuisse perhibet, usq; adeò, ut Orthodoxos Constantinopolitanos Johannitas appellet, hostesq; Chrysostomi omnes malâ morte periisse testetur c. l. 8. c. 21. & 27. Errores.

§. Tandem verò incomparabilis hic Doctor, ærumnis confectus, Comanis ad Pontum Euxinum qvò mutato exilii loco translatus fuerat A. C. 407. d. 14. Sept. in cœlum migravit, cum vixisset annos 52. & menses 8. Episcopatum tenuisset Constantin: ann. 5. menses fermè 6. & exulâsset annos 3. menses 5. Cùm autem in templo qvodam Comanis propinqvo pernoctaret, ipsa nocte ante mortem, quæ seqventi die contigit, Mors.

Marty-

Martyrem loci, nomine *Basiliscum*, qvi Nicomediæ, sub Maximiano passus fuerat, cùm esset Comanensis Episcopus, apparentem ei dixisse ferunt: *CONFIDE FRATER JOHANNES, CRAS ENIM SIMUL ERIMUS*, ipsumq; ita de Oraculo confidentem, postridiè candida induentem vestimenta, sumtoq; sacro ἐφοδίῳ animam Deo reddidisse. Ejus corpus positum fuit in eâdem cum *Basilisco* Ecclesiâ, & tradunt tantam multitudinem virginum & aliorum sanctorum virorum, ex Siriâ, Ciliciâ, Ponto & Armeniâ ad ejus funus accurrisse, ut plurimi putarent eos ex condicto advenisse. Judicium Lipsij annotavit *DD. Quensted. in Dial. de Patr. Illustr. Viror. p.* 508. *de eo:* Mihi inter omnes Græcos placeat Chrysostomus lectus, qui copiam, varietatem, figuras, & nexûs sermonis dabit, deniq; & ornamentum grande, & quod plausûs movet, similitudines atq; imagines, quibus scatet. Post obitum verò Chrysostomi, nondum 3. mensibus elapsis, contigit miserandus interitus *Eudoxia*, de quo *Zonaras*, quin & omnes persecutores Chrysostomi malè perierunt, teste *Socrate & Sozomeno*. V. Centur. Magdeb. l. 4. cap. X. *Hanius*.

PALLADIUS GALATA.

390. *A.* C.

Ruffini æqualis & amicus fuit, ut ex operibus ejus intelligi potest. V. Vossius Histor. Græc. l. 11. c. 19. p. 206.

§. *Scripta* ejus sunt: *Historia Lausiaca*, & *Paradisus Heraclidis*, in qvibus describuntur breviter multorum sanctorum vitæ.

§. Judiciũ *Perkinsi* de eo tale est: Palladii historia Lausiaca *farrago est anilium fabularum*, nihili proinde facienda: hoc cuivis legenti facillime constabat.

ASTERIUS AMASEENSIS.

An. C. 400. *Asterius* Amaseæ Episcopus vixit *A. C.* 400. scripsitq; *Homilias diversas*, ex quibus quinq; græcè ac latinè nuper editæ sunt *Antverpiæ*, nimirum *de Divite & Lazaro*, *De Oeconomo iniquitatis*,

adver-

adversus Avaritiam, *In festum Kalendarum*, & *An liceat dimittere Uxorem?* Est & alia ejusdem *Homilia in S. Phocam martyrem* apud *Lipomanum tom.6.* alia item *in S.Euphemiam* martyrem citatur *in Synod. f. 7. act.4. & 6.* Alias deniq; complures Asterii hujus homilias. Photius in *Bibliothecâ* suâ commemorat: quarum nonnullæ extare nunc etiam dicuntur in variis bibliothecis. *Bellarminus.*

AUGUSTINUS. A. C. 410.

§. Natus est Tagaste in Numidiâ A. C. 355. d. 13. Novemb. unde & se *Tagastanum* vocat. l. 2. Confess. Anno ætatis 17. Patre Patricio orbatus, *Monicam* matrem piam & sanctissimam fœminam, usq; ad annum ætatis suæ 34. in quo & ipsa decessit, coluit. Hæc autem deplorans subinde Filii perditionem (seducebat enim & seducebatur, ut ipse scribit de Anno 19. ad 28, utpote Manichæorum deliriis addictus) de futura ejus conversione, divinam accepit in somnis visionem non tantùm, sed & propheticum habuit cujusdam Episcopi Orthodoxi (forsân *Ambrosii*, ut nonnulli conjiciunt) responsum, qvi cum ab illâ sæpiùs cum lacrumis urgeretur, ut cũ Augustino differere vellet, idq; ille prudenter negaret, qvod adhuc *Augustinus* indocilis esset, & novitate hæresis inflatus, tædio tandem ab eâ affectus *VADE*, inquit, *â me, fieri enim non potest, ut filius tot lacrumarum pereat.*

§. Anno ætat. 17. *juxta Calvis. 16.* studiorum gratiâ Carthaginem venit, & lecto Ciceronis *Hortensio*, *Aristoteleq.* Philosophiæ studio incubuit. Postmodum ann. æt. 19. in *Manichæos* impingens, totos annos 9. in eorum sectâ consumpsit. *A. C. verò 383.* cum jam esset frigidus assertor Manichæorum Sectæ, agens annum æt. 29. Romam perrexit, ad docendam Rhetoricam: ibi apud Manichæũ qvendam divertens, qvadantenùs ex κακεξία stomachi decubuit. Post convalescentiam verò docuit domi Rhetoricam, qvam postmodum publicè professurus, missus est *Mediolanum*, an. æt. 30. ibi perveniens benignè exceptus fuit ab Academicis Philoso-

losophis magnæ tunc apud omnes æstimationis. Intereà verò mater ejus Monica, nihil non egit pro salute ipsi procurandâ. Et cùm inter hæc ipsius *Concubina* in Africam, unde venerat, rediisset, relicto ei filio, quem ex eâ susceperat, nomine *Adeodatus*, hoc ipse solutus vinculo, è tenebris paulatim in lucem cœpit emergere. Cum autem totus ibidem esset in perscrutandis Academicis qvæstionibus salivam ipsi movit aliqvando, rumor & fama facundiæ *Ambrosij*, eam ergò penitiùs dignoscendi, Templum ingressus, publicè audivit Ambrosium docentem, qvâ concione peractâ, sentiens Spiritûs S. pulsum in corde, cœpit cum qvibusdam viris Orthodoxis, inter qvos *Simplicianus*, de suis erroribus & conversione colloqvia, a qvo inter alia audiês, *Victorini nobilissimi Oratoris* conversionem, mox eandem quoq; animo exarsit imitandam; præsertim cum & vox illa: TOLLE, LEGE, TOLLE LEGE, in horto qvodam audita, ad lectionem Epistolarum Paulinarum ipsum non tantùm instigaret, sed & in primâ statim lectione ipsi *Caput* 13. *Ep. Rom.* v. 13. ubi verba: *In die compositè ambulemus &c.* subjiceret.

§. Videns ergò Spiritus S. ductum, de suscipiendo Baptismo, relinqvendâ scholâ, & agendâ vitâ castâ, & â negotiis seculi remotâ, certum firmumq; iniit consilium, qvod & posteà opere implevit, siquidem statim a. ætat. 31. conversus, cum per biennium Catechumenus perseverâsset, multosq; intereà Commentarios ante baptismum elucubrâsset, demum *A. C.* 388. ætatis verò suæ 33. vel etiam 34. paschali tempore Mediolani, unà cum *Alipio Hipponensi*, amico charissimo, & Adeodato filio suo, adolescente tunc annorum fermè 15. ab Ambrosio baptizatus est.

§. Post Baptismum autem susceptum haud diu postmodùm Mediolani substitit, sed unà cum matre, Filio, Alipio, reversurus in Africam Romam se contulit, ubi ad seqventis usq; anni tempus navigationi percommodum permansit, complura scribens cùm adversus Manichæos, tùm de aliis rebus, videl. moribus Ecclesiæ Catholicæ &c. A. C. 389. cum Romæ hiemâsset, Matre Monicâ intereà defunctâ, anno ætat. suæ 36. *juxta Calvis.* 35. secunda

navi-

navigatione cum sociis Carthaginem appulit, ubi rursus orationibus, meditationibus aliisq; Pietatis exercitiis per triennium vacavit, usq; *ad A. D.* 392. qvò à Valerio, Episcopo Hipponensi, petente populo invitus Presbyter, annos natus 37. creatus est.

§. Officio hoc probè functus *A. C. 395. ætat. 14.* unanimi omnium Piorum desiderio & consensu, postmodùm Ecclesiæ ejusdem factus est Episcopus, cui per annos 40. etiam præfuit, & tàm docendo qvàm sanctè vivendo suam professionē ornavit. *Centur. Magd. l V. cap. X. Baron. Annal. Tom. V.* & *in Compendio I. Hanius.*

§. OPERA. qq. Comprehensa X. Tomis primus in ordinem redegit Erasmus, *Gennadius* ait, Eum tot ac tanta scripsisse, qvāta nec inveniri possunt. *Lovanienses* singulos X. Tomos in totidem Professores distribuerunt, quorum Notæ in Editione A. C. 1571. 86. & 1604. sub illorum nominibus leguntur, ubi & Pseudepigrapta asterisco, transposita & corrupta cruce prænotârunt. Opera.

§. *Bellarmin. de s. Epist. 164* normam *Libri Retractationum* & *Indiculi* à Possidio conscripti singula recenset, genuina Utroq; signo annotat, & cætera examinat, ubi tamen de *indiculo* Possidii tenendum, ab autore eum non esse perfectum, sed discipulus & Amanuensis ejus absolvit, & *Indiculum* istud Lovanienses è tenebris erutum Jure donârunt, incertum, an ita fideliter, ut, quod *Bellarmin.* putabat existius fide Liber Augustini alioqui dubius inter genuinos tutò reponi possit. *Rivet. lib. IV. cap. 10:*

§. Ne excrescat moles hoc loco tantùm *Dubia* & *spuria* è Perkinso, Riveto, Bellarmino enumerabimus, ad script. Tomorum.

Tomo Primo & secundo.

SPURIA communi omnium judicio Regulæ Clericorum fragmentum. Spuria.

Regula secunda: & de vita Eremitica.

Erasmus etiam vult tertiam Regulam esse confictam, quæ appellatur virorū vel ad Servos DEI. Et Polydoro non est visum, has ab Augustino regulas conscriptas.

II. Tom. Epistola Spuria.

Epistola quæ fuerat CXI. cujus loco substituit Erasmus epistolam ad Fortunatianum.

Epistola CXLII. ad Demetriadem virginem.

Epistolæ Augustini ad Bonifacium & contra 16. ab 181. ad 190.

Epistola Augustini Cyrillo Hierosolymitano de laudibus Hieronymi.

Epistola Innocentii, quæ 93. est apud Augustinum, spuria est Erasmo.

Epistola ultra 242. omnes recenter à Lovaniensibus addtæ.

III. Tomo.

De Ecclesiasticis dogmatibus liber. Dicitur esse Gennadii.

VValefridus de rebus Ecclesiasticis c. 20. *Thomas in Catena* ad primum caput Matthæi. Verum quæ interseruntur à cap. 21. ad c. 22. sūt authoris multò recentioris: & author videtur Pelagio favere.

De fide ad Petrum Liber un⁹. Fulgentio ascribitur à *Bertramo. Lib. de corpore & sang: Domini.*

De mirabilib9 scripturæ libri, Disserit author de comput. annorum per Cyclos *lib: 2. c. 4.* libri ergo scripti sunt post 600 annos à Christo.

De Spiritu & anima liber. citat Boëthium c. 37. *Hugoni de Sancto Victore* ascribitur à *Trithemio.*

Quæstiones de Trinitate.

De Benedictionibus Patriarcharum.

IV. Tom.

Liber de 8. quæst: Dulcitii.

Liber quæst: 20. & quæst: 65.

Quæstion. veteris & novi testamenti.

De Incarnatione verbi.

De Trinitate & unitate Dei

De Essentia Divinitatis.

De fide rerum invisibilium.

De vera & falsa pœnitentia: In his citatur Augustinus.

De salutaribus documentis.

De amititia.

Dubii.

Liber de continentia.

Liber de Patientia.

Liber de bono viduitatis.

Liber quæst. 33.

V. Tom:

Continentur libri Augustini de Civitate Dei, quos ejus esse nemo unquam in dubium revocavit.

Quædam tamen in eis esse assuta, quæ aliena videntur, docti Vi-

ҽti viri subolfecerunt. *Exempli gratia* lib. 21. de civit. DEI *cap.14* Expositio verborum Christi, *Nō remittetur eis, neqve in hoc seculo, neqve in futuro, &c.* qvæ per decem aut 12. versus extenditur, non habebatur in antiqvis libris *Burgensibus & Coloniensibus*, sed neqve in exemplaribus *Friburgi* excusis: teste *Lud. Vive* in *Scholis ad eum August: locum* Idem *ad caput 8. lib: 22.* in qvo miracula multa narrantur, quæ omnia non sapiunt exactam judicii limam, qvam in aliis August: operibus lectores sagaces observāt, aunotat.

VI. Tom.

De altercatione Ecclesiæ & Synagogæ.

Dubii tractatus.

Oratio de 5. hæresibus.

De unitate Trinitatis contra Felicianum, liber.

Tractatus de Epicureis & Stoicis.

Tractatus in illud, ego sum, qui sum.

VII Tom.

Contra Fulgentium Donatistam.

Liber hypognosticon.

De Prædestinatione & gratia.

Liber de Prædestinatione DEI.

VIII. Tom.

Expositio in Apoc. Johann.

De diligendo Deo.

Soliloqvia.

Manuale.

De triplici habitaculo.

De Scala Paradisi.

De 12. abusionum gradibus.

De Contritione cordis.

De Speculo.

De vita Christiana.

De assumptione Mariæ.

De contemptu mundi.

De vanitate Seculi.

De obedientia & humilitate.

De bono disciplinæ.

De visitatione infirmorum, Bellarmin: l: *1.* de extrema unctione, c. 4.

De visitandis infirmis.

De consolatione mortuorum lib. 2.

De laudibus Charitatis, tractatus.

De Sobrietate & castitate.

Speculum peccatoris.

De conflictu virtutum & vitiorum.

De rectitudine catholicæ cōversationis.

De creatione primi hominis.

De Arbore scientiæ boni & mali.

De Antichristo.

Super Magnificat.

Tractatus Dubii.

Liber de agricultura Dominicâ sive de feria qvarta.

Liber meditationum.

Sermo de cataclysmo.

De tempore Barbarico.

De 4. virtutibus charitatis.

De utilitate jejunii.

De pugna animæ.

De urbis excidio.

De bono disciplinæ.

De pœnitentiæ medicina, liber & de utilitate pœnitentiæ.

X. Tom.

Spurii Sermones.

De revelatione Stephani.

Sermones ad fratres in Heremo.

Sermones de verbis Domini. 3. 14. 18. 19. 20. 22. 28. 34. 38. 47. 52. 54. 56. 57. 58.

De verbis Apostoli 21. 25. 26. 34. 35.

Libri 50. Homiliarum. 2. 3. 4. 7. 9. 10. 15. 21. 22. 30. 31. 41. 45. 46.

De tempore. 9. 10. 11. 18. 24. 28. 33. 37. 38 39. 43. 47. 48 51. 59. 62. dicit non jejunare in qvadragesima peccatum esse: hoc tamen negat in genuinis scriptis. Epist. 118. ad san: c. 4. 63. 68. 77. 95. 96. 97. 99. 113. 114. 115. 117. 118. 120. 121. 125. 128. 130. 132. 136. 137. 138. 152. 156. 157. 158. 159. 191 167. 169. 174. 176. 181. 183. 188. 196. 199. 207. 211. 223. 224. 226. 228 229. 238. 239. 241. 242. ex his etiam alii censetur spurij à Protestantibus, ut. 91. 215. 251. 255.

Sermones de sanctis. 25. 7. 10. 11. 15. 19. 20, 22. 26. 27. 30. 31. 33. 34. 35. 37. Omnes ultra 50. additi à Parisiensibus. Protestantes reliquos omnes spurios, & neqve *Augustini* esse, neqve *Fulgentii* censent, qvòd, inter alia, illorum *author serm*: 33. facit *Isidori* mentionem, qui 200. post. Aug: annos vixit. Sermones de diversis 35. omnes ultra 43. additi à Lovaniensibus. A nostris, omnes censentur spurij. *Perkinsus.*

§. De libris autem suis *August. Epist.* 7. Ego fateor, me ex eorum numero esse conari, qvi proficiendo scribunt; & scribendo proficiunt. Unde, si aliqvid vel incautiùs, vel indoctiùs à me positum est, qvod non solùm ab aliis, qvi videre possunt, meritò reprehendatur; verum etiam à me ipso: qvia & ego saltem postea videre debeo, si proficio: nec mirandum est, nec dolendum; sed potiùs ignoscendum atqve gratulandum: non qvia erratum

est; sed qvia improbatum. Eandem sententiam *in proœmio libri 5. de Trinitate, & libri 1. Retractationum*, repetit. Tantum autem fuit desiderium scripta ejus legendi, non modò bonis; sed etiam hæreticis: ut interdum etiam qvædam nondum absoluta ei sint surrepta. *Possidonius cap. 7.*

§. Scripta omnia A. C. 426. relegens, duos illos, hoc anno & seq. *Retractationum* libros conscripsit, cum esset annorum 72. & assumpto Coadjutore *Eradio Presbytero*, ut mole Episcopatus sese qvadantenus liberaret. Ubi tamen nota, in ejus scriptis, fatente *Ludovico Vive, Edition. noviss. in 4. Tom. 11. p. 1054.* multa fuisse addita, velut declarandi gratiâ ab iis qvæ omnia magnorum Authorum scripta, spurcis suis manibus contaminârunt: adde Parisienses *Augustini Editores A. C. 1571.* qvi affirmant, se nonnulla mutasse & sustulisse. *A. Bernhardo serm. 80. in Cantic.* Validissimus hæreticorum malleus vocatur.

§. Infantibus Eucharistiam dandam esse contendit: It: Infantibus sine baptismo decedentibus salutem denegat: qvandoqve etiam platonizat &c. Animarum post mortem lethargum statuit, teste *M Antonio de Dominis lib. 5. Reip. Eccles. c. 8. num. 80.* taceo ipsos Pontificios, qvi multorum errorum Augustinum postulant. Errores.

§. Tandem post tot exantlatos labores hoc sidus splendidissimum, in vera Salvatoris sui agnitione, qvam contra tot hostes propugnaverat A. C. 430. d. 28. *Aug.* ætatis 76. eo tẽpore, qvo Gensericus Hipponem obsidebat; occubuit; & qvia dicere solitus erat, Christianos absqve pœnitentia de corpore exire non debere, ipse qvoqve per decem integros dies, ante mortem, jugi oratione vacavit, Psalmos Pœnitentiales multis cum lacrymis recitans, sicqve tandem membris omnibus sui corporis incolumis, integro affectu atqve auditu, orans, obdormivit in pace. *Centur. Magd. l. V. cap. X. Hanius.*

MAXIMUS TAURINENSIS.

A. C. 420.

§. Maximus Episcopus Taurinensis floruit & obiit sub

Hono-

Honorio & Theodosio juniore Impp. teste *Gennadio in lib. de viris illustribus.*

§. Extant hujus Maximi homiliæ *Romæ* editæ *anno* 1564.

De adventu Domini, 2
De vigilia natalis Domini, 1
In natali Domini, 6
In Circumcisione Domini, 1
In Theophania, 8
In Qvadragesima, 17
In solemnitate Paschali, 5
In litaniis de Jejunio, 1
In solemnitate Pentecostes, 3
In natali S. Stephani, 1
In natali S. Agnetis, 1
In nativitate, S. Jo. Baptistæ, 3
In natali Apostolorum Petri & Pauli, 5
In natali S. Laurentii, 3
In natali S. Eusebii Vercellensis 2
In natali S. Cypriani, 2
In feriis S. Michaëlis, 1
In natali SS. Martyrum Tauricorum, 1
In communi Martyrum. 1
Item de expositione Symboli, 1
De non metuendis carnalibus hostibus. 2
De avaritia vitanda, 2
De Eleemosynis largiendis, 2
De hospitalitate, 1
De defectu lunæ, 1
In dictum Isaiæ, Caupones tui miscent aqvam vino.

§. Ex his *Spuria Opera* sunt seqventia:

Sermo in natale Domini, cujus exordium, In adventu Dominico, est apud Augustinum 11. de tempore.

Sermo in Epiphania, licet fratres dilectissimi &c. est 37. de tempore.

Sermo de accusatione Domini, apud Pilatum, qvi incipit, mirum forsitan videtur, est de Tempore 118.

Sermo de solemnitate Paschali est 128. de Tempore. In natali S. Stephani, qvi incipit, Lectio actuum Apostolorum est 5. de Sanctis apud Augustinum, & aliud habet exordium ex Augustino, ut fatentur Lovanienses.

Sermo in natali Apostolorum Petri & Pauli, qvi incipit gloriosissimos Christianæ fidei, &c. est de Sanctis 27.

Et *Sermo, qvi incipit, Legimus in libro*, qvi Apostolorum actibus inscribitur, est nonus apud Ambrosium. Et de verbis Apost. apud August. 25. *Bellarminus. Rivetus.*

SYNE-

SYNESIUS.

A. C. 420.

A. C. 420.

§. Episcopus Ptolemaidis, doctrinæ & Sanctimoniæ admirandæ. Ex illustri eum familiâ natum, ex eo apparet: qvod ipse dicit *ep.57.* suum parentem genus referre ex iis, qvi ab Eurysthene, Doriensium Duce, publicis tabulis sunt honorati.

§. Homo Ethnicus ab ineunte ætate, otio, venationi & Philosophiæ operam dedit: ac sanè multùm in eâ profecit. Haud enim vulgarem cognitionem *Poëtices, Physices, Medicinæ, Geometriæ, Astronomiæ* & *Historiarum* sibi comparavit: ut patet ex monumentis autorum, qvos passim suis in scriptis citat. Fuisse eũ de Sectâ Platonicâ *Nicephorus l.14. c.55.* indicat.

§. Ad Christianismum â Theophilo Alexandrino conversus, & baptizatus est, autore *Nicephoro*. Floruit sub Theodosio Juniore: cum Ptolomæenses, qvos *Dalmatas* appellat *ep.87.* eum vocarent ad Episcopatum. Inter alias causas, cur non posset eo officio fungi, hanc præcipuè prætendit: *qvod studio & ludo sit assvefactus; & non possit tolerare labores, & simul Ecclesiam & Politica administrare*: (id enim Sacerdotum fuisse, indicat) & qvòd non velit in sacerdotio uxore suâ carere, qvam sibi DEUS, Lex, & sacra manus Theophili dederit; nec cum eâ clàm habitare, ut moechus: & qvod animam posteriorem corpore esse, & Mundum interiturum, & mortuorum fore resurrectionem, non credat, ut patet *ex epistolâ ejus 105.* Sed cum populus instaret, Theophilus Alexandrinus eum ipsis ordinavit Episcopum: sperans, eum de resurrectione meliùs institutum, rectiùs judicaturum. Qvod & factum esse *Evagrius l.1. c.15.* indicat.

§. Opera. Scripsit plurimas & elegantissimas epistolas. Extant etiam *in 8. tom. Bibliotheca SS. Patrum edit.2.* Synesii hymni decem. Sed anno 1612. prodierunt opera omnia Synesii Parisiis. Prostat etiam editio Basileensis *Oporini* cum versione *Naogeorgi* anno 1558. **Opera.**

§. Maritus in sacerdotio mansit: nec passus est sibi Uxorem adimi, ut patet ex *ep. 105.* In rebus adversis fuit satis mulie- **Virtutes.**

bris,

ſbris ita qvidem, ut parùm abfuerit, qvin ob amiſſum filium ſibi malum intuliſſet: *ep.57.* Ac pœnituit eum poſteà, qvod paſſus fuerit ſacerdotii munus ſibi imponi *epiſt. 67.*

Nævi. §. Reperiuntur in ſcriptis ejus qvædam etiam Ethnicæ opiniones, quales ſunt *Opinio de Venere*, qvod ejus indignatione mulieres Libycæ grandes habeant mammillas, pectoraq; inconvenienter compoſita, ita ut infantes non per alas; ſed per humeros lac ſugant, mammâ in humeros rejectâ. *epiſt. 4.* Opinio de Fortunâ & Famâ, qvod Deæ ſint *ep.43.44.* De Mercurio, qvem Studiorum facit præſidem *ep.101.* De Stellis: qvod eum lubenter intûeantur, qvem videant ſpectatorem ſui eſſe cum ſcientia *ep. 101.* De Angelis dicit, quod converſantes cum hominibus, mali affectionem attraxerint ex ſylvâ negotiorum: & propterea oportuiſſe deſcendere Filium DEI *ep. 57* Peccata ſentit pœna purgari. *ep. 57.* Animã corpore poſteriorem eſſe, & Mundum interiturum, & Reſurrectionem mortuorum, antequam ad ſacerdotium accederet, non credidit *ep.* 105. Centur. Magdeb. l. V. cap. X.

PAULINUS NOLANUS.

An. C. 420. S. Paulinus Epiſcopus *Nolanus* æqualis fuit Auſonii, vel potiùs aliquantò junior: notus fuit opinione Sanctitatis, Ambroſio, Martino, Hieronymo, Auguſtino, Sulpitio.

§. Scripſit *epiſtolas* elegantes & pias.

Ad Sulpitium Severum. 14.
Ad Delphinum Epiſcopum. 5.
Ad Amandum Epiſcopum. 6.
Ad Victricium, 2.
Ad Aprum. 3.
Ad Florentinum. 1.
Ad Alithium Epiſcopum, 1.
Ad incertos de Gazophylacio. 1.
Ad Deſiderium. 1.
Ad Macarium. 1.
Ad Pammachium. 1.
Ad Jovium. 1.
Ad Militem quendam. 1.
Ad Sebaſtianum Eremitam. 1.
Ad Auguſtinum. 3.
Ad Alypium.
Ad Romanianum. 1.
Scripſit etiam *Pöëmata*, quæ ſunt

Ad Jovium epistola carmine scripta.
Ad *Ausonium* epistolæ IV. carmine scriptæ.
Ad Citherium de naufragio. 1.
De natali Celsi pueri. 1.
De natali S. Felicis Nolani. 10.
De reditu Nicetæ in Daciam 1.
Psalmi 3. Davidis metricè decantati.

Omnia ista nuper *Fronto Ducæus* & *Herebert. Rosvveydus* collegerunt, et Typis *Plantinianis* evulgârunt. *Rivetus.*

§. Fuit natione Gallus, ut patet ex *Epist. Eucherii ad Valerianum* Burdegalæ, quæ Aquitanæ Galliæ urbs fuit, baptizatus est à Delphino: ut ipse testatur in *epist: ad Alipium*, quæ inter Augustini epistolas *num.* 35. est. Ambrosium Mediolanensem, in pietate habuit Præceptorem. Ingenio excellenti, & copiosè ac purè dicendi facilitate, præditus fuit, teste *Hieron. in ep. ad eundem.* Philosophiæ studiis magnam ætatis suæ partem confecit, ut ipse testatur *epist. ad Augustinum num.* 31. Sapientiam (*inquit*) mundi miser huc usq; miratus sum; & per inutiles literas, reprobatamq; prudentiam Deo stultus & mutus fui.

§. Poëticis etiam deditum fuisse studiis, ipse ad Licentium de se scribit, in *epist. ad Romanianum*, quæ inter *Augustini est*, *num.* 36. imò & res ipsa declarat: cum constet, carmine ipsum quædam edidisse. Sed & Senatorio munere functum *ex Hieron. epistolâ* paulò antè memoratâ putari possit; cum dicit, compellâs ipsum: *Nobilem te habeat* (ô Pauline) *Ecclesia; ut prius habuit Senatus.* Divitiarum eum excelluisse opulentiâ disertè *Augustinus l.* 1. *de civit. Dei, c* 10. meminit. Tribuit ei & *Eucherius* ingentes divitiarum census, *in epist. ad Valerianum.* Similiter & Prosper, *lib.* 2. *de vitâ contempl. c.* 9. ingentia eum possedisse prædia scribit. Ad sacrarum literarum studium, per *Hieron. August.* & alios incitatus prædia sua vendidit, & pauperibus erogavit. *Prosper ibid.* Et Monachus factus est: ac præscripsit ei Hieronymus ejus vitæ regulas, ac hortatus est, ut in eâ perseveraret. Ambros. eum in cleri numerú

 adsci-

adscivit: ut qvocunq; locorum viveret, ejus Presbyter diceretur.

§. Sed Nolas, urbem Companiæ, qvâ ratione ad regendam Ecclesiam accesserit, dicere non possumus. Isthic autem cũ. Episcopum egisse Augustin. *ep. 41.* testis est, ubi ait: *Vade in Campaniam, disce Paulinum egregium ac sanctum DEI servum &c.* & Gennadius & *Gregor. l. 3. Dialog.* & alii, & quidem Marciano Imperante cum occiso Valentiniano, Genserichus ab Eudoxiâ attractus Romam, & vicina loca, Campaniam, & alia vastaret, ut patet ex *Paulo Diacono l. 15.*

ERRO: E. §. NÆVI. De lege inqvit, *supra eam aliquid fieri ab homine posse.* epist. 1. ad Victricium. De justitiâ per Christum parùm habet, qvia opinio de operum humanorum meritis nimium jam invaluerat. Sanctos defunctos invocat, & ipsorum sublevari cupit meritis, ut videre est in *Natali 6. Felicis.* Sentit quoq; *ep. 12. ad Sever.* peccata exercitiis posse quibusdam expiari. Spontaneã castitatem nimis extollit, ac prædicat Conjugem, qvæ religionis ergò discesserat à marito, *ep. ad Aprium.* Superstitio Magica est, qvod inquit *ep. 3. ad Cytherium*, librum Epistolarum Apostolicarũ ad motum mederi morbis.

§. Pleurisi mortuus tandem videri potest, autore *Gregorio l. 3. Dial. c. 1. §. 3.* qui dicit, lateris dolore eum tactum ad extrema perductum *X. Julii Calend.* Addit *Petrus de Natalibus* & hoc: in suâ ipsum Ecclesiâ sepultum qviescere. *Gregor. ibid.* meminit in obitu ejus miraculi: quod nimirum ipsius anima è sui corporis domicilio emigrante, cubiculũ, in qvo decubuerit, ingẽti motu concussum tremuerit; reliqvâ totâ domo in soliditate suâ firmiter persistente. Ex quo factum, ut maximus omnes stupor invaserit, qvi præsentes adfuerint. *Centur. Magdeburg. lib. V. cap. X.*

SULPICIUS SEVERUS.

A. C. 420. *A. C. 420*

Hieronymi ac Rufini æqualis fuit SEVERUS Sulpitius Nitiobrix:

tiobrix: ubi Sulpicius esse cognomen, clarè ait *Gennadius*, & id nomen postponit *Gregorius Turonensis l.1. de Miraculis S. Martini c.3. & l. 10. hist. Franc. c.31.*

§. De patriâ cognoscimus partim ex *Dialogo 1. c. 20. ubi* se Aquitanũ agnoscit, atq; idem Gennadio proditũ: partim *ex lib. II. Histor. Sacra* ubi Phœbadium suum vocat Episcopum: eum verò aginni (quod in Nitiobrigibus) Episcopum fuisse clarè ait *Hieron. in Script. Eccles.* Sed Monachum fuisse non lego apud veteres, sed Presbyterum, de quo nobis auctor Gennadius. Qui Episcopum fuisse ajunt, falli planè existimandi. *Vossius.*

§. Vir fuit doctrinâ & sapientiâ pollens, ut eum *Augustin.* vocat *ep.* 205. Vir genere & literis nobilis dicitur â *Gennadio* & Honorio. *Vir summus* appellatur ab *Idacio*, pene *initio Chronici.*

Inter alia *duos composuit libros de sacrâ historiâ*; quos â mundi initio exorsus perduxit usq; ad Consulatum Stiliconis & Aureliani: h.e. annum 400. Scripsit & *vitam B. Martini*, quo familiariter usus fuit: uti & Paulino: qui quanti Severum fecerit, satis luculentæ laudes in ejus Epistolis ostendunt. Adhæc 3. *ejus epistolæ* extant: una est *adversq æmulos B. Martini*: altera agit *de obitu & apparitione ejq.* tertia refert, *quomodo B. Martinq ex hac vitâ mortali transierit ad immortalem.* Item exstant *Dialogi* 3. qvorum primus narrat virtutes & miracula Monachorum Orientalium: duo posteriores exponunt Virtutes B. Martini *libro primo* prætermissas. SCRIPTA. [1.] (2.) (3.) [4.] (5.) [6.]

§. Dictione utitur tersâ & eleganti, adeò ut *Ecclesiasticorum purissimus scriptor* vocetur à Jos. Scaligero *de emend. temp.* Sallustii imprimis æmulus est. Inde *Christianum Sallustium* vocat Barthius Adversar. l. 49. c. 4. Valdè autem Sulpicii sanctimoniam commendant, quod in Romano martyrologio ejus memoria celebretur ad 4. Kal. Februar. *Vossius.*

§. In *lib. 1.* de sacra histor. dicit, *filios DEI, qui filias hominum adamaverunt, fuisse Angelos*: qvod refellitur à Chrysost. in c. 6. Genes. & ab *Augustino l. 15. de Civit. DEI, c. 23.* aliisqve probatis. Dicit *sacerdotes, qui habent possessiones, immemores præcepti esse domini*, dati qvondam Levitis. Dicit præterea *templum fundatum* Errores.

Ffffff 2 *fuisse*

fuisse anno 588. ab egressu filiorum Israel de Ægypto. At Scriptura 3. Reg. 6. notat annos 480. In *Dialogo* dicit, *Ecclesiam auro non strui sed destrui*; reprehendit Episcopos, qui libros Origenis damnarunt, scribit *Conjugiũ ad veniam pertinere, virginitatem ad gloriam, fornicationem ad pœnam*. Dicit, ex sententia *S.* Martini *Neronem simul cum Antichristo venturum, & Antichristum ex malo spiritu concipiendum*. Deniq; notatur *á S. Hieron. in c. 36. Ezech.* Erroris eorum, qui novam Hierusalem auream & gemmatam expectant. Optima est editio G. Homij *A.C. 1647.* qui in Notis suis omnia castigat.

A. C. 425.

PAULUS OROSIUS.

§. Extremo tempore *Imp.* Honorii, clarum fuisse Orosiũ Hispanum, *Gennadius* autor est suo in catalogo. *Tarraconensem* patria Bergomensis in Chron. in Theodosio juniore facit. *Ingenio* prompto & flagranti cupiditate discendi, & facundia præditus; & in ætate florida Augustini jam grandævi discipulus & auditor fuit: ut *August.* testatur *ep. ad Hieron. num. 28.* Audivit etiam Hieronymum, tum de qvæstione de Origine animæ; tum de aliis capitibus doctrinæ, disserentem.

§. Rerum & historiarum cognitione eum præstantem fuisse; patet ex ejus scriptis. Ac Prosper de *promiss. p. 2. c. 33. & part. 3. c. 34.* eum vocat *eruditissimum historiographum*.

Scripta.

§. Cum Roma ab *A*laricho, Gothorum Rege capta, gẽtiles & hujus & omnium calamitatum causam in Christianos conjicerent, composuit hortatu B. Augustini, *septem historiarum libros*: quibus ostendit ab orbe condito, usqve ad tempus, qvo illa scriberet, (id spatium ipse dicit annorum esse *qvinquies mille sexcentorum & duodeviginti*) maximas semper atq; atrocissimas per orbem calamitates contigisse. Opus illud *HORMESTAM* appellari video, cum in *speculo Vincentii Bellovacensis*, tùm *Trithemio*, *Gesnero*, *aliis*. *Vossius* censet Ὀ'ρμαθὸν *HORMATHUM* scribi debere. Est sanè eruditus scriptor *πεϱιλεγομένων in Tom. historiæ*

Orien-

Orientalis ait, in Codicem se Orosii incidisse, qvi inscriberetur, *de MISERIA HOMINUM*.

§. *Est* autem Orosius scriptor planè utilis: sed qui Græcos non legerit scriptores: imò Græcarum literarum expers fuerit. In temporibus quoq; crebrò fallitur. Ut vel illa ostēdunt, qvæ in eo castigavit *Scaliger in animadvers. Eusebii. Sæ*piùs etiam vulgares sectatur opiniones, qvàm historicum decet. Prodiit *Moguntiæ A.C. 1615.* cum notis *Latii* & *Schotti*.

§. *Commentarius in Cantica*, qui Orosii nomine citatur, non est Origenis, sed *Honorii. Apologia de Arbitrii libertate* genuinus plane Orosii foetus est. vid. *Voß. de histor. lat. l. 2. c. 14.*

SEDULIUS. A. C. 430.

C. Cælius Sedulius presbyter, *Scotus*, Theodosio juniore scripsit *explanationem in omnes epistolas S. Pauli*, ex Origene, Ambrosio, Hieron. & Augustino excerptam: ex quo intelligimus errare illos, qvi Sedulium floruisse scribunt tempore Constantii filii Constantini M. & verius sentire *Trithemium*, qvi ponit Sedulium anno Dom. 430. Scripsit præterea Sedulius libros 5. *Carminum, de 5. mirabilibus operibus DEI*: & *hymnos 2.* de *Christo*, qvorum alter *alphabeticus est*, & in Ecclesia canitur in festis Natalis & Epiphaniæ: Incipit autem: *A Solis ortus cardine*. Bellarminus.

CYRILLUS ALEXANDRINUS. A. C. 430.

A. C. 430.

§. Fuit Alexandrinus, & Theophili Episcopi Alexandrini Sororis filius. Ejus familia Episcopatum Alexandrinum annos ferè LX. gessit. A juventute adhæsit studiis literarum, inde A. C. 412. ab obitu Theophili in Sede Episcopali collocatus fuit, quanquam non absq; controversia, eò qvod alii Timoteum Archidiaconum peterent, cui etiam usq; ad annum 444 præfuit. Epi-

 scopus

ſcopus autem factus præter ſacri Cleri dominatum teſte *Socr. l. 7. c. 7.* verum prætereà ſecularium principatum acqviſivit.

§. *Novatianorum* Eccleſias, quæ Alexandriæ erant, clauſit: Judæos, qui usq; ab Alex. M. Alexandriam incoluerant, & ſeditiones in Chriſtianos excitaverant, expulit: *Neſtorium*, qui hactenus per cuniculos ſuam dilataverat hæreſin, per Epiſtolam non tantùm confutavit, ſed & contra eum egit in Concilio Epheſino, quod fuit Oecumenicum III. A. C. 431. Autoritate Theodoſii II. Imp. celebratum, cui etiam præfuit Cyrillus, & *peculiares anathematiſmos num. 12.* in eum compoſuit.

§. Opera ejus in *editione Pariſienſi* anno 1605. *duobus tomis* comprehenduntur:

Tomi Primi.

In Geneſin ad literam, & myſticè explanationum lib. 11.
In Leviticum. 16
In Eſaiam. 5
In Evangelium S. Johannis. 12
Dicta V. T. anagogicè explicata, collecta ex Cyrillo, Maximo, & aliis.
Liber adverſus Judæos cũ qvæſtionibus.
Breves anagogæ de iis, qvi floruerunt ante legem.

Tomi Secundi.

Epiſtolæ S. Cyrilli ad diverſos, & diverſorum ad S. Cyrillũ, numero 39.
Homiliæ præſertim de Incarnatione. 10.
Apologia ad Theodoſium Imp. 1
Declaratio 12.
Anathematiſmorum. 1.
Liber Apologeticus pro ſuis anathematiſmis.
Alius Apologeticus liber ad Euoptium pro iisdem capitibus contra Theodoretum.
Expoſitio Symboli Nicæni.
Scholia de Incarnatione Unigeniti.
Epiſtolæ 2. ad ſuccenſum Epiſcopum.
Synodales epiſtolæ 12.
Dogmata Neſtorii ex ipſius libris excerpta.
Oratio de exitu animæ, & ſecundo adventu.
Opus inſigne, Theſaurus inſcriptum, libros continens quatuordecim.
Dialogorum cum Hermiâ lib 7.
De adoratione in Spiritu & veritate lib. 17.
Contra Julianum Apoſtatam. 10

De

De rectâ fide ad Theodosium & reginas. 3.
Adversus Anthropomorphitas. 1
De S. S. Trinitate. 1.
In nonnullis Codicibus hæc adduntur:
Commentaria in Prophetas minores.
Libri 5. contra Nestorium.
Sermones paschales. 30.

§. SUPPOSITITIA censentur; *Commentarii in Evang. S. Johann.* in omnibus codicibus, qvi hactenus visi sunt etiam *MSS. Bibliotheca Vaticana*, teste Possevino, mutili reperti sunt. Ex 12. libris qvatuor 5. 6. 7. 8. intermedii perierunt, qvos resarcire conatus est *Jodocus Clichtoveus Neoportunensis*. Qvi igitur *l. 5. 6. 7. 8.* horum commentariorum leget, meminerit se *Clichtovei* novi hominis *commentaria*, non Cyrilli Alex. expositiones legere.

Commentarii in Leviticum.

Ex Cyrilli thesauro citantur *sententia quadam pro Rom. Pontificis primatu*, nempe: *Petro omnes jure divino caput inclinant & Primates mundi tanquam ipsi Domino Jesu obediunt.* Rursus: *Debemus nos, ut qvi membra sumus, capiti nostro Romano Pontifici & Apostolica sedi adhærere.* At in libris Thesauri, qvos in Cyrilli operibus habemus, ne vestigium qvidem horum testimoniorum apparet, quæ conficta esse non dubitamus. Autor falsi fuit *Thomas Aquinas in opusc. adversus Gracos*, qui primus ex Cyrilli thesaurorum libris Pontificis Rom. tyrannidem asserere voluit. Quâ de re plura videbit, qui cupiet, apud exactissimum Scriptorem, *Joan. Rainoldum, in Colloquio cum Hartv. c. 5. sect. 2.* ubi hanc fraudem & alias in eâ causâ â Thomâ Aqvinate factas, detegit apertissimè.

Epistola ad Calosyrium, Episcopum Arseniotem, contra Anthropomorphitas & Messilianos, est *Perkinso* dubiæ fidei.

In dubium potest etiam adduci liber sub Cyrilli nomine editus, De adoratione in Spiritu & Veritate. *Rivetus lib. 4.*

§. Opera ipsius redacta sunt in duos Tomos, excusaq; **Editiones.** *Colonia, Basilea, & hoc seculo Parisiis 1605.*

§. Conciones ejus in tanto habuerunt honore Græci, ut concionaturi eas memoriæ mandarent.

§. Cum sedisset annos 32. diem suum clausit *A. C. 444.*

quode-

qvo decessit *d. 9. Junii* juxta *Calvisium d. 9. April.* vel ex aliorum calculis, ut habet *Phil. Labb. cit. lib. p. 241.* d. 28 Januarii anni sequentis.

An. C. 430.

THEODORETUS.

§. Patriâ fuit Antiochia, *ut nonnulli volunt.* Parentes exactè non constant. Hic cum ante conceptionem suam DEO â parentibus dicatus esset, & ideò ab incunabulis oblatus, in monasterio quodam artibus, imprimis literaturæ græcæ & pietatis exercitiis vacans, permansit, quousq; invitus ordinatus fuit Episcopus.

Quod & contigit circa A. C. 423. dum in locum Johannis defuncti, Cyri (*quod est Oppidum Syriæ in Provinciâ Augustâ Euphratesiâ vel â fundatore suo Persarum Rege sic vocatum, vel ut alii volunt â Judæis in memoriam beneficiorum â Cyro Persarum Rege acceptorum ipsius nomini ita consecratum.* Labb. tom. 2. de hoc Script.) Episcopus octingentas sub se habens paroecias, fuit creatus; Antiochia tamen plerunq; eum retinuit, ut pro concione populum erudiret.

§. OPERA Theodoreti ex editione *Coloniensi an. 1573.* duobus tomis comprehensa, hæc sunt:

Tomi primi.

De obscuris quæstionibus in Genesin, Exod. Levit. Num. Deuter. Josue, & Judices. accessere in lib. Ruth, Regum, & Paralipomenon.

Commentaria in omnes Psalmos David.

Commentaria in Cantica Canticorum Salom.

Commentaria in omnes Prophetas, excepto Esaiâ.

Commentaria in Cantica Moysis, Annæ, Habacuc, Esaiæ, Ezechiæ, Trium puerorum, Virginis Mariæ, Zachariæ & Simeonis.

Tomi Secundi.

Commentaria in omnes epistolas Pauli.

Historiæ Ecclesiasticæ â Constantino usq; ad Theodosium Juniorem libri 5. (v. Voss. H. Gr. p. 209.)

Addit Gennadius continuâsse historiam usq; ad Leonem

Imp.

Imp. quinq; aliis libris adjunctis: sed hi posteriores libri non extant.
Dialogorum libri 3.
De hæreticis fabulis, libri 4. quibus addidit Epitomen divinorum decretorum.
Historia S. Patrum, quam Religiosam vocat.
De providentiâ Sermones 10.
De curandis Græcorum affectionibus l. 12.
Epistola ad S. Leonem Papam, & altera ad Sixtum Presbyterũ Romanum: & Oratio de dilectione valdè insignis.

§. Historiam *Baronius* sæpissimè redarguit, utpote qvæ in Chronologia labatur non semel, & nonnullas falsas narrationes immisceat.

Libros de Græcorum affectionibus curandis interpolatos censet Rivetus.

Ex epistolis Theodoreti autor est *Baronius tom. 5. an. 430. sect. 48.* Vaticanum codicẽ continere 150. græce scriptas, qvas vertit in latinum *Fr. Metius.*

Epistola inserta tom. 2. conc. Ephesin. concil. act. 5. spuria est, quâ Theodoretus fingitur Joanni Archiepiscopo Antiocheno scripsisse post obitum Cyrilli Alexandrini. Qvam qvidem epistolam (*ait Baron. an. tom. 6. ann. 444. sect. 15.*) sicut hominis Nestoriani esse non dubitamus, ita eam adscribi Theodoreto, ad Joann. Antiochenum, patens mendacium est.

§. Hodiè multa v. gr. *de Purgatorio, de Adoratione Angelorum* inserta sunt, qvæ Possevino ingenuè fatente, olim non extiterunt *B. Hulsem. de Script. Eccles. Rivet. in Crit. l. 4. c. 21.*

§. Qvamvis initio nutaverit, plus nimio favens Præceptori *Theodoro Mopsuestiæ Episcopo*, & posteà condiscipulo *Nestorio*, â cujus partibus aliquandiu stetit, scriptis etiam antithesibus contra *Cyrilli anathematismos*: errorem tamen revocavit, & in castris Ecclesiæ Nestorium detestatus, contra *Eutychianos* acerrime pugnãs, omnem hæreseos culpam diluit, & scripta sua Ecclesiæ probavit.

§. Stylus etsi æmulus *Chrysostomi*, fluidus tamen admodum est, & copiosus, in elocutione facilis & Atticam redolens gravitatem.

ERRORES. §. ERRORES varii sunt: statuit enim in V. T. non fuisse apparitiones Patris & Filii, propterea castigatus est à *Benedicto Pererio in Genes. n.* 154. negavit ante Mosen fuisse linguam Hebræam: mulieres non esse ad imaginem DEI conditas, *qv. in Genesi* Mosen per *Spiritum* intelligere *aërem*, & alia, qvæ vide *Centur. Magdeb.* *l.* 5. *c.* 10.

§. In communione Orthodoxæ Ecclesiæ diem suum clausit A. C. ut volunt nonnulli 453. juxta *alios.* 460. Hanius.

An. C. 430.

PROCLUS.

A. C. 430.

Proclus, Episcopus Constantinopolitanus scripsit *Epistolā* valde celebrem de fide ad Armenos, quæ extat in *Bibliotheca Sanctorum Patrum, tomo* 3. *&* nuper excusa est Græcè & Latinè, in *primo tomo Conciliorum.* Vide de Proclo, qvæ scribit *Socrates lib.* 7. *c.* 40. 41. *&* 42. *Bellarm.*

EUSEBIUS Emissenus.

A. C. 430.

Emesenus, natus in generosa qvadam familia, Edessæ in Mesopotamia (Sozomenus *Edessam Osröenorum* nominat) ab ineunte ætate secundum patriam consvetudinem, sacris literis imbutus est: Postea etiam Græcas disciplinas, à doctore quodam, qui tum Edessæ claruit, didicit. Exinde, Edessâ relictâ, Antiochiam sese contulit, donec tandem ad gubernandam Emissenorum Ecclesiam evocatus est.

§. Post varia certamina ac pericula Imperatori Constantio charus factus est; quod celebris esset miraculis quibusdam: qui eum secum, bellum Persis illaturus, in Persiam duxit.

§. De doctrina & fide ejus perpauca reliqua sunt; eaque tamen non satis certa. *Hieronymus in Chron: sub* anno *Domini* 350. signiferum eum fuisse ait *Arianæ factionis*, ut omnino quidem videtur

detur: & multa conscripsisse. Quod & in *Catalogo* indicat; ubi innumerabiles ab eo scriptos libros, eleganter & rhetoricè, testatur, accommodatos iis, qui in dicendo se exerceant: ex quibus præcipuos nominat eos, quos *contra Judæos, Ethnicos & Novatianos*, & in *epistolam ad Galatas* quos *decem* fuisse indicat, scripserit. Nam & *Commentariorum* ejus *in epistolas Pauli* meminit, *in Epist: 11. ad Augustinum*. Edidit & *in Evangelia Homilias breves* plurimas: quarum aliquot inter *Homilias hodie Origenis, Hilarii, Ambrosii, Augustini, Alcuini &c.* extant, in recentiori exemplari; cui demum accesserunt Emisseni *Homiliæ 50. editæ Coloniæ, A. C. 1557.*

§. Sed illius opera hodie non extant. Et *Homiliæ istæ Latinorum hominum* inventæ sunt, quas Græco authori affinxerant, sicut testantur *Baronius annal: tom: 3. A. C. 341. sect. 10 & 11. & tom: 4. A. C. 441. sect: 5. 6. 7. 8.* Bellarminus *controvers. tom: 3. de S. Euchar: cap. 30* & Antonius *Possevinus Apparatus tom: 1. titul.* Eusebius Emissenus. Opera.

§. *Causabonus exerc: 16. in Baron. Ann. 34. n. 172.* scribit, Homilias nomine Eusebii Emisseni editas, esse ut docti conjiciunt, Eucherii Lugdunensis, vel Fausti Rhegiensis, vel Cæsarii Arelatensis.

§. *Possevinus* has affert rationes (1.) quia ille fuit Episcopus Emissæ oppido vicino Alexandriæ in Aegypto, & quidem Arrianus. Hic autem *Homiliarum scriptor* fuit Episcopus Lugduni, ut ipse ostendit multis in locis, nempe *Homil. de Blandina Lugdunensi, S. Epiphodio, & Alexandro Lugdunensibus, S. Genesio Arelatensi.* (2.) ille vixit tempore Constantini (Constantii dicere voluit) & fratrum, ante D. Hieronymum, hic non longè post, scilicet circa tempora Valentiniani & Theodosii minoris natu. (3.) *Sermonem* habet de *litania triduana*, quam à *Mamerco Viennensi* per hæc tempora constitutam esse constat. (4.) Græcè scripsit, cum reperiantur, ejus pleraque fragmenta in Catenis Græcis. Hujus autem stylus non est ejus, qui interpretatus sit græca, sed qui ipse Latina scripserit.

§. Mortuus sub *Constantio*, & Antiochiæ sepultus est Hieronymus in catalogo.

A. C. 440.

EUCHERIUS Episcopus Lugdunensis A. C. 440.

§. Prodiit Ann. 1520. cum Notis Erasmi. & Ann. 1621. & Ann. 1646.

§. Sanctus *Eucherius* Episcopus *Lugdun.* Gallus fuit: id quod ex ipsomet constat. De *Paulino* enim *Nolano* dicit *in Epist. paraner.* Peculiare & beatum Galliæ nostræ exemplum &c. *Lugdunum* autem ejus fuisse patriam, *Petrus de Natalibus* autumat: qvi eum de genere senatorio ortum, & in agro suo, ad flumen Durentiam, (seu verius *Druentium*) in spelunca inclusum, Deo servivisse, nugatur. *Centur. Magdeb. l. V. cap. X.*

§. Temporibus *Valentiniani II.* claruit: ut ex Gennadio liquet. Ad Episcopatum verò qvando pervenerit, non est certum.

§. Præstantis autem & non vulgaris eloquentiæ hominem fuisse; scripta ejus loqvuntur. In explicatione sacrarum literarum satis sincerus, dexter & expeditus fuit. Hebrææ quoqve linguæ non fuit ignarus: ut apparet ex *lib. 2. in Genes. c. 16.*

A. C. 1531. §. Scripta ipsius, qvæ exstant, *Basileæ* in uno volumine impressa, in officina *Frobeniana*, hæc sunt:

OPERA. In Genesin Commentariorum lib: tres.

In libros Regum, Commentariorum lib. 4. ad fratres Episcopos, Salonium & Veranium. Et hos enumerat etiam *Isidorus*.

Formularum spiritualium, liber 1. Meminit *Trithemius*.

Qvæstiones in Vetus & Novum Testamentum.

Nominum Hebraicorum, ac aliorum etiam, quæ in sacris literis habentur, interpretatio. Numerat *Trithemius* qvoqve.

Epistola parænetica ad Valerium cognatum suum, de Contemptu mundi: cum Scholiis *Erasmi Roterodami*, hanc & *Gennadius* recenset.

§. Spu-

§. Spuria (1.) *Commentar. in Gen: & Regum historias l. 3.* & cum his alia plurima ascititia opera; qvorum dogmata stylus ac tempora, magis ab ipsorum titulis & inscriptionibus distant qvam cœlum à terra. (2.) *Homilia de Martyribus Lugdunensibus.* (3.] *Homilia de assumptione Mariæ*, qvæ Eucherio tribuitur, spuria est, ait *Perkinsus*. Festum enim *Assumptionis* sub Mauritio Imperatore constitutum est, circa *annum 595.* teste *Nicephoro lib. 17. cap. 28.* Rivetus.

CLAUDIANUS Mamertus.

A. C. 440. A. C. 440.

Ex nobili familia natus est. In adolescentia, Græca & Latina didicit; & in sacris literis multum profecit: ut ex *Sidonii epistola ad Apium* & *Epitaphio lib.* 5. colligi potest. In utroqve genere orationis, soluto scilicet & ligato excelluit: ut testatur *Sidonius*, in *epistola 2. ad Nimphidium libro eodem*. Episcopus Viennensium creatus est à Paschasio qvintus: ut ex *Adone* constat.

§. De ipsius excellenti doctrina, & summa eruditione in omni disciplinarum genere, multus est *Sidonius*.

§. Extant ejus, de *Anima Statu, libri.* 3. ad *Apollinarem Sidonium* scripti, cum *duabus Epistolis*: unâ in libri fronte nuncupatoriâ; alterâ in fine, qvâ libros ipsi *Sidonio* emendandos offert. Et hos sanè libros rectè ei adscribi; vel *Sidonii* testimonio, *libr.* 4. manifestum est. Extat hodie *in Biblioth. SS. PP. tomo.* 4. Scripta.

§. Celebratur passim à Scriptoribus; quod in maximis periculis urbis suæ, veluti σωτὴρ quidam & conservator extiterit: idqve præsidio nullo alio, qvam oratione, fletu, jejunijs, & litaniarum seu *processionum* ritu instituto. Cujus rei perspicuum maximè testimonium præbet illa, aliqvoties jam memorata, *Sidonii* ad ipsum Mamertum *epistola lib: 7. num. 1.*

§. Hic quamdiu in gubernatione fuerit; aut quando ex hac miseriarum valle emigraverit ad cœlestia; incertum. *Ados Viennensis Ætas. 6.* sub duos eum Imperatores reiicit, *Marcianum & Leo-*

& Leonem: neque id quantum coniici potest, temerè prorsum.

§. Ante Sidonium decessisse, dubium non est. Exstat enim Sidonii funebris epistola, quâ ejus obitum plangit, *ad Petreium, lib. 4.* V. Idus Maij obdormivisse, *Petrus de Natalibus l. 4. c. 152. refert.* Centur. Magd. l. v. cap. x.

SIDONIUS Apollinaris
A. C. 440.

Sidonius Apollinaris vir nobilissimus, Episcopus *Arvernensis* in Gallia. Hodie exstant *libri epistolarum* ejus *ad diversos.* Optima Editio quam dedit *Joh. Savaro Claremontanus* cum Notis doctissimis *A. C. 1599. Paris.* qui & vitam ejus prolixè descripsit. Stylus viri ad *Plinii maturitatem* & *Symmachi rotunditatem* nonnullis assurgere videtur. Ingeniosus aliàs magis, quàm elegans, & trahens aliquid ex suo, quo vixit, seculo. Edidit Ann. 1652. J. Sirmondus.

JOHANNES CASSIANUS
A. C. 440.

Natione Scytha fuit; ut *Gennadius* testatur: & civis Constantinopolitanus; ut ipse in fine *lib. 7. de Incarnatione* indicat. Ab ipsa propemodum infantia inter Monachos eum adolevisse; & in utroque genere, tam eremitarum, quàm cœnobitarum, ad extremum usque vitæ suæ metam perdurâsse, manifestum est ex ipsius scriptis.

§. Peragravit *Palæstinam, Mesopotamiam, Cappadociam.* Invisit Ægyptum ac Thebaidos deserta. Pervenit ad Nili usque ostia. Scythiæ quoque deserta perlustravit, ubi cum viris doctrina & sanctimonia celeberrimis, de rebus ad fidem & pietatem pertinentibus, diligenter contulit, atque ea postmodum in scripta retulit, sub titulo *Collationum.*

§. A *Johanne Chrysostomo* ad Ecclesiæ Constantinopolita-

ræ ministerium, gradu Diaconi, adhibitus est. Verùm inde postea Massiliam, Galliæ urbem, concessisse, relicta Constantinopoli, hinc liquet: quod *Gennadius* & *Prosper*, alter Massiliensem eum presbyterum, alter apud Massiliam insignem scriptorem nominant. Eloquentissimum scriptorem appellat *Barthius Advers. lib. 44. cap. 3.*

§. Opera ejus hodie extant sequentia: Opera.

De habitu Monachorum, & de canonico orationum & Psalmorum modo, lib. 3.

Institutionum, 1.

De Origine, & remedio octo principalium vitiorum, 8.

Collationes Patrum, 24.

De Incarnatione verbi, 7. Novissima horum editio prodiit *A. C. 1616. Duaci*, studio *Alardi Gazæi* monachi Oedastini, qui aliorum etiam in Cassianum notas & animadversiones collegit.

§. In censura *Gelasii dist: 15. Can: S. Romana*, de qva sæpius facta est mentio, Cassiani opuscula inter *Apocrypha* rejiciuntur, in veteribus decreti editionibus. *Baronius Tom: 5 An.* 435. agnoscit, etiam post expurgatum decretum, veram fuisse censuram & necessariam.

§. *Ado Viennensis Episc: in Chronico, anno 425.* In fine, de eodem hæc habet: *Opera illius à catholicis cautissimè legenda, maximè de libero arbitrio & gratia.*

§. Existimarunt Trithemius & *Dionysius Carthusian9* scripsisse Cassianum Græca lingva, qvæcunqve ejus nomine extant: Sed repugnant pleriqve doctorum. *Rivetus lib: 4. c: 17.*

§. Possunt omnia utiliter legi, exceptâ *collatione 13.* & paucis aliis, qvæ in editione *Romana* notata sunt. *Cassiodorus in expos: versus 1. Psal. 69.* eundem non in omnibus seqvendum, monet. Atqve extat sanè etiamnum, inter *Prosperi opuscula* libellus titulum gerens, *de gratia DEi, contra Cassianum collatorem:* in qvo impugnat acerrimè *Cassiani collationem 13.* Cum abbate Cheremone, qvæ habet inscriptionem, *de protectione DEi*: qvod in eâ ex sacris

scriptu-

scripturis sibi ipsi contraria colligat; & de *Libero arbitrio*, secùs doceat, quam Catholicorum doctorum consensus ferat; & præsertim *Augustini* sententiæ congruat, approbatæ Synodorum aliquot gestis, & inprimis Romanorum Pontificum speciali commendatione. Vide *Vossium lib. 1. Histor. Pelag. & de Histor. Latin. lib. 2. cap. 17.*

§. Genus orationis est mediocre, rebus conveniens, & latinum satis: nec monstrosum adeo, & obsoletis penitus, aut peregrinis Gallici idiomatis verbis & phrasibus, (ut *Sidonii*, & nonnullorum aliorum istius provinciæ Doctorum) horridum. In libris de Domini incarnatione, stylus est tersus & purus; & rerum dignitati respondens. *Centur. Magd. lib. 5. cap. 10.*

LEO MAGNUS
A. C. 440.

Fuit natione Thuscus: propter insignem Eruditionem & contra varios hæreticos vigilantissimum studium *MAGNUS* cognomento, dictus est. Pater ipsius fuit *Quintianus*, ut habetur in libro *Rom. Pontif.* quem *citat Baron. h. l.*

§. Vir fuit multijugæ eruditionis præsertim rerum Theologicarum: ea propter *Trithemio de Script. Eccles. pag* 230. vocatur Ecclesiasticæ dictionis *Tullius*: *Sacræ Theologiæ Homerus*: *Ratiocinum fidei Aristoteles*; *Apostolicorum dogmatum Propugnator &c.* Hic primùm per aliquot annos Ecclesiæ Romanæ Diaconus, deinde verò ex Galliis rediens, quo inter Aëtium & Albinum Romani exercitus Duces, amicitiæ redintegrandæ causâ perrexerat, mirâ patientiâ ab omnibus expectatus, legationeque publicâ accersitus, post obitum *Sixti 3. Rom. Pontif.* cum sedes vacâsset, quadraginta amplius diebus, in summum Episcopum, A.C. juxta *Baron.* 440. juxta *alios*, 443. sexto *Idus Majas* electus & ordinatus fuit.

§. Crescente indies *Archi-Episcopi Constantin. Anatolii* superbiâ, quâ etiam Alexandrinam, Antiochenam & alias Orientales

rales Ecclesias sibi subiicere laborabat, animosè ei restitit, prætendens Synodi Nicænæ decreta, utpote, quæ per singulas provincias Metropolitanorum Constitutionem, neminemque in Ecclesia DEI, imperandi cupiditate & aliorum Episcoporum oppressione debere potentiam quærere, expressè sanciverat: Conferantur *Epistola Leonis ad Anatol. A. C. 452.*

§. *Opera*: Homiliæ de præcipuis Festis Domini & Sanctorum: (2.) Epistolæ ad diversos, 98. (3.) Liber de conflictu virtutum & vitiorum. Ex *epistolis* illa *ad Flavianum* magna veneratione recepta fuit in Synodo Chalcedonensi *Act.* 4. *ab* omnibus, & singulis Patribus: & *Gelasius Papa* in *decreto de libris Doctorum*, dicit anathema iis, qui epistolam hanc Sancti Leonis integram, & usque ad unum jota non recipiunt. *Bellarminus.* **Opera.**

§. *Spuria*: Sermo in festum omnium Sanctorum. (2.) Sermo quintus de quadragesima. (3.) Epistolæ quædam, ut 84. & 92. nusquam extant nisi apud Gratianum. (4.) Leonis *epist.* 84. *&* 46. vel confictas esse, vel saltem corruptas qvidam judicant. Sed *Leonis* esse epistolas alii rectiùs concedunt, hominis supra modũ gloriæ & dominationis avidi. **Spuria.**

(5.) Epist: 47 falsò inscripta est ad Synodum Chalcedonensem.

(6.) Leonis 1. Epistolas adversus Eutychem de *vera Christi incarnatione* datas, à *Prospero Aqvitanico* dictatas crediderunt *Marcellinus Comes* & *Gennadius de viris illustribus cap. 84.* alii non abhorrere à stylo aliarum epistolarum Leonis existimant.

(7.) Liber de conflictu virtutum & vitiorum. Edita sunt ejus opera *Antwerp. Anno 1583.*

§. Memorabilis est censura *Riveti, lib: 4. c. 22.* qvæ sic sonat: *Distinguenda sunt in scriptis Leonis ea, qvæ ad doctrinam fidei pertinent, ab iis, qvæ Politiam Ecclesiasticam spectant. Fuerunt enim horum temporum Romani Pontifices pleriqve in fidei doctrina Orthodoxi sed in Politica & sedis prærogativa ambitiosiores quam oportuit.*

§. Eo lucet tamen humilitas ejus in iis *Epistolis*, quas ad *Theodosium II. & Martianum Imperatores* dedit, utpote in quibus

partim excusat, quamobrem ad Concilia ab illis indicta venire non possit, partim etiam deprecatur, ne molestè ferant, quod legatos suos eò mittat.

§. Etsi non desunt, qui hoc unum in eo desiderant, qvod sedis suæ amplificandæ studiosior fuerit. Sic & primus fuit, qvi imaginibus reverentiam jussit exhiberi.

§. Obiit *A. C. 461. d. 11. April.* cum sedisset annos *viginti unũ*, minùs diebus *triginta duobus*. Qvæ autem nonnulli de ipso fingunt, v:g: de *Apparitione Petri Apostoli, de amputatâ sibi dextra manu* (qvod cum formosa mulier exosculata eam esset, exinde aliqvid humani passus fuisset) *eâdemqve à sancta DEI Genitrice restitutâ* &c: fabulis proxima sunt. posterius ipse ridet *Baronius* A. C. 461. Hanius.

VINCENTIUS LERINENSIS.

A. C. 440.

§. Dicitur *Lerinensis* à loco & ejus Monasterio, ubi Presbyterum egit. *Leros* sive *Lerina* insula est, aliis, Duæ distinctæ, in vicinia *Liguriæ*, propè Antipolin & Stoechades, Massiliensibus vicinas, de qvo *Plin l. III. cap.* 5. & *Strabo l.* 4. Leronem insulam memorat *Ptolom. l. 2. c.* 10. Hinc Vincentius Lerinensis, à Lerinâ insula sita in confinio Italiæ & Galliæ inter Liguriam & Massiliam ad littus, cui altera loco & vocabulo propinqua, *Lero*, ut vult *G. Calixtus*. Hodie dicitur Lerina, *S. Honorati*, qvia is Monasterii Lerinensis primus fundator est, post qvem ibi floruerunt, Maximus, Faustus Regiensis, Hilarius Arelatensis, Eucherius Lugdunensis, Salonius Viennensis, & deniqve noster *Vincentius*.

§. E milite factus est Monachus, sicut ipse testatur in *Præfat.* Gennadius c. 64. appellat, *Virum in ss. doctum, & notitia Ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructum*.

§. Scripsit absconso nomine suo sub titulo *Peregrini*, opusculum, *de Profanis novitatibus*. Trithemius allegat ita: *De Collegiis & erroribus Hæreticorum fugiendis*. Qvod appellat, *Opus insigne*, Gennad.

Gennad. nominat, *Validissimam disputationem adversus Hæreticorum Collegia.* Sixtus Senensis l. 6. sic: *Adversus profanas omnium hæresium novationes.* Vulgò dicitur *Commonitorium.* Calixtus arbitratur *DUO Commonitoria* scripta ab illo esse, qvorum posterius, qvod multa ad HistoriamConcilii Ephesini pertinentia continebat, intercidit, teste *Gennadio, cap. 64.* Bellarmin. p. 200. de SS. nuncupati *Opusculum parvum mole, sed virtute maximum* Baron. Notis *in Martyrol.* Opusculum planè aureum. *Et tom.* 5. A. 434. *ait:* Ut vix sit reperire, qui paucioribus chartis majora concluserit. Edidit nuper *G. Calixtus* A.C. 1655.

§. Laborat suspicione Semi Pelagianismi, qvi tunc vigebat in illo Monasterio. Unde & nonnulli censent, Eundem esse, qvi *Objectiones* illas proposuit, qvas Prosper appellat *Vincentianas* & refutat, ut sunt *Vossius & Rivetus,* ille *Hist. Pelag. l. 1. C. IX.* iste *l. IV. Crit. S. cap. 24.* Qvod tamen Carol. *Baron. Not. ad Martyr. d. 24. Mai.* prorsus impugnat, & *Tom. V. Ann.* 431. §. 188. ubi Lerinensem pro Catholico & hoste Pelagii habendum operose contendit. Novissimè tamen Jo. *Dallæus cap 11. lib. de Usu Patr. confirmat, & Sanctum* salutari admiratur. Nam in Martyrol. Rom. sic legimus: *D. IX. Kal. junii in Monasterio Lerinensi celebratur Natalis Sancti Vincentii Presbyteri, doctrina & Sanctitate, conspicui.* **Errores.**

SOCRATES & SOZOMENUS. A.C. 440.

A.C. 440.

§. Socrates Historiam Ecclesiæ VII. libris scripsit; ea excipit Eusebii Hist. Eccles. à cujus fine incipit, scil. à Constantino *M.* & perducit ad tempora Theodosii minoris. Qvod spatium est annorum CXL.

§. Stylum nec admodum splendidum habere, nec in dogmatibus esse accuratum, indicat *Photius tom. 28.* Sane Novatianis favere, nulli obscurum esse potest, qvi legerit. *Voss. H. Gr. l. II. cap. XX.*

§. *Hermias Sozomenus,* Salaminius Scholasticus, scripsit

Histor. Eccles. l. IX. à Consulatu Crispi ad Theodosium juniorem, Cui opus suum dedicavit. Dissentit à quibusdam à Socrate, utiturq; stylo præstantiore, uti censet *Photius* *Imem. XXX.*

§. Apud Greg. M. l. 6. ep. 95. tale extat de eo Judicium: Sozomeni Historiam Sedes Apostolica recipere recusat, quoniã multa mentitur.

An. C. 440.

PHILOSTORGIUS.

A. C. 440.

§. Cappadox, Homo Arianæ Hæresi addictus. Natus sub Valent. Imp. A. C. 368. artium liberalium scientissimus & S. Literarum apprimè callens, sed inter Arrianos *Eunomianus*, ut latè deducit *Cl. Gothofredus in Prolegomen. p. XIII.*

§. *Scripsit lib. 12. Historia* Eccles. sub Theodosio juniore; Qvam erutam ex fragmentis veterum nuper luculento Comment. auctam in lucem emisit JC. *Clar. Gothofredus* A. C. 1643. *Genevæ.* Stylo usus fuit sic satis eleganti, sed ubiq; erga Arianos amorem, catholicos odium prodidit. Incipit ab Arrii studio in hæresin, & desivit in id tempus, qvo Valentin. Jun. regnum suscepit. *Phot. 1. 40.*

§. Itaq; seculo isto Theodosiano Historiam Eccles. ubertim exornarunt, idq; proposita *sibi* eadem Epochâ, à fine sc. Eusebii ad usq; Valentin. III. tempora per CXXX. annos σύγχρονοι, Philippus Sideta, Sabinus, Theodorus Mopsuestenus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, & Philostorgius, qvisq; pro sua inclinatione in hanc vel illam religionis partem. *Gothofred. adi Proleg. p. 18. 19. 20.*

A. C. 440.

ISIDORUS PELUSIOTA.

A. C. 440.

§. Sic dictus à Pelusio monte in Ægypto, Cui præfuisse monachus sub Theodos. juniore narratur à *Nicephor. l. 14. c. 53.*

ubi

ubi & addit, Chryfoftomi fuiffe difcipulum. *Evagrius l. 1. cap. 15.* celebrem extitiffe ait tempore Synod. 1. Ephefinæ. De quo plura *Baron. A. C. 431. §. 81. 86. & feqq.*

§. Hodie extant Epiftolæ Ifidori hujus A. C. 1585. Parif. impreffæ Græcè & Latinè opera *Jac. Billii.* De interpretatione divinæ fcripturæ *lib. IV. Epiftolarum* A. C. 1605. prodierunt cum Notis *C. Rittershufii.* Recentior editio *Parifienf.* Ann. 1638. *Gr. Latina.* Græcè, prodiit *Antwerpia* A. C. 1623. Latinè, *Roma* Ann. 1624.

PETRUS CHRYSOLOGUS. A. C. 440.

A. C. 440.

§. Ravennæ Epifcopus, à Sixto III. P. R. per miraculum divinæ revelationis, uti qvidem vult *C. Baron. T. V. Annal. n. 25.* creatus. Hujus extant *Homilia CXXII.* breves, fed difertæ, judice *Bellarmino*, miraculis & doctrina nobilis, Plurimos virtute verbi convertit.

SIXTUS III. P. R. A. C. 440.

A. C. 440.

§. Hujus Sixti III. nomine extant opufcula edita Antvverpiæ A. C. 1580. apud *Plantinum*; & Romæ A. C. 1573. *De divitiis. De malis Doctoribus. Operibus fidei. De ultimo judicio. De Caftitate.* Qvæ tamen & falfo ei tribui, & Pelagianifmo infecta ipfi obfervarunt Pontificii. *Höttingerus.* V. *Bellarmin. p. m. 201. Baron. T. v. Ann. 440. n. VI.*

DRACONTIUS. A. C. 445.

A. C. 445.

§. Vixit fub Theodofio jun. Poëta Chriftianus, fcripfit *Hexaëmeron f. Carmen in opus creationis.* Extat Tom. VIII. Bibl. PP. edit. II.

§. Prima Editio *Parisiensis* est, altera, *Basileensis*, Novissima iterum *Parisiens.* accurante *Jac. Simundo S. J.* Anno 1619. Adjecit Notas in peculiari editione Jo. *Weizius in 8.*

NILUS.

A.C. 445.

A.C. 445. §. Nobili genere natus, Constantinopolitanus, & Præfectus Urbis. Sed elegit vitam Monasticam, & factus est Monachus. *Niceph. l. 14. cap. 54.* Fuit Chrysostomi discipulus. Hodie extant in *Bibl. SS. PP. edit. 11. Tom. V. Capita Φυσικὰ, sive Paranetica* (2.) *Asceticus s. de Monastica vita Exercitijs.* (3.) *Adversus Vitia.* (4.) *De Oratione 148 Capita.* (5.) *De Christiana Philosophia.* Bellarminus.

Scripta. §. Höttingeri *Bibl. l. 11. c. 5.* sic recenset: Opuscula Nili nondũ sunt in unum corpus collecta. Extant passim in *Bibl. Vett. PP.* Colõ. & Paris. hæc:

Expositio in Cant. Canticorum,	Epistola ad Anastasium.
Capite 229. Parænetica,	Narrationes VII. de Sinaitis Monachis.
Orationes VIII. contra Vitia.	De vitiosis VIII. cogitationibus.
De oratione capita 147. vel 150.	Epistolæ CCCLV. A.C. 1617. *Paris.*
Liber asceticus, ad Monachos.	
Brevis institutio Monastica.	

Joann. Sambucus Oratiunculam contra Barbaros Latinè vertit, quæ A.C. 1555. Patavii edita fuit.

HILARIUS Arelatensis.

A. C. 445.

§. Patria ejus fuit *Arelatum*, Nobili genere insignis Discipulus Augustini in juventute. Primò, Monachus Lerinensis, deinde Episcopus Arelati factus *Ann. 441.*

§. Cum Prospero Aquitanico scripsit adversus Pelagianos pro defensione Augustini. Concilio Arausicano *A. C. 442.* interfuit. In pauperes adeò beneficus, ut pro iis reficiendis etiam

agri

agriculturam exerceret.

§. *Baron. Tom. V. Ann.* 445. annotat, Quòd primatum ambierit super Viennensem Provinciam, reprehensus idcircò à *Leone Papa*. Sed *Centur. Magdeb.* l. v. c. x. subdubitant, dicentes: *Utrum verè fuit horum criminum reus, non est clarum.* Et Balæus *Cent. 1. Append.* 44. planè virum absolvit, atq; ut vindicem libertatis Ecclesiæ Gallicanæ commendat.

§. *Epistola ejus ad Augustin.* fertur de Prædestinatione. Evam *Bellarminus* spuriam facit. (2.) Vita Honorati & alia apud *Gennadium*. *Notandum*: Quædam hujus Hilarii: Arelat. confundi solent cum scriptis Hilarii Pictaviensis. §. Obiit *A. C.* 445. ut vult *Baronius*.

PROSPER AQVITANICUS.
A. C. 445.

§. Patria ejus fuit Limonum in Pictonibus, unde *Aquitanicus* appellatur. Parentes non exactè constant. Vir facundus & eruditus, Augustini discipulus, quem & imitatus est. Initio Notarius Leonis P. R. Deinceps Episcopus factus Rhegiensis in Gallia provinciæ Narbonensis.

§. *Opera* ejus extant hodiè: *Opera.*

De Vita Contemplativa lib. III.
De Gratia & Libero Arbitrio.
De Gratia adv. Cassianum.
Libri III. de prædictionibus Dei.
De Vocatione Gentium l. II.
Responsiones ad Capitula Objectionum, & sententias Augustini.
De Providentia Dei.
Commēt. in Psalm. à 100. ad 150.
Chronicon Eusebii & Hieronymi.
De Prædestinatione ad Augustin.
Liber Epigrammatum.

§. Ex his *libri de Voc. Gent.* in dubium vocantur à *Jo. Latio. G. Vossio.* Sed *Andr. Rivetus* ἐπέχει. Vide prolixè *Voss. Hist. Pelag. l. 1. cap. XVIII. & LIII. & Rivet. l. IV. cap.* 18. (2.) De *Providentia DEi.* Tribuitur à nonnullis Homini Semi-Pelagiano.

§. Ipse vulgò dici solet *Pelagianorum Malleus*. Laicus an Epi-

Episcopus fuerit, & si hic, Italius an Gallus, certant viri docti, & horum postremus *Carol. Labbeus.* Operum ejus Editiones celeberrimæ sunt Tres: *Lugdunensis Ann.* 1539. Lovaniensis, *Ann.* 1566. 1577 Coloniensis *Ann.* 1609. nō satis correcta. Addidit nonnulla *Jac. Sirmondus* A. C. 1619.

§. Inter spurios refert etiam Cl. Rivet. l. 4. c. 18. *Libros de Prædictionibus DEI.* Obiit A. C. 466. cum Eccl. Rhegiensi præfuisset ann. 24. De *Chronico* Prosperi prolixè *Vossius de Hist. Latin. l. 11. cap. 17.*

ann. C. 450.

BASILIUS SELEUCIENSIS
A. C. 450.

§. Seleuciæ apud Isauros Episcopus. Ejus extant (1.) *Homiliæ XXXIIX.* de variis argumentis V. & N. T. Græcè prius, dein Latinè seorsim editæ. (2.) Tribuuntur & eidem, De *Vita ac Miracula Thecla Mart. l* 11. Bellarminus.

§. Opera *Gr. Latin.* prodierunt *Parisiis ann.* 1621. in quibus illa comparent: (1.) Orationes s. Homiliæ. (2.) De vita Theclæ (3.) *De adventu Christi contra Judæos.* (4.) Encomium D. Stephani. *Höttingerus.*

Ann. C. 450.

VALERIANUS.
A. C. 450.

§. Episcopus Cemeliensis, quæ urbs est Alpina in finibus Galliæ & Italiæ. Hujus extant opera, (1.) *Homiliæ* XX. (2.) Epistola ad Monachos, de virtutibus doctrinæ Apostolicæ. (3) Inter quas de *Bono Disciplinæ* Homilia supra ferebatur inter opera D. Augustini. *Bellarminus.*

§. Edita sunt Genevæ *ann.* 1601. in qua Goldastus *Homil. de Bono disciplinæ* exhibuit, quæ in Tom. IX. op. Augustin. reperitur. Deinde prodierunt *Parisiis ann.* 1612. & *ann.* 1613. curâ *J. Sirmundi*; Ubi *Homilia eadem* primum inter XX. obtinet locum. *Höttingerus.*

AR-

ARNOBIUS Junior.

A. C. 460. A. C. 460.

§. Vixit paulò post *Leonem I. P. R.* planè diversus ab Arnobio Rhetore, de quo suprà. §. Opera ejus extant impressa *Coloniæ ann. 1596.* ista: (1.) Conflictus cum Serapione, de Deo trino & uno. (2.) De duabus in Christo substantiis. (3.) De Concordia gratiæ & lib. Arbitrii. Scripsit in illum Notas *Fr. Fevardentius.* Bellarminus huic tribuit *Commentaria* in Psalmos. De quibus *supra in Arnobio.* Adde Vossium *l. I. c. XI. Hist. Pelag.*

§. Hujus item *Arnobii Jun.* scripta sunt, quæ ut Apocrypha à Gelasio proscribuntur. Constat quippe, eum Pelagio favere, atq; peccatum Originis vel negare vel certè extenuare. *Rivetus. Sixtus Senensis. Höttingerus.* alii.

SALVIANUS Massiliens.

A. C. 460. A. C. 460.

§. Gallum fuisse patet *ex l. 6. de Provid.* ubi appellat, *Solum Patrium.* Prius Massiliæ Presbyter, mox Episcopus fuit creatus. Nihil ei videtur ad absolutam eruditionem defuisse. Et ut est sanè mirus in castigando artifex, ita est in docendo Magister acerrimus. *Cent. Magd. l. V. c. X.*

§. Hodiè extant opera ejus edita *Basileæ* Ann. 1530. *Romæ,* Ann. 1564. per *Manutium.* Parisiis Ann. 1580. *Altorfii.* Ann. 1611. cum Notis J C. *Rittershusii.* Erant & *Libri III. ἀντικειμένων* sub ipsius nomine in lucem emissi *Basileæ Ann. 1530.* & alibi, sed illi *Juliano Toletano* debentur. Scripsit *Libr. VIII. De Providentia & gubernatione DEI. Bellarminus* addit: *Libr. 4. de Ecclesia* sub nomine *Timothei.* p. 209. OPERA.

JDACIUS Lemicensis.

A. C. 460. A. C. 460.

§. Nonnulli *Itacius*, alii Hydatius scribũt. Fuit Lemicẽsis in Gallæcia Episcopus. Extat ejus Chronicon ferè integrum, & *Fastorum* Pars, edita à *Jac. Sirmondo* Ann. 1619. Sed & *Carol. Labbêus* Fastos Idacianos inseruit Bibliothecæ Novæ.

§. Laboravit in eodem Auctore *Job. Scaliger*, *Henricus Canisius*, *Andr. Schottus & Sandovallius*.

§. *Chronicon* incipit, ubi Eusebianum Hieronymi sistit, ab obitu scil. *Valentis*. Desinit in *Anno 490*. Nota: Hunc longè aliũ esse ab *Itacio Sossubensi* Episcopo sive *Osnubensi*; item ab altero Episcopo *Idacio*, cujus fit mentio *l. 11. Sulpic. Hist. Sacr.* qui duo vixerunt A. C. 388. sub Gratiano. Hosce duos confudit *Trittemius*.

§. *Fastorum* opus commendat *Barthius l. 51. c. 4. Advers.* Porrò *Liber ad-versus Varimundum Arrianum*, qui extat *Bibl. SS. PP. Tom. IV.* cujus sit, non est clarum. *Voss. de Histor. Latin. l. 11. cap. 17.*

A.C. 470.

SALONIUS.

A. C. 470.

§. Episcopus Viennensis, ut nonnullis placet, scripsit *Dialogum in Proverbia Salomonis & Ecclesiasten*. Extat *Tom. 1. Bibl. SS. PP. edit. 2.* ac seorsim editus *Basileæ A. C. 1550.* cum aliis opusculis Veterum.

A.C. 480.

FAUSTUS REGIENSIS.

A. C. 480.

§. Britonem fuisse, & discipulum Pelagii fusè demonstrat *Jac. Usserius cap. XVII. Antiquit. Britann.* Ex Abbate Lerinensi factus est Episcopus apud Rhegium Galliæ Urbem. Hodiè extant Ejus *Libri II. de Gratia & Libero Arbitrio*.

§. Opera in unum Volumen redacta non inveniuntur, pleraq; *in Tom. IV. Bibl. SS. PP.* comparent. Nonnulla edidit *P. Pithoeus*. Tribuuntur illi & ista: (1.) Responsio ad obiectiones Nestorianas. (2.) De variis ad Paulinum. (3.) De poenitentia

ad

ad Felicem. Ejus *de Ratione Fidei libros* excudit *Henricus Petri Basileæ Ann. 1528.* Adi Bibl. SS. PP. Tom. III. Edit. 2. col. 405. 407. 409.

§. Epistola *de Creaturis, quod illis incorporei nihil insit,* habetur in Tom. I. Orthodoxograph. & *Bibl. SS. PP.*

§. Favet Pelagianis, unde *Isidorus* ipsi tribuit, *profundam calliditatem.* Gelasius Distinct. 15. Cap. sancta, inter Apocryphos reiicit. Quod & porrò faciunt Fulgentius, Alcimus Avitus, Ado Vienn. Petrus Diaconus, Maxentius ad Hormildam, *Rivetus c.* 24. ubi *Impurum Scriptorem* nominat, *Vossius l. 1. Hist. Pelag.* Bellarminus & alii.

§. Baronius *Tom. VI. Ann. 490. n. XXXI.* ostendit, Libris Fausti Catholicos omnes in oriente & occidente restitisse.

VICTOR UTICENSIS.

A. C. 490. Ann. C. 490.

§. Episcopus Uticensis in Africa reliquit *Libros III. de Persecutione Vandalica,* quæ tempore Augustini sævuit per Africã sub Genserico & Hunnerico Vandalorum Regibus. Vixit Zenone imperante, ut apparet ex *l. III. Histor.* Bellarminus appellat *Lectu dignissimos ob Martyrum insignium fortitudinem.*

§. Hæc & alia Rebaptistarum opiniones redarguentia conjunctim prodierunt. Seorsim autem *Historia illa* de persecutione Basileæ Ann. 1539. Coloniæ Ann. 1537. Leguntur etiam in *Bibl. SS. PP.* Höttingerus. *Vossius l. II. Histor. Lat. cap. XVIII.*

GENNADIUS Massiliensis.

A. C. 490. Ann. C. 490.

§. Dicitur Massiliensis ad differentiam; quia Ann. 458. vixit alius *Gennadius Constantinopolitanus* Episcopus, Vir catholicæ fidei. At noster prius *Presbyter,* deinde *Episcopus Massiliæ* fuit, Græcè ac Latinè doctus, & scripturæ *S.* cognitionem habuit non vulgarem.

§. Duo scripta hodiè extant: (1.) *De dogmatibus Ecclesiasticis*, qui falsò legitur in operibus Augustini. (2.) *De illustribus scriptoribus Ecclesiæ.* Quem Cassiodorus laudat cap. 17. de divin. *Lection.* Huic qvædam ab interpolatore esse inserta, censet *Cl. Hottingerus.*

§. Editio *Basileensis* prodiit Ann. 1529. Nuperrimè edidit *Elmenhorstius cum Notis* valdè eruditis.

§. Suspicionem Semi-Pelagianismi non exiguam sustinet, dum *Cassianum* & Faustum commendat, & Prosperum depressit Gratiæ defensorem, licet fusè demonstret contrarium *Cl. Vossius l. 1. c. 10. Histor. Pelag.*

GELASIUS P. R.
A. C. 492.

An. C. 492. §. Anastasius Bibliothecarius, *in vitâ Gelasii PP. Rom.* refert scripsisse eum *quinq; libros contra Nestorium & Eutychetem*: qvorum etiam *Gennadius* in catalago meminerat. De qvibus vide Rivet. c. 28 l. 4. & infra de *Vigilio*.

§. Scripsit:

1. Epistolas aliqvot insignes ad Imp. & alios, quæ extant.
2. Tomum de vinculo anathematis, qvi extat inter Epist. Decretales.
3. Librum contra Pelagianos.
4. Hymnos Ecclesiasticos.
5. Libros qvinq; contra Nestorium & Eutychetem.
6. De duabus Naturis Christi contra Eutychetem.

§. Ex his *libri de 2. Naturis in Christo* recensentur inter scripta ejus dubia. *Baron. ad ann. Christi 496.* probat autorem libri fuisse, *Gelasium Cyzicenum* satis apertis, Judice *Bellarm.* conjecturis. Sed *Rivetus* perstat in sententiâ, qvod tractatus hicce verè sit *Gelasii Romani*, non scriptoris alicujus Græci.

§. Hujus Gelasii varia variis in locis prodierunt scripta.

ejus decreta cum cæteris Pontificiis impressa sunt *Coloniæ*. De duabus in Christo naturis contra *Eutychem* & Nestorium *Basileæ* 1528. & *Tiguri apud Froschowerum* 1571. qvem contra Baronium, Canum, Bellarminum Scottam, *Binium* vindicavit, ceu genuinũ Gelasii fœtũ post *Forbes. Instruct. Histor. l. 11. c. 16. Rivetum Crit. Sacr. l. 4. c. 26.* ipse etiam *Labbaus*.

§. Fuit autem hic Gelasius natione *Afer*, patre natus Valerio Episcopo. Vixit circa *A. C.* 495. In tomo *Conciliorũ* exstat etiam Judicium & *Censura* Gelasii, de libris *V. & N. Testamenti* Canonicis & Apocryphis : & de nonnullorum Patrum scriptis; qvæ cum Canonicis, & quæ minus conveniant.

§. De usu utriusq; symboli in *Eucharistiâ* qvid senserit, testatur *decretum* ipsius, quod exstat *de Consecr. Distinct. 2. cap:* Comperimus autem, quod quidam sumtâ tantummodò corporis sacri portione: à calice sacri cruoris abstineant. qvi procul dubio (qvoniam nescio qua superstitione docentur abstringi) aut *integra sacramenta percipiantur, aut ab integris arceantur:* qvia divisio unius ejusdemq; mysterii, sine grandi sacrilegio non potest provenire.

§. *Errores* Viri sunt, qvod Romanam Ecclesiam contendit esse omnium primam. sicut inter cætera ita scribit: *Dominum totius Ecclesiæ principatum Romæ posuisse.*

§. Mortuus est A. C. 497. Centur: Magd. l. IV. c. X.

GELASIUS CYZICENUS.

A. C. 495.

Presbyteri Cyziceni, Photio teste, filius *Cæsareæ Palæstinæ fuit Episcopus*. Qvippe qvi vixisse se dicat sub *Basilisco*, eo, qvi, *Zenone* pulso, tyrannidem occupavit, h. e. *anno* 476. Hic *tribus libris* complexus fuit *res in Nicænâ synodo gestas*. Secutum se ait, cùm alios tum acta veteribus membranis inscripta, qvæ fuerant Dalmatii, Cyzicenorum episcopi, *Socrati* etiam memorati *l. 7. c. 28.* Ex his Gelasii libris paucula excerpta Photius exhibet: sed ipsũ Gelasium, vel saltem *libros* ejus *duos* Græcè cum interpretatione sua

edidit *Rob. Balforeus:* tertii autem loco dedit ſolum *tres Epiſtolas Conſtantini Imp.* Edidit Franc: Junius & Notas promittit G. J. *Voſſius de Hiſtor. Græc. l. II.*

§. Ejus libri 3. hiſtorici de actis Nicenæ Synodi primæ editi ſunt 1595. *Lutetiæ* per Robertum Balphoræum Scotum, Romæ & Coloniæ in tomis Conciliorum 1618. Hottingerus.

495 ## GILDAS.

Juſtiniani temporibus atq; ultrà claruit GILDAS, cognomento SAPIENS, Iltuti Morganenſis Diſcipulus, & *Bannechorenſis* cœnobii monachus atq; Abbas.

Opera. §. *Scripſit* 1. libellum de Excidio Britanniæ. 2. reprehenſionem acrem in Britanniæ clerum. *Priorem* commentationem ipſe *Epiſtolam* vocat: eaq; ſe eſſe complexum hiſtoriam ſui ævi inqvit, quod incidit in A. C. 493. De tempore, qvo vixerit vid. I. G. *Voſſ. fuſius l. 2. de Hiſtor. Lat: c. 21.* Ex qvo liqvet, vixiſſe ſecundo Conſtantini anno h. e. *A. C.* 543. in qva ſententia qvoq; eſt *Polydorus Virgilius, Joan. Balæus, & Geſnerus,* qvi epiſtolæ illius ſcriptorem floruiſſe ajunt anno 580.

§. Vir fuit ſummæ eruditionis, fidei etiã & ſanctimoniæ præcellentis. Nec movere debent ridicula illa, atq; inepta *oracula, Gildæ* tributa. Planè enim ſunt nugatoris cujusdam commentum, qvi auctoritatem aliquam qviſqviliis ſuis Gildæ nomine voluit comparare. Cæterùm brevis eſt in hiſtoria, multus autem, in caſtigãdis Britannorum vitiis. Anteqvam is lucem adſpexiſſet, imponi ſimplicioribus ſolet libello *alio Gildæ* nomen ementiente. De qvo judicium *Polydori Virgilii hiſtoriæ Angliæ lib. 1.* legatur, ubi ſuppoſititium eſſe probat, et *I. G. Voſſius* commentum illud de duobus Gildis, *Albanio & Badonico* planè explodendum cenſet. Quod ſi qvid Gildæ præter epiſtolam, de quà diximus, ac invectivam *in Clerum Britanniæ* tribui debet, id fuerit *Querolus*; ſ. *Aulularia illa, qva cum* Plauti nomine falſó prodiit v. I. G. *Voſſ. l. de Hiſt. Lat. c. 21. lib. 2.*

§. Epi-

§. Epistola *de excidio Britanniæ* ab Anglis, Jutis & Saxonibus, & acerrima *reprehensio ad Clerum Britanniæ* prodiit tùm seorsim, tùm *Tom. 5. Biblioth. magnæ* Parisiensis. Extat etiam *tom. 2. Orthodoxogr.*

§. *Centuria Magd. l. 6. c. 10.* libros ab ipso conscriptos hoc ordine & numero recensent:

De excidio Britanniæ lib. 1.
In sui temporis Clerum lib. 1.
Conciones mordentes lib. 1.
Historiam quandam lib. 1.
De immortalitate animæ lib. 1.

§. Tandem *nonagenarius* Bannochori in fata concessit. *Baleus.*

VIGILIUS.

An. C. 449.

§. Scripsit *libros 5.* valdè eruditos *contra Nestorium & Eutychetem* pro defensione epistolæ S. Leonis, & Concilii Chalcedonensis. Ex quo conjectura est, vixisse eum tempore Zenonis, & Anastasii Impp. quo tempore *Concilium Chalcedonense* graviter oppugnabatur.

§. Quis fuerit iste *Vigilius* non satis constat: non enim potest esse S. Vigilius, utpote qui vixit ævo Ambrosii. de quo prolixè agit *Baron. tom. 5. annal. A. C. 400. Bellarm.*

§. Vigilio Tridentino Episcopo & Martyri adscribunt libros, quos edidit *Georg. Cassander*; nempe *Disputationem inter Sabellium Photinum Arrium & Athanasium*, habitam Laodiceæ, & *libros 5. contra Eutychem*; quorum quinto autor indicat, se adversus Sabellium, Arium & Photinum Athanasii scripsisse nomine, ut præsentes viderentur cum præsentibus agere. Sed an fuerit *Vigilius Martyr*, meritò dubitatur. Fuit enim & alius Vigilius, Gallicanus Episcopus, qui Concilio Agathensi *506.* celebrato interfuit, & iterum alius *Vigilius Brixianus*, qui circa idem floruit tempus: & alter *Vigilius Africanus*, cujus inter claros scriptores

Eccle-

Ecclesiasticos meminit *Cassiod. de instit. divin. lect. cap. 9.*

§. Alii hos 5. libros sub Vigilii nomine adscribunt *Gelasio* Rom. Episcopo, qui circa A. 492. vixit.

§. Cujuscujus sint, antiquæ sanè sunt & doctæ lucubrationes, adeòq; dignissimæ, quæ manibus Theologorum versentur, ne propter ignotum auctorem aliquis existimet, dignas esse quæ abjiciantur. *Rivet. l. 4. c. 28.*

§. Vigilii hujus, quem *Tridentinum* aliqui, alii rectiùs *Afrum* appellant, *libros 5. contra Nestorium* atq; *Eutychen*, pro defensione Epistolæ S. Leonis & Chalcedonensis Concilii edidit *Froschowerus 1539.* posteà emendatiores & locupletiores cum aliis scriptoribus vulgati sunt per *Josiam Simlerum*; *Coloniæ per Cassandrum* & nuper per *Andream Schotum Iesuitam.* Eadem occurrit etiam in *Hæresiologiâ*, *Orthodoxographis*, & *Bibliothecis Patrum.* Hotting. l. 2. c. 4. de Biblioth.

PASCHASIUS, Diaconus.

A. C. 499.

Floruit Justiniani tempore *Paschasius* Romanæ Ecclesiæ Diaconus. Hic *septimum* vertit *librum*, qui est de *Vitis Patrum.* Fecit hoc rogatu abbatis sui, *Martini Dumiensis.* Hinc Sigebertus in *catalogo c. 118.* Martinus Episcopus transtulit, per manum Paschasii Diaconi, interrogationes, & responsiones plurimas sanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumiensi cœnobio. Nec diversum esse opus quod habemus, *præfatio* indicat, cujus inscriptio est: *Domino venerabili Patri Martino presbytero, & abbati, Paschasius.* Hinc orditur epistolam hoc pacto: *Vitas patrum, Græcorum (ut cætera) facundiâ studiosè conscriptas, jussus à te, Sanctissime Pater, in latinum transferre sermonem, in insolito, si licuisset, opere renuissem.*

§. Fuit vir magnæ sanctitatis & doctrinæ, & scripsit *libr. 2. de Spiritu S.* Hi libri extant in *Biblioth. S. Patrum tom. 9. edit. 2.*

§. Paschasii Ecclesiæ Rom. Diaconi *lib. 2. de Sp. S.* quibus continetur narratio Symboli adversus errores Macedonii, Ariano-

anorum, Sabellianorum, Novatianorum &c. *Coloniæ* sunt editi 1539. & posteà à *Bignæo in Bibliothecam* Patrum *translati*.

CÆSARIUS

§. Episcopus *Arelatensis* vixit tempore *Symmachi* Papæ & *Theodorici* Regis Italiæ, ut in ejus vitâ scribit *Cyprianus* ejus discipulus. Anno. C. 499.

§. Extant ejus *homiliæ 46. in Biblioth. S. Patrum tom. 2. ed. 2. Rivet. l. 4. c. 28.* interpolatas censet, ac in multis supposititias. *vid.* prolix. p. 488.

§. Prodierunt hæ *homiliæ 46. de variis rerum divinarum argumentis*, ex quibus tamen quasdem supposititias esse ipsi concedunt Pontificii: *Basileæ* operâ *Gilberti Cognati 1558.* & in utraq; Bibliothecâ, *Coloniensi* & *Parisiensi*. Sub ejusdem nomine *Regulam Sanctimonialium in gratiam* sororis suæ S. Cæsariæ conscriptam A. C. 1621. Pictavis edidit *Stephanus Moquetus*, notis illustravit *Franciscus Meynardus*. J. C.

RURICIUS.

Episcopus Lemovicensis scripsit *duos libros epistolarum*, qui ab *Henrico Canisio* ex Bibliothecâ Sangallensi editi sunt *tom. 5. editionis antiquæ*; *sed mendosi admodum*. Höttingerus. Ann. C. 499.

FULGENTIUS.

§. Natione *Afer*, patre Fulgentio, qui de nobili Carthaginensium Senatorum genere fuit, & matre *Martianâ*, in Telleptâ, seu, (ut *Volaterranus. lib. 6.* vult) in *Toletanâ* civitate natus est. A. C. 500.

§. In ipsâ autem pueritiâ, à parentibus traditus est Præceptoribus; ut literis Græcis & Latinis imbueretur. Posteà à Fausto Episcopo Monachus ordinatus est. Relicto deinde monasterio *Ruspensis Ecclesiæ Episcopus* factus est: vir confessione fidei celebris, & in scripturis sanctis eruditus. *Isidor. c. 15.*

Opera. §. *Opera* in editione *Antverpianâ An. 1574.* hæc extant:

Ad Thrasimundũ Regem l. 3.
De incarnatione & gratiâ Christi 1.
Ad Monimum. 3.
Cõtra objectiones Arianorũ 1.
Ad Donatum 1.
Ad Euthymium. 2.
Ad Ferrandi quæstiones, 2.
De fide ad Petrum, qui inter libros Augustini habetur, de quo suprà. 1.
Epistolæ VII. satis prolixæ instar librorum. 7.
Sermones X. variorum argumentorum qui soli supersunt ex multis, quos scripsisse & habuisse dicitur.

§. *DUBIA & Supposititia*:

Sermones 10. Fulgentio tributi incertum, an sint ejus omnes.
Liber de Fide ad Petrum *Augustini* est.
Mythologiarum libri 3: quos sub nomine Fulgentii habet *codex Basiliensis*, non videntur esse Fulgentii.
Libri Fulgentii de veritate prædestinationis.
Libellus de Trinitate, ad Felicem Notarium.

§. Prodierunt *opera Fulgentii* primùm *Norimbergæ* 1519. apud Kobergerum, posteà *Coloniæ* 1526. adjectis Maxentii Johannis & aliis opusculis. Separatim homiliæ quædam ejus cum homiliis Patrum *Basileæ* sunt excusæ. Ultima operum ejus editio est *Lugdunensis* 1652. Homilias 80. novas edidit *Theophilus Raynaudus Jesuita* cum præfatione ex Msc. codice *Nicolai Fabri*. Librum de Trinitate ad Felicem Notarium, edidit A. C. 1612. *Sirmondus* qui & ejusdem *libros 3. de Veritate Prædestinationis & gratiæ Dei* vulgavit; tertium mancum ex *Msc. codice Charthusiæ Portarum*, Chifletius & Theophilus restituerunt. *Liber de Prædestinatione & Gratiâ* cum censurâ (ita Labbæus) inofficiosæ censuræ Lovaniensium, Bellarmini, Possevini & quorundam aliorum, qua B. Fulgentio liber hic, *T. VII. Augustini* sæpè excusus, asseritur, & nitens purusq; præstatur à *Theophilo Raynaudo*. *Guilielmus Camerarius Scotus* 1634. præter alia opuscula, edidit Fulgentii *responsionem ad interrogationes Scarilæ de mysterio incarnationis & vilium animalculorum auctore* Anno 1643. Lutetiæ. *Sirmondus* edidit ex-

cerpta librorum S. Fulgentii contra Fabianum ex Codice Msc. Flori Diaconi, seu Subdiaconi Lugdunensis. Quæ & quo successu in hujus auctoris edendis scriptis lucubraverit *Chiffletius* Divione 1649. & 1656. ex *Labbao* disces. *Höttingerus.*

§. *Mythologiarum libri* 3. (quos alii *Fulgentio Rupensi* Episcopo, alii *Placiadi Fulgentio* tribuunt) prodiere primò *Augustæ Vindelicorum* 1521. cum Commentariis *Jacobi Locheri.* 2. Parisiis, cum vocum antiquarum interpretamentis per eundem Fulgentium conscriptis. 3. *Basileæ* sine commentariis tùm apud *Hervagium* 1535. tùm *Henricum* Petri. Leydæ cum aliis Mythologis ope Mss. recognovit 1599. *Hieronymus Commelinus*: Sed & in ejusdem *libro Hæresiologiarum*, Fulgentii opera sunt impressa. *Höttingerus.*

§. Summum hoc ac penè *ultimum Ecclesiæ Africanæ decus*, optatum præsenti vitæ finem lætus quoq; imposuit, anno ætatis 65. Episcopatus 25. A. C. 529. *ipsis Calend. Jan.* cum 70. propè diebus anteà ægritudine fatigatus hoc solùm frequenter diceret: *Domine, da mihi modò patientiam, posteà indulgentiam*: nec ab isto sermone aliquando cessavit, sive dolor affligeret, sive febris intenderet, sive lassitudo dissolveret. *Baronius.*

ANDREAS Cæsariensis. A. C. 500.

§. Andreas Episcopus Cæsareæ, Cappodociæ, vir doctus scripsit *Commentaria in Apocalypsin*, quæ extant in *Biblioth. S. Patrum tom.* 1. *ed.* 2. Quando vixerit non est omninò certum. Omniū consensu antiquus habetur scriptor, ex quo *Aretas Cæsariensis* compendium suum decerpsit *in Apocalypsin.*

ENNODIUS. A.C. 503.

Zenonis & Anastasii ætate, magnum *Ennodii* nomen fuit: qui corruptè nonnullis *Evodius* vocatur: eosq; inter *Platinæ*, *Lazio*, *Surio*. Episcopus Ticinensis, sive, ut nunc vocant, *Papiensis*,

creatus est Anno 490. Legato eo usus est Hormisda Papa ad Anastasiũ Imper. quod An. contigit 515. Obiit anno proximo 16. *Cal. Sept.* ut constat ex Epitaphio, quod Papiæ legitur ad *D. Michaëlis*.

§. Exstant ejus (1.) *Epistolarum lib.* 12. (2.) *orationes* ac declamationes 30. (3.) *panegyricus* dictus Theodorico, Gothorum Regi (4.) *apologeticus* pro 4. Synod. Rom. sub Symmacho Papâ (5.) *Poëmatia sacra*: & (6.) vita *Epiphanii*, Ticinensis Episcopi, cui successerat: item (7.) *vita B. Antonii* Cyri, monachi Letinensis. Prior & in *Orthodoxographorum* altero volumine *Basileæ* A. C. 1569. excusa est, & *Coloniæ* in collectione Surianâ *Tom.* 7. *a. d.* 22. *Jan.* sed duplo auctior *Tornaci* A. 1610. prodiit, cum cæteris Ennodii operibus, curâ *V. Cl. Andreæ Schotti*. Illa verò Antonii Cyri, cùm in iisdem Ennodii operibus legitur: tùm apud *Surium* *a. d.* 21. *Jan.* & in Chronologiâ sanctorum Litinensium, quam *Vincentius Barrali* congessit, & *notis* quibusdam illustravit. Recens edidit *Jacobus Sirmondus*, *Lutetiæ* 1611. quam, ceu accuratiorem, notisq; longè illustriorem, præfert *Labbæus*.

PETRUS DIACONUS.

A. C. 503.

Æqualis S. Fulgentii fuit, ut notum est, ex libris invicem scriptis. Scripsit enim Petrus hunc *librum de Incarnatione & gratiâ Christi* ad S. Fulgentium, qui liber extat inter *opera S. Fulgentii* proximè ante librum S. Fulgentii de eodem argumento.

FERRANDUS DIACONUS.

A. C. 504.

Ferrandi Carthaginensis Ecclesiæ Diaconi parenæticus, qvalis esse debeat dux religiosus, in actibus militaribus, excusus est Argentorati 1526. omnia verò ejus opuscula edidit Petrus Franciscus Chiffletius Jesuita, Divione 1649. Idem 1656. & ibidẽ edidit animadversiones in Ferrandum Redivivum, sive Vitam Hectoris Fulgentii, qvam *Johannes Ferrandus*, Aniciensis *Jesuita* 1650. Lugduni vulgavit, cujus tamen *metamorphosis* ne Labbæo qvidem placet. Epistolæ etiam ejus *Romæ* sunt impressæ.

§. OPERA

§. OPERA ejus Bellarm. sic recenset:

1. Paræneticus ad Reginum Comitem, qui extat in biblioth. S. Patrum, tom. 5. edit. 2.

2. Epistolæ, quæ extant Romæ impressæ.

3. Breve Compendium sacrorum Canonum. *Lutetiæ A. C.* 1609.

§. *Centur. Magdeb.* recensent seqventi ordine:

1. Ad Reginum Comitem paræneticus, qui excusus est seorsim Argentinæ *A. C.* 1526. erutus ex Bibliothecâ Hirsaugiensi.

2. De septem regulis innocentiæ lib. 1.

3. Ad S. Fulgentium, Ruspensem Episcopum, cui σύγχρονος fuit, Epistolar. lib. 2.

4. Epistolarum ad diversos lib. 1.

Claruit sub Anastasio *Trithemius.* Sigebertus cap. 29. sic contrahit: *Ad Reginum Comitem scripsit Librum De VII. regulis innocentiæ.* Dicitur pleno nomine *Fulgentius Ferrandus.*

EVGIPPIVS.

Abbas Africanus vixit S. Fulgentii tempore, & composuit 2. *tomos THESAURORUM S. AUGUSTINI*, qui liber aliàs dicitur *DEFLORATIO LIBRORUM S. AUGUSTINI.* A. C. 510.

§. Editum est hoc opus *Basileæ* a. 1542. & *Venetiis* annò 1543.

§. Ætas ejus incidit in *A. C.* 508. juxta calculum Isidori. Dicitur & alio nomine *Eugipius, Eugepius, Eugypius.* Variè enim id nomen scribitur. De ætate tum ex eo scimus, qvod Gelasii Papæ discipulus fuit: tum qvod nonnullæ ad eum epistolæ exstent B. Fulgentii Ruspensis. Scripsit *vitam S. Severini*, abbatis ejus, qvi Noricorum vocatur Apostolus, atq; anno obiit 482. aut circiter. Hæc vita apud *Surium* legitur *tom. 1. ad 8. Jan.* Misit illam ad Paschasium, Rom. Ecclesiæ Diaconum, eum, cujus miraculum narrat *Gregor. Magnus in Dialogis.* Epistolam verò Eugippii ad Paschasiú,

qvam vitæ Severini præmiserat, apud Canisium reperies *tom. 6. ant. lect.* Vossius l. 11 Histor. Latin.

MARCELLINVS COMES.

A. C. 520.

Comes Illyricianus, qvi cancellos egit Justiniani etiamnum patricii, Chronicō postea edidit, orsus illud à tempore Valentis, ubi desierat *Hieronymus*, ac finiens in 4. Justiniani consulatu: qui est imperii ejus octavus, Christi 534. Vide de eo *Cassiodor. divinarum lection. c. 17.* & *item 25.* ubi etiam dicitur CONSTANTINOPOLITANAM civitatem, & urbem Hierosolymorum, *qvatuor libellis minutissimâ narratione* conscripsisse. Primus edidit *Antonius Schonhovius* Belga, posteà alii, in his *Jos. Scaliger* in Thesauro Temporum. castigatissimè omnium *Sirmondus*, S. I. Presbyter, *Parisiis 1619.* Extat & hoc Chronicon In *Biblioth. S. Patrum tom. 7. edit. 2.*

An. C. 520.

AVITUS ALCIMVS.

Episcopus Viennensis vir nobilissimus, sanctissimus, doctissimus. Floruit temporibus Papæ Hormisdæ, à qvo *Vicarius in Gallis* constitutus est.

§. Scripsit (*1.*) libros quinq; carminum in Genesin & Exodum (2.) librum de castitate ad sororem; qvos *Bellarm.* vocat planè gravissimos & venustissimos. Extant in *Biblioth. S. Patr. edit. 2. tom. 8.*

§. Alcimi Ecdicii Aviti Episcopi Viennensis opuscula typis Cramosianis dedit 1643. Jacobus Sirmondus. Prostat etiam in Syntagm. veterum Poëtar: *G. Fabricii Chemnicens.*

An. C. 520.

BOETHIVS SEVERINVS.

Boethius Anius Manilius Severinus, Patricius & Consul, vir græcè & latinè doctissimus fuit, & multos in Philosophia aliisq; disciplinis

plinis

plinis tùm solutâ tùm ligatâ oratione conscriptos libros posteris reliqvit. Qui autem ad nos pervenerunt, hi sunt:

Liber de Consolatione Philosophicâ; quem senex (ut est l. 1. metro 1.) in exilio, in quod à Theodorico, Rege Italiæ, contra quē autoritatem Senatûs Romani tueri nitebatur, conjectus est, composuit, teste *Sigeberto*.

De fide Christianâ ad Johannem.
De Trinitate ad Symmachum socerum.
De duabus naturis & unâ personâ Christi.
De hebdomadibus.
De definitionibus.
De disciplinâ Scholarum.
De divisionibus.
De Musica.
De Topicis.

Multa etiam Aristotelis opuscula, ex Græco in Latinum transtulit, & in quædam Commentarios doctos edidit: & *Hymnos* 50. composuisse dicitur.

§. Fuit inventor *Chiterimi*, Musici instrumenti. In pauperes fuit liberalis. A Theodorico ob suspicionem affectatæ libertatis in exilium pulsus, & omnibus suis bonis exutus: ac tandem interemptus, & TICINI sepultus est. *Centur. Magdeb. l. 6. cap. X.*

§. OPERA ejus conjunctim vulgata sunt *Basileæ* 1446. studio *Glareani*. Sed & separatim habemus de *duabus naturis* & unâ personâ in Christo, adversus Euthychen & Nestorium. Item *lib. 5. de Consolatione* cum luculentissimis *Joh. Murmelii* & *Rodolphi Agricolæ* commentariis: Sed & *Joan. Bernartius*, & nuper *Renatus Vallinus* Commentaria scripsit, quibus hic posteriora addidit opuscula sacra, adjunctâ *fidei Confessione*. Aliquid etiam fuit pollicitus *Labbaus*. Edidit *Theodor. Sitzmanus* lib. *de Consol. Philos. An. 1607.* Hanoviæ.

DIONYSIUS Exiguus. An. C. 525.

A. C. 525.

§. DIONYSIUS, cognomento Exiguus, natione *Scytha*, sed doctrinâ & sanctitate maximus, scripsit (1.) *Cyclum paschalem*

an,

an. IↃXXVII qvo Justinus decessit, cum eo ipse anno Justinianum imperii consortem fecisset. (2.) Vertit *Canones Ecclesiasticos*. De temporibus, altero Historiæ lumine, præclarè meritus est. Nam *primus morem induxit numerandi annos à nativitate Christi, cùm antè Diocletiani æra obtineret.* (3.) transtulit *vitam S. Pachomii* abbatis, ut Sigebertus testatur. Vita ea hodieque extat. Præfatio *Dionysii* in eam frustra in *Lipomano, ac Surio* quæratur. Sed reperitur in *vitis SS. Patrum*, etiam illis, ab *Rosweido* editis. Plura de Dionysio hoc si voles, omninò *Cassiodorum* adi *de Divinis lect. cap. XXIII.* Meminere & veterum plurimi; hos inter *Beda de ratione temp. cap. XLV. & Historia Eccles. lib. V. cap. XXII.* Vossius.

§. *Collectio Canonum Ecclesiasticorum* vulgata Parisiis per Christophorum Justellum. 1628. cum Epistola Synodica Cyrilli & Concilii Alexandrini contra Nestorium ab eodem *Dionysio* in Lingvam Latinam translata. *Epistola Proterii*, Alexandrini Episcopi *ad Leonem Papam* de ratione Paschali, ab eodem versa, edita est *in appendice operis de doctrina temporum Petavii.* Sed conjunctim, quædam ejus opuscula edita sunt *Basileæ 1528.*

A. C. 514.

CASSIODORUS.

A. C. 514.

§. *Magnus Aurelius Cassiodorus*, fuit Ravennas, in qva urbe claris Parentibus A. C. 462. natus est, *juxta nonnullos.* Propter insignem rerum Philosophicarum notitiam, primùm Theodorico Gothorum & Italiæ Regi Præceptor datus est, à qvo postmodum ab uno dignitatis gradu ad alium evectus est, si qvidem à Præceptoratu ad *Cancellariatum* promptus, inde Senator & sacri *Palatii Quæstor* factus, postea *Consul ordinarius*, præterea *Officiorum Magister* ac postremò *Patricius Romanus*, qvæ tum temporis suprema erat dignitas, declaratus est. Cum varios præstantium virorum casus Gothorumque mutabilitatem, pariter & crudelitatem in bonos & innocentes viros hic ipse pensitaret, dignitatibus prædictis renuncians, Monachus, (*Monasterio à se constructa*

ſto, quod *Vivarium ob piſcium copiam ſeu etiam Caſtellenſe dixit*) fact⁹, *Abbatiam Ravennatem* ſuſcepit.

§. OPERA; (1.) Libri 12. epiſtolarum variarum, (2.) Chronicon breve ab initio Mundi usque ad tempora Theodorici Regis Italiæ. Ad codices MSSos caſtigavit *Gvil. Fornerius*, *antecesſor Aurelianenſis*. At eruditis idem commentariis jam ante ſeculum illuſtravit *Joannes Cuſpinianus*, qui & Casſiodori vitam præmiſit. Eſt illud *Chronicon* non inutile quidem propter Conſulum annos, quos digesſit; ut & *Sigebertus* annotavit *in catalogo cap. 40.* ſed tamen nec nimis eſt magnæ rei. Sanè penè nunquam ei cum Euſebio convenit. Sed Casſiodori chronicon tantùm farrago eſt, quam temulentiæ comparat Onuphrius Panuinus, approbante etiam *Joſepho Scaligero in Animadverſ. Euſebianis*. (3.) Scripſit etiam libros 12. de rebus geſtis Gothorum. (4.) De Inſtitutionibus divinarum lectionum, *libros duos* (5.) In omnes Pſalmos, & in Cantica Cantic. Commentaria. (6.) Hiſtoriam tripartitam ex libris Socratis, Theodoreti, & Sozomeni, per Epiphanium Scholaſticum in latinam lingvam converſis, confecit.

OPERA.

§. At cui non mirum videatur, tantum virum, laborem, quem pueris dignum putes, jam *anno ætatis XCIII.* quemadmodũ ipſe *Præfat. lib. de Orthogr*: ait, & ex eo *Sigebertus* prodidit, ſuſcipere voluiſſe, ut librum ſcriberet de Orthographia? quem ex XII. Grammaticis collegit, atque, ut ipſe loquitur, defloravit. *Voſſius l. 2. de Hiſtor. Latin.*

§. Tribuuntur & ei *Paphnutii*, *Spiridionis*, aliorumque Sanctorum vitæ illæ, quæ apud *Aloyſium Lipomanum* leguntur libro primo.

§. Prodierunt *Lutetiæ* 1519. & 1588. & 1605. *Novelliana* editioni 1579. elegantiæ laus tribuitur. *Duvallius* 1600. 2. *Tomis* edidit *Pariſiis* non incommodè. *Moguntina* accesſit, 1602. Diviſim commentarii in Pſalmos Davidis 150. per tria membra, hoc eſt, Pſalmos quinquagenos diviſi, *Baſileæ* editi ſunt 1549. ut in Canticum Canticorum ſub ejusdem nomine, ſed falſo, *Friburgi Brisgojæ*, 1538.

§. Obiit

§. Duo scripta hodiè extant: (1.) *De dogmatibus Ecclesiasticis*, qui falsò legitur in operibus Augustini. (2.) *De illustribus scriptoribus Ecclesiæ.* Quem Cassiodorus laudat cap. 17. de divin. *Lection.* Huic qvædam ab interpolatore esse inserta, censet *Cl. Hottingerus.*

§. Editio *Basileensis* prodiit Ann. 1529. Nuperrimè edidit *Elmenhorstius cum Notis* valdè eruditis.

§. Suspicionem Semi-Pelagianismi non exiguam sustinet, dum *Cassianum* & Faustum commendat, & Prosperum depressit Gratiæ defensorem, licet fusè demonstret contrarium *Cl. Vossius l. 1. c. 10. Histor. Pelag.*

GELASIUS P. R.

A. C. 492.

An. C. 492. §. Anastasius Bibliothecarius, *in vitâ Gelasii PP.* Rom. refert scripsisse eum *quinq; libros contra Nestorium & Eutychetem*: qvorum etiam *Gennadius* in catalago meminerat. De qvibus vide Rivet. c. 28 l. 4. & infra de *Vigilio.*

§. Scripsit:

1. Epistolas aliqvot insignes ad Imp. & alios, quæ extant.

2. Tomum de vinculo anathematis, qvi extat inter Epist. Decretales.

3. Librum contra Pelagianos.

4. Hymnos Ecclesiasticos.

5. Libros qvinq; contra Nestorium & Eutychetem.

6. De duabus Naturis Christi contra Eutychetem.

§. Ex his *libri dè 2. Naturis in Christo* recensentur inter scripta ejus dubia. *Baron. ad ann. Christi 496.* probat autorem libri fuisse, *Gelasium Cyzicenum* satis apertis, Judice *Bellarm.* conjecturis. Sed *Rivetus* perstat in sententiâ, qvod tractatus hicce verè sit *Gelasii Romani*, non scriptoris alicujus Græci.

§. Hujus Gelasii varia variis in locis prodierunt scripta.

Ejus

Ejus decreta cum cæteris Pontificiis impressa sunt *Colonia.* De duabus in Christo naturis contra Eutychem & Nestorium *Basilea* 1528. & *Tiguri apud Froschowerum* 1571. qvem contra Baronium, Canum, Bellarminum Scottam, Binium vindicavit, ceu genuinũ Gelasii fœtũ post *Forbes. Instruct. Histor. l. 11. c. 16. Rivetum Crit. Sacr. l. 4. c. 26.* ipse etiam *Labbaus.*

§. Fuit autem hic Gelasius natione *Afer*, patre natus Valerio Episcopo. Vixit circa *A. C.* 495. In tomo *Conciliorũ* exstat etiam Judicium & *Censura* Gelasii, de libris *V. & N. Testamenti* Canonicis & Apocryphis : & de nonnullorum Patrum scriptis; qvæ cum Canonicis, & quæ minus conveniant.

§. De usu utriusq; symboli in Eucharistiâ qvid senserit, testatur *decretum* ipsius, quod exstat *de Consecr. Distinct. 2. cap:* Comperimus autem, quod quidam sumtâ tantummodò corporis sacri portione: à calice sacri cruoris abstineant. qvi procul dubio (qvoniam nescio qua superstitione docentur abstringi) aut *integra sacramenta percipiantur, aut ab integris arceantur:* qvia divisio unius ejusdemq; mysterii, sine grandi sacrilegio non potest provenire.

§. *Errores* Viri sunt, qvod Romanam Ecclesiam contendit esse omnium primam. sicut inter cætera ita scribit: *Dominum totius Ecclesia principatum Roma posuisse.*

§. Mortuus est A. C. 497. Centur: Magd. l. IV. c. X.

GELASIUS CYZICENUS.

A. C. 495.

Presbyteri Cyziceni, Photio teste, filius *Casarea Palastina fuit Episcopus.* Qvippe qvi vixisse se dicat sub *Basilisco*, eo, qvi, *Zenone* pulso, tyrannidem occupavit, h. e. *anno 476.* Hic *tribus libris* complexus fuit *res in Nicænâ synodo gestas.* Secutum se ait, cùm alios tum acta veteribus membranis inscripta, qvæ fuerant Dalmatii, Cyzicenorum episcopi, *Socrati* etiam memorati *l. 7. c. 28.* Ex his Gelasii libris paucula excerpta Photius exhibet: sed ipsũ Gelasium, vel saltem *libros* ejus *duos* Græcè cum interpretatione sua

 edidit

edidit *Rob. Balforeus:* tertii autem loco dedit solum *tres Epistolas Constantini Imp.* Edidit Franc: Junius & Notas promittit G. J. *Vossius de Histor. Graec. l. II.*

§. Ejus libri 3. historici de actis Nicenae Synodi primae editi sunt 1595. *Lutetiae* per Robertum Balphoraeum Scotum, Romae & Coloniae in tomis conciliorum 1618. Hottingerus.

495

GILDAS.

Justiniani temporibus atq; ultrà claruit GILDAS, cognomento SAPIENS, Iltuti Morganensis Discipulus, & *Bannechorensis* coenobii monachus atq; Abbas.

Opera. §. *Scripsit* 1. libellum de Excidio Britanniae. 2. reprehensionem acrem in Britanniae clerum. *Priorem* commentationem ipse *Epistolam* vocat: eaq; se esse complexum historiam sui aevi inqvit, quod incidit in A. C. 493. De tempore, qvo vixerit vid. I. *G. Voss. fusiùs l. 2. de Histor. Lat: c. 21.* Ex qvo liqvet, vixisse secundo Constantini anno h. e. *A. C.* 543. in qva sententia qvoq; est *Polydorus Virgilius, Joan. Balaeus, & Gesnerus,* qvi epistolae illius scriptorem floruisse ajunt anno 580.

§. Vir fuit summae eruditionis, fidei etiã & sanctimoniae praecellentis. Nec movere debent ridicula illa, atq; inepta *oracula, Gildae* tributa. Planè enim sunt nugatoris cujusdam commentum, qvi auctoritatem aliquam qvisqviliis suis Gildae nomine voluit comparare. Caeterùm brevis est in historia, multus autem, in castigãdis Britannorum vitiis. Anteqvam is lucem adspexisset, imponi simplicioribus solet libello *alio Gildae* nomen ementiente. De qvo judicium *Polydori Virgilii historia Angliae lib. 1.* legatur, ubi suppositìtium esse probat, et *I. G. Vossius* commentum illud de duobus Gildis, *Albanio & Badonico* planè explodendum censet. Quod si qvid Gildae praeter epistolam, de quà diximus, ac invectivam *in Clerum Britanniae* tribui debet, id fuerit *Querolus*; s. *Aulularia illa, qvae cum* Plauti nomine falsó prodiit v. I. *G. Voss. l. de Hist. Lat. c. 21. lib. 2.*

§. Epi-

§. Epistola *de excidio Britanniæ* ab Anglis, Jutis & Saxonibus, & acerrima *reprehensio ad Clerum Britanniæ* prodiit tùm seorsim, tùm *Tom. 5. Biblioth. magnæ* Parisiensis. Extat etiam *tom. 2. Orthodoxogr.*

§. *Centuriæ Magd. l. 6. c. 10.* libros ab ipso conscriptos hoc ordine & numero recensent:

De excidio Britanniæ lib. 1.
In sui temporis Clerum lib. 1.
Conciones mordentes lib. 1.
Historiam quandam lib. 1.
De immortalitate animæ lib. 1.

§. Tandem *nonagenarius* Bannochori in fata concessit. *Balæus.*

VIGILIUS.

An. C. 449.

§. Scripsit *libros 5.* valdè eruditos *contra Nestorium & Eutychetem* pro defensione epistolæ S. Leonis, & Concilii Chalcedonensis. Ex quo conjectura est, vixisse eum tempore zenonis, & Anastasii Impp. quo tempore *Concilium Chalcedonense* graviter oppugnabatur.

§. Quis fuerit iste *Vigilius* non satis constat: non enim potest esse S. Vigilius, utpote qui vixit ævo Ambrosii. de quo prolixè agit *Baron. tom. 5. annal.* A. C. 400. *Bellarm.*

§. Vigilio Tridentino Episcopo & Martyri adscribunt libros, quos edidit *Georg. Cassander*; nempe *Disputationem inter Sabellium Photinum Arrium & Athanasium*, habitam Laodiceæ, & *libros 5. contra Eutychem*; quorum quinto autor indicat, se adversus Sabellium, Arium & Photinum Athanasii scripsisse nomine, ut præsentes viderentur cum præsentibus agere. Sed an fuerit *Vigilius Martyr*, meritò dubitatur. Fuit enim & alius Vigilius, Gallicanus Episcopus, qui Concilio Agathensi *506.* celebrato interfuit, & iterum alius *Vigilius Brixianus*, qui circa idem floruit tempus: & alter *Vigilius Africanus*, cujus inter claros scriptores

Eccle-

Ecclesiasticos meminit *Cassiod. de instit. divin. lect. cap. 9.*

§. Alii hos 5. libros sub Vigilii nomine adscribunt *Gelasio* Rom. Episcopo, qui circa A. 492. vixit.

§. Cujuscujus sint, antiquæ sanè sunt & doctæ lucubrationes, adeòq; dignissimæ, quæ manibus Theologorum versentur, ne propter ignotum auctorem aliquis existimet, dignas esse quæ abjiciantur. *Rivet. l. 4. c. 28.*

§. Vigilii hujus, quem *Tridentinum* aliqui, alii rectiùs *Afrum* appellant, *libros 5. contra Nestorium* atq; *Eutychen*, pro defensione Epistolæ S. Leonis & Chalcedonensis Concilii edidit *Froschowerus 1539.* posteà emendatiores & locupletiores cum aliis scriptoribus vulgati sunt per *Josiam Simlerum*; *Coloniæ per Cassandrum* & nuper per *Andream Schotum Iesuitam.* Eadem occurrit etiam in *Hæresiologiâ*, *Orthodoxographis*, & *Bibliothecis Patrum.* Hotting. l. 2. c. 4. de Biblioth.

PASCHASIUS, Diaconus.

A. C. 499.

Floruit Justiniani tempore *Paschasius* Romanæ Ecclesiæ Diaconus. Hic *septimum* vertit *librum*, qui est de *Vitis Patrum.* Fecit hoc rogatu abbatis sui, *Martini Dumiensis.* Hinc Sigebertus in *catalogo c. 118.* Martinus Episcopus transtulit, per manum Paschasii Diaconi, interrogationes, & responsiones plurimas sanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumiensi cœnobio. Nec diversum esse opus quod habemus, *præfatio* indicat, cujus inscriptio est: *Domino venerabili Patri Martino presbytero, & abbati, Paschasius.* Hinc orditur epistolam hoc pacto: *Vitas patrum, Græcorum (ut cætera) facundiâ studiosè conscriptas, jussu à te, Sanctissime Pater, in latinum transferre sermonem, in insolito, si licuisset, opere renuissem.*

§. Fuit vir magnæ sanctitatis & doctrinæ, & scripsit *libr. 2. de Spiritu S.* Hi libri extant in *Biblioth.* S. *Patrum tom. 9. edit. 2.*

§. Paschasii Ecclesiæ Rom. Diaconi *lib. 2. de Sp. S.* quibus continetur narratio Symboli adversus errores Macedonii, Ariano-

anorum, Sabellianorum, Novatianorum &c. *Coloniæ* sunt editi 1539. & posteà à *Bignao in Bibliothecam* Patrum *translati.*

CÆSARIUS

§. Episcopus *Arelatensis* vixit tempore *Symmachi* Papæ & *Theodorici* Regis Italiæ, ut in ejus vitâ scribit *Cyprianus* ejus discipulus. Anno. C.490.

§. Extant ejus *homiliæ 46. in Biblioth. S. Patrum tom. 2. ed. 2. Rivet. l. 4. c. 28.* interpolatas censet, ac in multis supposititias. *vid.* prolix. p. 488.

§. Prodierunt hæ *homiliæ 46. de variis rerum divinarum argumentis*, ex quibus tamen quasdem supposititias esse ipsi concedunt Pontificii; *Basileæ* operâ *Gilberti Cognati* 1558. & in utraq; Bibliothecâ, *Coloniensi* & *Parisiensi*. Sub ejusdem nomine *Regulam Sanctimonialium in gratiam* sororis suæ S. Cæsariæ conscriptam A. C. 1621. Pictavis edidit *Stephanus Moquetus*, notis illustravit *Franciscus Meynardus*. J. C.

RURICIUS.

Episcopus Lemovicensis scripsit *duos libros epistolarum*, qui ab *Henrico Canisio* ex Bibliothecâ Sangallensi editi sunt *tom. 5. editionis antiquæ; sed mendosi admodum.* Höttingerus. Ann. C. 499.

FULGENTIUS.

§. Natione *Afer*, patre Fulgentio, qui de nobili Carthaginensium Senatorum genere fuit, & matre *Martianâ*, in Telleptâ, seu, (ut *Volaterranus. lib. 6.* vult) in *Toletanâ* civitate natus est. A.C. 500.

§. In ipsâ autem pueritiâ, à parentibus traditus est Præceptoribus; ut literis Græcis & Latinis imbueretur. Posteà à Fausto Episcopo Monachus ordinatus est. Relicto deinde monasterio *Ruspensis Ecclesiæ Episcopus* factus est: vir confessione fidei celebris, & in scripturis sanctis eruditus. *Isidor. c. 15.*

Opera. §. *Opera* in editione *Antverpianâ An.* 1574. hæc extant:

Ad Thrasimundũ Regem l. 3.
De incarnatione & gratiâ Christi 1.
Ad Monimum. 3.
Cõtra objectiones Arianorũ 1.
Ad Donatum 1.
Ad Euthymium. 2.
Ad Ferrandi quæstiones, 2.
De fide ad Petrum, qui inter libros Augustini habetur, de quo suprà. 1.
Epistolæ VII. satis prolixæ instar librorum. 7.
Sermones X. variorum argumentorum qui soli supersunt ex multis, quos scripsisse & habuisse dicitur.

§. *DUBIA & Supposititia*:

Sermones 10. Fulgentio tributi incertum, an sint ejus omnes.
Liber de Fide ad Petrum *Augustini* est.
Mythologiarum libri 3. quos sub nomine Fulgentii habet *codex Basiliensis*, non videntur esse Fulgentii.
Libri Fulgentii de veritate prædestinationis.
Libellus de Trinitate, ad Felicem Notarium.

§. Prodierunt *opera Fulgentii* primùm *Norimbergæ* 1519. apud Kobergerum, posteà *Coloniæ* 1526. adjectis Maxentii Johannis & aliis opusculis. Separatim homiliæ quædam ejus cum homiliis Patrum *Basileæ* sunt excusæ. Ultima operum ejus editio est *Lugdunensis* 1652. Homilias 80. novas edidit *Theophilus Raynaudus Jesuita* cum præfatione ex Msc. codice *Nicolai Fabri*. Librum de Trinitate ad Felicem Notarium, edidit A. C. 1612. *Sirmondus* qui & ejusdem *libros* 3. *de Veritate Prædestinationis & gratiæ Dei* vulgavit; tertium mancum ex *Msc. codice Charthusiæ Portarum*, Chiffletius & Theophilus restituerunt. *Liber de Prædestinatione & Gratiâ* cum censurâ (ita Labbæus) inofficiosæ censuræ Lovaniensium, Bellarmini, Possevini & quorundam aliorum, qua B. Fulgentio liber hic, *T. VII. Augustini* sæpè excusus, asseritur, & nitens purusq; præstatur à *Theophilo Raynaudo*. *Guilielmus Camerarius Scotus* 1634. præter alia opuscula, edidit Fulgentii *responsionem ad interrogationes Scarilæ de mysterio incarnationis & vilium animalculorum* auctore Anno 1643. Lutetiæ. *Sirmondus* edidit ex-

cerpta librorum S. Fulgentii contra Fabianum ex Codice Msc. Flori Diaconi, seu Subdiaconi Lugdunensis. Quæ & quo successu in hujus auctoris edendis scriptis lucubraverit *Chiffletius* Divione 1649. & 1656. ex *Labbæo* disces. *Höttingerus.*

§. *Mythologiarum libri* 3. (quos alii *Fulgentio Rupensi* Episcopo, alii *Placiadi Fulgentio* tribuunt) prodiere primò *Augustæ Vindelicorum* 1521. cum Commentariis *Jacobi Locheri.* 2. Parisiis, cum vocum antiquarum interpretamentis per eundem Fulgentium conscriptis. 3. *Basileæ* sine commentariis tùm apud *Hervagium* 1535. tùm *Henricum* Petri. Leydæ cum aliis Mythologis ope Mss. recognovit 1599. *Hieronymus Commelinus* : Sed & in ejusdem *libro Hæresiologiarum*, Fulgentii opera sunt impressa. *Höttingerus.*

§. Summum hoc ac penè *ultimum Ecclesiæ Africanæ decus*, optatum præsenti vitæ finem lætus quoq; imposuit, anno ætatis 65. Episcopatus 25. A. C. 529. *ipsis Calend. Jan.* cum 70. propè diebus anteà ægritudine fatigatus hoc solùm frequenter diceret: *Domine, da mihi modò patientiam, posteà indulgentiam* : nec ab isto sermone aliquando cessavit, sive dolor affligeret, sive febris intenderet, sive lassitudo dissolveret. *Baronius.*

ANDREAS Cæsariensis. A. C. 500.

§. Andreas Episcopus Cæsareæ, Cappodociæ, vir doctus scripsit *Commentaria in Apocalypsin*, quæ extant in *Biblioth. S. Patrum tom.* 1. *ed.* 2. Quando vixerit non est omninò certum. Omniū consensu antiquus habetur scriptor, ex quo *Aretas Cæsariensis* compendium suum decerpsit *in Apocalypsin.*

ENNODIUS. A.C. 503.

Zenonis & Anastasii ætate, magnum *Ennodii* nomen fuit: qui corruptè nonnullis *Evodius* vocatur: eosq; inter *Platinæ*, *Lazio*, *Surio.* Episcopus Ticinensis, sive, ut nunc vocant, *Papiensis*

 creatus

creatus est Anno 490. Legato eo usus est Hormisda Papa ad Anastasiũ Imper. quod An. contigit 515. Obiit anno proximo 16. *Cal. Sept.* ut constat ex Epitaphio, quod Papiæ legitur ad *D. Michaëlis.*

§. Exstant ejus (1.) *Epistolarum lib.* 12. (2.) *orationes* ac declamationes 30. (3.) *panegyricus* dictus Theodorico, Gothorum Regi (4.) *apologeticus* pro 4. Synod. Rom. sub Symmacho Papâ (5.) *Poëmatia sacra*: & (6.) vita *Epiphanii*, Ticinensis Episcopi, cui successerat: item (7.) *vita B. Antonii* Cyri, monachi Letinensis. Prior & in *Orthodoxographorum* altero volumine *Basileæ* A. C. 1569. excusa est, & *Coloniæ* in collectione Surianâ *Tom.* 7. *a. d.* 22. *Jan.* sed duplo auctior *Tornaci* A. 1610. prodiit, cum cæteris Ennodii operibus, curâ *V. Cl. Andreæ Schotti.* Illa verò Antonii Cyri, cùm in iisdem Ennodii operibus legitur: tùm apud *Surium a. d.* 21. *Jan.* & in Chronologiâ sanctorum Litinensium, quam *Vincentius Barrali* congessit, & *notis* quibusdam illustravit. Recens edidit *Jacobus Sirmondus*, *Lutetiæ* 1611. quam, ceu accuratiorem, notisq; longè illustriorem, præfert *Labbæus.*

A. C. 503.

PETRUS DIACONUS.

Æqualis S. Fulgentii fuit, ut notum est, ex libris invicem scriptis. Scripsit enim Petrus hunc *librum de Incarnatione & gratiâ Christi* ad S. Fulgentium, qui liber extat inter *opera S. Fulgentii* proximè ante librum S. Fulgentii de eodem argumento.

A. C. 504.

FERRANDUS DIACONUS.

Ferrandi Carthaginensis Ecclesiæ Diaconi parenæticus, qualis esse debeat dux religiosus, in actibus militaribus, excusus est Argentorati 1526. omnia verò ejus opuscula edidit Petrus Franciscus Chiffletius Jesuita, Divione, 1649. Idem 1656. & ibidẽ edidit animadversiones in Ferrandum Redivivum, sive Vitam Hectoris Fulgentii, qvam *Johannes Ferrandus*, Aniciensis *Jesuita* 1650. Lugduni vulgavit, cujus tamen *metamorphosis* ne Labbæo quidem placet. Epistolæ etiam ejus *Romæ* sunt impressæ.

§. OPERA

§. OPERA ejus Bellarm. sic recensét:

1. Parænecticus ad Reginum Comitem, qui extat in biblioth. S. Patrum, tom. 5. edit. 2.

2. Epistolæ, quæ extant Romæ impressæ.

3. Breve Compendium sacrorum Canonum. *Lutetiæ A. C.* 1609.

§. *Centur. Magdeb.* recensent seqventi ordine:

1. Ad Reginum Comitem parænecticus, qui excusus est seorsim Argentinæ *A.C.* 1526. erutus ex Bibliothecâ Hirsaugiensi.

2. De septem regulis innocentiæ lib. 1.

3. Ad S. Fulgentium, Ruspensem Episcopum, cui σύγχρονος fuit, Epistolar. lib. 2.

4. Epistolarum ad diversos lib. 1.

Claruit sub Anastasio *Tritbemius*. Sigebertus cap. 29. sic contrahit: *Ad Reginum Comitem scripsit Librum De VII. regulis innocentiæ.* Dicitur pleno nomine *Fulgentius Ferrandus*.

EVGIPPIVS.

Abbas Africanus vixit S. Fulgentii tempore, & composuit 2. *tomos THESAURORUM S. AUGUSTINI*, qui liber aliàs dicitur *DEFLORATIO LIBRORUM S. AUGUSTINI.* A. C. 510.

§. Editum est hoc opus *Basileæ* a. 1542. & *Venetiis* annô 1543.

§. Ætas ejus incidit in *A. C.* 508. juxta calculum Isidori. Dicitur & alio nomine *Eugipius, Eugepius, Eugypius.* Variè enim id nomen scribitur. De ætate tum ex eo scimus, qvod Gelasii Papæ discipulus fuit: tum qvod nonnullæ ad eum epistolæ exstent B. Fulgentii Ruspensis. Scripsit *vitam S. Severini*, abbatis ejus, qvi Noricorum vocatur Apostolus, atq; anno obiit 482. aut circiter. Hæc vita apud *Surium* legitur *tom. 1. ad 8. Jan.* Misit illam ad Paschasium, Rom. Ecclesiæ Diaconum, eum, cujus miraculum narrat *Gregor. Magnus in Dialogis.* Epistolam verò Eugippii ad Paschasiú,

 quam

qvam vitæ Severini præmiserat, apud Canisium reperies *tom 6. ant. lect.* Vossius l. 11 Histor. Latin.

MARCELLINVS COMES.

A. C. 520.

Comes Illyricianus, qvi cancellos egit Justiniani etiamnum patricii, Chronicō postea edidit, orsus illud à tempore Valentis, ubi desierat *Hieronymus*, ac finiens in 4. Justiniani consulatu: qui est imperii ejus octavus, Christi 534. Vide de eo *Cassiodor. divinarum lection. c. 17. & item 25.* ubi etiam dicitur CONSTANTINOPOLITANAM civitatem, & urbem Hierosolymorum, *qvatuor libellis minutissimâ narratione* conscripsisse. Primus edidit *Antonius Schonhovius* Belga, posteà alii, in his *Jos. Scaliger* in Thesauro Temporum. castigatissimè omnium *Sirmondus*, S. I. Presbyter, *Parisiis 1619.* Extat & hoc Chronicon In *Biblioth. S. Patrum tom. 7. edit. 2.*

AVITUS ALCIMVS.

an. C. 520.

Episcopus Viennensis vir nobilissimus, sanctissimus, doctissimus. Floruit temporibus Papæ Hormisdæ, à qvo *Vicarius in Gallis* constitutus est.

§. Scripsit (1.) libros quinq; carminum in Genesin & Exodum (2.) librum de castitate ad sororem; qvos *Bellarm.* vocat planè gravissimos & venustissimos. Extant in *Biblioth. S. Patr. edit. 2. tom. 8.*

§. Alcimi Ecdicii Aviti Episcopi Viennensis opuscula typis Cramosianis dedit 1643. Jacobus Sirmondus. Prostat etiam in Syntagm. veterum Poëtar: *G. Fabricii Chemnicens.*

BOETHIVS SEVERINVS.

an. C. 520.

Boethius Anius Manilius Severinus, Patricius & Consul, vir græcè & latinè doctissimus fuit, & multos in Philosophia aliisq; disci-

plinis

plinis tùm solutâ tùm ligatâ oratione conscriptos libros posteris reliqvit. Qui autem ad nos pervenerunt, hi sunt:

Liber de Consolatione Philosophicâ; quem senex (ut est l. 1. metro 1.) in exilio, in quod à Theodorico, Rege Italiæ, contra quē autoritatem Senatûs Romani tueri nitebatur, conjectus est, composuit, teste Sigeberto.

De fide Christianâ ad Johannem.

De Trinitate ad Symmachum socerum.

De duabus naturis & unâ persionâ Christi.

De hebdomadibus.

De definitionibus.

De disciplinâ Scholarum.

De divisionibus.

De Musica.

De Topicis.

Multa etiam Aristotelis opuscula, ex Græco in Latinum transtulit, & in quædam Commentarios doctos edidit: & *Hymnos* 50. composuisse dicitur.

§. Fuit inventor *Chiterimi*, Musici instrumenti. In pauperes fuit liberalis. A Theodorico ob suspicionem affectatæ libertatis in exilium pulsus, & omnibus suis bonis exutus: ac tandem interemptus, & TICINI sepultus est. *Centur. Magdeb. l. 6. cap. X.*

§. OPERA ejus conjunctim vulgata sunt *Basileæ* 1446. studio *Glareani*. Sed & separatim habemus de *duabus naturis* & unâ personâ in Christo, adversus Euthychen & Nestorium. Item *lib. 5. de Consolatione* cum luculentissimis *Joh. Murmelii* & *Rodolphi Agricolæ* commentariis: Sed & *Joan. Bernartius*, & nuper *Renatus Vallinus* Commentaria scripsit, quibus hic posteriora addidit opuscula sacra, adjunctâ *fidei Confessione*. Aliquid etiam fuit pollicitus *Labbaus*. Edidit *Theodor. Sitzmanus* lib. *de Consol. Philos. An. 1607.* Hanoviæ.

DIONYSIUS Exiguus, A. C. 525.

An. C. 525.

§. DIONYSIUS, cognomento Exiguus, natione Scytha, sed doctrinâ & sanctitate maximus, scripsit (1.) *Cyclum paschalem*

an.

lio, quod Vivarium ob piscium copiam seu etiam Castellense dixit) fact°, *Abbatiam Ravennatem* suscepit.

§. OPERA; (1.) Libri 12. epistolarum variarum, (2.) Chronicon breve ab initio Mundi usque ad tempora Theodorici Regis Italiæ. Ad codices MSSos castigavit *Gvil. Fornerius, antecessor Aurelianensis.* At eruditis idem commentariis jam ante seculum illustravit *Joannes Cuspinianus*, qui & Cassiodori vitam præmisit. Est illud *Chronicon* non inutile quidem propter Consulum annos, quos digessit; ut & *Sigebertus* annotavit *in catalogo cap. 40.* sed tamen nec nimis est magnæ rei. Sanè penè nunquam ei cum Eusebio convenit. Sed Cassiodori chronicon tantùm farrago est, quam temulentiæ comparat Onuphrius Panuinus, approbante etiam *Josepho Scaligero in Animadvers. Eusebianis.* (3.) Scripsit etiam libros 12. de rebus gestis Gothorum. (4.) De Institutionibus divinarum lectionum, *libros duos* (5.) In omnes Psalmos, & in Cantica Cantic. Commentaria. (6.) Historiam tripartitam ex libris Socratis, Theodoreti, & Sozomeni, per Epiphanium Scholasticum in latinam lingvam conversis, confecit. OPERA.

§. At cui non mirum videatur, tantum virum, laborem, quem pueris dignum putes, jam *anno ætatis XCIII.* quemadmodū ipse *Præfat. lib. de Orthogr*: ait, & ex eo *Sigebertus* prodidit, suscipere voluisse, ut librum scriberet de Orthographia? quem ex XII. Grammaticis collegit, atque, ut ipse loquitur, deflora vit. *Vossius l. 2. de Histor. Latin.*

§. Tribuuntur & ei *Paphnutii, Spiridionis*, aliorumque Sanctorum vitæ illæ, quæ apud *Aloysium Lipomanum* leguntur libro primo.

§. Prodierunt *Lutetiæ* 1519. & 1588. & 1605. *Novelliana* editioni 1579. elegantiæ laus tribuitur. *Duvallius* 1600. 2. *Tomis* edidit *Parisiis* non incommodè. *Moguntina* accessit, 1602. Divisim commentarii in Psalmos Davidis 150. per tria membra, hoc est, Psalmos quinquagenos divisi, *Basileæ* editi sunt 1549. ut in Canticum Canticorum sub ejusdem nomine, sed falso, *Friburgi Brisgojæ*, 1538.

 §. Obiit

§. Obiit A. C. *ut volunt nonnulli*, 562. cum paulò ante mortem computum Paschalem publicasset, & ita propè *centenarius* evasisset.

An. C. 550.

JORNANDES

A. C. 550.

§. Vixit sub *Justiniano Imperatore*. Ex notario Gotthorum factus est *episcopus Ravennæ*: ut ipse indicat *libro de rebus Geticis cap.* 1. Qui liber Lutetiæ Parisiorum ex veteri exemplari *P. Pythœi* emendatior prodiit unà cum Cassiodoro à *Fornerio* recensito. Est verò Jornandes ea complexus, quæ Cassiodorus fusè erat persecutus *libris* 12. ejusdem argumenti. Scripsit illum *A. C.* IↃLII. Cæterùm hoc non injuriâ in Jornande culpâris, quòd omnia Scytharum gesta suis tribuat Gothis: item *quòd præterit, quæ offuscare gloriam suæ gentis viderentur*: qualis victoria de Gothis reportata à Claudio II. quam *Trebellius Pollio* narrat. (2.) Scripsit & *librum de gestis Romanorum*, ut quidem appellat *Tritbemius*. At non de solis agit Romanis, verùm etiam de Assyriis, Medis, Persis, Græcis. Quare rectiùs in *vulgatis codd.* vocatur, *de Regnorum & temporum successione*. In hoc opere res Romanas à Romulo usque ad Augustum planè exscripsit è *quatuor libris Annæi Flori*.

§. Optima Editio extat *Lugduni Batavorum*, ex officina Plantinianâ, apud *Franciscum Raphelengium*, CIↃIↃXCVII. Ex Recensione, & cum notis *Bon. Vulcanii Brugensis*.

JUSTUS ORGELITANUS,

A. C. 540.

§. Justus Orgelitanus Episcopus vixit tempore *Justiniani* Imperatoris & scripsit in *Cantica canticorum*. Extat hoc opus in *Bibliotheca Sanctorum Patrum tom.* 1. *edit: secunda*. Bellarm.

§. Dicitur Orgelitanus, sive *Urgellensis* à loco in *Catalaunia*, ubi fuit Episcopus. Aliis *Urgella & Urgellensis* prodiit *Haganoa* 1529. cui à

curâ *Menardi Molleri*, postea *Basileæ* 1551. inter orthodoxographa, denique in Bibliothecis Veterum Patrum; ultima etiam *Morelliana* extat.

ANASTASIUS SINAITA.

A. C. 544.

Episcopus Antiochenus. Ejus scripta extant (1.) ὁδηγός, id est *dux viæ contra Acephalos*. Impressus *Ingolstadii anno 1606.* & præterea extant in *Bibliotheca Sanctorum Patrum Tom. 1. edit. 2.* (2.) Anagogicarum *contemplationum in hexameron* libri 11. (3.) de *fidei dogmatibus lib. 5.*

§. *Quæstiones & Responsiones de variis argumentis in sacram scripturam numero 144.* Gretsero interprete, utraque Lingva, vulgata 1617. Cætera, quæ in *Bibliothecis* occurrunt, vel *Tilemannus* vertit, vel *Combesis*, vel *Turrianus*, vel *Svenenzelius* Jesuita. *Orationes quinque dogmaticas* de Sancta Trinitate, de incircumscripto, de divina incarnatione, de Passione & Impassibilitate Christi: de ejusdem Resurrectione, Latinitate donatas publicavit *Ingolstadii 1616. Petrus Stevartius.* Höttingerus.

§. NOTA: Duo fuerunt Anastasii Sinaitæ. Hic tantum agitur de illo, qui est antiquior.

A R A T O R.

A. C. 545.

§. Subdiaconus, S. R. E. scripsit *duos libros carminum*, quib9 *Acta Apostolorum* complexus est: eos libros Vigilio Papæ obtulit, & publicè eodem Papa annuente recitavit. Extât in *Bibliotheca SS. PP. Tom. 8.* Inseruit *Syntagmati Vett. Poët. Christian.* G. Fabricius *Chemnicensis*.

§. Hincinde excusi *Basileæ*, à Cassandro restituti, posteà etiam à *Guilielmo Fabricio* emendati; *Lugduni* 1553. Extat & apud *Sirmondum*, *in notis ad Ennodium* Episcopum Ticinensem, & *T. 1. nova Bibliotheca* Mss. librorum.

JUNILIUS,

A. C. 545.

Episcopus Africanus. Scripsit *libros duos de partibus divinæ legis*, qui extant in *Biblioth. SS. PP. edit: 2. Tom: 1.* Tribuitur etiam Junilio *Commentariolus in prima capita Geneseos*: sed ille non est Junilii, *sed Bedæ*.

§. *Basileæ* & in *Orthodoxographis* dedit, & separatim 1538. *Höttingerus, Bellarm: Rivetus.*

PRIMASIUS,

A. C. 545.

Episcopus Africanus, scripsit in *Epistolas sancti Pauli*, & in *Apocalypsin*. Ex his *Commentarius in Epist: Pauli* spurius est, & debetur *Haymoni Halberstatensi*, cujus & illa sunt, quæ *Villalpandus* Remigii Rhemensis nomine edidit. *Rivet: l. 4. c. 28. Cr: Sacr.*

§. Prodierunt conjunctim *Lugduni* 1543. antea *Coloniæ* separatim in *Epistolam ad Romanos* 1537. Commentaria ejus mysticæ expositionis in *Apocalypsin* ad Castorium, ex antiqua scriptura primùm *1544. Basileæ*, postea *Lugduni*. Sed & in *Bibliothecis Veterũ*, Coloniensi & Parisiensi habentur, qvo ei tribui solent opuscula. *Höttingerus.*

MARTINUS Dumiensis,

A. C. 560.

A. C. 560.

Episcopus *Bracarensis* Ecclesiæ, primùm qvidem monasterij Abbas. Scripsit (1.) *collectionem canonum* ex Græcis Synodis, qvi extant *in tomis Conciliorum*, post secundam Synodum Bracarensem. (2.) *de qvatuor virtutum Cardinalium differentia* & alia, qvæ extant in *tomo quinto Bibliothecæ SS. PP. edit. 2* Bellarminus.

§. *Liber de moribus*; id est, *Formula honestæ vitæ* sive *de differentiis quatuor virtutum* Cardinalium tum *Basileæ* prodiit, cura *Gilberti Cognati*, tum *Duaci*, tum alibi in *Bibliothecis veterum Patrũ.*

Sen-

Sententias Aegyptiorum Patrum, à Græco qvodam anonymo collectas, & ab hoc Martino Latinè redditas, vulgavit *Antwerpiæ Heribertus Rosweidus Jesuita 1615. & 1628.* Collectio verò Canonum Orientalium ex Græcis Synodis occurrit tum alibi impressa, tum in *Conciliis Binianis post II.* Synodũ Bracarensem A. C. 572. celebratum, *Hottingerus.*

VICTOR TUNNUNENSIS
A. C. 550.

§. Episcopus Ecclesiæ *Africanæ.* In aliquibus *codd.* Tunnuensis, vel *Tumnensis*, unde nonnulli *Tmuensis* fecere: ut ita dicatur à *Tmue*, oppido in confinio *Aegypti*, & Africæ vicinæ; ex qvo *Phileam Episcopum* originem duxisse auctor est B. *Hieronymus in catal: cap. XXV.* At longiùs etiam abeunt *codices* Honorii, ubi dicitur *Cemmenensis*: uti *Trithemio, Gesnero, Popliniero*, Cunmenensis. Victor hic, ut *Isidorus in catal. cap. 25.* ait, à principio mundi, usqve ad primum Justini Junioris Imperii annum, brevem per Consules annuos bellicarum, ecclesiasticarum rerum, nobilissimam promulgavit historiam, laude & notatione illustrem, ac memoriâ dignam. Hodiè nihil ampliùs habemus Victoris, qvàm *quod excipit tempora à Prospero descripta*: ut indicant verba hæc, qvæ *libello Victoris* (seu à Victore, seu ab alio sint, *præmittuntur A. XVIII. consulatu Theodosii Junioris Victor, Episcopus Tunnuensis Ecclesiæ Africæ, historiam prosequitur, ubi Prosper reliqvit.* Meminit qvoqve hujus scriptoris *Isidorus* initio *Chronici*, & in plerisqve codd: *Originum extremo libro qvinto*: Item *Ado Viennensis* & alii. Sed in vulgatis corruptè *Turonensis* pro *Tunnenensis*, vel *Tunnensis* legas. Item meminit ejus *Othosin Fringensis lib. 5. c. 6.*

PROCOPIUS Gazæus,
A. C. 560.

Sophista, qvando vixerit, non certum est. Scripsit (1.) in

Octateuchum Commentaria,(2.)*in Esaiam*, qvæ extant excusa *Parisiis*, Græcè & Latinè.

§. Hujus *Commentaria in Octoteuchum*, edita *Tiguri* 1555. interprete *Conrado Clausero*. In qvatuor libros Regum & primum Paralipomenon vertit *Ludovicus Lavaterus*, in secundum Paralipomenon *Hartmannus Hambergerus*. Græcè & Latinè edidit 1620. *Meursius*. Qvæ in Jesaiam dedit, vulgata sunt *Parisiis* 1580. Interprete *Johanne Curterio* viro doctissimo. Höttingerus.

JOANNES CLIMACUS.

A. C. 560. A. C. 560.

§. Monachus, adeptus est nomen apud Græcos ex *libro*, qvem scripsit *Triginta Graduum* ad *Perfectionem*. κλίμαξ enim *Gradatio* est. Dicitur aliàs *Joannes Scholasticus*, Fuitq; Abbas in monte Sinai. Liber ipse aliis vocatur, *Scala XXX. gradibus ad cœlum ducens*.

§. Prodiit Venetiis Græcè & Latinè, ex versione *Ambrosii Camaldulensis*.

LIBERATUS.

A. C. 560.

§. Archi-Diaconus Carthaginensis. Ejus extat Tom. II. Concil. *Breviarium Causæ Nestor. & Eutych.* constans capitibus XXIV. De Theodoro Mopsuesteno non videtur malè sensisse, unde & cautè legendum monet *Bellarminus*, & *Tom. 1. Controv. III. l. 4. de R. Pont. cap. 10.* Qvibus adde *Baronium Tom. V. Ann.* 435.

A. C. 570.

VENANTIUS FORTUNATUS.

A. C. 570.

§. Episcopus Pictaviensis. Pleno nomine, *Venantius Honorius* (al. *Honoratus*) *Clementianus Fortunatus*, Italus, natus fuit in agro Tarvisino, loco, qvi vocatur *Duplabilis*. Sed Ravennæ excoluit studia liberalia.

§. Scri-

§. Scripsit *vitam S. Hilarii* Pictaviensis lib. II. apud *Surium Tom. 1. d. XIII. Jan.* Item, *S. Albini*, S. Germani. S. Medardi. S. Radegundis & Maurilli, apud *Eundem* Tom. II. III. IV. (2.) *Carmina sacra*, varia. Tom. VIII. Bibl. PP. Edidit & *Operinus* A.C. 1562. Vitam ejus scripsit Christof. *Broverus S.J.* quam præfixit *Collectioni Carminum Ann. 1603. & 1616.* Moguntiæ. Vide Vossium l. II. Hist. Latin. cap. XXII. ubi sic de eo: *Poëta, prout tempora illa erant, nobilis fuit*, atq; inter alia 4. libb. complexus fuit Carmine Epico Vitam *B.* Martini, à quo oculorum usum miraculosè receperat.

EVAGRIUS A. C. 596.

A. C. 596.

§. Dicitur *Scholasticus*; qvo cognomine & Agathias salutatur. Erant enim Scholæ tunc Collegia jurisperitorum, unde σχολαστικοὶ dicti, qvi Latinis, *Advocati*, uti observat *G. J. Vossius l. II. Hist. Gr. cap. XXI.*

§. Vixit sub *Tiberio & Mauritio*, & scripsit Historiam Eccles. lib. VI. Eam inchoat, ubi *Socrates* ac *Theodoretus* desinunt, perducit autem ad Ann. XII. Mauritii, i. e. C. N. 597. *Photius tmem.* 29. Baronio est 15. Annus X. Mauritii.

§. Stylus ei non ingratus, & in Dogmatis etiam accuratior est, qvàm alii. Loca plurima in hâc ejus Hist. explanat *J. Billius l. I. obs. Sacr. cap. 38.* Legitur in fine operis *Eusebiani* post Sozomenum.

GREGORIUS TURONENSIS. A. C. 596.

A. C. 596.

§. Dicitur Turonensis, à loco, ubi Episcopatum gessit. Opera ejus leguntur:

De Historia Francorum libr. X.
De Gloria Martyrum lib. I.
De Gloria Confessorum libr. II.
De miraculis S. Juliani.
De miraculis S. Martini libr. IV.

§. Patriâ fuit *Arvernus*, cæterùm genere & Virtute nobilis. Parentes habuit Florentium & Armentariam; Patruum, Gallum Episcopum. In Episcopatu Turonensi succesit Euphronio, ordinante Ægidio Rhemense. *A. C. 572.*

§. Scri-

§. Scripsit etiam *Epitomen de rebus Francorum*, qvæ legitur in *Opere Vet. Hist. Franc.* Hanoviæ *A. C. 1613.* Tribuitur ei in credendo nimia simplicitas, qvâ factum est, ut in multis fidem non mereatur. Obiit A. C. *596.*

§. In *Tom. II. Orthodoxogr. Basil. A.C.1569.* extat qvoq; *Liber ejus de Passione Domini*, qvem videtur ipse nominâsse *Gesta Pilati*, lib. I. cap. *23. Vossius l. II. Hist. Lat. cap. XXII.*

§. Prodiit *Lutetiæ Anno* 1583. & *Coloniæ.*

„ §. *Atqve hæc qvidem sex primorum seculorum, qvibus limi„tibus includi solet Patrum nomenclatura. Reliqva in hunc censum „vulgò nō referuntur, qvia tamē non contemnenda est multorum ex seqq. „Usus in Theologia præcipuos nonnullos ad ætatem usq; Bernardi subne„ctemus.*

A. C. 600.

GREGORIUS MAGNUS.

A. C. 600.

§. Incidit in tempus Corruptionis Ecclesiam occupantis, unde & ipse cum prudentiâ legendus, cujus nævos & Errores prolixè recenset *Cent. 7. Magdeb. cap. X. Vid. Rivet. l. 4. cap. 29.*

Romæ nobili genere natus fuit, patre Gordiano, matre Silviâ. A puero coluit studia, qvibus juxta ac sanctitate ita excelluit, ut ad nostra usq; tempora parem illa sedes vix dederit. Initiò Præfectus Urbis fuit, deinceps Monachus, exinde *A. C. 581.* Diaconus E.R. tùm Episcopus electus *A.C. 590 d III. Sept.*

§. Qvamprimùm Pontifex evasit, omnem operam ad juvandam ornandamq; Ecclesiam contulit, Conciones habuit ad populum, composuit ritus & Cantiones sacras, erudiit Catechumenos, & ægrotos visitavit, Canonem Missæ qvoq; auxit & instituit. *Baum. Annal. T. 7. ad A. C. 590* annotat, Grassante peste instituisse Litanias & processiones publicas, cumq; ad *Molem Hadriani* perventum esset, apparuisse Angelum suprà Molem, nudatum gladium condentem in Vaginam, in signum placati Numinis.

§. In convertendis Anglis cum primis sudavit, misitq; Augustinum Abbatem illuc *A. C. 596.* qvi eò cum 40. sociis pro-

fe-

fectus, magnam insulæ partem à Paganismo ad Christi fidem convertit; unde à Beda vocatur: *Anglorum Apostolus.*

§. Reprehendit Serenum Massiliensem, qvòd qvidem rectè *Cultum Imaginum* prohibuisset, sed non rectè imagines deturbâsset tulitq; sententiam, postmodum in jus Romanum illatã, ut tolerentur velut *Laicorum Biblia, non verò* adorentur aut colantur.

OPERA ejus extant: Expositio Moralis in Job Libr. 38. **OPERA.**

De cura pastorali Libr. III.	In Ezechielem hom. 22.
In Canticum Canticorum.	In VII. Psalm. Pœnitentiales.
In Evangelia Homiliæ 40.	Epistolarum Libri *XII.*
In Libr. 1. Regum Libr. 6.	Responsiones ad XI. *Interrog.* Augustini.
Decreta nonnulla.	
Dialogi cum Petro Lib. 4.	

§. Ex his spuria sunt: (1.) *Dialogi.* Qvos Gregorii alterius esse censent Eruditi, qvi à Græcis *Dialogus* est cognominatus, qvod cognomen ob suas lucubrationes adeptus est, qvas lucubrationes *Dialogos* istos fuisse vero simile est. Is autem fuit Gregorius Secundus, qvi vixit anno *726.* De qvo prolixè Vossius *l. II. de Hist. Latin. c. 23.*

(2.) *Additamentum ad finem Dialogorum* Gregorii ex Vaticanâ Bibliothecâ, qvo narrantur fabulæ de privilegio Orationibus Gregorii concesso Christianis sepultis, in Ecclesiâ S. Andreæ in clivo Scauri; & de liberatione animæ Trajani ab inferis, à *Baron.* exploditur *tom. 8. ann. 604. sect. 50*

(3.) *Privilegium datum*, ut volunt, *Monasterio S. Medardi Suessoniensis.*

(4) *Sacramentarium & Antiphonarium* Gregorii nomine *Pamelius* edidit: sed horum nulla apud auctores mentio, nisi apud *Micrologum c. 24. de Ecclesiasticis observationibus*, qvi liber operâ *Pamelii* in lucem est editus, cujus verus autor ignoratur.

§. Et qvia sub id tempus magna barbaries & abusus non pauci confluxerunt, non immeritò dictus fuit *Gregorius Primus Papa, & pontificii chori præsultor, & ultimus Episcopus Romanus.*

§. OPERA Gregorii I. seu *Magni* conjunctim excusa *Basileæ*, apud Frobeniũ 1538. *Antverpiæ* 1572. *Parisiis* 1533. 1571 & 16. 0. *Romæ* 1588. 1591. seorsim verò Homiliæ 39. in Homiliar. Doctorum *Basileæ*: Expositio super Canticum *Parisiis* 1498. Expositio in libros Regum *Venetiis* 1538. In primum Regum & Regula Pastoralis *Argentorati* 1496. Liturgia Gregorii cum interpretatione Græcâ Georgii Codini *Parisiis* prodiit 1575. *Hugo* verò *Menardus*, Benedictinus Monachus librum sacramentorum ei tributum edidit ex Missali Msc. Eligiis Bibliothecæ Corbejensis, notisq; & observationibus illustravit *Lutetiæ* 1642.

§. Inter ipsius certamina præcipuum fuit, qvod habuit cũ *Joanne Constantinop. Episcop.* Cum enim Mauritius Imperator huic *Oecumenici* Ecclesiæ *Episcopi* titulum concessisset, adeò ægrè tulit arrogantiam hanc, tanqvam *ANTI-CHRITI TESSERAM*, Gregorius, ut exclamaret: *O tempora! ô mores! ardet undiqve bellis Orbis terrarum, trucidantur ab Idolorum cultoribus Christiani, delentur à barbaris urbes & templa: & tamen Sacerdotes velut insultantes calamitatibus, vanitatis nomina usurpant, & titulis profanis sese ostentant.* Hotting. part. 1. Histor. Eccles. p. 300. Nomen tamen *universalis Episcopi* à Phocâ concessum, *Bonifacius* 3. Gregorii post Sabinianum Successor, cupidè arripuit.

§. Ex summâ humilitate primus se SERVUM SERVORUM dixit, qvi humilitatis titulus mansit Successoribus. Imprimis verò singularis extitit Patronus *Scholarum* & *Scholasticorum*, unde factum, ut *in ipsius festo die* certis cantilenis ad scholas vocati fuerint & adhuc vocentur pueri. Subornatur namq; in isto actu Episcopus sub Personâ hujus Gregorii, cui adjuncti sunt satellites ordinis sacri, pueros hinc inde conquirentes, eosq; hunc ad Gregorium adducentes. *Hanius.*

§. Sunt tamen, qvi mores hujus Gregòrii hypocriticos fuisse volunt, id qvod *Cent. Magd. c. 12. hujus centur. B. D. Philip. Nicolai de Regno Christi l. 2. & M. Antonius de Dominis l. 4. de Rep. c. 11. & 12.* pluribus ostendunt: Sic enim detestatum fuisse titulũ *Universalis Episcopi*, ut solus talis haberetur, & Constantinopolitanus

nus

nus usurpatione hujus tituli excluderetur: Sic dum nimium credulus esset, *Purgatorio* qvoq; fundamentum, ex spectrorum apparitionibus, qvæ pro defunctorum animabus venditabantur, posuit, unde & qvidam ortum *Missarum pro vivis & mortuis*, Sanctorumq; invocationem ad ipsum referunt. Et qvia homo maximè superstitiosus fuit, iccirco à Mauritio Imp. *FATUUS* dictus est. Conjugia qvoq; legitima distraxit ministrorum verbi DEI, ac nefas duxit vitam monasticam deserere.

§. Obiit podagræ laboribus consumptus A. C. 604. d. 12. Martii. Epitaphium ipsius tale est:

Implebatq; actu qvicqvid sermone docebat,
Esset ut exemplum mystica verba loqvens.

Versiculus de eo circumfertur vulgatus: *GREGORIUS FINIT VITAM APOSTOLICAM.* Hanjus.

HESYCHIUS. A. C. 601.

Hesychius seu *Isychius* Episcopus Hierosolymitanus scripsit in *Leviticum libros* 7. qui prodiere *Basileæ A.* 1527. apud Cratandrum.

THEOPHYLACTUS SIMOCATTA. A. C. 612.

Theophylactus ὁ Σιμοκάτης, ut *Suidas* vocat, sive Σιμόκαττος ut dicitur *Tzetzæ Chil.* 3. *histor.* 69. & *Eustathio* In Dionysii τῆς περιηγήσεως versum 730. oriundus erat ægypto, *Photio* teste. sed tamen in Græciâ natus fuit, ut de se ipse testatur *præfatione* de *Physicis qvæstionibus*. Floruit circa *Annum* 612. qvo imperare cœpit Heraclius, Phocæ ejus successor, qvi Mauritium interemit. Scriptorem inter Græcos recentiores eximium appellat *Casaubonus animadvers. in Spartianum*. De rebus gestis à Mauritio historiam condidit *libris* 8. ac prioribus 5. de bello ejus adversus Persas agit: reliquis 3. tractat de iis, qvæ gessit adversus Avares, & Sclavos: item de miserabili Mauritii ac liberorum cæde. Hosce libros cum post obitum Phocæ de superiori loco populo legeret,

ubi ad cædem Mauritii ventum fuit, lacrumas ei excussit: quemadmodum ipse narrat *l. 8. c. 12.*

§. Qvæ verò fusiùs suis libris exponit Simocatta, ea breviùs perstringunt *Theophanes, Zonaras, Cedrenus, & Nicephorus Callistus*: qvi & ex *Simocattâ*, vel iis, qvi Simocattam exscripserant, illa qvæ de Mauritio scribunt, hauserunt.

§. Stylus ejus venusti aliqvid habet: sed dum figuras & scitamenta orationis sectatur, curiosâ nimis curâ in frigidam dictionem ac puerilem affectationem incidit: ut qvidem Photius censet: qvi & singulis ex libris ejus historiæ qvædam excerpsit cap. 65.

§. Præter historiam ejus habemus qvoq; tum *epistolas morales*, rusticas & amatorias, ab *Aldo* olim editas; tum *physica problemata*, qvæ primus *Lugduni Batav. edidit Bonaventura Vulcanius*: postea *Andreæ Scotti*, & *Jani Gruteri* beneficio, integriores in lucem prodiere. De *legationum excerptis* nihil dicam, qvia portio sunt historiæ illius, qvâ de antè egimus. Prodiit *Ingolstadii* cum notis *Pontani* admodum eleganter 1604.

FASTI SICULI.

A. C. 630.

§. Ad hæc tēpora referri debet *Chronici Alexandrini scriptor*: qvod omne ævum digerit usqve ad *annum 20. Heraclii*. Hoc opus in antiqvâ Siciliæ bibliothecâ primus invenit *Hieron. Surita*, atqve inde ejusdem & *Antonii Augustini* operâ, Romam advectum fuit. Hæc causa est, cur vulgò *FASTOS SICULOS* appellarint. Meminerunt jam olim ejus *Sigonius*, & *Panvinius*. Ac partem illius *Eusebio* suo Græcè adjecit *Jos. Scaliger*, qvi eam à *Casaubono* acceperat. Sed integrum 36. aureis Solaribus emptum *Augustanæ* bibliothecæ per *Davidem Heschoelium* obtulit *Fridericus Sylburgius*. Unde (ultimis duobus annis exceptis, qvi ita vetustate erant arrosi, ut legi ampliùs non possent) exscripsit *Matthæus Raderus*, cumq; interpretatione suâ publici juris fecit. Ac Chronici Alexandrini nomen libro imposuit, eò qvod in frontispicio illud commendet Πέτρ☉ Ἀλεξανδρείας. Ac satis verisimiliter suspica-

spicatur esse hunc *Petrum* illum, qvi numero *qvinqvagesimus* anno Redemtor. 640. *Alexandrinus Episcopus* fuit, ut ex *Chronologiâ Juris Græco-Latini*, qvam *Marquardo Frebero* debemus, cognoscere est. Opus est Chronologis perutile, vel ob multa ex Africano, atq; Eusebio excerpta, qvæ frustrà alibi qværas. *Vossius.*

MOSCHUS. Ann. C. 630.

§. *Joann. Moschus*, aliàs *Eviratus*, scripsit ad *S. Sophronium* Episcopum Hierosolym. librum, qvi dicitur *Pratum Spirituale*: atq; hinc fortasse factum est, ut ipsi Sophronio à multis iste liber tribuatur. Extat in *tom. 7. Bibliotheca. S. Patrum edit. 2.* Hic liber aliàs salutatur λειμὼν *s. Viridarium*, vel, ut alii appellant, Παράδεισος. *In* eo narrat *vitas Sanctorum*, qvi sub Heraclio & circa ea tempora floruerunt. Hodie in capita divisum est 209. sed Photius testatur, in qvibusdam libris habuisse narrationes 342. Stylo esse humiliori ac rudiori idem Photius judicat.

ISIDORUS HISPALENSIS. anno. C 630.

§. Stirpe Gothicâ natus fuit. Pater erat *Severianus*, urbis Carthaginensis Præfectus. Fratres habuit Episcopos duos, *Leandrum* Hispalensis, & *Fulgentium* Carthaginensis Ecclesiæ. Episcopus per annos 40. fuit, ut de eo auctor est nobis *Lucas Tudensis*. Idē est, qvi *ISIDORUS JUNIOR* in multorum codd. inscriptionibus vocatur: uti & à Sigeberto, Trithemio & aliis.

§. Nempe sic dictus, ut distinguatur ab *Isidoro Cordubensi*, qvi Honorii vixit temporibus: hoc est circa *A. C. 400.* Atq; hic ille sit, qvi, ut qvidem *Tritthemius* prodidit, *commentarios in libros Regum* edidit: eosq; dicavit *Orosio, presbytero Hispano, B.* Augustini discipulo. At *Hispalensis Isidorus* claruit imprimis circa An. 620.

§. *In* Episcopum Hispalensem A. C. 596. electus Ecclesiam istam 40. fermè annos administravit.

§. Anno 619. præfuit *Synodo Hispalensi* octo Episcoporum,

in qvâ controversiæ qvarundam Ecclesiarum sunt decisæ, & hæresis *Acephalorum* damnata.

§. Sic etiam præfuit *Synodo Toletana IV. A. C. 633.* interfuerunt tunc Episcopi numero 70. tàm ex Hispaniâ, qvàm Galliæ Narbonensis parte illâ, qvæ tunc parebat Hispaniarum Regibus. In hâc Synodo nostro Isidoro à Patribus injunctum fuit, *ut Ecclesiasticorum Officiorum*, qvibus tum in Missis, tùm in horis psallendis Canonicis uti deberent omnes Hispaniarum Ecclesiæ, elucubraret volumina.

§. Observandum etiam venit per *Isidorum Juniorem* non tamen semper signari *Hispalensem*: sed interdum & *Pacensem*, itidem Hispanum, qvi Hispalensi ipso fuit junior. *Vossius.*

Opera. §. *Scripsit* autem Hispalens. Opera eximia, nec pauca, id est:

Librum de genere officiorum l. de officiis Ecclesiasticis.

Lib. Prooemiorum.

Lib. de ortu vel obitu Patrum.

Lib. Commentariorum, qvē Synonyma vocavit.

Libellos 2. ad Florentinam contra Judæorum neqvitias.

Librum de Naturâ rerum ad Sisebutum Principem.

Librum differentiarum.

Lib. Sententiarum.

Lib. Qvæstionum sive Expositionis Sacramentorum.

Lib. Etymologiarum, qvem non complevit.

Sed in *editione Parisiensi anni* 1601. adduntur isti libri:

De contemtu mundi.

Norma vivendi.

Exhortatio ad poenitentiam.

Lamentum poenitentiæ versu & alphabeticè editum.

Oratio S. Isidori prolixa ad peccata deflenda.

Oratio brevior contra Diaboli insidias.

Epist. ad Massonum de lapsu & reparatione sacerdotis.

Chronicon ab initio mundi usq; ad annum 5. Suinthiliani Regis Gothorum.

Chronicon Gothorum.

Historia Vandalorum.

Historia *Suevorum.*

De Antiocho Rege & martyrio Machabæorum.

De *Scriptoribus* Ecclesiasticis.

De nativitate Domini, Passione

sione, Resurrectione, Regno, & Judicio ad Florentinam sororem.

De vocatione gentiú ad eandem.

Epist. ad Ludifredum, de Episcopi & aliorum clericorum in Ecclesiâ officio.

Sententiarum s. de summo Bono lib. 3.

Regula Monachorum.

De conflictu vitiorum & virtutum.

Expositio in Cantica Canticorum.

Liber de viris illustribus.

Glossarium ex diversis, qvæ nomine *Isidori* Hispalensis circumferuntur, collectum.

Qvæ scripta, *Bellarm.* suspicatur, non esse ab ipso S. Isidoro scripta, sed ab alio aliqvo superaddita.

§. *Isidori* totius *Editiones* aliqvot etiam habentur *Parisiis* prior Margarini Bignæi 1580. posterior, eoq; auctior 1602. qvæ *Coloniæ* fuit recusa 1617. *Originum* verò s. *Etymologiarum* libri 20. tum impressi sunt in *Italiâ*, tùm *Basileæ* operâ *Bonaventuræ* Vulcanii 1577. Historia Gothorum, Vandalorum & Svevorum edita *tom. 1. Biblioth. nova Mss. ex codice Msc.* per Labbæum ut & *Lugd. Batav.* 1597. opera *B. Vulcanii.*

§. *Epist. Vett. Pontificum* non sunt hujus Isidori sed Mercatoris, de qvo *Blondellus*, in suo *Pseud-Isidoro*, quem adi.

§. Mors Viri incidit in A.C. ut creditur 636.

ILDEPHONSUS. A.C. 658.

Hildephonsus vel *Illdephonsus* (qvi, nisi idem sit nomen, perperam aliquibus *ALPHONSUS*) Toletanæ sedis Episcopus. Hic *Isidori Hispalensis* Episcopi, fuit discipulus: atq; anno 653. in Concilio Toletano, cum adhuc Agaliensis cœnobii abbas esset, qvarto inter abbates loco subscripsit: anno autem 658. vel juxta alios 662. Eugenio 2. in Toletanæ sedis Episcopatu successit: obiit verò anno 667. qvarto anno Regis Bambæ: ac successorem habuit *Quiricum*, qvi in synodô Toletana XI. præsedit.

§. Scripsit (1.) *Insignem tractatum de Virginitate B. Mariæ* & (2.)

& (2.)alium *de perpetuâ Virginitate* & parturitione ejusdem. (3.) *sermones 12. de eadem*, qvæ omnia extant Parisiis apud Nivellium an. 1576. & inveniuntur *in Biblioth. S. Patrum tom. 9.* Extat item (4.) *liber de Viris illustrib9* inter opera S. Isidori Hispalensis, sed cū *titulo S. Ildephonsi*. Illis autē, qvos descripserat Hildephons9, Hildephonsum ipsum adjecit *Julian. Pomerius*; Julianum autem Felix, uterq; Archiepiscopus Toletanus. Præterea Hildephonsus *Gothorum* contexuit *historiam*, qvam exorsus est ab anno 5. Suinthiliani regis, ubi desierat *Isidorus*. Produxit autem usq; ad finem *Recaesvinthi Regis*. Ut indicant verba, qvæ apud *Lucam Tudensem* in fine proximè memorati Regis legas: Huç usq; Ildephonsus. Alia multa & versu & prosa scripsisse dicitur, qvæ non extant. *Vossius*.

JULIANUS TOLETANUS.

§. Hic inter alia memoriam sui propagavit prodendo posteris *vitam S. Hildephonsi*: cujus successori Qvirico ipse in Episcopatu successerat. Eam mutilè *Aloysius*; integrius verò perfectiusq; edidit *Surius*: qvem vide *a. d. 23. Junii.*

§. Scripsit (1.) Libros 3. adversus Judæos, qvi extant *in bibl. S. Patrum tom. 4.* (2.) Libros 3. de futuro seculo, qvos vocavit *Prognosticon*, qvi extant in *bibl. S. Patrum tom. 9. edit.*

§. Præterea condidit *historiam de Paulli ducis Narbonensis rebellione in Wanbam*, regem Gotthorum: cujus operis facit mentionem Felix, Archiep. Toletanus, in *append. Ildephonsi*: Joan. Vasæus in Chron. Hispaniæ *c. 4.* ait, se id opus vidisse *Salmanticæ* in bibliotheca Ecclesiæ Cathedrali.

§. Obiit Julian. eodem Felice teste, *æra 727.* h. e. *A. C. 690.* Atq; hinc liqvet, malè eum à multis confundi cum *Juliano Pomerio*, qvi, (ut ex *Ennodio Ticinensi* constat) circa annum *490.* vixit, nempe annis *200.* ante hunc Toletanum; qvi & *Pomerii* meminit non semel in *prognostico suo futuri seculi.*

§. OPUSCULA extant conjunctim in *Bibliothecis Veterū Patrum* Coloniensi & Parisiensibus: separatim *epistola ad Idalium* Bar-

Barcinocensem Episcopum, *Oratio ad DEUM*, & *Prognosticon s. de origine mortis humanæ*, de futuro seculo, & futuræ vitæ contemplatione *lib. 3.* primum edidit *Lipsiæ 1535. Joh. Cochlæus. Antikeimenon s. Contrariorum in speciem locorum* Utriusq; Testam. libri 2. seorsim anteà absq; auctoris nomine. *Basileæ* excusi 1530. & *Coloniæ 1532. Historia de iis, quæ Vamba fecit* in Gallis extat *tom 1. historicorũ coætaneorum* Franciæ & membranis Moissiacensis cœnobii, ab *Andreâ Duchesnio* publicata.

BEDA VENERABILIS. A. C. 700.

§. Fuit Anglus ex territorio Girvvensi, non longe â Tinæ flumininis ostio: natus ibi *A. C 666.* vel juxta alios *673. VENERABILIS* dicitur ex causâ satis levi; vel enim alii recurrunt ad ipsius discipulum: cum enim hic Præceptori suo epitaphium scribere vellet versibus Leoninis, essetq; non ita probè exercitatus, ita incepit:

Hac sunt in fossâ BEDÆ PRESBYTERI ossâ.

Hac sunt in fossa Bedæ sancti ossa. alii:

deprehendens autem metrum hoc m. claudicare, mirè se torsit, & tandem defatigatus in his obdormivit cogitationibus; qvo facto in somno putavit sibi divinitùs suggeri vocabulum *VENERABILIS*, qvod versum compleret, ut esset:

Hac sunt in fossâ BEDÆ VENERABILIS OSSA.

vel ad Angelum alii, qvasi de cœlo descendens manu suâ hæc verba in lapide correxisset, locoq; *SANCTI* incidisset *VENERABILIS* etc. ALII propter vitæ modestiam & pietatem hoc ipsi tribuunt elogium.

§. Fuit initio ingentis nominis *Monachus*, in eo Monasterio Angliæ cui *Ceolfridus Abbas* præfuerat, in qvo noster Beda à teneris annis coaluerat, creveratq; in virum perfectum, doctrinâ & sanctitate insignem; pòst *Presbyteratu* in Angliâ functus est; & qvia longè lateq; suam probarat doctrinam, *Sergius Papa Rom.*

Nnnnnn cum-

eundem quoq; ad se mitti A.C. 701. postulavit, utpote quem consuleret de rebus quibusdam Ecclesiasticis.

§. *Scripsit* plurima 8. tomis complexa:

Tom. 1.

Continet ea, quæ ad Grammaticam, Arithmeticam, Geometriam, Astronomiam, Musicam & similes spectant artes.

Tom. 2. continetur

Liber de naturâ rerum.

De ratione temporum.

De sex ætatibus mundi.

De temporibus ad intelligendam supputationem.

Temporum sacræ scripturæ

Sententiæ ex Cicer. & Aristot.

De proverbiis.

De substantiis Elementorum.

Philosophiæ lib. 4.

Lib. de Pascha s. æqvinoctio.

Epistola de divinatione mortis & vitæ.

Lib. de arca Nöæ.

Lib. de linguis gentium.

Oracula Sibyllina.

3. Tom.

Lib. 5. historiæ gentis suæ, cũ Epitome.

Vitæ Sanctorum, *Guthberti, Felicis, Vedasti*, Attalæ, Eustasii, Bertolfi, Arnolphi, Burgundoforæ.

Carmen de Justini martyrio.

Martyrologium.

De situ Hierusalem.

Interpretatio nominum Ebraicorum & Græcorum in S. L. occurrentium.

Excerpta et Collectanea.

4. Tom.

Explanatio in Pentateuch. & Lib. Regum.

In Samuelem allegoricarum explanationum libri 4.

Explanatio in Esdram, Tobiã, Job, Proverbia, Cantica.

De tabernaculo & vasis ac vestibus ejus lib. 2.

5. *Tom.* continet.

Commentaria in totum N. T. exceptis epistolis Pauli.

6. Tom.

Retractiones & quæstiones in Acta Apostol.

Commentaria in omnes Pauli Epistolas ex Augustini sententiis & verbis excerpta.

7. Tom.

Homiliæ de tempore, & Sanctis plurimis.

Lib. de muliere forti.

Lib. de officiis.

Scintillæ s. Loci Communes

Fragmenta in libros Sapientiæ & Psalterii versus.

8. Tom

8. Tom.

De templo Salomonis lib.

Lib. de creatione s. opere 6. dierum.

Quæstiones in Octateuchum.

In 4. libros Regum.

Quæstiones variæ.

Commentaria in Psalmos.

Commentaria in *Boetii* librũ de Trinitate.

De verbis Christi.

Meditationes passionis.

De remediis peccatorum.

§. BEDÆ SCRIPTA variis in locis separatim impressa sunt, conjunctim 3. tomis *Parisiis* 1545. *Basileæ* 1563. Historia ejus aliquoties etiam *A. C.* 1515. & nuper à *Seldeno* repetita. Quædam *editiones* 3. qvædam 8. tomis absolvuntur.

§. Sunt de eo passim doctorum virorum illustria elogia, ipsaq; Ecclesia Anglicana tanto Doctore semper gloriata est.

§. Tandem diem suum clausit A. C. 734. *alii* 731. Ejus corpus *Genuæ* conditum esse dicitur juxta nonnullos. *Bellarminus, Hanius. Höttingerus. Vossius etc.*

JOHANNES DAMASCENUS. *A. C.* 731.

A. C. 731.

§. Dicitur ita à Patria, qvæ est Damascus urbs Syriæ, genere nobilis & ex Christianis oriundus. Cognomen illi est *Chrysorrhœas*, ob insignem eloqventiam, *item*: *Μελῳδὸς* i. e. *Cantor*, qvoniam Musicam & cantilenas amabat.

§. Puer à Cosmâ Italo in fide genuina institutus fuit; Deinde à Principe Saracenorum in aulam evocatus locum Consiliarii eumq; primarium sortitus est. Qvo derelicto, bonisqs in pauperes erogatis apud *Sabæ Lauram* in eremo Monasticam amplexus fuit, commotus periculo, qvod à Leone III. Isauro Iconomacho ipsi imminebat.

§. Damascenus enim pro retinendis imaginibus contra Edictum Leonis *A.C.* 725. pugnabat; Quamobrem Cæsar ad fraudes conversus Epistolam manu Damasceni scriptam Notariis ad imitandum dedit, aliamq; tanqvam ad se scriptam pro suscipiendâ oppugnatione Damasci misit ad Amiram Saracenorum Du-

cem. *Baronius ad A. C. 728.* annotat: idcircò manum ipsi fuisse amputatam, & per miraculum à B. Virgine restitutam.

Opera. §. OPERA ejus extant hodiè: Libri IV. De Fide orthodoxa. — De Logica. — Contra Iconomachos Serm. III. — De Physica. — De Trisagio. — De Introductione Dogmatum. — De duabus voluntatib9 Christi. — De 100. Hæresibus. — De altercatione Christiani & Saraceni. Lib. III. Parallelorum. — De his qvi in fide dormierunt. † — †. Historia Barlaam & Josaphat. — De transfiguratione Christi. — De nativitate & assumtione B. Virginis. — Dialogus contra Manichæos. Vita Stephani Junioris. — Contra Acephalos. — Contra Nestorianos.

Ex his sive *dubia* sive *spuria* cruce notavimus. Omnia conjunctim edita sunt *Basileæ A. C. 1575.* Græcè & Latinè. *Libri 4. de Orthod. Fid.* prostant cum *Notis Mentzeri.* Cæterùm interpolata esse passim & fabulis referta, censet *D. Hülsemannus.*

§. *Höttinger. in Hist. Cl. Eccl.* tale judicium apponit: Hoc maximè in scriptis ejus desideratur, qvod fundamentalibus neglectis spinosa multa & intricata tractat, veluti necessaria ad salutem. (2.) qvòdq; rarior sit in allegandis & explicandis scripturæ locis (3.) qvòdq; utatur phrasibus è Philosophia magis depromtis, qvâ in parte imitatorem habet Lombardum apud Latinos *A. C. 1145.* Vid. *Casaubon. Exercit. 1. ad Annal. Baronii.* Qvin & ipse Baron. ad. A. C. 31. num. 75. Damasceno non adeò multùm tribuit, *futilem & in multis vanum scriptorem* esse affirmans. Adde *G. J. Vossium. l. 11. de Hist. Græc. Cap. 24.*

§. Prodierunt omnia ex Versione *Perionii* & *Fabri Stapulensis*, A. C. 1531. *Veronæ A. C. 1544.* *Parisiis.* & A. C. 1577. *Antwerpiæ A. C. 1556.* & *Basilëa* 1548.

A. C. 774.

PAULUS DIACONUS.

A. C. 774.

§. Dicitur *Paulus Warnefridus*, uti ipse testatur l. 4. Hist. Longob. c. 39. Vulgò *Diaconum* appellant, Alii, *Monachum*. Ut & MS. exemplar.

plar: *Pauli Casinensis Monachi*. Alii & *Atriensem* cognominant, qvod *Vossius* refellit. *l.II. cap. XXX. Histor. Latin.*

§. Gente, Longobardus. Prius, Diaconus Aqvilegiensis, & Desiderii ultimi Longobardorum regis, Cancellarius. Qvod non attendit *Raphaël Volaterranus*, cum pro diversis habet Paulū Longob. Hist. scriptorem, & Paulum diaconum Aquilegiensem. Hic victo rege suo, inter nobiles captivos à Carolo Francorum rege abductus fuit, ac propter prudentiam & eruditionem insignē, magno aliqvandiu in honore fuit; sed postmodùm suspectior in insulam Diomedeam fuit relegatus; unde ad Arichim, Beneventanum Principem, generum Desiderii regis, profugit. Eoqve defuncto Monachus evasit Cœnobii Cassinensis.

§. Scripta ejus sunt ista: Libri VI. De gestis Longobardorum. — Continuatio Historiæ Romanæ, Eutropio subjuncti. Hymni sacri, qvorum unus est: *Ut queant laxis resonare fibris &c.* qvi ab Ecclesiâ canitur in Natal. Jo. Bapt.

§. Ex his (1.) *Historia Longobardica* sæpissimè edita fuit. A.C. 1515. *Augustæ* A.C. 1532. *Basileæ* A.C. 1521. apud *Aldum*, *Venetiis*. (2.) *Excerpta quædam* de Primis Metensium Episcopis emisit *M. Freherus* Op. Hist. Francor. *A.C. 1611.* (3.) Vita *Benedicti* & *Scholasticæ* Virginis *Romæ* prodierunt. *A.C. 1590.* cum Carminibus Prosperi Martinensi. (4.) Versus de eâdem *Scholastica* edidit *Arnoldus Wion* in Histor. Miscellâ, Cuj⁹ auctor commendatur, celeberrima Editio est *Basileensis*. A. 1569. ex emendatione *P. Pithœi*. A. C. 1595. *Bonav. Vulcanjus* Libr. de *Gestis Longob.* cum Notis eleganter dedit per Fr. Raphelengium. Sunt & iidem accuratè emendati è MSS. *Jani Güteri* & editi opera *Jungermanni* Francofurti apud *Wechelianos*.

ALCUINUS. An. C. 800.

A. C. 800.

§. *Flaccus Alcuinus*, cognomento, *Albinus*, natione fuit Anglus. Primùm â *Beda*, inde ab Egberto Archiepiscopo institu-

tus. Docuit Carolum M. eiqve ab Eleemosynis & Sanctioribus Consiliis fuit. Etiam ipsius consilio Carolus evexit Academiam Parisiensem. Latinè doctus, Græcè & Ebraicè, atq; idem erat Rhetor, Philosophus & Theologus nobilis.

§ *Opera* hodiè extant: — Liber de Divinis Officiis. — Epistola ad Carolum regem. — Ad Odivinum Presbyterū. — Qvæstiones in Genesin. — In Ecclesiasten. — De Virtutibus & Vitiis. — Qvæstionum de Trinitate Lib. II. — Liber I. de Trinitate. — Ad Eulaliam, de ratione animæ. — Epistolæ 67. — Libri VII. adversus Felicem. — Libri 4. adversus Elipandum.

§. Obiit *A.C.804.*

§. *Simlerus* & *Vossius* observant, à nonnullis Vitam Caroli M. Alcuino tribui, qvæ *Eginhardum* auctorem agnoscit. Extant & *Libri IV. de Imaginibus*, editi qvidem sub nomine Caroli M. sed compositi ab *Alcuino*.

§. *Evangelia in Dominicas & Festa* prodierunt *Basileæ* A. 1515. *Coloniæ* A.C. 1539. Opera omnia, Parisiis A. 1617. *in folio*. In septem *Psalmos Pœnitentiales* & in Canticum *Parisiis* A. 1547. In Joannem, *Argentinæ* A.C. 1527. Adde Conringium in *dissertation. Academ.* & G. J. *Vossium lib. II. Hist. Latin. cap. 30.* ubi copiosè.

NICEPHORUS,

A. C. 811. A. C. 811.

§. Episcopus Constantinopolitanus, Theodori Studitæ familiaris.

§. Scripsit ἱστορίας σύντομον sive *breviarium de rebus gestis à Mauritii cæde usq; ad Constantini & Irenes nuptias*, h. e. Constantini annum 29. Christi 769. Primus publicavit, ac tralationem suam addidit V. Cl. *Dionysius Petavius*.

§. Dictionis elegantiam etiam *Photius Patriarcha* laudat *c. 66.* Addit qvoq; eum multos, qvi anteà scripsissent, hoc uno historico opere exsuperâsse: neq; in eo aliud qvidqvam posse desiderari, qvàm qvod brevitas nimia deterat aliqvid de summâ

venustate. Præfuit Constantinop. Ecclesiæ annos 9. post id temp9 ab Imper. Leone Armeno in exilium ejectus fuit: ac surrogatus ei *Theodotus*, sive *Cassiteras*.

AMALARIUS FORTUNATUS. A.C. 830.

Amalarius Episcopus Trevirensis scripsit (1.) libros 4. de Officiis Ecclesiasticis. (2.) librum de ordine antiphonarii.

RABANUS MAURUS. A. C. 830.

§. Fuit *Germanus*, & qvidem Fuldæ natus, qvanqvam alii potiùs eum natione *Scotum* faciant. Cognomine aliàs dictus fuit *Magnentius Maurus*.

§. Vir fuit planè omni literarum genere egregiè excultus, triumq; linguarum Hebraicæ, Græcæ & Latinæ peritissimus, ut nec similem Italia, nec parem Germania habuerit, fuit Alcuini auditor & discipulus.

§. Primùm in *Academiâ Parisiensi* aliqvandiu docuit; postmodùm sub Ludovico Pio *Abbas Fuldensis* constitutus est; cùm annum ageret ætatis 35, qvâ dignitate tamen qvietis amore *A. C. 838.* sese abdicavit: Hac autem qviete frui permissus est Rabanus, usq; ad *A. C. 847.* qvo Episcopus Moguntinus creatus est qvintus post *Bonifacium*, juxta *Zeiler. c. 30 Itiner Germ.*

§. Statim autem in Episcopum electus, pro reformatione Ecclesiæ & aliqvot abusuum, qvi irrepserant, hoc anno & seqventibus, Synodos Provinciales, jussu Lotharii Imper. & Ludovici Regis Germaniæ, *Moguntiæ* instituit, in qvibus etiam *Godeschalcum Presbyterum*, tanquam hæreticum de libero arbitrio, prædestinatione & sanguine Christi malè sentientem refutavit. *Hanius*.

§. Edidit Commentaria in universam S.S. utriusq; Testam. Edidit etiam (2.) libros 3. de Institutione Clericorum, qvi extant cum aliis multis similis argumenti, impressi Coloniæ

1568

1568. (3.) in flore ætatis suæ scripsit opus admirandum oratione solutâ ac ligatâ de laudibus S. crucis ad Gregor. 4. Papam *anno* 843. Editum est studio *Jac. Wimphelingii a.* 1501. inter opera *Rabani* & commentarium in threnos.

§. Obiit fulgentissimum hoc sidus *A.C.* 856 d. 4. Febr. (alii 855.) regnante Lothario, cum vixisset annos 68.

STRABUS FULDENSIS.

A. C. 840. Strabus *Fuldensis* Monachus, Rabani discipulus ex Magistri operibus decerpens *explicationes scripturarum*, composuit *glossam*, qvæ dicitur *ordinaria*, in scripturas utriusq; Testamenti, qvæ posteà aucta & ornata à posterioribus fuit. *Bellarminus.*

VVALAFRIDUS STRABO.

A. C. 849. VValafridus *Strabo* à vitio oculorum ita appellatus, *Abbas* fuit Augiæ.

§. Scripsit (1.) *de rebus Ecclesiasticis* librum utilem, qvi extat cum aliis similibus libris unà impressis *Colonia a.* 1568. & postea *Roma* 1590. (2.) de *Sanctis*, Gallo Abbate, & Othmaro libros 2. qvi extant apud Surium d. 16. Octob. & d. 16. Novemb.

HAYMO Halberstatensis.

A. C. 850. §. Fuit Anglo-Saxo: Bedæ consanguineus. *In juventute* sua habuit Præceptorem *Alcuinum Anglum*, qvi & in Dialecticis, Rhetor. Astronom. Carolum M. instituit. *Ipsius* condiscipulus & contubernalis in Cœnobio Fuldensi fuit Rabanus.

§. Primùm Abbas fuit *Hirsfeldensis*, postea Episcopus *Halberstadensis*, ordine tertius C. A. C. 840.

§. Extant ejus scripta:

Commentaria in Psalmos.
In epistol: omnes Pauli.
In Prophetas omnes & cantica Cantic.
In Apocalypsin.
In Evangelia homiliarum

rum. tom. 2.
De christianarum rerum memoriâ lib. 30.
De varietate librorum lib. 3.
De mundi voluptate lib. 1.
De S. Trinitate lib. 1.

§. Ejus *interpretatio in D. Pauli* Epistol. excusa est *Parisijs A.* 1556. Et ejusdem *sacra historia Epitome* s. de Christianarum rerum memoriâ *lib. 10. Coloniæ* in 16. An. 1573. & Romæ A. 1564. Nuper Historiam ipsius Eccles. edidit Marc. Boxhorn. *Lugd. Batavor. in 12.*

§. Obiit A. C. 853

SIMEON METAPHRASTES. A. C. 850.

Sub Constantino Ducâ, vel saltim circa hæc tempora, floruit *Metaphrastes*: ut nobis qvidem videtur. Nam de ætate ejus adhuc sub judice lis est. *Baronii in Ann. Eccles.* ad ann. 859. sententia est, vixisse sub Michaële III. h. e. *circa A. C.* 860.

§. Scripsit hic Simeon *Vitas Sanctorum*, easq; ad mensium dies digessit. Extant in *Bibliothecâ Vaticanâ, Bavaricâ, Augustanâ,* aliis. Eas latinè translatas apud *Lipomanum* & *Surium* habemus. Sed plurima in iis fabulosè scripta sunt. Nempe Metaphrastes, *ut Bellarm. Catal. Script. Eccles.* verissimè *ait*, multa addidit ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt. Uterq; etiam, *tàm Baron. qvàm Bellarm.* agnoscit, aliqvas vitas à junioribus esse adjectas: nempe omnium eorum, qvi vixerint post annum 850. qvo Simeonem hunc claruisse arbitrantur. In qvo in totum iis assentire non possum, cùm Simeon 200. annis posteriùs vixerit, qvàm illi existimârunt. Simeonis hujus mentio fit in *Concilio Florentino*, & *vitâ Dionysij Areopagitæ*. Vossius.

USUARDUS. A. C. 850.

§. *Usuardus*, qvi Sigeberto *Husuardus*, Phil. Borgomati & Tritthemio *Isuardus* vocatur, natione fuit Gallus, monachus cœnobii *Fuldensis*, ordinis Benedicti, auditor Alcuini.

§. Hic jussu Caroli M. (ut Sigebertus testatur) edidit *MARTYROLOGIUM*, in qvo & confessorum, aliorumq; Sanctorum vitas paucis inseruit. Id hodieq; exstat, non exiguo sanè historiæ Ecclesiasticæ bono. Sed si Caroli Imp. postulato Usuardus martyrologium scripsit: liqvet, qvàm spissus sit error illorum, qvi eum dicunt Bedæ vixisse temporibus.

§. *Martyrologium Romanum*, qvod Hieronymi nomen præferebat, à Bedâ fuit auctum: Bedæ martyrologium auctum fuit à Floro: Flori itidem martyrologium ab Usuardo. *Vossius.*

§. Extat hodiè cum notis *Cæsaris Baronii* longè doctissimis.

A. C. 858.

PHOTIUS.

Photius *Patriarcha Constantinopolitanus* scripsit contra Rom. Pontificis ambitionem, & de vitâ Nicolai Papæ, librum qvi ab Adriano II. Pontif. flammis est traditus. Item *Bibliothecam* s. enumerationem auctorum cum argumentis & summis librorum capitibus, voluminibus duobus *Græcè*, qvæ exstant *Venetiis* in *Bibliothecâ Stroza*, nuper editi *Augustæ* per *Hæschelium*, interprete *Andreâ Schotto*. (2.) *Nomocanonem*, i.e. *Jus Pontificium Græcorum*, cum annotationibus *Theodori Balsamonis*, Henrico Agylæo interprete. Impressit Oporinus *Basileæ 1561.* in fol. idem opus *Parisiis* prodiit, Gentiano Herveto interprete.

A. C. 858.

ANASTASIUS BIBLIOTHECARIUS.

Anastasius, *Abbas Romanus*, ordinis S. Benedicti, Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, & *Bibliothecarius Gregorii IV*; à Leone autem *IV.* in Synodo Romanâ *anno 850.* exauctoratus, eò qvod contra canonum decreta Ecclesiam suam qvinqvennio deseruisset. Multa de Græcis latina fecit; eaq; inter, *vitam S. Dionysii, Areopagitæ*; cujus translationem ad Carolum Calvum Imperatorem misit anno *876*. Opusculum id deperiit, præfatione exceptâ: qvâ habemus apud *Surium T. V. d. 3. Octob.* Scripsit qvoq; (2.) *Vitas Pontificum*, à D. Petro usq; ad Nicolaum *I.* Nam duæ seqventes Hadriani II, & Stephani VI. *Guilielmum*, itidem *Bibliothecarium*, au-

ctorem habent. Non desunt, qui partem priorem, ad Damasum usq;, ipsius esse Damasi arbitrentur.

§. Rudi stylo, imò semi-græco planeq; barbaro, sed fidelissimè tamen scribere, judicium est *Baron. tom. 9 ad ann. C. 752.* & inprimis ad ann. 813.

HINCMARUS REMENSIS. Ann. C. 860.

§. Hincmarus *Episcopus Remensis* scripsit (*1.*) *Epistolam paraeneticam* ad Corolum Crassum. (2.) *aliam de bono regimine* ad filios Ludovici Junioris Imperat. qvarum meminit Frodoardus in ejus vita: extant excusæ epistolæ *Moguntiæ a. 1602.* (3.) *vitam S. Remigii Episcopi* Remensis. (4.) *encomium ejusdem Remigii.* (5.) *Opusculum 55. Capitulorum* ad Hincmarum Laudunensem. (6.) opusculũ *de divortio Lotharii* Regis & Tetbergæ Reginæ (7.) *Epistolas varias* qvæ omnia sunt *Lutetia Parisiorum a. 1615.* edita.

§. Summo fuit in pretio extremis Lotharii temporibus; item sub Ludovico Juniore, Carolo Calvo, Ludovico III. & primis aliqvot annis Caroli Crassi.

§. Ritu solemni coronavit Ludovicum Balbum, filium Caroli Calvi: ut refert Aimonius, vel continuator ejus *l. 5. c. 36.* Normannis verò Rhemos contendentibus, fugâ sibi consuluit: qvod anno 882. contigit: ut idem narrat c. 41.

§. Obiit verò vel anno eodem; ut *Frodoard.* inqvit *l. 3. c. 30.* vel anno 885. ut refert in Chronicis suis *Sigebertus.* Vid. *Baron. Annal. tom. 10. Vos. l. 7. histor. Pelagian.*

REMIGIUS ANTISIODORENSIS. Anno. C. 890.

Remigius *Antisiodorensis* Monachus scripsit:

Commentaria in Psalmos ex Patribus, Ambros. & Augustino multa decerpens.

In 12. Prophetas.

De divinis officiis. qvæ omnia impressa extant.

Expositionem Missæ, qvæ habetur in *Biblioth. S. Patrum tom. 8 edit. 2.*

A. C. 910. **RADVLPHVS FLAVIACENSIS.**

Radulphus *Flaviacensis* Monachus floruit anno 910. scripsit in *Levit. lib. 20.* qvi excusi sunt *Coloniæ a. 1536.* Scripsit etiam in *epist. S. Pauli lib. 14.* pro numero epistolarum.

A. C. 1010. **BVRCHARDVS VORMACIENSIS.**

Burchardus Episcopus VVormatiensis scripsit ex sententiis S. Patrum & generalium Conciliorum atq; summorum Pontificum, magnum opus post *Isidorum*, videlicet *Decretorum lib. 20.* de *variis consiliis*, qvi excusi sunt *Coloniæ ann. 1548.* & *Lutetiæ in 8.* apud Joan. Petit. Item scripsit *epistolarum ad diversos* lib. 1.

A. C. 1060. **PETRVS DAMIANI.**

§. Ex monacho Benedictino *Episcopus Ostiensis* & Ecclesiæ Romanæ cardinalis.

§. Scripsit (1.) *Epistolas plurimas*, multosq; sermones, *Romæ* excus. (2.) opuscula non pauca, qvæ in *Biblioth. S. Patrum tom. 3.* reperiuntur (3.) vitam S. *Odilonis* Abbatis, qvæ extat apud Surium 1. d. Januar. & (4.) vitam S. *Romualdi*, apud eundem *Sur. d. 19. Junij* & (5.) S. *Dominici Loricati* vitam apud eundem d. 14. *Octobr.*

§. *Librum de Ecclesiasticâ Institutione* & Simoniacæ hæreseos confutatione impressum reperies *Coloniæ* apud Gymnicum cum 3. Prosperi libris. Item *de Excellentia S. Joh. Baptistæ* Homil. 2. ibid. excusæ. *Item libellus ejusdem de correctione Episcopi ac Papæ* editus est in *catal. test. verit. p. 199.* excuso *Argentinæ 1562.* in fol:

§. Fuit & alter *Petrus Damiani*, cujus, si inscriptio non fallit, *oratio est de nativitate Domini*; qvam Surius repræsentat *tom. 6. Decemb. 25.* v. plura ap. *Voß. de Hist. Lat. c. 45. l. 2.*

GRE-

GEORGIUS CEDRENUS. A. C. 1070

§. *Georg. Cedrenus* monachus, *annales*, s. potiùs *historiæ compendium* scripsit ab initio mundi usq; ad *Isaacium Comnenium*; cujus & temporibus vixisse videtur. Is verò Michaël Stratiotico successit A. C. 1057. In rebus Byzantinis Zonarâ paulò diligentior est. In iis autem, qvæ Constantinopolitanos Cæsares præcedunt, cedit zonaræ: à qvo & stylo vincitur, uti & à Nicetâ, Gregorâ, & aliis.

§. Ut Africanum Eusebius, Eusebium Georg. Syncell⁹; ita Syncellū, itemq; Theophanē, qvi Syncellū continuavit, ad verbū exscripsit Cedrenus. Vocavit verò hoc opus: *σύνοψιν ἱστοριῶν*. Sed ut ipse mutilârat priores, ita ejus qvoq; volumen mutilârunt juniores: idq; judicio nullo, sine ordine temporum, sine delectu rerum.

§. Cæterùm historia Cedreni, à morte Nicephori usq; ad imperium Isaaci Comneni, etiam legitur sub nomine *Joannis Curopalatæ*, paucis exceptis: qvod *Gesnerus* monuit. *Vossius H. L. lib. II.*

THEOPHYLACTVS. A. C. 1071.

§. Fuit *Constantinopolitanus*. Qvantumvis autem eum alii ad A. C. 880. ut *Sixt. Senens. in Biblioth. Alsted. in Chronol.* referant, ex ejus tamen epistolis, quæ *græcè* scripta exstant in *Biblioth. Vaticanâ*, multiplici argumento monstratur, hoc ipso tempore claruisse, qvippe qvod eæ vel datæ habeantur ad eos, qvi his vixêre temporibus, vel saltim in eis eorum habeatur mentio.

§. *Episcopus Bulgarorum* fuit, & qvidem primariæ *Acridanæ Ecclesiæ*, qvi qvidem eidem diu præfuit, sed ægro animo ob planè barbaros ac diversos mores, tùm omnium Bulgarorum, tùm maximè ipsorum *Acridanorum*.

§. Scripsit in (1.) *Prophetas minores*, Oseam, Jonam, Naū, & Habacuc. Item (2.) in 4. *Evangelia* & (3.) in *omnes Epistolas Pauli*. In qvibus commentariis in Evangelia & Epistolas, ita secutus est

est *Chrysostomum*, ut Chrysostomi dici qveat *Abbreviator.*

§. Novissima & optima *editio 2. tom.* Græcè & Latinè nuper prodiit *Parisiis.*

§. *Bellarm. de Script. Eccles.* ipsum vocat *Schismaticum*, qvod reprehenderit Latinos, dum Spiritum S. à filio etiam procedere crederent: Sic qvoq; passim in eo carpitur, qvod *sudorem Christi sanguineum* non esse intelligendum de vero sanguine, sed potiùs proverbialiter, qvem admodum illos, qvi amarè flent, sanguinem flere dicimus, docuerit, eum tamen erroris hujus falsò insimulatum vindicat *B. Dorsch. Theol. Zach. p. 1. p. 299.* qvi etiam ex *Romanâ editione* verba ipsa Græca Theophylacti plenariè tradit *p. 301.*

A. C. 1071. §. Tempus mortis exactè non constat. *Hanim.*

OECUMENIUS.

Scriptor Græcus, qvi cum Theophylacto sua ex *Chrysostomo* transscripsit, qviq; etiam, si qvando *Chrysostomum* non habet prævium, mirè fluctuat. Scripsit etiam *catenam ex antiquis* Patribus in *Acta Apost.* & *Epist. Paulinas.*

A. C. 1081.

ANSELMVS Cantuariensis.

A. C. 1081.

§. Archiepiscopus *Cantuar.* natione Italus, vitâ Monachus, Lanfranci successor & Discipulus. Obiit ann. ætat. 76. à C. N. 1109.

§. Scripta extant III. Tomis, inter qvæ Cruce notavimus, qvæ dubia & spuria occurrunt apud eruditos.

Tom. I.

† Commentaria in Matthæum.

Explanationes in varia loca Evangeliorum. †

Tom. II.

Commentaria in Epistolas sancti Pauli.

Cōmentaria in Cantica, & Apocalypsin.

Tom. III.

Opuscula, & Epistolæ: & qvidē opuscula præter ea, qvæ ex Edinero posuimus, hæc sunt:

De processione Spiritûs Sancti lib. 1

De fermentato & azymo. 1

De Diversitate Sacramentorū. 1

De Similitudinibus. † 1

De Voluntate DEI. † 1

De miseria hominis. 1

De

De mensuratione crucis. † 1
Meditationum libellus unus. 1
De Vestimētis, membris & actibus Deo tributis, 1
De Passione Domini Dialogus † 1
Speculum Evangelici sermonis, sive stimulus amoris. 1
Homilia de assumptione in illud, intravit Jesus, 1. †
De excellentia B. V. Mariæ, † 1
De imagine mundi. † 1
Prodierunt Paris. A. C. 1549. Coloniæ III. Tom. A. 1573.

RUPERTUS TUITIENSIS.

A. C. 1119.

Rupertus *Abbas Tuitiensis*, temporibus scilicet *Henrici V.* præfuit *Tuiciensi cœnobio*, Coloniæ vicino. Et is inter eruditissimos hoc seculo habitus est. In prima ætate, in monasterio *Sancti Laurentii* in Oesborg, prope *Trajectum*, literarum fundamentum jecit. *OPERA* ejus hæc sunt:

De divinis officiis, lib. 12
In Job Commentariolum abbreviatum, 10
In Joannem Evangelistam. 14
De Operibus sanct. Trinitatis. 42
In Apocalypsin. 12
In duodecim Prophetas minores. 30
De Victoria verbi. 13
De gloria & honore filii hominis secundum Evangelium Matthæi. 8
De glorioso Rege David ex libris Regum. 11
In Cantica Canticorum. 7
Prodierunt *Coloniæ A. C. 1533.*
Miraculis præterea clarus fuisse perhibetur. *Obijt A. C. 1124.*

BERNHARDUS

A. C. 1120. alii, 1130. A. C. 1120.

Bernardus *Abbas Claravallensis*, refertur inter Patres, etsi vixerit tempore Scholasticorum: Prima ætas enim Scholasticorum jam ante inceperat sub *Lanfranco Archi-Episcopo Cantuariensi* A. C. 1050, unde qvibusdam dicitur SIGILLUM PATRUM. Natione fuit *Burgundus*; natus A. C. 1091. & qvidem nobili familiâ. Doctrinâ

ctrinâ, vitæ exemplo, Sanctorum, ut loqvitur *Baronius*, fœcundâ sobole magnopere Ecclesiam illustravit. Natus autem viginti annos duos A. C. 1113. unà cum 30. sociis, Monasterium *Ordinis Cistertiensium*, sub *Abbate Stephano*, ingressus est. Cum verò DEO & studiis dies noctesqve ibidem vacaret, spemqve sic Ecclesiæ egregiam commendaret, tandem Abbas Clarevallensis post triennium ferè, creatus est. Qvantumvis autem posteà eidem hinc inde Episcopales oblati fuerint honores, semper tamen eos declinavit.

§. *Concilio Trecensi* in Gallia A. C. 1126. *alii* 1127. de regula Fratrum militiæ templi instituto, interfuit, in qvo etiam Templariis certam formam vivendi præscripsit. Cum autē *A. C.* 1140. Petrus Abailardus (qvi antea ex Professione Philosophiæ in Gallia magnum nomen acqvisiverat) antiqvos Veterum hæreticorum, *Arii, Nestorii, Pelagij &c.* errores, ex orco revocaret, Ecclesiæqve sic propinaret, publicè in Synodo Rhemis convocato, à nostro Bernhardo refutatus est: qvi postmodum pari qvoqve felicitate certavit cum *Heinrico, Hæretico Petrobusiano A. C.* 1147. & qvi se successores circa id tempus Apostolorum jactitabant, sic dictis Apostolicis, ex Manichæorum colluvie prognatis. It. cum *Guiliberto Porretano, Pictaviensi*, qvi inter cætera dixisse fertur: *Audacter confiteor Patrem alio esse Patrem, alio Deum, nec tamen esse hoc & hoc*: nec minorem postmodum industriam adhibuit A. C. 1145. in commovendis cunctorum animis, ad *expeditionem in terram sanctam* suscipiendam, cujus infelicis exitus tamen postmodum obloqventiū, & detrectantium variorum linguas in se convertit.

OPERA §. OPERA ejus indubitata ex Gofrido Monacho hæc sunt:

Vita

Doctrina sancti Bernardi
Homilia de exeuntibus in Emaus
De amore DEI
De natura & dignitate Divini amoris
Sermo de Passione Domini
Tractatus de Passione Domini
Rhetorica sancti Bernardi
De modo benè vivendi, ad sororem suam.
De conscientia
Sermones de diversis argumentis, 13.
Super Salve Regina
Epistola ad qvendam, qva docetur, qvid à nobis reqvirat Deus.
De oneribus sermones.
Prodierunt Parisiis A. C. 1561. Basileæ & Venetiis, A. C 1568. Coloniæ, 1641. VI. Tomis, curâ Jacobi Merlini.

§. Ab hoc *Bernhardo* postmodum dicti sunt *Bernhardini*, cujus ordinis sodalitates centum & sexaginta constituisse fertur, hâc tamen cum differentia, ut in vallibus amœnis collegia & monasteria sua exstruxerit juxta versum:

Bernhardus valles: montes Benedictus amabat.

§. Ejus ἀξιομνημόνευτον fuit: *Lavamur in Baptismo, sanamur in tota vita per Verbum & Sacramenta, it*: Misericordia Dei in communi posita est & offertur omnibus, & nemo illius expers est, nisi qvi renuit: Sic qva παῤῥησίᾳ Curiæ Romanæ sui temporis Proceres taxârit, ex scriptis ipsius v. g. *lib: de consideratione*; de ægro Papa sese non sentiente, & ita periculosè laborante patescit: Imprimis qvæ *ad Eugenium* recens electũ Pontificem scripsit, notam merentur; sic enim inter alia ait: *Simius in tecto & Rex fatuus in solio æqvè monstrosa res est: gradus summus & animus infimus: sedes prima & vita ima: lingua magniloqva & manus otiosa, sermo multus & fructus nullus: vultus gravis & actio levis, ingens autoritas & nutans stabilitas.* &c.

§. Qvanqvam alii etiam contrà sentiant, ipsum nimiopere eminentiæ Pontificis elevandæ studuisse: cum enim Innocentius II. Rhemis in Gallia A. C. 1131. Concilium celebraret, inter cætera, hisce verbis à Bernhardo descriptus fuit præsens Pontifex: PLUS QUAM MOSES HIC: Mosi enim commissus fuit tantum populus Israëliticus, huic universa Ecclesia: plus qvàm Ange-

Angelus hîc: cui enim Angelorum dixit Deus: *Qvacunqve ligaveris super terram &c.* Sic qvæ de animabus sanctorum sentit, qvasi usqve ad judicium extremum qviescerent sub altare DEI, h.e. in SOLA VISIONE humanitatis Christi &c.

§. Tandem & Apostolicus hicce Vir, potens opere & sermone, qvi in atra Ecclesiæ Romanæ nocte ferè solus, juxta *Thomam* Mortonū, effulsit, Anno suæ ætatis, circiter 63. ex hoc mundo migravit in cœlum, A.C. 1153. die ut creditur, 20. Aug. *Catalogo Sanctorum* ascriptus est, A.C. 1164 ab Alexandro III. *Henius.*

PETRUS A.C. 1130.

A.C. 1130.

Petrus *Cluniacensis Abbas*: Scripsit:

Libros duos de miraculis sui temporis.
Librum, per formam epistolæ, adversus errorem Petri, de Bruis, in qvo egregiè tractat.
De baptismo parvulorum.
De auctoritate epistolæ B. Pauli.
De auctoritate Ecclesiæ.
De auctoritate veteris testamēti.
Iterum de baptismo parvulorū.
De Basilicis, templis & aris.
De veneratione sanctæ Crucis.
De sacrificio Missæ, & veritate transubstantiationis.
De suffragiis defunctorum.
De laudibus Dei in canticis & musicis instrumentis.

HUGO de SANCTO VICTORE A. C. 1130.

Natione *Saxo*, professione *Monachus*, æqvalis fuit S. Bernardi. *OPERA:*

Primi Tomi

De scripturis & scriptoribus sacris, prænotationes.
Annotationes elucidatoriæ in Pentateuchum, Iudices, libr. Regum, Psalmos aliqvot.
Homiliæ in Ecclesiastem.
In Trenos, in Joëlem & Abdiam
Allegoriæ in T.V. exceptis Prophetis & libris sapientialib9.
Allegoriæ in qvatuor Evangelia.
Annotationes literales, & qvæstiones in Epistolas S. Pauli.
In Dionysium Areopag:

Secundi Tomi.

Institutiones in decalogum.
Expositio in Regulam S. Augustini.
De Institutione novitiorum.
De Claustro animæ.
De anima libri qvatuor.
De medicina animæ.
De arrha animæ.
De laude Charitatis.
De modo orandi.
De fructu carnis & Spiritus.
De nuptiis carnalibus & spiritualibus libri duo.
De vanitate mundi lib:4.
De meditatione libellus.
De Arcæ mysticæ descriptione.
De Arca Noæ lib:4.
Serm.100. de variis argumentis.
Sermo de assumptione B. Mariæ.

Tertii Tomi

Didascali libri septem, qvorum ultimus de Trinitate differit, reliqvi sex ad artes liberales pertinent.
De potestate & voluntate DEI.
De qvadruplici voluntate in Christo.
De Sapientia animæ Christi.
De unione corporis & Spiritus.
De Verbi DEI efficacia.
Apologia de verbo incarnato.
De verbo incarnato Disput.3.
De perpetua virginitate B. Mariæ.
Miscellaneorum secundi codicis, lib:5.
De filia Jephte tractatus.
Speculum de mysteriis Ecclesiæ.
De ceremoniis, sacramentis & officiis Ecclesiasticis. lib:3.
De canone mystici libaminis.
Dialogus de Sacramentis legis naturalis & scriptæ.
Summa sententiarum, septem tractatibus cóprehensa, qvorum est:
Primus de fide, spe, & charitate, de Trinitate & Incarnatione.
II. De creatione & statu angelicæ naturæ.
III. De creatione, & statu humanæ naturæ.
IV. De Sacramentis in genere & præceptis divinis.
V. De Sacramento Baptismi.
VI. De Sacramento Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ & Extremæ unctionis.
VII. De Sacramento conjugii.
De Sacramentis Christianæ fidei lib.2.
Prodiit *Venetiis A.C.1588.*

RICHARDUS de Sancto Victore.

Natione *Scotus*, *Monachus* ordinis

dinis Canonicorum regulariū.
Extant hodiè opera ipsius duobus Tomis:

Primi Tomi.

De exterminatione mali & promotione boni tract: 1
De statu interioris hominis. 3
De eruditione interioris hominis lib: 3
Benjamin minor, id est, de præparatione ad contemplationem.
Benjamin major, id est, de gratia contemplationis lib: 5
Allegoriæ tabernaculi fœderis lib:1.
De Trinitate l:6.
De tribus appropriatis personis in Trinitate ad sanctum Bernardum. l:1.
De Incarnatione Verbi, ad eundem. l.1.
De Emmanuele. lib.2.
Exceptionum, 4.
De potestate ligandi & solvendi, tract.1.
De contemplatione plagarum in fine mundi, 1.
De Judiciaria potestate in finali judicio, 1.
De Spiritu blasphemiæ, 1.
De gradibus charitatis, 1.
De qvatuor gradibus violentiæ charitatis, 1.
De gemino Paschate, 1.
In die Paschæ sermo 1.
De claratio difficultatum scripturæ sanctæ, ad S. Bernardū 1.
Qvomodo Spiritus S. sit amor Patris & Filii, 1.
De differentia peccati mortalis & venialis, 1.
De superexcellenti Baptismo Christi, 1.
De missione Spiritus S. sermo 1.
De comparatione Christi ad florem, & B.M. ad virgam, 1.
Qvomodo Christus ponitur in signum populorum, 1.
De differentia sacrificii David & Abrahæ, 1.
De differentia beneficii Abrahæ & B. Mariæ.

Tomi Secund:

Explanatio difficultatum ex tabernaculo fœderis.
De templo Salomonis ad literā.
De Concordia temporum in libros Regum.
Explanatio variorum locorum in Psalmis.
Explanatio libri Cantici Canticorum.
De visione Ezechielis.
De templo Ezechielis.
Decisio dubiorum in Apostolo.
In Apocalypsin Joannis lib.7.

Hac habenus. Seqventium seculorum scriptores peti possunt è *Jo. Trittemio. Rob. Bellarmino, Centuriis Magd.* XII. XIII. & recentissimè è *Carolo Labbeo* scriptore harum rerum omnium diligentissimo. Qvod Historicos attinet, præprimis commendo *G. J. Vossii Libros de Historicis & Græcis & Latinis*, ubi omnia præclara.

SIMONIA.

§. EX *Act: VIII; 20. Concil. Tom. III. p. 358. Decret. Eugen. Pap. n. 10.* Præcipimus, ut pro Chrismatis & olei sacri & sepulturæ acceptione precium nullum exigatur. *Concil. Lateran. ann. MCXIIX. sub Alex. III. Part. I. c. 7.* Ne pro personis Ecclesiasticis deducendis ad sedé, vel Sacerdotibus instituendis aut mortuis sepeliendis *s.* & Nubentib. benedicendis: sive etiam aliis sacramentis aliqvid exigatur, distinctiùs inhibemus. *Tom. III. Concil. p. 628. edit. Sur.* §. *Concil. Bracar. II. c. V.* & *Wormatiens. c. III.* Placuit, ut qvoties ab aliqvo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, nó qvasi ex debito munus aliqvod à fundatore reqvirant, sed si ipse qvidem aliqvid ex suo voto obtulerit, non respuatur; si v. aut paupertas illum aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo.

§. Sic nec ab iis qvi ad conversionem accedunt, qvicqvam est exigendum, nec pretio aliqvis ad conversionem est invitandus. *Caus. I. qv. 2. c. 2.* §. *qvàm Pio &c.*

§. *Urban. Pap. Concil. apud. Melf. c. 12. Ibid. c. III.* Nullus Abbas pretium sumere vel exigere ab eis qvi ad conversionem veniunt aliqvâ pacti occasione præsumat.

§. Nec pro *Ordinatione.*

§. Nulli, *Ibid. c. III,* unqvam de Ordinationibus aliqvid omninò accipiendum esse constituo.

§. *Gregor. Synod. Rom. c. 88.* si tamen qvi ordinatus fuerit si nó ex pacto, neq; exactus nec petitus gratiæ tantummodò causa aliqvid cuilibet ex Clero dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus.

§. C. 1.

§. *C.1.q.3.§. Audivimus*. A S.Ecclesiæ liminibus submovendus & is qvi pro Ecclesiæ ambitu munera largitur,& qvi ut Ecclesiam adeat,qvidqvam præsumit accipere. Iste qvippe donum DEI emere, hic autem præsumit vendere.

§. Hoc ex h.l. Simonia,Simoniacum esse dicitur.

§. *Gregor.VII. lib. Reg. in Synod. c.IV.* Si qvis Episcopus Præbendas,Archidiaconatus, Præposituras,vel aliqva Ecclesiastica officia vendiderit,ab officio suspendatur. *d.§. qvæsitum est.*

§. *Urban. Pap. Concil. Alvern.* Præbendas omnes venundandas interdicimus.

§. *Concil. Placentin. c.1. & 2.* Qvicqvid vel in sacris ordinibus vel in Ecclesiasticis rebus vel data vel promissa pecunia acqvisitum est, nos irritum esse & nullas unqvam vires habere censemus.

§. *Decret. Part.II. c.I q.III. c.8.* Qvisqvis res Ecclesiasticas propter sua lucra vendit vel emit cum Simone donum DEI possideri pecunia existimat,ideò qvi easdem res munere largitur vel adipiscitur,Simoniacus est.

§. Hinc itaq; *Alex.II. ibid. c. IX.* Detestabile malum vocat. Et ibid. Constituimus, ut nullus Episcoporum beneficium Ecclesiæ vel Præbendas vel Ordinationes pro aliqvo pretio vel munere audeat unqvam conferre.Sed omnes Ministros Ecclesiæ gratis & absq; ullâ venalitate in S.Ecclesiâ studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini qvi majores sacculos pecuniæ conferant, sed qvi moribus & disciplinâ ac scientiâ divites pro officio suo ipsam valeant sustentare Ecclesiam. Qvicunq; contrà fecerit,ab Ecclesiâ Dei modis omnibus abscindatur.

§. *Sic Gregor. VII. d. c.13.* Simoniacum nominat,qvi decimas & oblationes Laicis non Clericis distribuit. Et Episcopus, ait,qvi hoc fecerit, inter maximos hæreticos & antichristos non minimus habeatur.

§. *Paschas. II.* Altare & decimas per pecuniam dare & Spiritum Sanctum vendere, Simoniacam hæresin esse nullus fidelium ignorat.

§. *Innocent. II.* Synod. Rom. cap. 2. statuit: Qvi Ecclesiastica beneficia per pecuniam comparaverit, Honore malè acqvisito careat, & Emtor, ac Venditor & Interventor notâ infamiæ percellantur.

§. *Canon Apostol. XXX.* & Concil. *Chalced. cap. 2.* Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ Μάγος ὑπὸ ἐμοῦ Πέτρου.

§. *Ambros. lib. Pastoral.* Qvicunq; propter accipiendam sacerdotii dignitatem qvodlibet præmiū detectus fuerit obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum.

§. *Synod. VIII. c. I. q. 1. & Novell. VI. c. I. & CXXIII. 3. apud Julian. Antecess.* Qvi per pecunias qvenqvā consecraverit, vel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio fiat.

§. Sic & *Calixt. II.* ante Gratiani ævum paulò conciliis aliqvot habitis contra Simoniam & investituras Ecclesiarum qvas Germaniæ Impp. usurpârant, multa decrevit, de qvibus *Abbas Ursperg.* ab *Anno Dom. MCXVIII.* in qvo electus est Pontifex usq; ad annum *MCXXIV.* accuratè tractavit.

§. *Ambros.* de *Ministerijs c. V.* cum ordinaretur Episcopus, qvod dedit, aurum fuit, qvod perdidit, anima fuit, cum alium ordinaret, qvod accepit, pecunia fuit, qvod dedit, lepra fuit.

§. Simoniaci fidei integritatem non habent. *Ambros. de Pœn. l. 2. c. 4. Gregor. l. IX. ep. 53.* Infidelitatis perditioni subjicitur, etiamsi tenere fidem videatur. Id Gratia n: d. *caus. 1. qv. 1. c. 21.* Tolerabiliorem dicit esse Macedonij & aliorum hæresin, qvàm Simoniam.

§. *Taras. Ep. Constant. ad Pap. Hadrian. epist.* πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς καὶ ἀποστολικῶς καὶ πατρικῶς διδασκόμεθα ἀφιλάργυρον τὸν τρόπον ἔχειν ἐν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἀγιστείᾳ καὶ μὴ χρυσίζεσθαι ἢ ἐμπορεύεσθαι ἐπὶ χειροτονίᾳ παντὸς ἱερατικοῦ ἀνδρός. &c.

§. *Gregor. l. 7. ep. 110.* docet, Non posse fieri eleemosynam

ex pecuniâ Simoniacè partâ. *Ibid. ep. 114.* docet; Simoniacum pastorem nullam ovib. præbere medicinam.

§. *Concil. Tolet. 11. c. 8.* Qvicunq; in ordine Ecclesiastico constitutus aut pro baptizandis cõsignandisq; fidelibus aut collatione Chrismatis vel promotionibus graduum pretia qvalibet vel præmia, nisi voluntariè oblata (*Hoc in Codice regio non extat, ita ut voluntaria etiam probibeat, sicut de baptismo Concil. Eliberit. statuit & Trident. Sess. 21. c 1.*) pro hujusmodi ambitione susceperit, eqvidem si sciente loci Episcopo tale qvidqvam à subditis perpetratum fuerit, idem Episcopus duobus mensibus Excommunicationi subjaceat; sin autem suorum qvispiam, eodem nesciente, &c. Si presbyter, IV. Mensium Excommunicatione plectatur, si Diaconus, Trium, Subdiaconus verò vel Clericus competenti pœnâ pro arbitrio & debitâ Excommunicatione plectendus est.

§. Sic & *Concil. Triburiens.* Nec pro ordinatione, nec Chrismate, vel baptismo vel balsamo, nec pro sepulturâ vel communione qvidqvam exigatur, sed gratis dona Christi gratuitâ dispensatione donentur.

§. *Concil. Cabilouens. c. 16.* tempore Caroli M. Sicut pro dedicandis Basilicis & dandis ordinib. nihil accipiendum est, ita etiam pro balsamo seu luminaribus emendis nihil presbyteri Chrisma accepturi dent.

§. *Concil Bracar. II. c. 4. 5.* de Baptismo & *Eliberit. cap. 48.* Idem, Emendari placuit, ut qvi baptizantur (ut fieri solebat,) nũmos in concham non mittant, ne sacerdos qvod gratis accepit, pretio distrahere videatur.

§. *Concil. Nannet. Can. XI.* Episcopus & Presbyteri, (qvibus committitur Examen & Ordinatio) cavere debent, ne aut favoris gratiâ, aut cujuscunq; muneris cupiditate illecti à vero devient, ut indignum & minùs idoneum ad sacros gradus provehant. Qvod si fecerint, & illi qvi indignè accessit, ab altari removebitur, & illi qvi donum Spiritus S. vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, ecclesiasticâ dignitate carebunt.

SPCTACVLA, COMOEDIÆ, SALTATIONES, CHOREÆ.

§. *Primò*, per Πομπὴν τοῦ Σατανᾶ, ut vocat *Chrysost. hom. XXI. ad Antioch.* vel Pompam Satanæ, de quo ritu in Baptismo usitato vid. *Tit. Baptismus.* intelligunt Ludos Gentiles, histrionias, funambulationes, &c.

§. *Salvian. Gub. Dei l. VI.* De pantomimis piget dicere, quia pigeat malum vel nôsse. *Lactant. Instit. l. VI. C. XX.* Vitanda spectacula omnia, non solùm ne quid vitiorum pectoribus insideat, sed ne cujus nos voluptatis consvetudo deliniat, & à *Deo* & bonis operibus avertat. *Chrysost. Antioch. hom. XXI.* Πομπὴ δὲ Σατανική ἐστι θέατρα καὶ ἱπποδρομίαι καὶ πᾶσα ἁμαρτία, καὶ παρατήρησις ἡμερῶν καὶ κληδονισμοὶ καὶ σύμβολα. *Salvian. l. cit. l. V.* In spectaculis quædam apostasia fidei est. Quæ est in baptismo salutari prima confessio? quæ scil. nisi ut renunciare se Diabolo ac pompis ejus atq; spectaculis & operibus protestentur? Ergo spectacula & pompæ etiam juxta nostram professionem opera sunt Diaboli. Quomodo, ô Christiane, spectacula post baptismum sequeris, quæ opus esse Diaboli confiteris. *Vid. plur. Tit. Baptism.*

§. Hisce de causis pantomimi & histriones in vet. Ecclesiâ non admittebantur ad S. Synaxin, nisi priùs illam artem missam facerent. *Cyprian. Epist. 61.* ad Euchratium: Consulendum me existimâsti, qvid mihi videatur de histrione qvodam &c. an talis debeat communicare nobiscum. Puto nec Majestati divinæ, nec Evangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur.

§. *Porrò addit:* Nec excuset se qvisqvam, si à theatro ipse cessaverit, cùm tamen hoc cæteros doceat. Non potest enim videri cessare, qvi vicarios substituit, contra institutionem Dei erudiens & docens, qvemadmodum masculus frangatur in fœminā & sexus arte mutetur.

§. Sic & in *Hispan. Concil. Eliberit. Canon. 62.* Si auriga aut Pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artib. suis re-

nuncient, & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius ad eas non revertantur. Quod si facere contrà interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesiâ.

§. *Tertull. de spectacul. C. XVII.* similiter impudicitiam omnem amolimur. (πᾶσα ἀκαθαρσία Paul. Ephes. 5. v. 4.) Hoc igitur modo à theatro separamur, quod est privatum consistorium impudicitiæ, ubi nihil probatur, quàm quod alibi non probatur. *Minut. Octav*: In scenis non minor furor, turpitudo prolixior. Nunc enim Mimus vel exponit adulteria vel monstrat. *Arnob. l. IV.* Quid illa mimorum atq; exoleti generis multitudo? sic *Augustin. de Cons. Evang. l. 1. c. XXXIII.* Epiphan. fin. libb. contr. hær. *Chrysost. hom. 69. c. XXI. in cap. 16. Matth.* & alii infiniti.

§. De Saltationibus & Choreis inter Christianos *Synod. VI. Trull. Can. LXII.* Vetentur publicæ mulierum saltationes, multam noxam exitiumq; adferentes. Sic & *Canon. XXC. Concil. Bracharens. & cap. XXXV. Synod. Roman. sub Lothario & Ludovico* leges contra tripudia latæ sunt. Et *Capitul. l. VI. cap. 193.* Omnes ballationes & saltationes, canticaq; turpia & luxuriosa in plateis, domibus & ubivis locorum prohibet. *Nomocan. Phot. Tit. XIII.* Caput extat: Περὶ τοῦ μὴ βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι ἐν γάμοις.

SYMBOLUM.

§. Græca voce à *conferendo* ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν dicitur, in scriptis Ecclesiæ *Confessio fidei*, quam Orthodoxia subinde edendo repetere voluit ob emergentes semper Hæreses. *Augustin. serm. CCXXV. de Temp*: Symbolum est brevis regula Fidei & grandis, brevis numero verborum, grandis sacramentis & pondere sententiarum.

§. Desumta metaphora à re militari, ubi certis tesseris discerni & agnosci solent pugnantes, ut ita sit symbolum Ecclesiæ ὡς στρατιωτικὸν confessio qua distingui ab hostibus possit & debeat, sicut Nicenum ab Athanasio dicitur πάσης αἱρέσεως τρόπαιον.

§. Primis tamen Ecclesiæ temporibus *symbolum* non erat totius doctrinæ Christianæ Confessio, sed speciatim professio SS. Trinitatis in Baptismo facta qua distinguebantur Christiani à Judæis & gentibus aliisq; SS. *Trinitatis* hostibus. *Irenæus lib. 1. cap. 2. Tertull. de præscript. cap. 14. & Apologet. cap. XLVII.*

§. Vocatur etiam ἔχθεσις πίστως ab *Athanasio* in Epistola de fide ad Jovin: Imp: i. e. *Expositio Fidei.*

§. Numerus apud Authores sacros variat, alii tria, alii qvatuor allegant: Alii sic recensent Tria: *Apostolicum, Nicenũ, Athanasianum.* Qvi qvatuor sic: *Antiochenum, Nicenum, Constantinopolitanum, Athanasianum.* Vel sic: *Nicenum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, Ephesinum.*

§. In offic. Romano Beleti *cap. XL.* Alexand. Ales. p. 3. q. 69. memb. 5. Ludolf. Saxon. Carthag. *de vita Christi part. 2.* c. XXCIII. & alibi Ephesinum & Chalcedonense omittitur, qvia Tria illa *Apostolicum, Nicenum,* & *Athanasianum* in solennibus Ecclesiæ Romanæ sacris tantùm obtinent.

§. Aliàs qvi Nicenum nominant solent sub eo complecti Constantinopolitanum atq; ita duo symbola pro uno habent.

§. G. Calixtus sub titulo S. *Cathol. Ecclesia ejusq; primorum & Oecumenicorum Conciliorum Symbola & Confessiones hac edidit A. C. 1649.* Symbolum Apostolicum Nicenum, Constantinopolitanum, Athanasium, Ephesinos, Anathematismos. Confessionem Chalcedonensem, capitula concilii Oecum: Qvinti i.e. Constantino II. contra Nestorium & Eutychem, capituta Concil: Milevitani adversus Pelagium & Cœlestium; Capitula Concilii Arausicani Secundi contra Semipelagianos & Massilienses.

§. Sonant autem ordine ita Græcè & Latinè: ac primò qvidem:

I. *Apostolicũ.*

Symbolum Apostolorum.

Πιστεύω εἰς θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. &c. i.e.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & ter-

terræ. Et in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum Dominum noſtrum. Qvi conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus, tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei Patris Omnipotentis. Inde venturus judicare vivos & mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum: ſanctam Eccleſiam Catholicam. Sanctorum communionẽ: Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Vitam æternam. Amen.

§. Orientalium Eccleſiarum ſymbola occurrunt duûm generum, unum *Brevius*, alterum, *Prolixius*. Prioris generis fuit Hieroſolymitanum in *vet. Liturg. B. Jacobi*, & quod ſemel in anno adhuc celebrari Hieroſolymis obſervat *L. Allat. Diſſert. de Lib. Eccl. Græc. num. 1.* & eſt tale: Πιςέυω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν ȣ̓ρανȣ͂ καὶ γῆς. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησȣ͂ν χριςὸν, τὸν ὑιὸν τȣ͂ θεȣ͂. Καὶ τὰ ἑξῆς τȣ͂ Συμβόλȣ τῆς πίςεως.

§. Hoc ex *Cyrillo Hieroſolym. Catecheſ. XVIII.* Sic longius atq; plenius colligit & recitat *J. Uſſer. Diatriba de Symbol.* p. 10. 11.

Symbolum Cyrilli Hieroſolymitanum. 2. Hieroſolymitanum.

Πιςέυω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν ȣ̓ρανȣ͂ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, &c. id eſt.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibiliumq; omnium & inviſibilium.

Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum ex patre genitum ante omnia ſecula Deum verum, per qvem omnia facta ſunt. Qvi incarnatus & homo factus eſt, crucifixus & ſepultus, reſurrexit tertia die à mortuis, & aſcendit in cœlos, & ſedet ad dextram Patris, & venturus eſt in gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.

Et in unum Spiritum Sanctum paracletum, qvi locutus eſt per Prophetas. Et in unum baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, & in unam ſanctam Eccleſiam Catholicam, & in carnis reſurrectionem, & in vitam æternam.

Brevius aliqvanto fuit Alexandrinæ Eccleſiæ ſymbolum qvod 3. Alexandrinum.

qvod Arius Orthodoxum se simulans Constantino M. Imperatori obtulit, uti videmus apud Socrat: Hist: lib: 1. cap: 26. & Sozomen. lib: 2. cap: 17.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, &c. hoc est.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem.

Et in Dominum Jesum Christum filium ejus ex eo ante omnia secula genitum, Deum verbum, per qvem omnia facta sunt, & quæ in cælis & qvæ in terra. Qvi venit & incarnatus est, & passus & resurrexit & ascendit in cœlos, & iterum venturus est judicare vivos & mortuos.

Et in sanctum Spiritum, & in carnis resurrectionem, & in regnum cœlorum, & in unam Catholicam Dei Ecclesiam, qvæ à finibus usq; ad fines est.

4. Antiochenum.

Symbolum Antiochenum.

περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεοῦ λόγου τοῦ πατρός, ὅρος ἐπισκόπων, τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθέντων ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ἔκθεσις τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς Παῦλον Σαμοσατέα. Anno Domini 272.

Ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ πνεῦμα πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, &c. id est.

De incarnatione Verbi Dei & Filii Patris definitio Episcoporum qvi Antiochiæ in Synodo convenerunt, & expositio Ejusdem Synodi adversus Paulum Samosatenum Anno Dom: 272.

Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum ex Patre qvidem secundùm Spiritum ante secula genitum, novissimis verò diebus ex Virgine secundum carnem natum unam personam compositam ex cœlesti divinitate & humana carne, secundùm qvod homo est, unum. Et totum Deum & totum hominem: totũ Deum etiam cum corpore, sed non secundùm corpus Deum: totum etiam hominem cum divinitate, sed non secundùm divinitatem, hominem. Sic totum adorabilem etiam cum corpore, sed non secundum corpus adorabilem. Totum adorantem etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem adorantem. Totum increatum etiam cum corpore, sed non secundum corpus increa-

increatum. Totum formatum etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem formatum. Totum Deo consubstantialem etiam cum corpore, sed non secundum corp⁹ constantialem Deo: qvemadmodum neq; secundum divinitatem hominib⁹ coëssentialis est, qvamvis nobis secundum carnem coëssentialis, etiam cum divinitate exsistens. Etenim cùm illum secundum Spiritum Deo consubstantialem dicimus, non dicimus hominibus secundum Spiritum coëssentialem. Contrà autem, cum illum secundum carnem hominibus coëssentialem prædicamus, non prædicamus illum secundum carnem Deo consubstantialem: Sicut enim secundum Spiritum nobis coëssentialis non est, qvia secundum hunc Deo consubstantialis est: ita neq; Deo secundum carnem consubstantialis est: qvia secundum hunc nobis est coëssentialis. Qvemadmodum autem hæc distincta & declarata sunt nõ ad inducendam unius indivisæ personæ divisionem, sed ad denotandam Proprietatem Verbi & carnis minimè confusam distinctionem: ita & illa, qvæ ad indivisam unionem compositionemve pertinent prædicamus.

Symbolum Nicænum. | 5. Nicænum.

Confessio fidei edita à tercentum & octodecim Patribus in concilio Nicæno primo Oecumenico contra Arium & alios Hæreticos. Anno Domini 325. Imp. Constantino M. prout extat in Epistola S. Athanasii de fide ad Jovianum Imperatorem.

Πιςεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητὴν, &c. id est:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium effectorem.

Et in unum Dominum Jesum christum Filium Dei, genitum à Patre unigenitum hoc est ex Patris substantia, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstãtialem patri, per qvem omnia facta sunt, qvæ in cœlo & qvæ in terra, qui propter nos homines, & propter nostrã salu-

salutem descendit de cœlo, incarnatus est, homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus est judicare vivos & mortuos.

Et in Spiritum sanctum. Illis autem qvi dicunt, tempus fuisse cum filius Dei non erat, & non antè fuisse qvam nasceretur, & ex nihilo ortum esse, aut ex alia Subsistentia vel substantia qvàm patris constare vel creatum esse, vel posse converti mutarive, Catholica, & Apostolica Ecclesia indicit Anathema.

§. Nota: Recitato hoc symbolo, subjungit in illa sua ad Jovianum Imperatorem Epistola Athanasius hanc brevem Exegesin:

οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅμοιον εἰρήκασι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἵνα μὴ ἁπλῶς, ὅμοιος Θεῷ, &c. id est.

Neq; levi aut simplici ratione Filium Patri similem esse asseveravit Synodus, ast eum ne ex levi re Deo similis, sed verus ex Deo Deus haberetur, consubstantialem esse scripto tradidit, qvod proprium est genuini & veri filii, veri & naturalis Patris: sed nec alienavit Spiritum sanctum à Patre & filio, sed eum unà glorificavit cum Patre & Filio in una sancta Trinitatis fide, eò qvòd una sit in sanctâ Trinitate Deitas.

6. Constantinopolitanum

Symbolum Constantinopolitanum contra Macedonii Pneumatomachi Episcopi Constantinopolitani aliorumq; hæreses, Anno Domini 381.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ· καὶ γῆς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, &c. id est.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorē cœli & terræ, visibiliumq; omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia secula, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non factum consubstantialem Patri, per qvem omnia facta sunt. Qvi propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est ex spiritu sancto &

Ma-

Maria Virgine, & homo factus est, qvi pro nobis crucifixus est sub Pontio Pilato, & passus est & sepultus, & resurrexit tertiâ die secundum scripturas: & ascendit in cœlos, & sedet à dextris Patris, & rursum venturus est cum gloria ad judicandum vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.

Et sic in Spiritum sanctum, Dominum, vivificatorem, ex Patre procedentem, qvi cum Patre & Filio, simul adoratur, & simul glorificatur, qvi locutus est per Prophetas. In unam sanctã Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi Amen.

Symbolum Athanasii.

Symbolum Athanasii de fide Catholica, vulgò in Ecclesia receptum.

Εἴ τις θέλει σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ αὐτῷ τὴν καθολικὴν κρατῆσαι πίστιν, id est.

Qvicunq; vult salvus esse, ante omnia opus est ipsi, ut teneat Catholicam fidem, qvam nisi qvisqve integram inviolatámq; servaverit, absq; dubio in æternum peribit. Fides enim Catholica hæc est: Ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neq; cõfundentes personas, neq; substantiam separantes. Alia enim est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti, sed Patris & Filii & Spiritus sancti una est divinitas, æqvalis gloria & coæterna majestas. Qvalis pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increat⁹ Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus, æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni sed unus æternus, sicuti non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, & unus immensus. Similiter Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, & tamen non tres omnipotentes, sed un⁹ omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres Dii, sed unus Deus est. Ita Dominus Pater, Do-

minus Filius, Dominus Spiritus sanctus, & tamen non tres Domini, sed unus est Dominus, qvia sicut sigillatim unamqvamq; personam Deum aut Dominum confiteri; Christiana veritate compellimur: Ita tres Deos, aut tres Dominos dicere, Catholica religione prohibemur, Pater à nullo est factus nec creatus nec genitus, Filius à solo Patre est non factus, nec creatus sed genitus ex Patre. Spiritus sanctus à Patre & Filio non factus, non creatus, non genitus est, sed procedens. Unus ergò Pater, non tres Patres, unus filius, non tres filii; unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil majus aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæqvales. Ita ut per omnia (sicut jam suprà dictum est) & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda sit. Qvi vult ergò salvus esse ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem qvoq; Domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergò fides recta ut credamus & confiteamur, qvia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & Homo est. Deus est ex substantia Patris ante secula genitus: Homo ex substantia matris in secula natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens. Æqvalis Patri, secundum divinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Qvi licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem: non conversione divinitatis in carnem, sed assumtione humanitatis in Deum. Unus omnino: non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo: Ita Deus & homo unus est Christus. Qvi passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos: sedet ad dextram Dei Patris Omnipotentis, inde venturus est judicare vivos & mortuos. Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qvi bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qvi verò mala, in ignẽ æternum. Hæc est fides Catholica! Qvam nisi qvisq; fideliter firmèq; crediderit, salvus esse non poterit.

Alia Confessio Athanasii

ex

Libro sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, qvi inscribitur ἔκθεσις πίστεως i.e. expositio fidei.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, i.e.

Credimus in unum ingenitum *D*eum Patrem omnipotentem, omnium Creatorem, visibilium pariter & invisibilium, qvi ex se habet qvod est. Et in unum unigenitum Verbum, sapientiam, Filium ex Patre initialiter & perpetuò. Verbum porrò non elocutione pronunciatum, aut cogitatione in animo conceptum, non derivatum â perfecto, neq; item segmentum aut partem impatibilis illius naturæ, neq; qvod inde productum sit, aut emanaverit, sed Filium perfectum, viventem, vi agendi præditum, veram imaginem Patris, honore parem, & gloria æqvalem, hæc enim est, inqvit, voluntas Patris, ut qvemadmodum venerantur Patrem, ita qvoq; venerentur Filium, *D*eum verum ex *D*eo vero, ut inqvit in sua Catholica Johannes: *Et sumus in vero filio ejus Jesu Christo, hic est verus Deus & vita æterna.* Omnipotentem ex omnipotente, omnibus enim, qvibus imperat & dominatur Pater, imperat & dominatur qvoq; Filius. Totus ex toto, similis Patri, ut & *D*ominus testatur: *Qvi videt me, videt & patrem.* Genitus autem est ineffabiliter & incomprehensibiliter. *Generationem enim ejus qvis enarrabit?* qvod idem est ac si diceret. *Nullus* qvi in consummatione seculorum descendens è sinu Patris, ex impolluta Maria Virgine nostrum assumsit hominem Jesum Christum, qvem pro nobis passioni tradidit, sponte ac sua ipsius voluntate, ut ait dominus; *Nemo tollit animam meam â me, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo illam ipsam.* In qvo homine cruci affixus, & mortuus pro nobis, resurrexit â mortuis, assumptusq; est in cœlum ——— . Qvo præcursor introiit pro nobis homo Dominic⁹, in qvo homine judicaturus est vivos & mortuos. Credimus itidem in sanctum Spiritum, omnia scrutantem, etiam profunda Dei. Anathematizantes omnia huic doctrinæ adver-

ſantia dogmata. Neq; enim *Filio-Patrem* eum eſſe ſentimus, ut Sabelliani, qvi dicunt eum unius ſubſtantiæ, non conſubſtantialem, eo ipſo tollentes Filium. Neq; patibile corpus, qvod Filius geſtavit pro univerſi mundi ſalute, Patri attribuimus, neq; tres ſubſtantias ſeorſum diſtinctas, ut corporaliter in hominibus fit, cogitamus ne Deorum pluralitatem ad inſtar gentium ſapere videamur.

TEMPLUM.

§. Συναγωγὴ ponitur *Jacob. II. 2.* pro ædificio, quod urgent Pontificii, & refutavit B. *Spanhem. Part. III. Dub. 78. p. 363.* Struunt v. inde Papicolæ Ecclesiæ viſibilitatem, & conferre jubent loca *Matth. XVIII; 17. 1. Cor. XI; 16, 18. XIV; 24, 28, 35.* ubi τὸ συνέρχεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ & κατ' οἴκους putant opponi. Sed *Fuller. Miſcell. l. 2. c. 9.* idem urgens refutatur à *Spanhem.* loc. cit. *Dub. 77.* Locus unus eſt *Luc. VII, 5.* ubi συναγωγὴ pro ædificio ponitur. Hoc autem loco eſſe poteſt *Conventus.* Adi *Spanhem. l. c.*

§. Chriſtianis certè primitivis Templa non fuêre. *Origen. contr. Celſ. l. 8.* Celſus ait, nos ararum, ſtatuarum, templorumq; dedicationes fugere. *Cæcil. Paganus* apud *Minut.* Fel. *Octav.* Cur nullas aras habent, Templa nulla, nulla nota ſimulacra? Reſpondet *Minut. Ibid.* Templum qvod Deo extruam? Cùm totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit.

§. *Arnob. l. 6.* In hâc parte conſvêſtis Crimen nobis maximum impietatis affingere, qvòd ædes ſacras venerationis ad officia non conſtruamus.

§. Sic & è Pontif. *Polydor. l. V. invent. c. 6.* Eo ferè toto intervallo tantum aberat, ut aliqvod templum noſtris Chriſtianis, ut & jam omnia eſſent occulta, & ſacella potius atq; eadem abdita & plerumq; ſubterranea &c. Qvomodo huic conveniet cum Onufr. Patav. lib. de rit. Sepel. qvi tempore Petri ſcribit ab Anacleto templum Lateranenſe fuiſſe conſtructum.

§. Convenerunt itaq; Primi illi in Cæmeteria, *Euſeb. l. 7. c. 20. Onufr. ipſe l. cit. c. XII. ait:* Hæc cæmeteria erant Chriſtianis

velu-

veluti Templa. *Tertull. c. III. ad Scap.* Areas sepulturarum nominat.

§. Mox aëris injuriæ depellendæ exigua ædificia in Cæmeteriis struxêre, dicta Fabricæ, *Has Damas. Vit. Faban.* tribuit Fabiano Rom. Episcopo & Martyri.

§. Post *ann. CCV.* halcyonia quædam nacti, Oratoria solidiuscula exstruxêre sub Alex. Severo, Gordiano &c. Quæ *Euseb. l. 8. c. 8.* προσευκτήρια vocat. Ut meræ sint nugæ Papistarum cum Legend. & *Durand. Rat. 7. c. 19.* scribunt, quod Sabinianum ædem D. Petro Romæ construxisse scribunt, & Alexandrum I. alterum Divæ Virgini ædificâsse dictum *Ad vincula*. &c.

§. *Diocletianus* mox ea solo æqvanda curat; Constantinus autem rerum potitus ad splendorē redegit ædificia illa & idololatrica templa in usum pium convertit; Et saniores qviq; Patrū invecti sunt in eum luxum, ut *Lactant. l. VI. c. 8.* & *VI. c. 25.* Non templa Deo congestis in altitudinem saxis extruenda sunt, in suo cuiq; consecrandus est pectore. *Hieron. Ep. 8. c. 7. ad Demetr.* Alii ædificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles advehant, earumq; deaurent capita &c. non reprehendo, non abnuo, sed tibi aliud propositum est. &c. *Et ad Nepot. c. 12.* Multi ædificant parietes & columnas Ecclesiæ substruunt, auro splendent laqvearia, gemmis altare distinguitur, & Ministrorum Christi nulla electio est.

§. Sic cum Orthodoxi templa Arianorum freqventarent, Christianis interim odio eorum domi sacris operantibus, increpat eos *Hilar. ad Auxent.* Malè vos parietum amor cepit, malè vos Ecclesiam Dei intectis ædificiisq; veneramini, &c. Anne mihi est ambiguum in his esse sessurum AntiChristum. Et *Vict. Utic. l. 1. ait*: Divina mysteria in unâ domo congregatos celebrare cœpisse.

§. Hinc *Hieron. in Ps. CXXXIII.* Ecclesia non in parietibus consistit, sed in dogmatum veritate.

§. Appellationes variæ sunt pro temporis ratione. Apostoli Act. I. ἐν ὑπερῴῳ. *Apud Hilar. l. 5.* Intra cœnacula secretaq; co-

euntes. Alias passim in privatis domib. Luc. vocat οἴκους. Mox συνάξεια, & προσευκτήρια, & κυριακά quia Domino dicata; Demum Μαρτύρια, quia fovendo Zelo ad Martyrum loca conveniebant. *Vid. Tit. Martyres.*

§. Sub Constantino M. dictæ Βασιλικαί. Deniq; *Templa* voce Ethnicâ dicta sunt. Quod *Hieronymi & August.* tempore frequens.

§. Etiam Ecclesiæ pro *Templis*, quod vid. supra *Tit. Ecclesiam.*

§. *Isidor. l. 2. ep. 247.* Ἐκκλησιαστήριον dicit esse locum, Ἐκκλησίαν auditores s. multitudinem & cœtum. *Et addit*: Nostrâ tēpestate τὰ ἐκκλησιαστήρια plus quam par sit sunt ornata, at Ἐκκλησία κωμῳδεῖται. Et *mox dicit* Ecclesiam nudam esse τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων.

§. Sciendum autem Μαρτύρια dicta tempore Const. Magni soli Christo dicata templa. Quod *Euseb. l. 3. c. 26. & 29 & 32.* docet: περὶ τῆς τοῦ μαρτυρίου τοῦ σωτῆρος οἰκοδομῆς. & *c. 12.* Ἐκκλησία τοῦ σωτῆρος ᾠκοδόμητο.

§. Quod objiciunt apud *Nicephor. l. 8. c. 26.* dici Constantinum Mag. τῇ θεοτόκῳ dedicâsse templum, refutat Cl. Lang. in locum: Et ipse Pontif. inquiens: Librarius in Græco Exemplari τῇ θεοτόκῳ scripsit, cùm fortasse τῷ θεοτόκῳ scribere debuerit. Potest etiam esse autoris memoriæ lapsus. *Sic ille.*

§. Apertè *August. Contr. Maxim. l. 1.* Nonne si templum alicui Sancto Angelo Excellentissimo de lignis & lapidib. faceremus, anathematizaremur à veritate Christi & ab Ecclesiâ Dei, qvoniam creaturis eam exhiberemus servitutem, qvæ uni tantū debetur DEO. Et *de C. D. l. 22. c. 10.* Nos Martyrib. nostris non templa sicut Diis fabricamus &c.

§. *Seculo Sexto* igitur Martyrum nomini & Sanctis cœpta dedicari & strui templa.

§. Qvia & ipse *Innoc. III. l. III. c. 2. de Myst. Miss.* ad Latriam, inqvit, soli Deo scil. debitam, pertinent Templa, altaria, &c. qvæ soli Deo sunt exhibenda. *Sic ille.* Hoc ipsum autem vocat Serm. in dedic. Templ. vivens *Ann. 1200.* Idololatriæ crimen, ait

enim:

enim: Qvi ſecus agunt, non Theoſebiæ cultum exhibent, ſed idololatriæ crimen incurrunt ſervientes creaturæ qvaſi Creatori, &c.

§. Hinc Veterum argumentatio; *Templum habet. Ergò verus Deus eſt. Ambroſ. de Sp. S. l. 3. c. 13.* Deus ergò templum habet, Creatura templum non habet verum. *Baſil. ep. 141. ad Neo-Caſ.* Omne templum, Dei templum eſt.

§. Jam addita eſt *Dedicatio*, quam *Orig. ſupr. l. c. ajebat* Chriſtianos Fugere. *Conſtantin. M.* apud *Euſeb. ejus Vit. l. 3. c. 47.* id primus fecit. Νέω τοῦ Σωτῆρος dicitur Euſeb. qui & ea Encænia ἐν εὐχαῖς καὶ διαλέξεσι eſſe acta.

§. *Durand. Ration. l. c. 6.* cenſet à Judæis Berytenſibus converſis hunc ritum fluxiſſe, qvi Synagogas ſuas in Eccleſias conſecraverunt, & inde mos inolevit, ut conſecrentur, ait.

§. At Berytenſium hiſtoria incidit in ann. 700. qvanqvã univerſum ritum ſacrandorum templorum, altarium, &c. refert ad *Felicem III. id in ann. 480.* id. ibid. & *Polydor. l. 6. c. 8.*

§. Poſt creſcentem dignitatem Epiſcoporum eis ſolis hæc facultas reſervata. *Concil. Aurel. c. 26. q. 7.* Ut à ſolis Epiſcopis dedicentur. Qvod paulò pòſt Gelaſ. D. 1. de conſecr. redegit ad unum Pontificem Rom.

§. Facta fuit initiò, Precibus, Concionibus, hymnis, idq; ann. CCC. Mox *Sylveſt. I.* Chriſma addit, *Bull. Extrav. l. 5. c. 2.* Cujus tamen ante Gregor. I. nulla occurrunt veſtigia. Ille autem addidit, reliqvias in honore Sancti alicujus ibi conſervandas. Cujus exemplum ann. 790. autoritate *Conc. Nic. 2.* in legem tranſiit *cap. 7.*

§. Mos erat initiò, ut ſponte hoc die ſolenni daret qvisq; ad Templi conſervationem, qvod in legem abiit *Greg. Reg. l. 10. ep. 12. & 7. ep. 71.*

§. Tandem vetitum ullum conſecrare, qvin ſacerdotum alimentis, luminib. &c. cautum eſſet, id vocarunt *Dotem.*

§. Tum deniq; in Sacramenti ritum deſiit; Hinc non iterum conſecrandæ cenſentur *Diſt. 68. C. Eccleſ. ſemel.* Ubi cum Baptiſmo confertur.

§. *Anno*

§. *Anno 1000.* deniq; perfecta est, Episcopus post brevem precationem è *Ps. 51.* Asperges me hyssopo &c. recitans, parietes exteriores aqvâ benedictâ cum fasciculo hyssopi aspersit. Tum baculo pastorali ostiũ pulsat, dicens: Attollite portas vestras. &c. Tertiâ vice. Tum Alphabetum Græcum & Latinum interioribus appingit parietibus, Sal, vinum, aqvam, cinerem exorcissat, tum cõmiscet, tum pollicem intingit, precib. intersertis. Postremò solenniter: Consecretur hoc Templum in nomine Patris & filii & Sp. S. in honorem DEI & Glor. Virg. Mariæ & omnium Sanctorum, & in memoriam Sancti N. *Sic & de altari Pontif. Rom. de Consecr. Eccl.*

§. De hâc ait *Thom. Summ. Part. III. Qv. 83. art. 3.* Ex consecratione adipiscuntur qvandam spiritualem virtutem, per qvã apta redduntur divino cultui.

§. De imaginibus templorum, vid. *supr. Tit. Idola.*

§. *Blondell. de Episc. p. 225. seqq.* putat ante Ann. 220. Templa non extitisse, qvod probat.

§. Quæ majora fuêre & splendida, *Basilicæ* dicta & *Tituli*, ut observat *Baronius. Eusebius Histor. l. VIII. c. 1.* post *ann. Chr. 303.* ait, Primùm habuisse κατὰ πᾶσαν πόλιν προσευκτήρια. Quorum cùm spatium non sufficeret augescenti numero Εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων Ἐκκλησίας. Eò usq; convenire in domibus solebant, quæ consuetudo œcumenica fuisse videtur ex Actis Laurentii secundiani, Pancratii &c. *Vid. Blond. p. 241.*

§. Unde Dionys. Alex. apud *Euseb. 7. c. 22.* inquit: Πᾶς τόπος πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον, ἀγρὸς, ἐρημία, ναῦς, πανδοχεῖον, δεσμωτήριον. Ubi notatu dignum est, *Has domos quibus usi fuerunt ad Ecclesias s. cœtus sacros postea in Templa extruxisse.* Tryphænæ δομάτιον, Domitellæ ædes, Carcer sub Trajano, quo Alexander Episcopus & Martyres conclusi, Domus Cœciliæ, Dominicæ facta sunt. Hinc & illæ domus *Ecclesiæ* voce sæpiùs dictæ occurrunt in Patribus, *Tertull. Cypr.* &c. Deinde frequentissimè Templa erigi solita in Martyrum sepulturis. Sic super Eutyche-

tychetis basilica condita, ut acta testantur. Hâc enim voce seqq: seculis Publicarum συνάξεων templa appellabantur. *Euseb. l. 7.* dicuntur & τόποι θρησκεύσιμοι, loca religiosa. Qualia privatorũ cultui Christi singulari indultu Cæsares cõcedebant. Ut *Galerius Ann. CCCXI.* ἵνα αὖθις ὦσι χριστιανοὶ καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο συνθῶσιν, permisit *Euseb. l. VIII. c. 29.*

§. Latius templum vocatur *Dominicum. Cypr. de Eleemos.* In Dominicum sine sacrificio venis? Dei domus. *Tertull. de idol. c. 7.* Græcis PP. εὐκτήριον, οἶκος, οἰκία, αὐλή, μάνδρα, Μαρτύριον, Τόπος, Κατοίκωμα, Τρίκλινον, *Hieron. in Zach. VIII.* dicitur *Conciliabulum.*

§. *Templi* vox demum Anno CCCXV. invaluit.

Templorum Fabrica.

§. I. ERant plerumq; ad Orientem conversa, quoniam Veteres Christiani oraturi ad plagam illam cœli se convertebant. Sic *Tertull. contr. Valent.* ait, Ecclesias Christianorum Orientem amare. Et *Walafrid. De obs. Eccl. c. 4.* scribit, Majorem Ecclesiarum partem ita fabricari, ut, qvi in iis orant, ad Orientem respicere possint.

§. Porrò, videntur fuisse Qvadrilatera, singulis lateribus ad aliqvam mundi plagam directis, qvoties situs loci non impediret. Sic adhuc Romæ Templum Mariæ rotundæ extat, & Græcorum Εὐκτήρια Crucis formam exprimere tradit Hospinianus, Gretzerus, alii. *Vid. supr. Tit. Crux.*

§. Dividebantur ad imitationem Templi Hierosolymitani in Tres partes, Prima pars dicitur *Porticus*, Secunda, *Gremium*, ναὸς, Tertia, *Chorus*, βῆμα s. Sanctuarium. *Porticus* sita erat ad portas templi, ubi si Νάρθηκι Latinè, *Ferulā*, stabant *pœnitentes*, & prensabant fidelium intrantium intercessiones. *Stabant* ibi etiam *Catechumeni*, dicti *Audientes*, anteqvam *Competentes* fierent. Unde *Catechumenium* locus ille appellatur *Paulo diacono l. XXII. Eutropii.* Ibidem oportebat infideles consistere, Judæos ac

Paganos, quasi extranei ab Ecclesia; nec non Hæretici, *Canon. 6. Concil. Laodicen.* Πρόναος Græcis, Latinis dicitur *Vestibulum.*

§. *Gremium* erat Media pars Templi, qvam *Navim Majorem* appellant, ubi considebant fideles rem divinam facturi. Sedebant autem seorsim *viri* & *fæminæ*, & iterum in his *Puellæ* ab *uxoribus* & *viduis* sejunctæ. *Clemens constitut. l. II. c. 61. Nazianz. in Somn. Anastasia*, Locum Mulierum monstrat in *sublimi* fuisse, cùm inquit: *Virgines & Matronæ è lecto superiore aures inclinabant sermonibus meis.* Ambros. Ad Virgin. c. 6. *Tabulis locum illum distinctum* à reliquis docet fuisse, qvem ipse nominat, *Locum tabulis separatum.* Procopius *l. 1. de justin. ædif.* Duplices Porticus annotavit Fastigiatâ testudine & auro splendentes, quarum altera Viros, altera Fœminas orantes exceperit. *Baronius ad A. C. 57.* memorat, Qvòd dextera basilicæ pars mulieribus, sinistra Viris fuerit deputata, & hanc in sacris pro digniori habitam fuisse. *Chrysost. Homil. 64. in Matthæum* causam hujus rei affert, Ne assiduus mulierum aspectus accendat libidinem.

§. Chorus, Βῆμα, ἱερατεῖον erat Cancellis, velis, aulæis & gradibus divisa pars templi intimior, quò nō intrabant alii præter Episcopum & Clericos. Qvod tamen nos hodiè chorum vocamus, olim erat non, uti nunc est, in extremâ, sed Media templi parte, fidelibus extrà eum stantibus. Solo oblationis tempore, qvando Symbola consecranda offerentium, & vinum ac panis in altari erant exponenda, Laicis patebat ingressus εἰς τὸ Βῆμα. Post offertorium statim oportebat eosdem choro exire. Vide latè apud *Theodoret. l. 5. Hist. Eccl. cap. 17.* Canon. 69. Concil. Qvini sexti Constantinopol. Imperatori dedit licentiam consistendi *intrà Sanctuarii Cancellos.* Apud *Clem. l. 8. constitut. c. 15.* legitur, Alicubi ne oblationis qvidem tempore Laicis ingredi ad altare, sed Diaconi per Ecclesiam obambulabant, munera è fidelium manibus surripiebant, & ad Episcopum in altari deferebant. Nonnunqvam in Græcis Patribus Βῆμα notat, solum Pulpitum *s.* suggestum, unde ad populum verba fieri solebant. *Chrysost. Homil. I. Pentecost. T. 5. Pavil. n. 88.*

§ *Partes*

§. *Partes Chori.* Tres occurrunt, *Altare, Suggestum*, & *Sedilia.* Altare in medio erat Choro, adeòq; in umbilico Templi. Hinc *Aug. Sermon. 42. de verb. Dom.* dicitur *Mensa Domini in medio constituta.* Qvod ordinariè non nisi Unum erat. *Euseb. l. 10. Hist. Eccl c. 4.* seculis inseqventibus multitudo altarium unà cum Missis solitariis intravit in Ecclesias. *Optat. Milevit. l. 6. contr. Parmen.* usum sic describit: Qvid est altare, nisi sedes corporis & sanguinis Christi?

§. In Choro extabat *suggestum*, Ἄμβων Græcis apud *Socrat. l. 6. c. 5.* ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν, ab *ascendendo* dicitur. In eo solebat locari, qvi *Tractatum* vel *Lectionem* habebat. *Cyprianus* vocat, *Tribunal Ecclesiæ.* German. Kantzel / à Cancellis nomen retinuit, qvia chorus in qvo Ambo extabat, cancellis erat distinctus à reliqvo templo, κιγκλίδις *Theodoreto l. 5. c. 17.*

§. *Sedilia* in Choro ad honorem Præsidentium, ordine locata memorat *Euséb. l. 10. cap. 4.* Et *Augustinus* inde locum ipsum appellat *Exedram* l. 22. de C. D. cap. 8. Erant ibidem præter Episcopi *Cathedram*, Presbyterorum *Sedilia*, Diaconorum *Subsellia* & aliorum Clericorum *Mattæ.* Confer *Sozomen. l. 5. cap. 15.* Synod. Laodic. canon 56. ait: *Non oportet Presbyteros ante processionem Episcopi introire sacrarium & sedere, sed cum Episcopo debent ingredi, vel in subselliis sedere.*

§. Prætereà erat & *Domuncula* templis annexa, qvam dicunt, *Ædiculam salutatoriam.* In eâ sedebat Episcopus, cùm ad sacra peragenda se pararet. Vocatur aliis παστοφόριον, Aliis, *Secretarium*, unde German. Sacristey. Theodoret. l. 5. cap. 17. & Euseb. l. III. de vit. Const. M.

§. *Sacella.* Aliàs vulgò dicuntur *Capellæ*, Germ. Capellen. Originem variè auctores annotant. Qvidam ad *Templum portatile* referunt, qvo Const. M. in bello usus legitur apud *Sozomen. l. 1. Hist. Eccl. c. 8* Græcis Ἀντιμήνσια dicuntur apud *Balsamon. in Synod. 7. c. 7. & 31.* Quali usum etiam fuisse Carolum M. *Amerbachius* testatur. *Hieron. ad Letam* scribit, A Getarum rutilo ac flavo exercitu Ecclesiarum tentoria circumlata esse. *Turonensis l.*

 6. Hist.

6. Hist. c. 27. recitat, Regibus Francis in more positum fuisse, ut processuri ad prælia, juberent proferri reliqvias sacras, nominatim *Cappam* S. Martin. Unde & tentorium illud sub qvo gestaretur, vocari *Capellam*, & *Capellanos*, Clericos, in quorum custodia erat. *Meursius in Gloß Græcobarb.* καπελλάνος, eadem notione usurpari Græcis demonstrat. *Baronius Not. in Martyrol. d. 11. Junii* ait, *Cubiculum* synonymè sumi cum *Capella*, & *Cubicularios* cum *Capellanis*. Petrus Gregor. Synt. jur. l. XV. c. 29. inter alia derivat à *Caprinâ* pelle, qvâ olim altaria tegi solita, qvod *Durandus Ration. l. 2. c. 10. n. 8. seqq.* dictum refert de Domunculis, quæ hujusmodi pellibus supertectæ essent, in quibus celebrabantur Missæ in expeditionibus. Alii à simplici tecto, quod *Chapelle*, à Capite Galli vocant. *Isidorus l. XIII. c.* 31. Cappam facit ornamentum Capitis, qvasi à Capite dicatur. In *jure Canonico* sumitur pro *Altari* in sacra æde extructo; nonnunquam pro *Ædicula* à Templo sejuncta, aliàs pro *Loco* in templis cancellis distincto. *c. in iis*, & *c. quoniam De Privileg.* Hodiè vulgò usurpatur vox de *Sacellis*, quæ solent viri Principes juxtà privatas domos, vel aulas suas extruere ad solennia sacrorum, in quales ædiculas Concilia passim invehuntur. Τὰ τῶν ἀρχόντων Εὐκτήρια *Nicen. II.* A.C. 829. Synod. Parif. I. III. c. 19. tale statutum legitur: *De Presbyteris & Capellis Palatinis contrà Canonicam auctoritatem & Ecclesiasticam honestatem inconsultè habitis vestram monemus solertiam, ut à vestrâ potestate inhibeantur, quoniam propter hoc & honor Ecclesiasticus vilior efficitur, & vestri proceres, & Palatini Ministri, in diebus solennibus, sicut decet, vobiscum ad Missarum celebrationes non procedunt.* Scribunt autem hoc Patres ad *Ludovic.* & *Lotharium* Impp.

§. Modus convocandi in Templa. Initiò cum per afflictum statum non liceret publico signo fideles convocare, fiebat illud per *Internuncios*. Qualis Ignat. ep. ad Polycarpum dicitur θεόδρομος. Post id sereniori jam facie Ecclesiæ, *Sonitu lignorum* peragebatur, ut testis est *Amal. Fortun. c.* XX: & *Concil. Nicen. II.* qvem morem seculo VII. adhuc superfuisse in Oriente *Baron.* A. C. 615. annotat. Inter Anachoretas moris erat, ut Horis statis a-

liisvè

liisve sacris imminentibus *Malleo* quodam ad Ascetarum cellulas pulsaretur, ut habetur in *Palladii Hist. Lausiacâ*. D. *Hieron. ep. 27.* docet, in claustris Sanctimonialium unam è sacro Conventu altùm exclamâsse: Alleluja: Eâ voce sorores ad cœtum evocatas fuisse.

§. Tintinnabula itaq; & nolas & campanas Christiani in suis sacris olim non habebant. Apud Ethnicos usum tintinnabulorum peculiari libro edisseruit *H. Magius à Fr. Swertio A.C. 1664.* denuò in lucem emissus, ubi cap. 2. sic ait: *Paulino Episcopo Nolano Tintinnabuli inventum nonnulli ascribunt, Fr. Petrarcha, & nuper Panvinius Sabinianum P. R. in eum, quem hodiè cernimus, usum, Templorum turribus Campanas primùm imposuisse testantur.* In Ecclesia occidentis *seculo Quincto* tintinnabulorum usus maximè invaluit, qvorum cùm Nolæ in Campania ingens esset proventus, à provinciâ, ubi primùm grandiora fieri cœperunt, *Campana* sunt appellatæ. Hinc illa vetus Campanarum inscriptio:

Dum trahor audite! Voco vos, ad Sacra venite!

In orientis Ecclesiis ante medium *seculi Noni* cerea ista instrumẽta in usu sacrorum fuisse vix reperitur. *A. C. 865.* in Histor. Veneta refertur de Duce Urso Patricio, primum illum fuisse, qvi ad Michaëlem Cæs. Orient. Campanam miserit, Græcis hucusq; ignotam, quibus deinde Græci *A. C. 872.* uti inceperunt. *Baron. ad A. C. 865. Tom. 10. Annal.*

§. Succedente ævo ad Precum indictiones publicas adhibitæ quoq; fuerunt. *Platina in Vit. Calixt. III.* auctor est, Eum visis Cometis terribilibus instituisse, ut hinc inde per urbes mero meridie campanæ pulsarentur, qvarum signo ad preces contrà Turcos fideles commonefierent.

§. De *Symandro* & *Hagiosidero*, quod procul dubio *ἁγιοσίδηρον* Græcorum est, prolixè narrat cap. XV. *Magius l. cit. p. m. 74. 75. seqq.* ubi ait, Simandrum esse Tabulam ligneam, quam pulsat templorum custos s. Campanarius duobus malleis, ante fores templi, quoties horis antelucanis & Nocturnis plebem ad sacra excitare & convocare gestit. Ἁγιοσίδηρον erat Lamina fer-

rea, ferreo malleolo ter ab homine pulsari solita, qvi sacerdotem Eucharistiam ad ægrotos deferentem præcedebat. Figuram tùm *Symandri*, tùm *Hagiosideri* p. 80. exhibitam ibidem vide.

THEOLOGIA, THEOLOGUS.

§. Θεολογία apud *Græcos PP.* usurpatur de eâ divinæ scientiæ parte, quæ de Deo ipso ejusq; attributis disserit. Hinc θεολογεῖν, sic loqui de aliquo, ut Deo. Unde θεολογίαν & οἰκονομίαν opponunt *PP. in* Personæ Christi dogmate, Hoc de *Incarnatione*, illud de *Deitate* usurpantes, *Basil. ep. 141.* ἵνα μὴ τῇ θεολογίᾳ προσέχοντες, τῆς οἰκονομίας ἐκπίπτωμεν. *Cyrill. l. 1. in Joann* Καθέρπει λοιπὸν ἐξ ἀκρεάτου θεολογίας εἰς ἐξήγησιν οἰκονομίας. Sic id. *Tom. V. de Christo*, ἄνω ὑπὸ Σεραφὶμ θεολογεῖται. Deus prædicatur. *Ephrem. ap. Phot. cod. CCXX.* Μὴ δεῖν συγκρίνειν ἃ περὶ θεολογίαν εἴρηται τοῖς περὶ οἰκονομίαν εἰρημένοις. *Nazianz. orat. XXXVIII.* Μὴ θεολογία τὸ προκείμενον ἡμῖν ἀλλ᾽ ἡ οἰκονομία. Sic *Dionys. apud Demophil ait*: Jesum θεολογεῖν τοὺς δαίμονας, inquiens: Τί δ᾽ οἱ τυραννικοὶ δαίμονες ἀληθῶς θεολογοῦντες τὸν Ἰησοῦν *Euseb. Cæs. VIII. de Dem. Ev.* Deum verum θεολογεῖσθαι παρὰ μόνοις Ἑβραίοις. *Et l. IX.* initio distinguit, in Christo τὴν κατ᾽ αὐτὸν θεολογίαν & τὴν οὐρανόθεν εἰς ἡμᾶς κάθοδον.

§. Unde Joannes ὁ θεολόγος dicitur, in Inscriptione *Apocalypseos*, quòd apertè & insigniter præ cæteris Filii Deitatem consignârit. *Petav. T. 1. Oper. Theolog. Proleg. c. 1.*

§. Deinde & θεολογεῖν notat *de Deo disputare*. *Maxim. Cent. 2. de Char. c. 27.* θεολογεῖν μέλλων μὴ τοὺς κατ᾽ αὐτὸν ζητήσῃς λόγους. *Et mox*: οὗτος γὰρ ἐν ἀνθρώποις μέγας θεόλογος ὁ τοὺς τούτου τοὺς λόγους καὶ πολλῶς ἐξευρίσκων. *Basil. in ψ. CXV.* θεολογίαν ponit pro scientiâ quâ credimus & profitemur esse Deum: Τὸ τῆς θεολογίας μυστήριον τὴν ἐκ τῆς ἀβασανίστου πίστεως ἐπιζητεῖ συγκατάθεσιν.

TRADITIONES.

§. Notabilis usus est vocis Παράδοσις, qvo significatu apud Paulum ponitur sæpe, ut *I. Cor. XI. II. Theff. II, 15.* &c. Contrà

trà qvam Vett. multi accipiunt, ut videbimus. Putârunt enim Apostolos alia præter ea qvæ scripto consignârunt, præcepisse suis Ecclesiis, quæ παραδόσεις dici ajunt, ut Judæi habent suum קבלה. Sic *Basil. ad Amphiloch.* Τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα. Ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ ὅστις γε κἂν κατὰ σμικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται.

§. *Justin. Novell. 131. c. I. ait* : Τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων. *Nic. Const. Eph. Chalced.* ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας. Harum enim ait Synodorum dogmata καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς Κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν.

§. *Concil. Chalced.* Ἑπόμενοι τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν υἱόν.

§. Sic in omnib. *ferè Concill. occurrit formula*: Sicut à Patribus accepimus, *Sicut & Sancti Patres confessi sunt. Seqventes per omnia Sanctos Patres* & Doctores Ecclesiæ.

§. *Vinc. Lerin. Common. c. 38.* In Traditione reqvirit Tria; scil. qvicqvid omnes Pariter uno ore eodem consensu Apertè, freqventer, Perseveranter tenuere, scripsere, docuere; Id, ait, nobis qvoq; intelligemus absq; ullâ dubitatione credendum.

§. *Calixt. inde elicit* hæc *Tria:* Universitatem, Antiqvitatem, Consensum.

§. Apud *Socrat. l. V. c. 10.* Sisinius vocat ἐκδόσεις τῶν παλαιῶν καλέσαι, contra monet φυγεῖν τὰς διαλεκτικὰς μάχας.

§. *Tertull. adv. Marcion. c. 21.* Non alia agnoscenda erit Traditio Apostolorum, qvàm qvæ hodie apud Ecclesias eorum editur.

§. παράδοσις & παραδοῦναι sæpe sumitur, ut *I. Cor.* XI. pro doctrinâ. Sic *PP. Iren. l. III. c. I.* Evangelium per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt. *Cypr. ep. 74.* & *Dionys. Eccl. Hier. c. 5. Part. 2.* θεοπαράδοτα λόγια vocat Scripturas. *Cyprian. l. cit.* Si autem

autem in Evangelio præcipitur aut in Apostolorum Epistolis aut in Actib. continetur, observetur divina hæc & sancta Traditio.

§. Sic *Greg. M. Reg. 7. c. 63.* vocat Orationem Dominicam ipsam Traditionem, qvam redemtor noster composuit. Verba sunt: Valde mihi inconveniens visum est, ut precem qvam Scholasticus composuerat super Oblationem diceremus, & ipsam Traditionem, qvam redemtor noster composuit, super ejus corpus & sanguinem non diceremus.

§. *Chrysost. in I. Tim. III. 6.* *παράδοσιν τὴν διὰ τῶν ἔργων, φησὶ ὁ Κύριος ἀεὶ ταύτην λέγει παράδοσιν.*

§. Insignis locus de Traditionibus est *Marc. VII. 7.*

§. De autoritate Traditionum in reb. fidei *sic PP.*

§. *Justin. M. Dial. Tryph.* Non humanis *διδάγμασιν* jussi sumus à Christo ipso credere. *Tertull. de Carn. Christ. c. 7.* Non recipio qvod extra Scripturam de tuo infers, si tu es Apostolicus, cum Apostolis senti. *Cyprian. Ep. 74.* Si ergo aut in Evangelio præcipitur, aut in Apostolorum Epistolis, aut in actib. continetur &c. observetur divina hæc & sancta Traditio. *Ambros. de Paradis. c. 12.* Nihil cautionis gratia jungere nos debemus mandato Dei, si qvid enim vel addas vel detrahas, prævaricatio qvædam videtur.

§. *Basil. contra Eunom. l. I.* Diabolus *προσθήκαις ἀεὶ τὸ κακὸν πλεονάζει.* *Hieron. in Hagg. c. I.* Qvæ absq; auctoritate & testimonio Scripturarum qvasi Traditione Apostolicâ spontè reperiunt, percutit gladius *Dei.*

§. *Id. in Jerem. c. 7.* Nec Parentum, nec Majorum error seqvendus est; sed auctoritas Scripturarum & Dei docentis imperium. *Et in Ps. 86.* Qvamvis aliqvis Sanctus sit post Apostolos, qvamvis disertus sit, non habet auctoritatem.

§. *Basil. in regul. Contr. qv. 95.* ait necessarium esse, ut Scriptura discatur 1. ad *πληροφορίαν τῆς εὐσεβείας* & 2. ne assvescat *παραδόσεσι τῶν ἀνθρώπων.* *Hier. Esa. VIII.* Non mirum si vestras vos traditiones seqvimini, cùm unaqvæq; gens sua consulat idola &c. sed nobis *Deus* legem dedit &c. Id contr. Helvid. Exemplum

plum proponit in iis, Qvi trib. Qvadragesimis per annum jejunantes *ἀξηροφαγίαις* humiliant animam suam, & vel maximè de Tatiani radice crescentes super hujuscemodi laboribus audiunt: Tanta passi estis sine causâ? Hæc ille qvæ respondent huic *μάτην σέβονται*.

§. *Bernard. Ep. 91.* Non me Sanctorum potest carere conventus, nec loci corporisve distantia privat prorsus à Concilio castorum, illo præsertim Concilio, in qvo Non hominum traditiones obstinatius defensantur, aut superstitiosius observantur, sed diligenter humiliterq; inqviritur, qvæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. *Et Tract. de Præcept.* Voluntaria sunt qvæ inventa ab homine, necessaria qvæ divinitus instituta.

§. Cũ his qvomodo illud convenit *Gloss. interlin. C. Marth. de Celebr. Miss.* Multa servat Ecclesia, qvæ non sunt ab Apostolis tradita, qvæ tamen cùm sint longâ consvetudine approbata, non sunt minoris auctoritatis?

§. Qverelam *Augustin.* de Traditionib. nimiis vid. *supr. Tit. Cærimoniæ*, ubi vocat id *subjicere religionem humanis præsumtionibus*.

TRADITORES.

§. A. C. 302. Diocletiani Edictum promulgatum scribit Euseb. l. 8. c. 9. Ut Ecclesiæ deturbarentur, & Libri Christianorũ comburerentur igni, id qvod de Codice Sacro exponit D. August. de Baptism. l. 7. c. 2. agens de passione Cypriani his verbis: *Post mortem ejus qvadraginta &, qvod excurrit, annis peractis, Traditio Codicum facta est, Unde cœperunt appellari Traditores.* Arnob. adv. Gent. l. 4. fin. Qvòd si haberet vos aliqva vestris pro religionib⁹ indignatio, Has potius literas, Hos exurere debuistis olim Libros (*Gentilium putà*) istos demoliri. Nam nostra qvidem scripta cur ignibus meruerunt dari? Cur immaniter conventicula dirui? *Cæsar Baron.* ad A. C. 320. Tom. II. Annal. §. XX. huc refert vetustas leges *Paul. l. 5. Sent. tit. 23. Cod. Theodos.* & *l. 4. A. Famil. ercisc und.* ubi agitur propriè de libris Magicis exurendis, qvales ab Ethnicis passim tunc credebantur esse Christianorum.

§. Primus, qvi in Sacros Codices sæviisse legitur, fuit Antiochus Epiphanes, & Josep. l.20. Antiqv. c.4. Judææ Procuratoris Cumani factum prædicat, Qvi in militem, jure animadverterat, qvi Sacros Ebræos Codices conscidisset.

§. Sed nunc Edicto illo Diocletianéo grassante, Præsides in omni provincia, perq; singulas civitates & vicos id egerunt, ut à Christianis Codices *traderentur*. Et ad hoc additis tormentis crudeliter adigi solebant. Qvi igitur atrocitate poenarum territi, qvos apud se habebant, Codices exhiberent ad ignem, dicti sunt *Traditores*.

§. *Martyrol. Roman. a. d. II. Januar.* Celebrat eorum memoriam, qvi cum id facere recusarent, martyrio coronati fuerũt; idq; his verbis: *Romæ commemoratio plurimorum Sanctorum Martyrũ, qvi spreto Diocletiani Edicto,* Qvo tradi sacri Codices jubebantur, *potiùs corpora carnificibus, qvàm sancta dare omnibus maluerunt.*

§. A. C. 303. Cirtæ in Numidiâ Synodus Episcoporum coacta est, in qvâ causa Traditorum cognita fuit, de qvo Baron. l. cit. §.2. & seqq.

§. Formula Præfectorum Gentilium fuisse legitur: *Proferte scripturas legis, & si qvid aliud hic habetis!* Excusabant se hâc formulâ: *Christianus sum,* non *Traditor.*

VIRGINITAS.

§. *1. Cor. 7. Ps. 1.* LOcus, Veterib. PP. ansam dedit diversitatum Ordinum. Princeps omnium ordo est Virginum à *Ps. IX.* hujus *Cap.* in utroq; sexu, qvo cum Monasticum Vitæ genus jungitur. *Secundum,* Continentiæ gradus est. Tum *Viduitas*, at postremo *Conjugium.*

§. *Justin. Apolog. II.* Πολλοί τινες καὶ πολλαὶ ἑξηκοντοῦνται καὶ ἑβδομηκοντοῦνται, οἱ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ ἄφθοροι διαμένουσι. Hinc Faustus ille Manichæus apud *Augustin. l.* XXX. cùm Catholicos reprehenderet, qvod matrimonium damnarent, vicissim ap. illos infinitum Virginum numerum opponebat. Ut pené,

ne, *inquit*, jam major in Ecclesiis omnibus Virginum apud vos qvàm mulierum numerositas habeatur. Cui resp. *Augustin.* Ita virginitatem in Ecclesiâ commendari, ut nuptiæ neqvaqvam reprobentur. Pleni sunt, *Ambros. Cyprian. Tertull. August. Heronymi &c.* libri harum virginum mentione. *Ancyran. Can.* XIX. ὅσαι παρθενίας ἐπαγγελλόμεναι ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. *Chalcedonens. Can. 16.* Παρθένον ἑαυτὴν ἀναθεῖσαν τῷ δεσπότῃ θεῷ, ὡσαύτως δὲ καὶ μονάζοντα, μὴ ἐξεῖναι γάμῳ προσομιλεῖν. Εἰ δέ γε εὑρεθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι. *Epiph. hær. LX. n. VII.* docet Virgines, à qvib. Virginitatis sponsio, qvam ὁμολογίαν vocat, violata sit, consultius facere si se illigent nuptiis legitimis, ut post diuturnam pœnitentiam Ecclesiæ Pacem impetrent.

§. Nondum scil. ea sponsio tantæ religionis erat, ut irritum matrimonium faceret. Sic *Valentin. Concil. Can. II.* Virgines qvæ se Deo voverunt, si ad terrenas nuptias transierint, pœnitentiam agere jubet.

§. Eæ ab Episcopo consecrabantur. Qvod ne Sacerdotes usurparent, sæpiùs interdictum, uti *Carthag. II. & III. Basil. ad Amphilon. Can. XVIII.* Illarum ὁμολογίας excipi jubet anno ætat. XVI. vel XVII. Severiùs *Agathense Can. XIX.* Sanctimoniales, qvantumlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ XL. non velentur.

§. *Epiphan. Exp. Fid. n.* XXI. Παρθενία dicitur in Ecclesia κρηπὶς καὶ βαθμὸς, Huic proximam addit Τὴν Μονότητα, Tertiam ἐγκράτειαν, Quartam χηρεσύνην, Tùm σεμνὸν γάμον, quem ἐν μεγάλῃ τιμῇ ait esse. *Vid. è professo Notam supra Tit. Moniales.*

§. *Tertull. adv. Marcion. l. Vacat* abstinentiæ testimonium, si licentia eripitur. *Hier. ad Helvid.* Virgo majoris est meriti, dum id contemnit, quod si fecerit, non delinquit. Id. adv. Jovinian. Ideò plus amat Virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod si non fuerat imperatum. *Chrys. in h. l.* Βελτίονα δείκνυσι τὴν ἐγκράτειαν. *Id. ad Rom. VII.* Τῆς φιλοτιμίας τῶν ἀγωνιζομένων esse dicit, παρθενίαν καὶ ἀκτημοσύνην. *Orat. 2. de jejun.* Ἀφῆκεν ἀνωτέρω τῶν ἀγαθῶν

νῶν τὴν παρθενίαν ἵνα ὡς οἱ κατορθοῦντες τὴν οἰκείαν μεγαλοψυχίαν ἐπιδείξωνται καὶ οἱ μὴ κατορθοῦντες τῆς συγγνώμης ἀπολαύσωσι ἢ δεοσότυ.

§. Plura de Virginitate vid. *Tit. Moniales.*

VISIO DEI IN VITA ÆTERNA.

§. Visio Dei in vitâ æternâ qualis sit PP. & Scholastici dissentiunt. *Vid. fusè Voët. Disp. Sel. Tom. II. disp. pen: p. 1214. seqq. Petav. Tom. I. l. 7. Op. Theol.* è PP. prolixè explicatur.

§. Quidam negant, *Deum videri in se, sicut est*; Quidam volunt, *Videri quantum satis est beatis.* Chrysost. homil. 15. in Joann. Αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ὁ θεὸς οὐ μόνον προφῆται ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι εἴσιν, οὔτε ἀρχάγγελοι Et: Μόνον δὲ αὐτὸν ὁρᾷ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον. Ἡ γὰρ κτιστὴ φύσις ἅπασα πῶς καὶ ἰδεῖν δύναται τὸν ἄκτιστον; Locum illum *Matth. XVIII*; 10. sic explicat id. Τὴν κατὰ διάνοιαν ὄψιν, τὴν ἡμῖν δυνατὴν, καὶ τὴν ἔννοιαν τὴν περὶ θεοῦ. *Visionem intellectualem* vocant Scholastici.

§. *Visionem illam, Es. VI.* κατὰ συγκατάβασιν *factam esse ait*, Ὅταν μὴ ὡς ἐστὶν ὁ θεὸς φαίνηται, ἀλλ' ὡς ὁ δυνάμενος αὐτὸ θεωρεῖν. Οἷός τε ἐστὶν, οὕτως ἑαυτὸν δεικνύῃ ἐπιμετρῶν τῇ τῶν ὁρώντων ἀσθενείᾳ τῆς ὄψεως τὴν ἐπίδειξιν. Sic & *Cyrill. Hierosol. Catech. VI.* concilians h. l. I. Joh. III; 2. cum *Matth. XVIII.* ait: Οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν βλέπουσιν οὐ καθὼς ἐστὶν ὁ θεὸς, ἀλλὰ καθόσον καὶ αὐτοὶ χωροῦσιν. *Et ibid.* βλέπουσι κατὰ τὸ μέτρον τῆς οἰκείας τάξεως. Τὸ δὲ ἀκραιφνὲς τῷ υἱῷ καὶ πνεύματι τετήρηται. *Basil. I. contr. Eunom.* Εἰκὸς αὐτὴν μὲν τὴν οὐσίαν ἀπερίοπτον εἶναι παντὶ, πλὴν ἢ τῷ μονογενεῖ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. *Et Theodoret. Dial. ἀτρεπτ.* locum *Matth. XVIII.* interpret. δόξαν τινὰ videri ab angelis τῇ αὐτῶν φύσει συμμετρουμένην,

§. *Anastas. Sinait. in Hodego.* φύσιν & πρόσωπον distinguit, sed imperitè. Nam *Matth. XVIII.* πρόσωπον non personam sed Faciem notat. *Oecumen. in I. Joh. III*; 2. illud καθώς ἐστι sic expl. οὐ κατὰ τὴν φύσιν δηλονότι. Τοῦτο γὰρ ἀμήχανον γεννητῇ φύσει. Exponit autem de bonitate Dei, δίκαιον δίκαιος, ἁγιὸν ἅγιοι. quod valdè absurdum.

§.Con-

§. Contrà alii in vitâ æternâ clarè visuros Deum sanctos asserunt. *Iren. apud Meliss. de Fid. serm. I.* ὥσπερ οἱ βλέποντες τὸ φῶς, ἐντὸς εἰσι τοῦ φωτὸς, οὕτως οἱ βλέποντες τὸν θεὸν, ἐντὸς γίνονται τοῦ θεοῦ. *Clem. V. strom.* Τὴν ἐναργῆ κατάληψιν statuit. Ἐπὰν εἰς τὴν ἐσχάτην ἀφίκωνται τελείωσιν sancti. *Epiphan. Hær. LXX.* sic expl. Ἀόρατός ἐστι τὴν φύσιν, βουλομένη δὲ τῷ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότι ἀνθρώπῳ ὀπτάνεσθαι οὐδὲν ἐναντιοῦται &c. *Et ibid.* videri, οὐ καθὼς ἔχει τὸ ἄπειρον, ἀλλ' ὡς ἠδύνατο χωρεῖς ἡ φύσις ἐνδυναμωθεῖσα &c. *Nazianz. Orat. XXXIV.* Deum tunc comprehendi ait, cùm ἡ εἰκὼν ἀνέλθῃ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον. Idq; probat è *I. Cor. XIII; 12.*

§. *Aug. Ep. CXI.* Negare non possumus, Filios Dei visuros Deum, sed sicut videntur invisibilia. Unde autem invisibilia videntur, nisi oculis cordis? *Id. Tract. 21. in* Joann. asserit. *Greg. M. 18. Moral. c. 28.* Simplici illi & incommutabili Essentiæ non aliud est Claritas, aliud Natura, d. ipsa & Natura, sua Claritas, ipsa Claritas Natura est. Et id. ibid. adducto loco *Joann. 14, 21.* sic expl. Ac si patenter dicat, Qui in vestrâ me cernitis, restat ut in meâ me naturâ videatis. *Prosp. Vit. Contempl. c. 4.* Qvod hîc crediderunt, ibi videbunt, sui Creatoris substantiam mundis cordibus contemplantes. cap. 13. Tam rerum omnium notitia, qvàm ipsa DEI substantia plenè & perfectè videbitur. Sic & *Bernard. Serm. 4. Fest. omnium Sanctorum*: Ipsam Trinitatem & gloriam illam sine ullo ænigmate mundo cordis oculo contemplantes. Ibid. *locum 1. Job. 3, 2.* καθώς ἐστι, sic expl. Non modò sicut inest aut cœteris creaturis, sed sicut est in temetipso. *Id. Serm. 1. de Verb. Apost. Rom. 14.* Non est regnum Dei &c. ait: Sanctos nudis oculis intuituros Deitatis essentiam, nullâ corporeorũ phantasmatum imagine deceptos. *Id. Serm. 31.* in Cantic. astruit. Et

§. *Florent. Synod.* statuit, Exutas corporibus animas in Cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum, sicuti est.

§. Apud recentiores Græcos *Palamas* defendit, Deum non iri visum in sese, sed fulgorem ex Deo manantem, ut ait *Monachus* David in *Diffid. Barlaam. & Palam.* sic: οὐσίας δὲ θεοῦ οὐδεὶς πότε αἰ-

ἄνθρωπος, ὅτι ἄγγελος, ὅτι ἰδεῖν δύναται. Statuit autem visuros δόξαν μετ' ἀγγέλων, & recepturos χάριν αἰδίων καὶ δωρεάν.

UNCTIO.

§. *Eugenius Papa* ex loco *Jac. V. 14.* Sacramentum Unctionis cum suis sectariis exterebravit. Patres audiendi nobis.

§. *Chrysost. l. III. de Sacerdot. c. 6.* hunc locum Jacobi adducit ad probandum, Sacerdotes potestatem habere δι' εὐχῶν βοηθεῖν, & ita remittere peccata. Sed nullam Sacramenti mentionem hic facit, neq; de extremâ Unctione disserit. *Augustin.* hoc Ungere s. ἀλείφειν spiritualiter accipit: *Serm. 215. de Temp.* Qvoties aliqva infirmitas supervenerit, corpus & sanguinem Christi ille qvi ægrotat accipiat, & inde corpusculum suum ungat, ut illud qvod scriptum est impleatur in eo: Infirmatur aliqvis. &c. *Jac. 5, 14.* Nihil patrocinii hîc Papæ. *Theophylact.* hanc Unctionem, de qvâ *Jacobus* loqvitur, eandem facit cum illâ Unctione Apostolorum miraculosâ *Marci cap. 6. Oecum. in* h. l. idem statuit. *Auctor Tractat. de rectitud. Cathol. conversat. Tom. 9. Oper. August.* Monet, non recurrere ad incantatores in morbo cubantem, sed ait: Qvi ægrotat in solâ Dei misericordiâ confidat & Eucharistiam cum fide & devotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab Ecclesiâ petat, unde corpus suum ungatur, & secundum Apostolum, Oratio fidei salvabit infirmum. &c. Ubi non Sacramenti meminit, sed qvod recuperatione valetudinis corporis monet id fieri &c. In fine monentem de Sacramentis addo *Cyrill. Hierosl. Catech. 4. Cap. de Sp. S.* Δεῖ περὶ τῶν θείων καὶ ἁγίων τῆς πίστεως μυστηρίων μηδὲ τὸ τυχὸν ἄνευ τῶν θείων παραδίδοσθαι γραφῶν, μηδὲ ἁπλῶς πιθανότησι καὶ λόγων κατασκευαῖς παραφέρεσθαι.

§. Est & alia *Unctio in Baptismo.* De quâ vid. Tit. *Baptismus.*

§. Ecclesia Romana observabat, ut Presbyter verticem, Episcopus frontem inungeret. *Auctar. Bibl. PP. Ord. Rom.* At in Græcâ omnes Corporis partes ungebantur, etiam à presbytt. in nonnullis Ecclesiis. Sic & honestatis causa sacerdos Feminæ frontem inungebat, sed Diaconissa corp⁹. *Clem. Apost. Const. l. 3. c. 15.*

Ὁ διακο-

ὁ διάκονος χρίσει μὲν Μόνον τὸ Μέτωπον τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μεθ' αὐτὸν ἀλείψει αὐτὰς ἡ Διάκονος. Ἐν τῇ χειροθεσίᾳ μόνος τὴν κεφαλὴν αὐτῆς χρίσει ὁ Ἐπίσκοπος. In Latin. Eccl. tangebatur pectus & inter Scapulas ungebatur. Gregor. M. Sacrament. *Alcuin. de Div. Offic. Raban. M. Instit. Cler. l.1. cap.27.* In Græcâ verò totum Corp⁹. *Cyrill. Hier. Catech. Myst. II. Chrysost. hom. VI. Coloss. Epist.* Et sic apud Syros obtinuit, teste *Severo Alex.* in Ritib. Baptismi.

§. Præterea in *Eccles. Primitiv.* Ungebant morbo cubantes, maximè in iis membris qvæ dolebant. Surdo mutoq; oleum infusum ori & vertici. *Greg. Turon. 6. Hist. c.7.* Peste laboranti brachium oleo illitum. *Fortunat. in Vit. S. Germani.* Victor Antioch. ad c. VI. Marc. Oleum qvod in sanctâ Unctione adhibetur & Dei misericordiam & Morti sanationem & cordis illuminationem denotat. Dici tamen potest, Orationem hæc omnia efficere, oleum autem eorum omnium qvæ fiunt Externum TANTUM Symbolum esse.

§. Hæc igitur illorum seclorum consvetudo circa Unctiones. *v. Horn. Not. Sulp. Sev. p.480.*

§. *Sulp. Sev. Dial. III.* scribit, Aviciani uxorem misisse Martino oleum qvod ad diversas morborum causas necessariũ (sicut est consvetudo) benediceret.

§. *Duo nota*: ad morborum causas adhibitum esse ex h. l. & 2. Viris sanctis id missum ut benedicerent. *Hieron. Hilarion.* Ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent.

§. Et hôc morbos curari credebant. *Hieron. l. cit.* Benedicto itaq; oleo tangentes vulnera certam salutem resumebant. *Et mox*: Generum & filiam de morte liberavit unctione olei. *Tertull. ad Scapul.* Proculum qvi eum per oleum aliqvando curaverat, reqvisivit.

§. *Sulp. l. cit.* vocat: Sanctificatum liqvorem. *Paulin. l.V.*

——— ——— ——— Medicati infusio succi.

Et 2. Singula contingit medicato Chrismate membra. *Id. lib.V.* scribit: suo tempore recondi id solitum in sacris locis Martyrum & aliorum Sanctorum, qvô redderetur efficacius. Et is mos maximè

ximè invaluit in Oriente, in Bethlehem, monte Calvariæ, Oliveti, & apud sepulcrum Christi.

USURÆ.

§. *Lactant. Epit. Inst. c. 2.* de officiis Christiani. Non dabit, ait, in usuras pecuniam. Hoc est enim de alienis malis lucra captare.

§. *Ambros. Off. 3. c. 2.* Subvenire non habenti, humanitatis est; Duritiæ autem plus extorqvere, qvàm dederis.

§. *Cyprian. de Laps.* graviora peccata enumerans, addit, Usuris multiplicantibus fœnus augere.

§. *Chrysost. de jejun. V.* Βλέπε μὴ δανείσῃς τὸ ἀργύριόν σου ἐπὶ τόκῳ.

§. *Aug. ep. 54.* Qvid dicam de Usuris, qvas etiam ipse leges & judices reddi jubent. Ita crudelior est, qvi subtrahit aliqvid vel eripit diviti, qvàm qvi trucidat pauperem fœnore?

§. Usuras autem accipit, qvi plùs qvàm dedit exigit, ait *Gratian. c. 14. q. 3. c. 1. Hieron. Ezech. l. 6. c. 18.* Usuram appellari si ab eo qvod dederint, plus acceperint. *Ambros. de Tob. c. 14.* Qvodcunq; sorti accidit, usura est. *Concil. Agath. apud Grat. d. c. 4.* Usura est ubi amplius reqviritur, qvàm datur.

§. Licere autem nec Clericis nec Laicis fœnerari docent, *Concil. Arelat. l. c. 12.* Ministri qvi fœnerantur placuit eos à communione abstinere. *Conc. Tarracon. c 2.* Qvicunq; in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio nõ utatur. *Concil. Bracar. sub Martin. P. c. 62.* Si qvis fœneraverit & Centesimas exegerit alienus habeatur à Clero. Sic & *Conc. Carth. 4. c. 17. & Nicen. 17.*

§. *Ambros. de Bon. Mort. c. 12.* Si qvis Usuram acceperit, rapinam facit, vitâ non vivit.

§. A qvo exigi possint. *Ambr. de Tob. c. 15.* Ab illo Usurã exige, cui meritò nocere desideras, Cui jure inferuntur arma, huic legitimè indicantur usuræ, qvem bello vincere facilè non potes. Sine ferro dimicat, qvi Usuram flagitat. Ergo ubi jus belli, ibi etiam jus Usuræ.

§. *Aug.*

§. *Aug. de Verb. Dom. Serm.35.* Nolite velle Eleemosynas facere de fœnore & Usuris.

§. Nec Eleemos. nec Oblationes ex Usuris faciendæ. *Gregor l.2. Ind.2. ep.126.* Non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placent.

§. *Concil. Paris. l.2.c.53.* Valde execrabile avaritiæ genus vocat, & damnat, ex *Levit.22.25. Exod.22. Deut.15. Ezech.18. Amos 8. Et ait:* Putant qvidam, Usuram tantum esse in pecuniâ Sed prævidens hoc Scriptura omni rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, qvàm dedisti.

§. Gravissimè Concil. *Lateran. sub Alex. III. Part.1 c.25.* Usurarii manifesti nec ad Communionem admittantur, nec Christianam si in hoc peccato decesserint, accipiant Sepulturam. Sed nec eorum oblationem qvisqvam accipiat.

§. Tria statuuntur in Usurarios hoc Can. 1. Excommunicatio. 2. Ἀταφία. 3. Oblationum eorum repudiatio.

§. Sic *Concil. Arelat. l.c.12.* Ministri qvi fœnerantur, placuit eos à Communione abstinere.

§. Plura vide *in Concil. Calchiltens. in Angliâ cap.17 Parisiens.* Ann.829. cap.53. *Meldens.* Anno 845. Can. 55. *Decretis Heraldi* Turonens. c.21. *Concil. Troslejano* Anno 909. Can. 15. *Valentiniano III.* Anno 855. cap.10. *Regiaticino* Anno 850. cap.21. *Leon. Magno Ep.1.* ad Episc. *Campan.* cap.3. *Pœnitential. Rom.* Si qvis usuras accipit, rapinam facit. Ideoq; qvicunq; illam exegerit, pœnitentiam aget annis Tribus, Uno in pane & aqvâ.

VULGATA VERSIO.

§. Dicitur *vulgata*, quòd in familiari & vulgato usu est apud Latinam Ecclesiam, idq; maximè post *Concil. Tridentin. Sess. IV. Can.2* ubi authentian obtinuit. Verba sunt: Ut vetus & vulgata Editio in publicis Lectionibus, Disputationibus, Prædicationibus aut expositionibus pro AUTHENTICA habeatur, & quod eam nemo rejicere quovis prætextu audeat vel præsumat.

§. Quod ita interpretatur *Fr. Andr. Vegius in defens. Concil. Trid. l. 15. c. 9.* Quòd sit omnibus Editionibus tùm factis præferenda; Non autem voluisse Concilium eam Versionem tanquam cœlo delapsam adorari. *Andrad. l. 4. def. Concil. Trid.* ita interpretatur, Nihil aliud significari, qvàm nullo defœdatam errore existere vulgatam versionem, ex quo perniciosum dogma aliquod in fide & moribus colligi possit. Eodem modo emolliunt verba Concilii *Joan. Driedo l. 2. de Translat. Script. cap. 1.* Et *Jo. Mariana in Tractatu de Vulg. Vers. c. XX.* §. Alii contrà Ab omni errore emendatissimam esse contendunt, ut *Jo. à Sacrobosco Defens. Conc. Trid. cap. IX. Gretserus l. 2. c. 10. Def. Bell.* scribit: Deum interpretis manum & calamum ita direxisse, ne uspiam à Sp. S. mente aberraret. *Pined. de reb. Salom. l. 4. c. 7.* ait, Piaculum esse, asserere, Vulgatum interpretem in ullo errâsse, sive in re pertinente ad fidem, sive in re Geographica, aut aliâ cujuscunq; generis.

§. *Augustin. de Doctrin. Christ. l. 2. cap XI.* testatur, suo tempore Latinorum interpretum, qvi ex Græco in Latinum Biblia transtulerunt, numerum fuisse infinitum. Præ omnibus commendat eam, quam vocat *Italicam*, quòd verborum tenacior esset & sensu perspicua; Eadem fortasse cum illa, qvam ex LXX. conversam Latinis Ecclesiis in usu scripserat esse. §. Hinc eadem Hieronymo dicitur *vulgata* in Esai. cap. 4. §. Nam ut illa communiter apud Græcos recepta vocabatur *Κοινὴ*, ita & hæc Latinis, *vulgata* dicta fuit. §. Gregor. in Moral. Præfat. appellat *Veterem*, in comparatione versionis Hieronymi, quam similiter *Novam* dixerat, respectu tum temporis *vulgata*.

§. Sic usq; ad ætatem Hieronymi, qui novam ex Ebræo adornavit. *Augustin. l. 18. c. 43. de C. D.* Quamvis non defuerit temporibus nostris Presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omniũ trium Linguarum peritus, qui non ex Græco sed ex Ebræo in Latinum eloquium Scripturas converterit. Sed ejus tàm literatum laborem, quamvis Judæi fateantur esse veracem, LXX. verò interpretes in multis errâsse contendant, tamẽ Ecclesiæ Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc Pontifice, ad hoc tantum opus electorum neminem judicant præferendum. §. Sed

§. Sed non diu Ecclesiæ in hâc Augustini sententia perstiterunt. Nam quamvis illo adhuc ævo, uterentur *Italica* versione, successu tamen temporis Hieronymi editio in plerisq; invaluit. §. Psalterium ab Hieronymo emendatum ex Vulgatâ ideò retentum fuit, quòd cum in templis quotidiè decantaretur, difficulter mutari potuisset. In reliquis ex duabus Una facta fuit, eaq; partim *nova*, partim *Vetus*. Vetus, in Libris non-Canonicis s. Ecclesiasticis retenta fuit. Prophetæ omnes Minores sunt *Novæ* Editionis; Reliqui sunt ex duabus permixti.

§. Sed hoc vetus Bibliorum Translatio non unum habet Auctorem, ut diversum dicendi genus inter alia indicat, Et quæ jam in usu regnat *Vulgata*, quædam habet ex Hieronymo, quædam ex Luciano, quædam ex Theodotione, quædam ex alio interprete Anonymo, uti censet *Bell. l. 2. c. 11. de V. D.*

§. Atq; ita ex pluribus est mixta versio, quæ in Latina Ecclesia paulatim *Italicæ* locum occupavit, idq; sensim invalescente usu. Nam cum Hieronymus versionem V. T. ex Ebræo adornâsset, & Novi ex Græco emendâsset, Hæc ejus versio à multis recepta fuit & comprobata; ab aliis verò qvos ille gloriæ suæ æmulos vocat, rejecta & repudiata, saltim quoad usum; donec temporis decursu, utraq; *Vetus* & *Nova* in usu esse cœpit. Sic *Gregor. in Præfat. Moral.* inquit: Novam translationem dissero, sed ubi comprobationem causa exigit, nunc *Novam* nunc *Veterem* per testimonia assumo. §. Ex hisce tandem tractu temporis conflata est ea, quæ nunc *Vulgata* dici solet, & quam *Concil. Trident.* authentia donavit.

§. Deinceps in controversiam Auctor venit, aliis contendentibus, Eam esse *Hieronymi*, Aliis verò *incerti esse auctoris*. Augustin. Eugubinus & Picus Mirandul. tribuunt Hieronymo, quamvis Eugubinus Psalmos excipiat, qvos fatetur haberi ex LXX. editione, correctos tamen ab *Hieronymo*. Ut & *Bellarmin. l. 2. de V. D. c. IX.* Unde communiter Pontificii eam appellant, *Hieronymi Versionem*. §. Sunt tamen & inter illos, qui disputant. *Paguinus in Præfat. Gramm. Ebr. ad Fr. Fregosium*; inquit: Optarim, ut

Hieronymi mihi Translationem germanam ostenderent, Quæ enim passim legitur, non est Hieronymi incorrupta versio. Præterea Hieronymum fuisse hominem, & potuisse errare in sua translatione, inficiabitur nemo. §. Sic & sentiunt *Paulus Foro Sempron. l. 2. de Paß. Dom. cap. 1. Erasmus & Jacob. Faber Stapul.* Apolog. in Comm. Epist. Paulin. ubi ait: Omnes qui incolumi pollent judicio, negare hanc esse Hieronymi Editionem, & Caput esse pertinax, quisquis aliter statuit. Hieronymum N.T. Græcæ fidei reddidisse; Vulgatam autem Editionem adeò multiplici scatere vitio, ut non tàm Græcæ fidei reddita sit, quàm reddi indigeat. *Gul. Lindanus l. 3. de opt. gen. interpr.* censet, Non Latinũ, sed Græculum quendam Latinæ versionis autorem esse.

§. Alii, ut *Baron. Tom. II.* & *Sixtus Senens.* & *Jo. Dredo. l. 2. de Eccl. Dogm. c. 1.* & *Andradius* putant, Partim esse Hieronymi, partim non esse, sed mixtam ex vetere, quæ ante Hieronymum fuit usitata & ex LXX. int. translata, & Novâ, quæ ex Ebræo Textu ab Hieronymo fuerat adornata. Quod & approbatur in *Præfat. Bibl. Clementinorum.*

§. Distinctè loquitur de toto negocio *Sixt. Senens. l. VIII. Hær. XIII.* inquiens: De Latinis translationibus duas tantùm ab Ecclesia receptas constat, Primò vulgatam illam Editionem, non ex Ebræâ origine, sed ex traductione LXX. Latinè editam, quâ sola Latinam Ecclesiam usam fuisse usq; ad tempora Augustini & Hieronymi, testis est *Augustin. l. 18. cap. 10. de C. D.* Post hanc Veterem ac vulgatam editionem Ecclesia habere cœpit novam Hieronymi traductionem ex Ebraica veritate desumtam, & Novam qvoq; ejusdem castigationem in N.T. recepit. §. *Idem ibid.* §. 8. pergit: De editione V.T. quæ Hieronymi esse creditur, Hoc unum inprimis certò constat, eam non esse Hieronymi, ipsomet Hieronymo teste, qui *Præfat. in Libb. Regum*, de sua editione loquens dicit, *se nihil de Ebræa veritate mutâsse.* Quod sanè in vulgata Editione V.T. *Quâ nunc utitur Ecclesia* servatum esse non videmus, cùm in eâ tàm multa sint, quæ ab Ebræa veritate dissentiant. Ad quod & illud accedit, quòd ex tàm innumeris locis,

qvos

quos Hieron, commemorat, aut emendâsse aut aliter se vertisse, aut aliter legendum censuisse, quàm nunc leguntur, *Nullus omninò in Hâc Nostrâ Editione* locus inveniatur, qvi vel Hieronymi castigationi, vel saltim judicio respondeat. *Hæc ille*, quæ & mox adductis in medium exemplis confirmat.

§. *Id. ibid.* pergit de autoritate Hujus versionis sic loqui: De erroribus, quos Hieronymus in veteri translatione annotavit, & recentiores in *Hâc Novâ Editione* pariter annotârunt, ingenuè fatemur & nos, *Multos Errores* ab Hieronymo emendatos in veteri translatione, & *similiter* in hac nostra Nova Editione nonnullas inveniri mendas, Soloecismos, Barbarismos, Hyperbata, & Multa parùm accommodatè versa, & minùs Latinè expressa, obscurè & ambiguè interpretata, itemq; nonnulla superaddita, aliqua omissa, quædam transposita, immutata, ac vitio scriptorum depravata.

§. Similiter judicant N. Lyranus, P. Burgensis, Eugubinus, Cajetanus, Valla, Pagninus, Vatablus, & Arias Montanus. Sed cumprimis *Isidorus Clarius*, qui affirmat, se *Octoginta millia errorum* in veteri vulgata editione annotâsse.

§. Sixtinus Amama *De erroribus vulgatæ versionis*, peculiari libro tractatum edidit, ubi lector ad satietatem inveniet.

§. Merentur legi verba *Hieronymi* de sua versione, *Præfat. in Pentat.* Sæpissimè testatus sum, me pro virili portione in Tabernaculo Dei offerre, quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Et *Præf. in libb. Reg.* Quicquid crebriùs vertendo & emendando solicitiùs, & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris, quod anteà nesciebas, vel interpretem me existimato, vel Paraphrasten, si ingratus.

§. Censura vulgatæ versionis, quæ nunc in Latinis Ecclesiis regnat, commodè reduci ad hosce fontes potest. I. *Non est authentica, sed instar cæterarum Versionum, humana privati laboris translatio*, de quâ *Hieron. Præfat. in Pent.* sic ait: Aliud est vatem esse, aliud, interpretem. Ibi spiritus ventura prædicit, Hic eruditio & Verborum copia, ea, quæ intelligit, transfert. II. *Autor*

tor vulgatæ incertus est, nec infallibilis. III. *Majestatem Spiritus sancti non assequitur, & à Græco ac Ebræo fonte in plurimis discrepat.* Sic Hieron. Præfat. in Esaiam ait, Florem sermonis Esaiæ Translatio non potuit conservare. IV. *Scatet multis Solœcismis, barbarismis, & id genus vitiis aliis.* e. gr. Calcea te caligas tuas. Trademini in manibus Hostium. Alius non est super. Hoc factum est per ter. Mœchatus est eam. Pessimare. insuspicabilis Minoravit. Pœnitemini. Valefaciens, Manicare &c. V. *Multa quæ in fontibus sonant, in vulgata versione dissonant, vel corrupta, vel suppressa, vel aliàs immutata.* Quod exemplis propè infinitis demonstrat *D. Calovius Tom. II. in A. C. p. 540. 550. 560. seqq. VI. Veteres vulgatâ hâc versione non semper usi fuerunt.* Ita *Isidorus* seculo septimo, Et *Beda* aliiq; fecisse leguntur. *VII. Errores Vulgatæ versionis, quibus distat à veritate Fontium ad basce classes reduci possunt.* Primò, Continet ea, quæ veritati fontium directè contradicunt. E. gr. *Gen. c. 8. v. 7. c. 19. v. 18. c. 49, 28. Exod. c. 16. v. 14. Lev. c. 13. v. 31. Num. c. 8. v. ult. c. 16. v. 6. c. 24. v. 3. Deut. 29. v. 10. 11. Actor. 27. v. 42. 1. Cor. 15. v. 51. Ebr. c. 3. v. 3. 1. Pet. 2. v. 23.* Secundò, Continet errata in Numeris, vide loca *Gen. c. 8. v. 4. c. 11. v. 13. c. 18. v. 28. c. 24. v. 12. c. 32. v. 15. c. 37. v. 2. Exodi c. 32. v. 18. Num. c. 5. v. 15. c. 10. v. 4. c. 28. v. 13. 29. c. 29. v. 10. v. 15. Matth. c. 26. v. 61. Actor. 10, v. 30.* Tertiò, Habet vulgata versio plurimas ellipses & defectus. Interdum omisit integros versus & periodos; nonnunquam voculas aliquot. *V*ide loca cum fonte collata *Gen. c. 49. v. 32. Exod. c. 28. v. 25. v. 26. c. 40. v 13. 14. 15. Levit. c. 4. v. 7. 5.* vocum aliquot, *Gen. c. 1. v. 30. c. 4. v. 16. c. 8. v. 19. c. 9. v. 6. c. 17. v 13. c. 23. v. 1. c. 24, 41. c. 25, 31. c. 27, 34. c. 31, 39. 49. c. 34, 1. 7. 29. c. 40, 15. c. 41, 12. 28. c. 49, 30. c. 50, 7. 8. Matth. 6, 13. Luc. 11, 2. Actor. 18, 21. Rom. 11, 6. c. 14, 6. 1. Tim. 6, 5. 1. Petr. 4, 14.* Quartò, sæpè complectitur superflua vel superaddita, quæ in Textu non comparent. Vide loca *Gen. 4, 8.* verba, *Egrediamur foras*, in Ebr. non extant. ut & *v 15.* verba: *Nequaquam ita fuit.* Sic & *cap. 5, 22. c. 8, 19. c. 27, 33. c. 31, 32. 47. Levit. 6, 11. c. 7, 14. c. 14, 56. c. 19, 17. Deut. 1, 25. c. 3, 17. c. 6, 13. c. 7, 10. c. 8, 15. c. 9, 3. c. 10, 20. c. 12, 32. Jos. 21, 36. 2. Sam.* [illegible] *c. 6, 6. c. 15, 20.* ψ *14, 3.* ψ *22, 32. 49, 12. 65, 1. 118, 2. 25. Prov. 10, 4. c.* [illegible] *c. 17, 16. c. 25, 27. Esa. 5, 9. Matth. c. 10, 12. c. 20, 23.*

Luc.

*Luc.*11,34. *Rom.*1,12. 2 *Cor.*1,6 *Jacob.*5,3.16. Quintò, Habet etiam varia & crassa Librariorum errata. e gr. Eques *pro* Equus Exod. 15,19. *Prov.*20,15. *Esa.*38,14. *c.*20,2. *c.*49,10. *Luc.*15,14. *Joh.*21,22. *Ephes.*6,13 *Ebr.*12,8. Sextò, Nonnunquam conjungenda separat, & separanda conjungit, itaq; in distinctionem Textus impingit. Sic Gen. 47,21. cum versu præcedente 20. connectitur, cum tamẽ in Ebræo v. 21. per se absolvat sententiam, & sensum plenum cõstituat. Sic *Exod.*30,23. malè cum *Myrrha* jungitur τῷ ראש & c. 38,29. sic legit *vulgata*, Talenta septuaginta duo millia, cum ita debeant distingui: *Talenta septuaginta: Duo millia & Quadraginta Sicli.* Adde *Levit.*3,4. *c.*27,21. *Num.* 4, 10. & *c.* 26, 10. *Josua* 21, 36. *Luc.*16,22. *Actor.*11,42. *Gal.*4. *v. ult.*

Septimò. Errat in nominibus, ponendo vel Propria loco Appellativorum, vel vice versa, vel etiam, Diversarum specierum aut animatarum aut inanimatarum, & sic in similibus. e.gr. *Gen.*11,8. *Plantavit Deus paradisum voluptatis à principio.* pro, *Plantaverat Deus hortum in Eden ab Oriente. Vide loca Gen. c.*12, 6. 14,5. 33, 10,19. 28,12. *Exod. c.*26, 1. 28,30. 29,4. *Levit.*1,2. *c.*7,35. *c.*11,5.13.18.22. *c.*19,18.20. *Deut.*1,15. *c.*4,49. 17,6. 18,10. 24,7. 28,22. *Jos.*12,7. ψ 19,14. *Zach.*9,2. *Matth.*21,5. *c.*6,11. *Marc.*15,47. *Joh.*4,46. *Eph.*4,29. &c.

Octavò. Sæpissimè sensum genuinum Fontium non est assecuta, imò ne intellexit qvidem. e. gr. *Gen.*3,17. vertit, *in opere Tuo*, cùm in Ebræo sit, *Propter te.* Vide loca similia *Gen.* 8, 17. *c.* 19,18. *c.*21,19. *c.*25, *v. ult. c.*40,6. *Exod. c.*2,21. 9,17. 16,23. c.22,25. Levit. c.5,2. c.11,42. 13,55. 16,3. c.19,20. Deut.4,32. 24,4. 28,22. Jos. 10, 14. & alibi. In N. T. demonstravit id peculiari Tractatu *Laur. Valla*, qui lib. II. de Collatione N.T. cum vulgatâ edidit, & D. Erasmus *A.C.*1504. in lucem emisit, Notis autem eruditis illustravit *Jacobus Revius*, *A.C.*1638. quò Lector avidus viset.

Nonò. Continet non pauca, quæ fabulis ansam dederunt & vanis commentis. E. gr. *De loco* corvi â Noa emissi, ubi extrà Arcam resederit. *De* quo *Steuchus Gen.*8,7. De mari rubro *Exod.* 10,19. quod Erythræum ab Edom s. Esavo dicitur. *Tull. Miscell. l.*4. *c.*20. De facie Mosis cornuta, *Exod.*34,29. De Filiis Core *Num.* 26.

v.10.11. miraculo conservatis, dum parens absorberetur à terra, *quasi steterint in aere divinâ virtute, qvousq; fuit terra denuò clausa sub pedibus illorum*, uti N. Lyra recenset. Hæc enim ex vulgata mala versione hausta in fidem vulgi transiêre. Sic qvippe vertit vulgat. *Et factum est grande miraculum, ut Core pereunte, filii ejus non perierint.* De Adamo in Kiriat Arbe sepulto ex *Josu. c. XIV. v. 15.* ut observat Oleaster in *Gen. XXIII. v 1.* scribens: Ansam huic sententiæ dederunt verba vulgatæ versionis citata in Josua, qvæ sic habet: *Nomen Hebron anteà vocabatur Kiriat Arbe. Adam maximus inter Enakim ibi situs est.* Qvo loco in Ebræo habetur, *Homo magnus in Enakim ipse.* Sed qvia pro Homine ibi ponitur Adam, putavit vulgatus, ibi Nomen esse proprium. De solis statione, qvod præter Josuam qvidam solis cursum stiterit, nonnulli Ebimelechum maritum Naëmi nominant, *ex 1. Chron. IV, 22.* De qvo prolixè *Serarius in Josuam qv. XV.* In Ebræo est nomen proprium *Jokim.* De Abrahamo jussu Nimrodi in ignem conjecto eò qvòd ignem detrectaret adorare, miraculo tamen conservato, è *Nehem. c. IX, 7.* De Johanne Evangelista nondum mortuo, sed vivo translato in Paradisum, & inde redituro sub adventum Christi & ab Antichristo occidendò ex prava versione vulgatæ *Job. XXI, 22.* Sic eum volo manere.

Decimò. Subministrat occasionem disputationibus & supervacaneis qvæstionibus. *E.gr. De* Avibus ex aqvâ productis *Genes. 1, 20.* De terra super maria fundata, & aqvis innatante instar ratis è P. *XXIV, 2.* De Dæmonio meridiano è P. XCI, 6 *De* die omnium longissimo, ex *Josu. c. X, 14. & 2. Reg. XX.* quia vulgata vertit: *Qvòd non fuerit anteà & postea tàm LONGA dies.* De ordine charitatis e Cant. c. II, 4. apud *Thom. 2. 2. q. 26. De* jure Regis in adimendis subditorum Bonis ex *1. Sam. VIII, 11.* De nomine יהוה ante Mosen, nulli revelato ex *cap. VI Exodi v. 3.* De lusu Ismaëlis cum Isaaco *Gen. XXI 9.* De Da vide desperante ex *1. Sam. XXIII, 26.* De Naamano poscente dispensationem circa adorationem in têplo Rimmon. è 2. *Reg. V. 18.*

Undecimò. Invertit divinas leges & constitutiones. *Exod. XII, v. 5.*

Vulgata

vulgata duo facit distincta sacrificia *agni & hædi.* Exod. XXI, 11. 21. vulgata adjudicat morti eum, qvi intentionem habuerit occidendi, ideoq; percusserit alium, etsi mortem non intulerit. *Et ibid.* v. 21. Pœnæ arbitrariæ subiicit eum, qvi prægnantē percusserit, qvod refutat ad *locum Cornel. à Lap. Num. VIII, 26.* annum Levitarum 50 aggravat, qvem textus sublevat. *Cap. XXXVI, 6.* De contractu matrimonij aberrat à sensu fontium.

Duodecimò. Constituit & suppeditat falsa fundamenta fidei. e.gr. è *Ps. 72, 5.* Volunt nonnulli probare æternitatem Filii *Dei*, juxta *Vulgatam* Et è *Ps. CX, 4.* Patres multi extruunt, Filii Dei æternam generationem, qvia Vulgata legit: *Ex utero ante Luciferum genuisse Te.* Et è *Ps. 87, 5.* Augustin9 & alii extruunt dogma de Tēporali Nativitate Christi. E *Levit. c. XII, 2.* Mysterium de Partu virgineo educunt *Bernardus & Dion. Carthusianus.* E *Ps. 139, 1.* mysterium Resurrectionis Christi juxta Vulgatam sunt qvi demonstrare voluêre. Ex *Esai. XVI, 1.* Agnum dominatorem Terræ vocari contendunt multi, juxta Vulgatam, at in Ebr. sic sonat: *Mittite agnum dominatori Terræ.* Ex *Esai, LIII, 7.* probant, Oblationem Christi voluntariam, juxta Vulgatam, qvanqvam falsò.

Decimo-Tertiò. Enervat locos fidei, ut sunt locus *Ps. 11. 12.* Apprehendite disciplinam vertit *Vulgata*, in Ebr. autem est, Osculamini Filium. Vid. argumentum inde pro Deitate Filij apud *Bell. l. 2. de V. D*, c. 2. Locus *Gen. XLIX, 10.* classicus apud vulgatam ita sonati, *Mittendus donec veniat.* Qvod P. *Galatino l. 4. de A. C. V*, c. 4: videtur Judæis ansam dare cavillandi. Locus P. XLIX, 8. à Vulgata obscuratur. 1. *Tim. III, 16.* Vulgata sic vertit: *Qvod manifestatum sit, in carne*; & sic favet *Socino* & *Erasmum decepit.* *Apocal.* XIV, 13. Vulgata sic *Amodò jam dicit Spiritus*, at in Textu est: *qui moriuntur à modò.*

Decimo-Qvartò. Patrocinatur in nonnullis Hæreticis opinionibus, ut in *Ps. XIX, 6.* Manichæis, statuentibus, Christum ascendentem Corpus suum reliqvisse in Zonâ solis, juxta *Vulgat. In sole posuit tabernaculum suum.* Arrianis *Joban. 1, 15. 30.* Ante me factus est. Cum in Græco sit, *Ante me extitit.* Socinistis *Apocal. 5, 12.* Vulgat. *dignus est Agn9 accipere divinitatē*, cū in Græco sit, *τὸ λῦτον.*

יוז.

Decimo-Qvintò Stabilit errores Pontificiorum. De virgine Maria *Gen. III, 15.* Ipsa conteret, cum in Ebræo sit הוא Ipsum. scil. *Semen. Gen. IV, 13.* Qvam, ut veniam *merear.* Operum merito applicant Pontificii. *Gen. 6, 5.* extenuat Peccatum Originis. *Genes. XXXVI, 35.* Purgatorio accommodant Pontificii, qvia Vulgat. vertit, *Infernum* Ex *Genes. XLIIX, 5.* Invocationem Sanctorum astruunt, *Vulgata*: Invocetur nomen meum. Talia sunt *Exod. XII, 16. Levit. XIII, 3. c. XXX, 14. Deut. V, 5. Job. IX, 21. c. IXXXIII, 23. Ps. 99, 5. Ps. 119, 112. Daniel. IV, 24. Luc. 1. 28. Eph. II, 10.* & alia plura. De qvibus ex professo adi *D. Calovium in Tom.* II. A. C. *p. 670. 680. 690. Walther. offitin.* Bibl. p. 307. & seqq. *Rivet.* Isagog. Script. Sacr *Dorscheum* in Exod: cap. 1. *Differt.* ip. 18, seqq. *Sixtin. Amamam,* &c

INDEX AUCTORUM.

Ei-

Elmenhorstius.
Erasmus.
Forbesius.
Fesselius.
Gratianus.
Jac. Gothofredꝰ.
Gvaltheri Chronicon.
Gesselius.
Gregorius M.
Greg. Neo-Cæsar.
Gennadius.
Gallasius.
Goulartius.
Gomarus.
Genebrardus.
Gerardus.
H. Grotius.
Gretserus.
Hammondus.
Hieronymus.
Hottingerus.
Horpinianus.
Heinsius.
Hunnius.

Hornius.
Hildebrandus.
Heraldus.
Justinus M.
Irenæus.
Isidorus.
Ignatius.
Justellus.
Josephus.
Juvvellus.
Kippingius.
Lactantius.
Lipsius.
Labbæus.
La Cerda.
La Barre.
Lydius.
Lor nus.
Lombardus.
Lapidensis.
Montaltius.
Montacutius.
Mornæus.
Miræus.
Mallonius.

Meermannus.
Minutius Flix.
Meursius.
Mererus.
Magdeburgenses.
Mortenus.
Molincius.
Nazianzenus.
Nibusius.
Nicetas.
Nannius.
Nicephorus.
Optatus Milevitanus.
Oecumenius.
Osorius.
Onufrius
Patres.
Petavius.
Philostorgius.
Procopius.
Pineda.
Perkinsus.
Panuvinius.
Photius.